BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA

8

21 — II

42

HOMILIARVM

F. HENRICI HELMESII GERMIPOLITANI, ORDINIS FRATRVM MINORVM S. FRANCISCI,

In Epiſtolas & Euangelia dominicalia à feſto SS. Trinitatis vſque ad Aduentum domini ex meris diuinæ ſcripturæ ſententiis miro artificio ac eruditione concinnatarum,

Tomus Secundus.

Cum Indice rerum & ſententiarum copioſiſſimo.

MORI ET NON

DVRARE



PERIRE.

LVGDVNI,

APVD CAROLVM PESNOT.

M. D. LXXV.

MAGNIFICO ET EXIMIO VIRO DOMINO GASPARO GROPPERO, IVreconſulto, *S. Victoris Xanten. & beatæ Virginis ad Gradus Decano: nec non Colonien. Eccleſiæ preſbytero Canonico, & eiuſdem Metropoliticæ Archiepiſcopalis Curiæ Officiali, Iudici & ſupremo Ordinario æquiſſimo D & amico ſuo in Chriſti viſceribus chariſſimo F. Henricus Helmeſius Minorum minimus S.D.*

TVNC demum beatas eſſe Reſp. & vitæ inculpatæ ſpeculum, Socrates cenſuit, quando eas aut ſapientes regerent, aut rectores ſapientum cum conſilio eas moderarentur. Eorum videlicet, qui leges ſciunt & iura maiorum, maxime illorum ſapientum, qui in lege Domini meditātur die ac nocte, Deum in conſiliis ſuis glorificant, & omnia in gloriam dei ordinant ad commune bonum & ſalutem ſubditorum. Eiuſmodi ſapientum multitudo, ſanitas & ſalus eſt orbis terrarum. Iſti legem Dei facere incipiunt, & docere. Audiunt verbum Dei, legunt & docent & faciunt illud. Hæc eſt clara, & quæ nunquam marceſcit ſapientia, cuius concupiſcentia ad regnum deducit perpetuum. Hoc lumen ſapien-

tiæ diligite, omnes qui cõtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, ac populis prçeſtis. In lumine eius ambulate, vias eius cuſtodite, & tunc cũ princeps regum terræ apparuerit, immarceſſibilẽ iuſtitiæ & gloriæ coronam de manu eius percipietis. Sapientia iſta, non eſt in ſermone phalerato, arte multa compoſito, cuius diſertitudinem aut rarus eſt aut nullus qui intelligere poſſit, ſed in virtute ac Deo & Euangelio gratiæ eius digna conuerſatione. Hanc Salomon petiuit à Deo & accepit. Hanc ſacratiſſimus apoſtolorum ſenatus habuit, alioqui homines ſine literis & idiotæ. Ego inquit fons ſapientiæ, ipſáque virtus & ſapientia patris, dabo vobis os & ſapientiam veram (quæ à patre luminum deſcendit, & amicos Dei ac prophetas conſtituit) cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Sapientia hæc à filiis ſuis iuſtificatur, quando fructus eius faciunt, & ſignis quæ eam ſequuntur lucent coram aliis ad gloriam Dei. Fructus autem eius & ſigna, frater Domini Iacobus exprimit dicens; Sapientia vera, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens plena miſericordia, & fructibus bonorum operum, iudicans ſine ſimulatione. Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, & tunc intelliget miſericordias abundantéſque diuitias gratiæ & bonitatis Dei? Qui facit hæc, ille ſolus ſapiens eſt apud Deum. Verùm hæc ſapientia ſanctorum, ſtultitia à ſapientibus huius mundi reputatur, ac proinde deſpicitur quaſi lutum, quamuis ea nihil vtilius in vita ſit hominibus, cùm omnium bonorum mater ſit, & infinitus theſaurus hominibus: quo qui vſi ſunt, participes amicitiæ Dei facti ſunt propter diſciplinæ dona commendati. Vnde ſcriptum eſt: Sapientiam & doctrinam

ctrinam ſalutis,ſtulti deſpiciunt: illi videlicet, qui ſapientes ſunt in oculis ſuis & coram ſemetipſis prudentes: qui ſemper dicunt, & nunquam ad ſcientiam veritatis perueniunt. Sapientia vera præditus, in ſimplicitate cordis, in gratia & ſynceritate Dei in hoc mundo conuerſatur, ſanctè, iuſtè & ſine querela omnibus placet in bonum. Quæ mihi partim idcirco cõmemorata ſint colendiſſime domine, vt D.T.E. ſollicitudinis diligentiæque admoneam neceſſariæ in functione ſuſcepta. Fateor ingenuè inſipiens factus ſum, ſus Mineruam docendo, ac ligna in ſiluam portando. Sed obſecro, vt D.T.E. modicum quid ſuſtineat inſipientiæ meæ, & me ſupportet. Aemulor enim D.T.E. æmulatione. Hoc vnũ moneo, vt in ingenita & ex parentibus accepta bonitate, in finem vſque perſeuerare modis omnibus contendat E.D.T. Honores mutant mores, vt in trito eſt vulgi prouerbio, ſed rarò in melius. Ex innumeris, vnum exempli gratia adduxiſſe ſatis ſit in præſentiarum. Saul priuſquam regium adculmen fuit euectus, electus & bonus fuit, & non erat vir in Iſerael melior illo, innocens manibus & mundo corde erat, vt filius vnius anni quando regnare cœpit, malitia paruulus, ſenſibus autem perfectus. At duobus annis in innocentia iſta regnauit in Iſrael nec diutius (quod horrendum eſt) manſit in bonitate. Hæc propter nos ſcripta eſſe, vt nemo eſt qui ambigat, multo minus E.D.T. quę ſacras literas ab infantia nouit, quæ te inſtruere poſſunt ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hæc enim legentes manus noſtras lauare debemus in ſanguine peccatorum & bonos ſemper imitari in bono & non in malo. Hoc dum rex Balthazar non fecit, iram Dei incurrit, & regno cum vita priuatus fuit: quia impie in ſan-

ctiſsimas Dei leges agere, nemini impune cedit. Certus autem ſum quòd D.T.E. plena eſt dilectione & repleta ſcientia ſanctorum. Confido etiam de D.T.E. meliora & viciniora ſaluti, tametſi ita ſcribam. Scio quod D.T. iugum domini ſuaue & onus eius leue portauit ab adoleſcentia, æmulata eſt chariſmata meliora, fidem eorum eſt imitata, qui fide & patientia hereditarunt (quæ omne deſiderium ſuperant) promiſsiones Dei. Hinc D.T.E. ſatagit, virum ſecundum cor Dei, Dauidem loquor, vita & operibus exprimere, faciendo omnes Dei voluntates ſine defectione. Vnde ambulas in innocentia cordis tui in medio domus tuæ: prouides tibi bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Sanctè, iuſtè & ſine querela omnibus ades. Vnde quamuis inter fratres tuos minor natu ſis, ac minimus, non tamen eis poſterior ſapientia, pietate ac omnium virtutum ſplendore. Macte igitur animi tui eſto Domine omnium colendiſsime amantiſsiméque: hæc enim faciens, & teipſum ſaluum facis, & eos quos iudicas in ęquitate, fœderas in vera pace. Hac virtutũ tuarum fama veridica lõge latéque diffuſa, qua Chriſti bonus odor eſt in omni loco. Ecce ab ampliſſimo principe, Archipræſule Colonien. in partem ſollicitudinis D. T. Ex, vocata eſt. Nulli dubium quin gratia ſua D.T.E. ad id munus obeundum iuxta conſilium Iethro allophyli idoneum vidit. Vidit namque gratia ſua D.T.E. probatæ conuerſationis, zelatorẽ veritatis integerrimum, nobilẽ virtutibus, ſapiẽtem in diuinis, gnarum & ſtrenuũ in humanis adminiſtrandis, in Dei timore perfectum, manus quoque ab omni munere puras cuſtodientem. Nam munera oculos ſapientum excæcant & peruertunt verba iuſtorũ. Proinde D.T.E. per

viſcera

viſcere miſericordię Dei obſecro,vide vocationē tuā, ſta in iuſtitia, iuſte quod iuſtū eſt perſequere,neq; in in partem alteram vllo modo declina.Pro iuſtitia agonizare vſque ad mortem,& dominus pro te expugnabit inimicos tuos.Et ſi pro iuſtitia pati te oportet à filiis Belial,beatus es,& bene tibi erit,Dei enim miniſter es.Et quid dico miniſter,cum ſis Deus?ſcriptura dicente:Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.Sit ergo timor domini ſemper cum D.T.E.& omnia fac cum diligentia.Non enim hominis exerces iudicium, ſed domini, & quicquid iudicaueris,in caput tuum redundabit. Inſipiēs rurſus factus ſum,ſoli lumen mutuando,& vltro currenti calcaria adhibendo. Gaudeo D.T.E.propter eruditionem excellētiſſimam,vitæ integritatem, morum grauitatem,comitatem ſingularem cum humilitate coniunctam, ad culmen honoris tam magni ſublimatam.In quo à priori virtutum ſtudio non degeneras,ſed inſtar lucis ſplendentis procedis & creſcis vſque ad perfectum diem,adeo quod D.T.E.profectus,(quod rarum eſt)omnibus eſt manifeſtus.Tibi congratulor,quod alterum Iob cunctis te exhibes in officio tuo.Ideo auris audiens,D.T.beatificat,& oculus videns teſtimonium D.T.reddit,eo quod liberas pauperes vociferantes,& pupillos quibus non eſt adiutor.Macte igitur virtute eſto,ſic itur ad aſtra. Talibus pietatis officiis Deus demeretur. Sic benedictio perituri,venit ſuper D.T.E.cum corda viduarum conſolaris.Eſto oculus cæcis,pes claudis,baculus ſenum pater pauperum,mater deſolatorum,conſolator afflictorum,liberator oppreſſorum,qui cunctorum ſunt auxilio deſtituti.Summa:Omnia quæcunque vult D. T.vt tibi faciant homines,& D. T.faciat illis.In quo

 iudicio

iudicio iudicaueris,iudicaberis.Et qua menſura menſa fuerit Excellens Dominatio tua,remetietur tibi,& addetur ab eo qui olim dicturus eſt cum dabit vnicuique iuxta opera ſua, ſiue bonum ſiue malum. Quod vni ex minimis meis feciſti, qui in me credũt, mihi feciſti.Volui virtutibus D.T E.immorari diutius recenſendis,ſed multitudine obruor.Proinde ne oleum vendere inſimulari poſſim ab amicis, calamum cohibui defluentem.Opera namque quæ facis & ipſa pietas ad omnia vtilis,promiſſionem vitæ habens quæ nunc eſt & futuræ,tacentibus hominibus & ſcriptoribus teſtimonium D.T.E.perhibent & fidei electorum quæ in te eſt cum ſyncera dilectione.Verùm cum ignis ille diuinus,lignorum appoſitione aſſidua ſit nutriendus,conſilium putaui,haſce homilias D.T. E.nuncupare, vt ſi quando vacat,aliis expeditis negotiis,ex eorum lectione,tepeſcentem affectum rurſus in amore Dei accendas.Nihil enim ad ignem amoris Dei nutriendum atque conſeruandum tam eſt efficax quàm eſt verbum Dei,ſi cum humilitate ac pio affectu legitur,auditur & ſcrutatur. Non diffiteor, quin ex aliorum lucubrationibus, quarum grãdis ſylua D. T.E.eſt,id aſſequi poſſis multò fœlicius atque cumulatius,nihilominus pauper & deſpectus teſtimonium veritati perhibet,& conſilium dat nonunquam melius ſi fuerit auditus,quàm ſeptem viri ſententias loquentes. Non ſum eloquens fateor, ſed imperitus ſermone:veritatis nihilominus theſaurum in vaſis fictilibus adfero,& eam quæ ſecundum pietatem eſt doctrinam Chriſti.Ego malem cibum ſanum ex vaſe ligneo accipere,quam veneno plenum ex aureo ſiue argenteo multis gemmis adornato.Vnuſquiſque donum ſuum habet,vnus quidem ſic,alius verò ſic.Hoc

ſolummodo

ſolummodo quæritur inter diſpenſatores verbi Dei: multiplicíſque gratiæ eius, vt omnia in ędificationem fiant: vt nemo verbum Dei adulteret aut deprauet, ſed ſyncere tractet, ſicut ex Deo datum eſt & reuelatum: vt nemo ſeipſum prædicet, ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Iſtis obſeruatis, parum retulerit, in ſublimitate ſermonis an in ſimplici ſermone veritas depredicetur. Vſu tamen ſæpe venit, ꝙ ſermo politus aures paſcit, & ſimplex corda afficit, penetrat, liquefacit & ardere facit in amore dei. Quibus eſt aurum & argentum offerant, ego duo æra minuta offero in Dei gazophylacium. Hæc boni cōſulat obſecro D.T.E. & ſub alis Domi. Tuæ prodeant in lucem, futurum ſperans, vt ſic acceptiſſimi ſint veritatis amatoribus, & tuti ab æmulorum calumniis falſis.

Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti & charitas Dei patris, & comunicatio Spiritus ſancti, cum ſpiritu Dom. T. Eximiæ ſit ſemper, Amen.

* 5

INDEX SERMONVM DOMINICALIVM, SECVNDI TOMI QVI IN HISCE HOMILIIS SVPER Epiſtolis & Euangeliis, à feſto SS. Trinitatis, vſque ad aduentum domini, ſparſius tractentur.

*

A.

Dominica prima poſt Pentecoſtem quæ eſt dies. SS. Trinitatis in epiſtolam ſermo primus 1

Dominica prima poſt Pentecoſt. quæ eſt dies SS. Trinitatis in epiſtolam, ſermo ſecundus 2

In die SS. Trinitatis, quæ eſt dominica prima poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo primus 14

In ſolennitate SS. Trinitatis, quæ eſt dominica prima poſt Pentecoſtem, in Euangelium ſermo ſecundus 19

Dominica ſecunda poſt Pentecoſtem, in Epiſtolam ſermo primus 23

Dominica ſecunda poſt pentecoſtem in epiſtolam ſermo ſecundus 27

Dominica ſecunda poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo primus 31

Dominica ſecunda poſt pentecoſtem in Euangelium ſermo ſecundus 41

Dominica ſecunda poſt Pentecoſtem, in Euangelium ſermo

mo tertius 47
Dominica tertia poſt pentecoſtem,in Epiſtolam ſermo primus 54
Dominica tertia poſt Pentecoſtem in Epiſtolam ſermo ſecundus 61
Dominica tertia poſt pentecoſtem in Euangelium ſermo primus 69
Dominica tertia poſt Pentecoſtem, in euangelium ſermo ſecundus 74
Dominica tertia poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo tertius 86
Dominica quarta poſt Pentecoſt.in Epiſtolam ſermo 88
Dominica quarta poſt Pentecoſtem in Epiſtolam ſermo primus 95
Dominica quarta poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo ſecundus 105
Dominica quinta poſt pentecoſt.in Epiſt.ſermo 100
Dominica quinta poſt Pentecoſt.in euang.ſermo 119
Dominica ſexta poſt Pentecoſt.in epiſt.ſermo 127
Dominica ſexta poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo primus 135
Dominica ſexta poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo ſecundus 138
Dominica ſeptima poſt Pentecoſt.in Epiſtol.ſermo 148
Dominica ſeptima poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo primus 157
Dominica ſeptima poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo ſecundus 167
Domiuica ſeptima poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo tertius 193
Dominica octaua poſt Pentecoſtem in Epiſtolam ſermo 197
Domin.octaua poſt Pentec.in euang.ſermo primus 203

Domin

Dominica octaua poſt Pentecoſtem in Euangelium ſermo ſecundus 217
Dominica nona poſt Pentec.in Epiſt.ſermo primus 224
Dominica nona poſt Pentec.in Epiſt.ſermo ſecundus 226
Dominica nona poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 234
Domin.nona poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus 246
Domin.x.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 252
Dominica x.poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 259
Dominica x.poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus 270
Dominica xj.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 279
Dominica xj.poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 288
Dominica xj.poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus 300
Dominica xij.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 312
Dominica xij.poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 319
Dominica xij.poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus 328
Dominica xiij.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 338
Dominica xiij.poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 346
Dominica xiij.poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus 357
Dominica xiiij.*poſt Pentec.in Epiſt.ſermo* 374
Dominica xiiij.*poſt Pentec.in Euang.ſermo primus* 381
Dominica xiiij.*poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus* 390
Dominica xiiij.*poſt Pentec.in Euang.ſermo tertius* 394
Dominica xv.*poſt Pentec.in Epiſt.ſermo* 403
Dominica xv.*poſt Pentec.in Euang.ſermo primus* 416
*Domin.*xv.*poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus* 418
Dominica xvj.*poſt Pentec.in Epiſt. ſermo* 424
*Domin.*xvj.*poſt Pentec.in Euang.ſermo primus* 431
*Domin.*xvj.*poſt Pent.in Euang.ſermo ſecundus* 442
*Domin.*xvij.*poſt Pentec.in Epiſt.ſermo* 451
*Domin.*xvij.*poſt Pentec.in Euang.ſermo primus* 455
*Domin.*xvij *poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus* 464
*Domin.*xviij.*poſt Pentec.in Epiſt.ſermo* 471
*Domin.*xviij.*poſt Pentec.in Euang.ſermo primus* 478

Domin.

Domin.xviij.poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus 488
Domin.xix.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 500
Domin.xix.poſt Pent.in Euang.ſermo primus 506
Domin.xix.poſt Pentec.in Euang.ſermo ſecundus 511
Domin.xix.poſt Pentec.in Euang.ſermo tertius 522
Domin.xx.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 526
Domin.xx.poſt Pentec.in Euang.ſermo 53
Domin.xxj.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 543
Domin.xxj.poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 552
Domin.xxj.poſt Pontec.in Euang.ſermo ſecundus 558
Domin.xxij.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 568
Domin.xxij.poſt Pentec.in Euang.ſermo 578
Domin.xxiij.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 584
Domin.xxiij.poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 593
Domin.xxiij.poſt Pentec.in Euang.ſermo primus 600
Domin.xxiij.poſt Pentec.in Euang.ſermo tertius 608
Domin.xxiiij.poſt Pentec.in Epiſt.ſermo 619
Domin.xxiiij.poſt Pentec.in Euang.ſermo 624

FINIS.

INDEX VOCVM, AC SENTENTIARVM MAXIME INSIGNIVM IN

hoc ſecundo tomo Homiliarum, iuxta Alphabeti ordinem digeſtus.

A

ABRAHAM in quibus imitandus proponatur. pagina 341.& 342

Abierunt phariſei à Chriſto 294.625

Accedere quomodo debeamus ad Chriſtum 96.97

Accedere ad chriſtum volenti tria neceſſaria 642

Accedendi digne ad ſacramẽtum modus 73

Accuſator peccatoris coram deo eſt diabolus 264

Accidię ſpiritus dãnabilis 76

Actio quęlibet tria bona continere debet 240

Adulatores fugiendi 633

Angeli contriſtantur de peccatis hominum 612

Accuſatores peccatoris multi 264.265

Angeli geſta hominum referunt ad deum 608

Ad nuptias quomodo inuitemur 994.995

Angeli lętantur de conuerſione peccatorum 612

Ambulandum quomodo ſit in mundo 527.528

Amicus perfectus quis 6

Abrahæ ſinus quid 52

Amor dei in nos quàm magnus 157

Ampla palatia adſtruere quã ridiculum 466

Anathema q̃d ſignificet 255

Apoſtoli prius facere, poſtea docere ceperunt 144

Ante hominem proponuntur vita & mors, ſicut bonum & malum 593 594

Antichriſtus eſt naſcitur' de adulterio & diabolo 657

Antichriſtus pręcedet extremum dei generale iudicium 665

Antichriſti agnomina plura & diuerſa 657

Antichriſti aduentus tempus & ſignum 657
Antichriſti perſequutio valde excedet tyrannorum omnium perſequutionem 656 657
Antichriſtus extollet ſe ſuper omnes 407
Amatores mundi qui 72
Arbitrium liberũ vt agat 90
Arma tenebrarum quæ 6
Armatura dei quæ 546
Aſylum peccatorum miſericordia dei eſt 602
Auaritia quàm mala 81
Aures corporen & mentales 52

B

BAptiſmi efficacia 17 18.19.20
Baptiſmus vti dandus 28
Beneficia quinque dei ipſum inuocãtibus præſtita 98.99
Beatus qui eſt contentus iis quæ ipſe habet 262
Bona collata aufert deus ab ingratis 433.474
Bona ſunt noſtra vſu & vtilitate, Dei autem proprietate, quia domini eſt terra 264
Boni à malis calumniantur 569.570
Benefaciendũ eſt omnib. 408
Bonis proprietas quæ 81
Bos quid myſticè 81.82
Bonorum ſtatus, quàm fœlix 449
Boni nõ moriuntur, ſed tranſeunt de hoc mundo ad vitam 250
Beneficij accepti memor eſto 419
Bonorum ſumus tantum diſpenſatores, reddituri rationem deo patri ſa. 259

C

CADERE quid myſticè 232
Cadus quid ſit 273
Charitatis enchomion 429 & 430
Cartilago quid myſticè 631
Cautio quid ſit 272
Carnis infirmitas quadruplex 150.151
Caro cum vitiis crucifigenda 88
Cœci myſticè qui 86
Claudi myſticè qui 86
Chriſtus poſt reſurrectionem multis apparuit, & quibus 285
Chriſti incarnatio aſſimilatur matrimonio 554
Chriſtus mediator, & qualis 343.344
Chriſtus ad quid venit in mũdum 346.347
Chriſtus nos dilexit ſicut mater filium 157
Chriſt⁹ dicitur fons viuus 652
Chriſtus eiecit ementes & vendentes de templo bis, & cur 297.298
Chriſtus triplici oculo videtur 382.383
Chriſtianus quantas tribulationes patiatur in mundo hoc 24.25.26
Chriſtianus vti viuere debeat 248
Chriſtus quàm diues ſit 261
Chriſtus factus pauper 261

Cibus

Cibus malus quis 491
Ciuitas qualis debeat eſſe 200
Cognoſcere ſeipſum vtiliſſimum 146
Conſilium à quibus petendũ 629.630
Cordis tabulæ quæ 313
Contemnere alios non licere 327
Carnis impugnationes vt vincantur 91
Cauendum quantum ab hæreticis 11
Concordia animorum quanta 9
Crucis enchomion 588.588. & 589
Creatura nulla à doloribus expers 95
Cadere nos quare deus permittat 406
Conſilium à quo ſumendum 627.628

D

DAMNATORVM pœnæ quæ 47
Deus inſpicit & verba & cogitationes,ac affectiones hominum 618
Deus eſt iudex,teſtis & retributor omniũ quæ fiũt 117
Deo omnia aperta eſſe 19
Deus laborem noſtrum,& dolorem conſyderat 89
Deo eſt æqualis cura de omnibus 635
Deo cura eſt de nobis 89
Deus reuelat ſui verbi energiam paruulis & à mũdi prudentibus abſcondit 136
Dei manus nemo viuus aut mortu' effugere poteſt 645
Dei ſapientia quanta 222
Dei potentia quàm magna 220
Deus odit & punit peccata 225
Deo ſoli fidendum 312
Deus quomodo operatur in nobis 315.316
Dei potentia inenarrabilis 357
Deus operatur omnia bona in omnibus 217
Deus omnes paſcit 218
Deus omniũ miſeretur 645
Deus complet quæ deſunt fidei ſupplicantis 644
Deus quã mitis & miſericors 252
Deus pater omnium dicitur & cur 427.106.107
Deus alit nos & veſtit, & de his ſolliciti eſſe non debemus 447
Deus ſcit noſtram neceſſitatem,& ſollicitus eſt de his quibus indigemus 448
Dei prouidẽtię debemus ſollicitudinem vitæ noſtræ relinquere 449.450
Deus ſibi ſoli tria reſeruauit 573.574
Diabolus ingredietur corpus antichriſti 658
Detractio quàm mala 29
Dilectio fraterna commẽdabilis 28.29.30
Demonum caliditas quanta 67
Deus boni & mali quí dicatur 115
Diuitiæ duplices 35

Dilectionis

Dilectionis triplex funiculus 156
Diuitiæ vocantur iniquitatis mammonã & cur 278.279
Dilectio proximi quanta eſſe debeat 30
Diuitiarũ genera duo, & quæ 474
Dilectionis præcepta tria 387.388
Dilectionis fructus quot & qui 389
Diſcedere à deo quid ſit, & quàm malum 391
Diffamatio multiplex 363
Dilectio proximi qualis eſſe debeat 516.517
Dilectio dei qualis & quanta 513.514
Diligendi modus penes quatuor attẽdi debet 522.523
Diuino in officio cõditiones quatuor neceſſariç 533 55
Detractio homicidij ſpecies 28.29
Docendum eſt verbo & opere 479
Dominũ intrare quid ſit 564
Domini duo in ſacra ſcriptura quid denotent 433 434
Donum gratię triplicem effectum habere 650
Diues poteſt deo ſeruire & bene agere 438

E

Electos corroborat ſpiritus ſanctus 428
Eſtate laborandum, & non expenctanda hyems 272
Euangelij encomion 52. 53 280
Euangelio hominem ſaluari 283
Euangelicæ doctrinæ excellentia 281.282
Euangeliſtarum nu.3, vt quod vnus tacet, alius ſuppleat 649
Excuſant ſe multi à ſeruitio Chriſti 76
Excuſant ſe à nuptiis gratię ſuperbi, auari, luxurioſi 77
Exercitus dei qui 561

F

Famem inducit deus aliquando, ſicut olim fecit & cur 445.446
Fame non peribit iuſtus, ſed à deo ſaturabitur 638
Fidei perfectionem in quatuor conſiſtere 649
Fidei diffinitio 258.423
Filij dei qui & quales ſint 275
Filij lucis qui ſint 143
Filij tenebrarũ qui ſint 142
Fidelis diſpenſator vt differat à malo villico 271
Fiducia triplex 313.314
Filij corrigendi quandiu ſunt teneræ ætatis 468.469
Fleuit Chriſtus & ſancti, & quando & cur 304.305
Fornicationis & luxuriæ differentia 378
Fructus iuſtitiæ ſunt opera bona 573
Flamma duo deſignat 49
Fructus ſpiritus qui 379

G

Gaudium verum in quo ſitum 1.2
Gaudendum in tribus 3
Genus humanum triplex 88

Generoſus homo magis duci tur verborum dulcedine, quàm aſperis verbis oppor tune trahatur 451
Gentiles virtuoſi dicũtur bo ni reſpectu aliorũ quamuis non ſint in via ſalutis. 565
Gloriandum in domino,& nõ in ſe 320.321
Gladius ſpiritualis quid 551
Gratia ſpiritusſancti tria in ea cõſyderanda 252
Gratiam prout quiſque acce pit,in ea cooperetur 257
Gratia vnicuique eſt data ſe- cundum menſuram dona- tionis Dei,prout Deus vult 263
Gratiarum ſpecies varias & multiplices eſſe 258
Gratia datur vnicuique non ex merito.nec ex fato, nec ex conſtellatione, ſed ſola dei voluntate, prout Deus vult 258
Gratia gratis data,& gratia gratum faciens vt differant 253.254

H.

HÆRETICI vitandi 11
Hæreticos in damnatio ne eſſe 10
Hęretici quàm mali ideo vi- tandi 10.11
Hæreticus comparatur lepro ſo 414
Hæretici tria molliũtur 238
Hęretici ſunt apoſtoli diaboli 243
Hęreticorum fructus qui ſint 244
Hieremias conqueritur,quòd factus ſit in deriſum populo 656
Hieruſalem bellum & deſtru- ctio apte deſcribitur. Ibi- dem 293
Hieruſalem ciuitati ſex mala intulerunt Romani eam ca ptiuando 291
Hieruſalem quid myſticè de ſignet 300.301
Hieroſolimitanum bellum ſcripſerunt Ioſephus & Ege ſippus ambo Iudei 293
Homo q̃cquid agit fit ex cau ſa ſecundaria, ſed id fit à deo ex cauſa primaria & principali 315
Hominis renouatio quæ & quanta 322.323
Homo quoad corpus de limo terræ factus eſt: ſed quoad animam de nihilo creatus eſt 178
Hominum ſex ſpecies à demo nibus obſeſſa 359.360
Homo ſe prius emẽdet quàm alium corrigat 126
Homo multos hoſtes habet, & quos 360
Homo deo ſubditus habet tri plicem pacem 391
Homo eſt ſubiectus peccatis multis 647
Homines quæ ſua ſunt quæ- runt,non quæ Ieſu Chriſti 651
Homines multi in tribulatio- nibus deficiunt.& cadunt in rete diaboli, & cur 425 426
Humilitas ficta mala 490
Humilitas deo grata 497

Humilis exaltatur 498
Humilitas cõmendatur 286
Humilitas radix virtutum & gratiȩ dei 5
Homicidium multiplex 39
Homo perfectus quis 6
Homo creatura dei & filius dei dicitur 91
Homo vetus deſcribitur 76. 77
Humilia quædam non bona, & quæ ſit illa 56
Humilitas in quatuor cõſiſtit. 57
Humilitas quæ nam ſit commendatur 55
Hypochrita quid 637

I

IESVS Chriſtus ſathanam ligant in inferno 32
Ieſus Chriſtus quater fleuit, & quibus. 290.291
Ingratus vitia quatuor incurrit 608.609
Idolatria quàm mala 228
Idolatria fugienda 228
Iniuriæ memoria ad mortem tendit 610
Imitatores ſanctorum eſſe debemus 585
Inimici crucis qui ſint 580
Iraſcendũ non eſſe 168.169
Ira duas comites habere debet 170
Impij ad locum tenebroſum ibunt 291
Inſtinctus naturalis quid 200
Inſtinctus diuinus quid 200
Ingratitudo damnabilis 421
Iuſtitia noſtra eſt incerta, impura & infirma 325
Iuſtitiæ definitio 159
Iuſtitiæ effectus 160
Iuſtitia duobus modis acquiritur 159
Iudicare quando & quomodo homo debeat 121.122
Iuſtitia homini neceſſaria 159
Iudeorũm cæcitatem chriſtus improbat & cur 294.295
Iuſtus famem nõ ſentiet 638
Iuſti quamuis affligantur in hoc ſeculo, tamen proſperabuntur 152.153
Impij quamuis proſperent, cito tamen euaneſcent 552. 553.
Iuſtitia mala quadruplex 325 327
Iudicare alium quàm periculoſum 332

L

LEX vt ſit bona vt morti fera 340
Lex cur data 343.344
Litera vt occidat 317
Lymbum deſtruxit Chriſtus per paſſionem ſuam, non autem infernum, vt falſe aſſerunt Lutherani 50.51
Locus triplex 52
Lugere, & flere mortuos laudatur, quamuis contra ſentiant Lutherani 111.112
Lex non eſt data immediatè à deo, ſed per Moyſem 167
Lingua maledictis refrenanda 771.172
Legem dei mandantibus tria ſeruanda 204.205
Lutherani falsò detorquent textum ſcripturȩ ſacrȩ 659
Lutheranorum ſtultitia quanta 239.240

Lupus mutat pilum, ſed non dimittit vitium 241
Luther & pelagius in quo errauerunt in libero arbitrio 315.316.
Litera occidit tripliciter 317 318
Lutheri error circa opera 385
Luther dicit omnia venire ex neceſſitate, ſiue bona, ſiue mala, quod falſum eſt 52
Lutheri error dicentis ſufficiens ad ſalutẽ credere 21
Lex gratiæ quantum excellit legem Moſaicam 217
Lex cur data, & à quo 343.344
Lepra quid myſticè deſignet 411
Leproſus quid myſticè 412. 413.
Lutherani falſò nos damnant ꝙ ante corpora ſepelienda canamus pſalmos 461.462.
Lutherani ſub pietatis prætextu pauperes ad ſuam hereſim trahunt, vt Iudas ſub oſculo pacis 483.484

M

Magister verus qualis eſſe debeat 633
Mali vocantur filij mundi, & cur 276
Mãmona quid ſignificet 278
Mali ſemper in peius proficiunt 511 624.625
Matrimonium quandoque bonum, & quandoque malum & quomodo 838
Mali quàm grauiter puniantur 224.225
Manus Chriſti virtus & efficacia 644
Menſura qua alium metimur, eadẽ remetieturnobis 125
Mortificare nos debemus 179
Mortificare ſeipſum quid ſit 179
Malorum exceſſio ſeu mors quintuplex 251.252
Mors ex improuiſo venit 269
Mundi commotio quintuplex 457.458
Mors de vnigenito grauiſſima 459
Mortuos tres Chriſtus ſuſcitauit 463
Mortuum tam facilè Chriſtus ſuſcitabat, quã m homodormientem expergefacit 653
Moritur homo quoad mundum, ſed ipſe dormit quoad deum 653
Miſeretur deus dupliciter 209
Miſericordia dei magna 210
Miſericordia dei aſylũ eſt 211
Miſericordia dei quàm alta & magna 210.211.212
Miſericordia dei ad omnem poſitionem homini ſe offert 213
Miſericordiæ Dei pauci ſe participes faciunt 214
Menſa dei ſobria 219
Menſa diaboli ſplendida 220. 221
Mundus æquiparatur mari, & cur 455
Murmuratio fugienda 231
Medici honorandi 76
Murmurationis definitio 103
Mundus æquiparatur mari, & cur

cur 455
Mundus iuſtos odit, & perſequitur 24.25.26
Mundi calamitates ſunt tolerandæ 88 89
Mulierũ infirmitates ſeptẽ 646

N

NECESSARIA ad veram fiduciam in deum multa, & quæ 538.539
Nemo poteſt declinare à malo, & facere bonum, niſi per ſpiritum ſanctum 256
Naues mergi q.d myſticè 146
Nicodemi ad Chriſtum acceſſus tria deſignat 16
Nuptiæ quid myſticè deſignent 555.556

O

OBLATIO muneris quomodo eccleſiæ facienda 273
Oratio humilis quàm bona 334 335.336
Orationem quæ comitari debeant 643
Orandum quomodo ſit 329
Oſtentatio ſuiipſius quàm mala 331.332
Operari quomodo debet chriſtianus 452.453
Oleum myſticè quid 274
Opera dei q̃ mirabilia 456
Orandum ſine intermiſſione 472
Ordines charitatis quatuor 575
Obedientiæ meritum quantum ſit 144
In ore duorum vel trium ſtat omne verbum 655
Offerentes deo agnos debiles cum habeant ſanos quantum errent 124
Opera dei honorificãda 655

P

PANEM cœleſtem ſumere volens nouem documenta teneat 222.223
Panis animæ quid 638
Paſſiones mund dupliciter conſiderari 90.91
Pauli Apoſtoli humilitas 55
Pax myſticè q.d deſignet 505
Panis nomine omnia vitę neceſſaria contineri 481
Paulus orando petit tria 620
Patrimonia neceſſaria piè in Chriſto viuentibus 621
Perfectio multiplex 7
Perfectio in quo conſiſtit 7
Perfectio gemina 4
Perfectus homo, & perfecta res qui dicantur deſignari & ſignificari 6.7
Peccatum eſt voluntarium, & non ex neceſſitate factũ 62
Prædeſtinati implent locos vacuos in cælo ex ruina Angelorum 85
Prædicatori bono tria eſſe neceſſaria 137
Prædicatores boni non ſunt inter ſeipſos diſſentiẽtes nec ab eccleſię ſenſu diuerſi 138
Prędicatio quælibet bona tria contineat 140.141
Pauperem eſſe duobus modis accidere 30
Peccator q̃ infœlix ſit 153
Peccatum inducit fructũ nullum & malum multũ 155
Peccata ſeparant nos à deo 255

Peccata eleemoſinis redimenda 260
Peccatum ſuo pondere aliud peccatum trahit, vt abyſſus abyſſum inuocat 229
Propheta multis modis accipitur 155
Prophetæ falſi quàm mali 235.236
Proximo ignoſcendum 123.124
Prouidentia dei de nobis magna 207.208
Pœnitentia triduo peragenda 222
Paulus manibus laborabat 287 288
Peccator cur horrẽda pericula non videt 305
Prudentiores ſunt mundani bonis chriſtianis: idque duplici ratione 275.276
Prudentiæ gradus 278.289
Prædicatores quales eſſe debeant 511.512
Peccator ſex habet in vita,eadem habebit etiã poſt mortem 306.307
Peccator circundatur à diabolis triplici vallo 309.310
Phariſæorum confidentia falſa 324 325
Plagæ quæ à dæmonibus peccatori infliguntur quæ & quales 394.395
Petrum cadere quare deus permiſit 406
Pœnitenti neceſſaria quinque 412.413.
Peccata confitenda,idq; quatuor ex cauſis 417.418
Prouidentia & Sollicitudo viuendi non prohibetur, ſed cupiditas reprobatur. 445
Perfectus dicitur cui nihil deeſt 476
Perſequutio antechriſti durabit tribus annis & ſex menſibus 659
Perſequutiones decem quas antichriſtus exercebit in catholicos 657.658
Petrus malus quid 490
Principiis obſta 506.507
Phariſæi quàm præſumptuoſi ſint 506.507
Pſalmi, dixit dominus domino meo, explanatio 525
Paraliticus à chriſto curatus quid deſignet 537
Paraliticum portantes quatuor quid deſignent 542
Pedes calceati quid myſticè 549
Prandium quid myſticè 557. & 558
Pedes ligare q̃d myſticè 567
Parentes quare plus amant filios quàm contra 577
Prodigia in quo à ſignis differant 580
Peccatorum vita quàm abominabilis 589.590
Poteſtas dei tremenda 598
Pro peccato patrisfam. tota domus corruit 606
Peccator debet omnia dare, vt à peccatis ſe redimat 606
Plangendi ſunt iniqui moribundi, non autẽ boni 635
Potentes quàm crudeles erga ſuos debitores 610
Potentatus vita breuis 612
Pœnæ damnatorum nunquã finem

finem habituræ 615
Puella à Chriſto ſuſcitata q.d myſticè deſignet 650
Q
QVAERENTIBVS in primis Regnum dei omnia proſperè eueniunt 139
Quomodo Chriſtum diligit qui proximum prodit 615
Quatuor virtutes cardinales 158
R
RANCOREM ſiue vindictã dimittendam 611
Ratio quomodo à nobis exigetur in finali dei iudicio 599.600
Rationem vitæ reddet vnuſquiſque aut in vita, aut in morte 268
Ratio villicationis quomodo reddenda 268.269
Regnum cœlorum cur eccleſiam deſignet 596.597
Regnum cœlorum quid etiam deſignet 553
Retia quid myſticè 141
Rete rumpi quid, myſticè 145
Reconciliatio fraterna quomodo facienda 176
Regulus quid myſticè 582
Regulo occurrerunt ſerui tribus de cauſis 582
Regnum cœlorum & dei regnum quid ſit 17
Reddere bonũ pro bono humanum eſt 114
Reddere bonum pro malo, diuinum eſt ibid.
Reddere malum pro malo beſtiale eſt ibid.
Reddere malum pro bono diabolicum eſt ibid.
S
SALVS non eſt ex lege, ſed ex fide Chriſti 338
Sancti facta ſua aliquando cõmendant 333
Samaritani in tribus commendantur 420
Satiſfactio duplex 608
Sacerdotibus ſe oſtẽdere quare præceperit Ieſus chriſtus 410
Sapientiam & diſciplinam abiiciens eſt infelix 489
Septẽ ſacramenta ſanant peccatores 399
Senſus ſcripturæ quatuor, Literalis, moralis, myſticus, & anagoricus 572
Serui dei ſumus tribus de cauſis 600
Seminare in ſpiritu quid ſit 409
Seruitus multiplex 436.437
Seruire deo multi dedignantur 439.440
Scire bonum & nõ faciens peccatum eſſe 49
Societas quàm bona 113
Sobrium in tribus eſſe oportet 64 65
Superbia quàm mala 54.55
Suffocare hominem quid myſticè 610
Spes vera quàm ſalutaris. 93
Sponſus verus, & ſponſa vera qui 492.493
Senſus hominis quinque 83
Spiritus diuerſa habet nomina & totidẽ effectus: & quæ 201.202.203
Sacerdotes quales eſſe debeãt

196
Spiritus vnus & idem eſt 20
Sportæ ſeptẽ q̃d myſticè 223
Spiritu ductus per bonas vias ambulat 377
Spirituſancto ductus, quos fructus facit 379.380
Sancti fecerunt maiora miracula quàm chriſtus, ſed non virtute propria 467
Spirituſſanctus incorporatur nobis dupliciter, & quomodo 256
Sãctorum interceſſio ad quid valeat cõtra lutherum 349
Succincti lumbis quid deſignet 549
Scutum fidei quid 550
Serui dei ſumus tribus de cauſis 600
Sollicitudo multiplex 445
Sol iuſtitiæ Chriſtus dicitur 135

T

TALENTVM quantum valeat 601
Talenta decem quantum valeant ibidem
Tempus inter aduentum antechriſti & extremum iudiciũ generale eſt incertum 659
Terram Deus ſuſtinet tribus digitis 207.208
Tentare quemquam non licere 230.231
Tẽtari nõ permittit nos Deus vltra quam poſſimus 233
Triticum quid myſticè 274

V

VENDENTES frumenta corosa quãdo delinquãt 124
Vetuſtas quadruplex 503.504
Veterem hominem exuere quid 501
Viuendum eſt ſobriè, hoc eſt ſumendum eſt tantum ad vitæ ſuſtentationem 219
Villicus tripliciter reperit 263
Viſitatio bona quæ 293
Vitatio dei qualis & quanta. 310.311
Vnitas in eccleſia quam vtilis 455
Vinctorum mementote, tamquam ipſi vincti eſſetis, & laborantium tamquam in corpore morantes 46[illegible]
Viuere in ſpiritu quid ſit 40[illegible]
Vitę neceſſaria ſubtrahit Deus aliquãdo, & quare 445.446
Virtutes q̃d, & quot ſint 158
Virtutum theologicarum operatio 159
Vocat nos Deus multipliciter 71. & 266
Verbum dupliciter accipi 8
Vnanimitatis ſeu concordiæ ſigna quinque 111
Vinum quadruplex 532
Vẽditio peccatoris duplex 603
Violentum non durat 613
Voluntas beatorũ cõformatur in omnib. diuinæ iuſtitiæ 51
Vigilandum eſt 65.66
Voluntas dei quæ 532
Veſte nuptiali quid deſignetur 566
Vita noſtra eſt quædam mors 598.579
Vxor quid myſticè 604
Viuere in ſpiritu quid ſit 403

FINIS.

DOMINICA PRIMA POST PENTECOSTES, QVÆ EST *dies Sanctiſſimæ Trinitatis, in Epiſtolam 2.Cor.13.* Sermo.

*

G*AVDETE, perfecti eſtote.* Suppoſita 2.Cor.13
fide ſanctæ Trinitatis, ſine qua nemo Hebr.11.
ſaluatur, tanquam fundamento quod 1.Cor.3.
conuelli nō poteſt. Hic docet Apoſto- Epheſ.2.
lus quid & qualiter ſuper hoc fideles
ſuperædificare debent, vt fiant templū
ſanctum in domino, & habitaculum dei in ſpiritu ſan-
cto. Et circa hoc tradit doctrinam moralem in princi-
pio. Deinde optat & præcatur bonis & rectis corde lar-
giri gratiam ſpiritualem: ibi, Gratia domini. *De cætero*
fratres, quaſi dicat: Hactenus multis vobiſcum egi. Mo-
dò ex authoritate arguendo & durè increpando Modò Titi 1.
pij patris inſtar cōſolando. Modò dulcis matris in mo-
dum fouendo & lactando. Modò inſtar medici periti, 1.Theſ.2
vrendo & ſecando, percutiendo & ſanando, mortificā- 1.Reg.2.
do & viuificando, humiliando & ſubleuando, prout cō- Deut.32.
ditio veſtra & morborū diuerſitas hoc requirebat. At
nunc finem dicēdi cuncti pariter audite. *Gaudete, per-*
fecti eſtote, exhortamini, idipſum ſapite, pacem habete. Hic
quinq; per ordinem tradit documēta ſalutis, ſuper au-
rum & topaſion vtiliora ſiue precioſiora, & ſuper mel Pſ.118.
& fauum dulciora. Quid gaudio deſiderabilius? Quid
perfectione diuinius? Quid exhortatione bona, ſalu-
brius? Quid conſenſione expetibilius? Quid pace Dei 1.Tim.2
vtilius? Hactenus multa de fide vos docui, ſicut doctor 2.Tim.1
gentium in fide & veritate poſitus ſum à Deo. At fides Iacob 1.
ſine bonis operibus mortua eſt in ſemetipſa, ſicut cor-

pus ſine anima, ideo ad bona opera iam vos adhortor
Matt.6. & moneo quibus Deus demeretur, & homo theſaurum
1. Tim.6 bonum ſibi theſaurizat in cœlo, & certam facit ſuam
2. Pet.1. vocationem & electionem. At, bona operatio in hoc
ſita eſt, quòd homo fugiat malum, vnde oritur gaudiũ
verum. Faciat bonum, vnde appropinquat ad perfectio-
nis faſtigium. Doceat verum, quod eſt munus angelicũ
Rom.13 & apoſtolicum. Caueat falſum, quod eſt inſigne euan-
Galat.5. gelicum. Amet proximum, quod eſt ſcopus, finis, inſtau-
ratio, & omnis ſcripturæ complementum. Priora duo
actum operis, alia duo actum oris, nouiſſimum & cordis
& operis actum reſpiciunt, ordinant & regunt ſecun-
Iacob.1. dùm diuinæ legis gnomum. Qui facit hæc, in facto ſuo
beatus eſt, viuit angelum, eſt homo Dei & amicus, &
Matt.5. vir virtutis, forma vitæ, exemplũ ambulandi poſt Deũ.
Eſt lux mundi, ſal terræ, ciuitas Dei, lucerna ardens ſu-
1.Tim.3 per candelabrum poſita, & lucens omnibus, per bona
opera ſua, qui ſunt in domo Dei, quæ eſt eccleſia iuſto-
rum & ſanctorũ. Dicit ergo: *Gaudete* in Domino cha-
riſſimi, iterum dico, gaudete, hoc eſt, ea facite, quæ cor
à mœrore leuant, & verum gaudium cauſant. Hoc faci-
tis, dum declinatis à malo, quaſi à facie colubri fugitis
Eccl.21. peccatum. Iniquos & omnem viam iniquam odio ha-
Pſ.120. betis: Quia non eſt pax & gaudium verum in ſpiritu-
Eſa.57. ſancto impiis, & eis qui declinant à mandatis Dei. Qui
operantur iniquitatem, ambulãt Deo ex aduerſo, & ſi-
ne vllo timore perpetrant mala. Quia arguit eos mali-
Eccleſ.8. tia eorum, & auerſio eorum increpat eos. Peccata eo-
Hiere 2. rum traducunt eos ex aduerſo, redarguit eos peſſima
Sap.4. eorum conſcientia, & ſemper ſæua præſumit. Nam cum
Sap.17. timida ſit nequitia. data eſt in omnium condemnatio-
Roma 2. nem. Hinc vir ſecundùm cor Dei, poſtquam iuſtas Dei
Prou.10 leges adulterando tranſgreſſus fuit, dixit de ſeipſo: Nõ
Pſal.39. eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorum meorum. Nam
ſonitus terroris iuſti iudicis, quo dicturus eſt: Nunquã
Iob 15. noui vos. Diſcedite à me in ignem æternũ, omnes ope-
Luc.13. rarij iniquitatis, ſemper in auribus illius reſonat, & cũ
Mat.25. pax ſit, ille ſuſpicatur inſidias. Non credit quod reuerti
poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans vndique
Apoc.1. gladium ex ore filij Dei procedentem, ex vtraq; parte
Iob 19. ſcindentem, vltorem iniquitatum. Et quomodo gaude-
re poſſet peccator & læto animo eſſe, cùm ſupra ſe ha-
beat

beat iratum iudicẽ, infrà inferni ignem inextinguibilem, à dextris peccata horrenda & infinita accuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia ad gehennæ ſupplicia trahẽtia: intus conſcientiam teſtificãtem, foris mundum ardentem, retro vitam deteſtabilem, ante iudicium ſine miſericordia. Væ igitur impiis in malum. Nam ſi gaudent & lætantur cum malefaciunt, & in rebus peſſimis exultant, hoc inſtar puncti eſt, & eius extrema luctus æternus occupat. Proinde, riſus peccatorum & gaudiũ iniquorum, dolore cordis & mœrore animi, ac timore damnationis miſcetur. Tenent quidem (mundi amatores & potentes in hoc ſeculo) tympanum, gaudent ad ſonum organi, gloriantur in malitia, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Et hoc quando dicunt, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperuenit interitus, & effugium perit ab eis. At ſecura mens, conſcia ſibi recti, quaſi iuge cõuiuium, in gaudio illius non miſcetur extraneus. Gaudium enim eſt iuſto, facere iudicium & iuſtitiam. Verùm copias has gaudij veri, in arctum contraham, & dico, quòd gaudentes gaudere debemus in Domino, & exultare in Deo Ieſu noſtro Lætari & exultare in miſericordia Dei. In tribus tamen principaliter gaudere debemus: Nempe, in conſcientiæ puritate, in fidei veritate, in ſolacio ſpei ſanctæ Primò gaudendum in conſcientia recti Sic gloria Apoſtoli fuit teſtimonium conſcientiæ ſuæ Nempe, quòd in ſimplicitate cordis & ſynceritate Dei & gratia conuerſatus fuit in hoc mundo Quia ſanctè, iuſtè, & ſine querela omnibus adfuit. Quia nõ ſolum corã Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus ſibi bonum prouidit. Cõſcientia bona, vnde gaudeat, ſemper in ſeipſa habet. Quia gloria honor & pax, omni operanti bonũ. Ergo ſi ſemper vis gaudere & læto animo eſſe, ſemper bene fac, ſemper operare iuſtitiam, ſemper fac bonitatem. Proinde lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Deinde lætandum eſt, in gratia fidei, per quam in ſortem & numerum filiorũ Dei, adſciſcimur, & naturæ diuinæ conſortes efficimur, hæredes Dei, ac cohæredes Chriſti. Sed & per fidem electorum Dei, diuites in gratia efficimur, & in Deo, & per eam omnibus bonis replemur. Neque enim quiſquam egens eſt inter filios Dei, ſed omnia patris bona,

Eſaie 3. Prou. 2. Prou. 14 Iob 21. Pſal. 51. Prou. 14 Prou. 21. Abac. 3. Pſal. 30. 2. Cor. 1. 1. Theſ. 2. Rom. 12. Roma. 2. Pſal. 36. Coloſ. 1. 2. Pet. 1. Luca 15.

illorum ſunt. Sicut ſcriptum eſt: Omnia mea tua ſunt.
Pſal. 33. Vt innumera taceam, tertio loco gaudendum eſt de
Pſal. 36. ſanctæ ſpei ſolatio. De ſpe inquam, quæ non delinquit,
1. Ioan. 3 ſed facit bonitatẽ. Et ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus
eſt in quem ſperat. Proximo loco Apoſtolus iubet nos
eſſe perfectos. Eſt autẽ gemina perfectio, nempe, creatoris & diuina, & creaturarum, ſiue angelica & humana.
Solus Deus abſolutè & omnibus numeris abſoluta
perfectione eſt perfectus. Alia eſt perfectio humana. Et
hæc duplex eſt, viæ videlicet & patriæ. Vtraq; à perfectione diuina plus diſtat quàm cœlum à terra, & oriens
ab occidente. Nam quis in nubibus æquabitur Domino, aut quis ſimilis erit Deo in filiis Dei? Magnus eſt, &
Perfectio patriæ. magnitudinis eius non eſt finis. Perfectionem patriæ
ſperamus, ad perfectionem viæ aſpiramus, laboramus,
& cum Paulo extendimus noſmetipſos. Illa eſt omni
tempore Deo inhærere, Deo vniri, Deo frui, ſine omni
impedimento & obſtaculo, & vnum cum ipſo eſſe ſpiritum & animã vnam. Perfectio viæ eſt illa, qua homo
Perfectio viæ. omnia neceſſaria ad ſalutem, habet. Sic perfecti ſtare
debemus, & pleni omni voluntate Dei. Ad hanc perfe-
Luca 14. ctionem ſummis viribus niti debemus, vim nobis faciẽdo, noſmetipſos abnegando, crucem portando, vias duras cuſtodiendo, ſollicitè cũ Deo ambulando, ſicut ſcri-
Gen. 17. ptum eſt: Ambula coram me, et eſto perfectus. At hic
Abac. 2. vigilare oportet, et vnumquemq; ſuper cuſtodiam ſuã
Rom. 11. ſtare, ne qui ſtat in fide, ſpe & dilectione, cadat in reti-
Pſ. 140. culum et laqueos diaboli. Et ſi ceciderit (ſicut et iuſtus
Prou. 24 ſepties cadit in die, et in multis offendimus omnes) vt
Iacob. 3. mox reſurgat à mortuis et à diaboli laqueis reſipiſcat,
Iudi. 16. vinculáque peccatorum (ſicut Samſon) rumpat, quibus
2. Tim. 2. conſtrictus tenetur ad diaboli voluntatem explendam:
Et impeditur, ne ſalutem ſuam cum metu et tremore
operetur, et faciat omne bonũ quod poteſt manus ſua.
Sic Salomon electus et amabilis Domini fuit, et Aſa
in omni bonitatis operatione, conſummatus. Sed neuter permanſit in bonitate. Facta fuit ruina domus illo-
Ioel 1. rum magna, quia heu, vt reſurgerent non adiiciebant,
ſed inſtar iumentorum quibus non eſt intellectus, com-
1. Re. 13 putruerunt in peccatis ſuis. Dauid vir ſecũdùm cor Dei
Mat. 26. fuit, et lucerna ardens et lucens. At cecidit ſtella hæc
Mar. 14. magna de cœlo in terram. Sic et Petrus apoſtolorum
princeps,

princeps,imò cœtus ille totus electus à Chriſto,ad lapidem viuum & petram ſcandali,impegit grauiter. Verùm,dum miſericordia Dei præuenti & tracti,mox ſurrexerũt à mortuis,& caſus iſte eis cooperabatur in bonum. Et Deus ſaluos faciendi, & totius conſolationis, in profundum omnia peccata eorum proiecit,& eorum amplius non eſt recordatus. Status ſummus etiã Apoſtolicus,vt in Iuda proditore cernere eſt, neminem ſecurum facit aut ſaluat. Sic in angelis prauitatem reperit,& Adam in paradiſo deliquit,ergo nec locus tutum reddit. Sic nec miniſterium,nec perfectio,quàm modo quis habet,aliquem ſaluat:ſed qui tenet quod habet,& in bonitate perſeuerat vſq; in finem, hic coronam vitæ,brabeium currentium,& coronam legitimè certantium accipit,& beatus eſt in facto ſuo. Nicolaum accipite,vnum inter ſeptem diacones electos ſub apoſtolis Hic vir boni teſtimonij erat.plenus ſapientia & ſpiritu ſancto,plenus fide & fortitudine. Sed dum nõ permanſit in bonitate, & retro poſt Satanam abiit,tanto grauiorem eſt paſſus caſum & damnationem, quanto ditior in Deo & gratia priùs fuit. Et nos, niſi inſtanter in timore Dei tenuerimus noſmetipſos,& in vera humilitate,etiam domus noſtra citò ſubuertetur. Quia timẽtibus Deum,bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicuntur. Et quam ſuperbis negat & aufert datam,humilibus gratiam Deus largitur & gloriã. Beatus proinde homo qui ſemper eſt pauidus. Qui veretur omnia opera ſua. Qui humiliat ſe ſub potenti manu Dei Qui cũ omnia fecerit quę ei præcepta ſunt, ſeruum inutilem ſe ſentit in corde, & ore profitetur. Sola enim humilitas,radix cuſtóſq; virtutũ eſt,& gratiæ Dei. Quia ſicut qui ſe exaltat in donis & ex donis Dei,humiliatur: Sic contrà, qui ſe in & ex donis Dei magnis cum Maria & angelis ſtantibus, humiliat, & quicquid in ſe gratiæ, bonitatis & iuſtitiæ conſpicit, Deo acceptum refert, cuius eſt totum quod optimum, hic exaltabitur, in vita quæ nunc eſt in iudicio, quia tunc cum Chriſto apparebit in gloria, ſed & in regno cœlorum,quod aſcendat ſuperius ei dicetur, ab eo qui daturus eſt vnicuique ſecundùm opera ſua. Perfectio autem humana in charitate conſiſtit, quæ eſt dilectio de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. In

Rom. 8. *2. Cor. 1.* *Ezec. 18.* *Iob 4.* *Gene. 3.* *Iacob. 1.* *2. Tim. 2.* *Eccl. 27.* *Eccleſ. 1.* *Iacob. 4.* *1. Pet. 5.* *Luca 17.* *Luc. 14.* *Luca 1.* *1. Tim. 1.*

qua, quanto eſt homo conſummatior, integrior & dei-
1. Cor. formior, tanto eſt perfectior. Quantumlibet antè quis
13. profecerit in dilectione in hac vita, nihilominus im-
perfecta & ex parte eſt. Sed cùm venerit quod perfectū
eſt, & conſummatio eius in gloria, tunc euacuabitur
quod eſt ex parte eius. Ille autem in hac vita perfe-
ctus eſt in ſua vocatione, in ſuo officio & gradu, qui vir-
tutibus quas Apoſtolus charitati tribuit, eſt adornatus,
fultus & indutus. Qui eſt patiens, benignus, comis, ſua-
uis, beneuolus, amator inimicorum. Qui non agit per-
peram. Qui omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuffert
& ſuſtinet. Nam charitas omnium bonorū radix & ma-
Mat. 22. ter, finis & conſummatio eſt, & inſtauratio ac plenitu-
Rom. 13. do legis, & pareneticæ doctrinæ Chriſti. Sit ergo ho-
Galat. 5. mo Dei, vir virtutis, perfectus perfectione ſanæ cogni-
tionis per fidem Chriſti & electorum. Sic homo dici-
1. Cor. 1 tur perfectus in ſapientia, qui nouit omnia fidei myſte-
Philip 2 ria, & per ſpiritum ſcrutatur etiam profunda Dei. De
Rom 15. hac dicit Apoſtolus: Sitis perfecti in eodem ſenſu, & in
eadem ſcientia, idem ſapite, eandem charitatem habe-
te, id ipſum ſentite in alterutrū ſecundùm Ieſum Chri-
ſtum. Secundò, perfectione rectæ intentionis, quæ ha-
betur per ſpem. Sic oculus dicitur perfectus, quando
1. Pet. 1. rectè ſolem intuetur in ſua rota. Hinc Petrus ait: Suc-
cincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij & perfecti ſperate
in eam quæ vobis offertur gratiam. Tertiò, perfectio-
ne veræ dilectionis, quæ habetur per charitatem. Sic
homo dicitur amicus perfectus, qui omni tempore dili-
git, etiam aduerſitatis. Ideo ante omnia charitatē ha-
bete, quæ eſt vinculum perfectionis. Quartò diſcretæ
locutionis, quæ habetur per prudentiam. Sic clauis &
Iacob. 3. ianua perfecta eſt quę claudit & aperit opportunè. Vn-
Amos 5. de ſi quis non offendit verbo, hic perfectus eſt vir. Sed
Marc 7. iniqui perfectè loquentē abominātur. Quintò, ſanctæ
Exo. 25. operationis, quæ habetur per iuſtitiam. Sic ille dicitur
Hebr. 8. perfectus artifex, qui omnia benefacit, & ſecundùm
Gene. 17. exemplar quod ei monſtratū eſt & propoſitum in mon-
1. Ioan. 2 te, quod eſt Chriſtus. Sic dixit Deus ad Abraham: Am-
bula coram me, & eſto perfectus. Ambula ſicut ego am-
bulaui. Sextò honeſtæ conuerſationis, quæ habetur
per temperantiam. Sic dicitur perfecta pulchritudo, quę
nihil turpitudinis maculæq; habet. Vnde ſcriptum eſt:

Perfe-

Perfectus eris & ſine macula cum Domino deo tuo. Deut 18.
Septimò, perpetuæ continuationis & perſeuerationis in bonitate, quod eſt inſigne fortitudinis. Sic dicitur opus perfectum, quod ad finem debitum eſt perdu- Iac. 1.
ctum. Sic patientia opus perfectum habet, vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Hinc armaturam Ephe. 6.
Dei accipere debemus, vt poſſimus in die malo reſi- Pſal. 14.
ſtere diabolo, & in omnibus perfecti ſtare. Qui facit 1. Cor. 9.
hæc, non mouebitur in æternum, ſed accipiet coronam incorruptam, in agone contendentibus, & legitimè certantibus, repromiſſam. Inſuper notandum, quòd perfectio multiplex eſt. Vna naturæ, in cõſummatione operum Dei. Sic in ſex diebus perfecti ſunt cœli et terra, et omnis ornatus eorum. Alia innocentiæ in rectitudine ſpirituum. Sic Cherub ille, plenus erat Gen. 2.
ſapientia, et perfectus decore et c. Tertia eſt ſuf- Ezec. 28.
ficientiæ in obſeruatione mandatorum. Sic Noe Gen. 6.
vir iuſtus atque perfectus fuit, Talem plebem perfe- Luc. 1.
ctam Ioannes Domino præparauit. Sic ſtate perfecti Col. 4.
debemus, et pleni omni voluntate Dei. Quarta ſupe- Mat. 19.
rerogationis in obſeruatione conſiliorum Dei. Si vis perfectus eſſe, vende omnia, et cætera. Quinta con- 1. Ioan. 4.
ſcientiæ in confidentia meritorum. Sic perfecta charitas foras mittit timorem. Sic Ezechias dixit ad Deum, Obſecro Domine, memento quæſo, quomodo ambula- Eſai. 3.
uerim coram te in veritate, et in corde perfecto, et quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Sic Apoſtolus certus fuit, quòd repoſita ei erat corona iuſtitiæ, quam 2. Tim. 4.
iuſtum iudicem ſibi redditurum ſciebat. Nam bonum certamen certauerat, curſum conſummauerat, fidem ſeruauerat. Sexta eſt in vbertate et redundantia gratiarum qua vnuſquiſque ſicut accepit gratiam Dei, ſic in 1. Pet. 4.
alterutrum ipſam adminiſtrat, ſicut bonos et fide Rom. 1.
les diſpenſatores multiplicis gratiæ Dei, oportet. Col. 1.
Sic Paulus Romanos videre cupiebat, vt aliquid ſpiritualis gratiæ illis impartiri poſſet. Sic docuit in omni ſapientia omnes homines, vt omnes homines perfectos exhiberet in Chriſto Ieſu. Septima eſt doctrinæ in eminentia documentorum. Sic Apoſtolus ſapientiam loquebatur inter perfectos. Et alibi, 1. Cor. 2.
Donec ſurgeret ſacerdos, doctus atque perfectus, qui 1. Eſd. 3.
de theſauro ſuo noua et vetera proferet. Octaua eſt Mat. 13.
glo-

gloriæ,in magnitudine præmiorum. Donec omnes occurramus in virum perfectum &c. Statueram in vno & altero folio epiſtolam diei huius abſoluere,& ecce præter inſtitutum in longum calamus defluxit. Verùm,quę reſtant,alteri homiliæ reſeruemus.

HOMILIA SECVNDA DE EADEM LECTIONE.

TERTIVM quod in hac lectione ſacra nos docet doctor & magiſter gentium, eſt exhortatio ſacra & inſtructio, de qua ait
1.Cor.14 idem vas electionis: Qui prophetat(& abſcondita ſacræ ſcripturæ producit in lucē, & paruulis panem verbi Dei frangit) ille hominibus loquitur ad ædificationem in fide,& exhortationem,ad profectum in omni virtute, iuſtitia & ſanctitate vſque in finem,& conſolationem eorum,qui in omni preſſu-
1.Theſ.1 ra ſunt. Exhortatio vero non debet eſſe de errore,ſicut faſcinatores populi, duces cæci, & magiſtri mendaces
2.Eſd.4. faciunt,ſed de veritate fidei,quæ omnia vincit,non de
Apoc.2 immundicia peccatorum carnalium, ſicut Balaā fecit. Nam ipſe docuit ſcandala mittere, edere & fornicari.
Rom.16. Neq; in dolo, quo multi per dulces ſermones & bene-
Matt. 7. dictiones ſeducunt corda innocentum. Veniunt in ve-
Pſal. 54. ſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.
Pſal.56. Molliūt ſermones ſuos ſuper oleum,& ipſi ſunt iacula, quibus animas quæ non moriuntur, occidunt. Et ſunt gladij acuti linguæ eorum, & dentes eorū arma & ſa-
1.Theſ.2 gittæ. Nos autem loquimur euangelium, ſicut probati ſumus à Deo, qui probat corda noſtra. Exhortamini. quod verbum in actiua & paſſiua ſignificatione accipi
Ioan.8. poteſt. In paſſiua,quia qui ex Deo eſt,verba Dei audit. Audit quid loquatur in eo Deus. In actiua autem, ad
2.Tim.4. iuſtitiam erudit plurimos. Prædicat verbum,inſtat opportunè,importunè,in omni patiētia & doctrina,opus
Act. 24. facit euangeliſtæ. Et poſtquam multos lucratus eſt Domino,& conuertit ab errore viæ ſuæ,reuertitur ad eos, & confirmat corda eorum in omni opere & ſermone bono, & exhortatur eos, vt in fide permaneant,
2.Tim.3. & in iis quæ didicerunt. Nam qui vultum natiuitatis ſuæ, qua ex Deo natus eſt in lege perfectæ libertatis
perſpe-

perſpexerit, & permanet in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo eſt. Ad hoc autem exhortatio fieri debet & ordinari, nempe ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, & ad omne opus bonum inſtructus. Hinc rurſus ait idem vas electionis: Dum venio, attēde exhortationi & doctrinæ Hæc enim faciens, & teipſum ſaluum facis, & eos qui te audient. Eſt enim exhortatio quaſi imber ſuper gramina, & pluuia voluntaria ſuper arentem terram. Quantumlibet bono ſemine verbi Dei agrum cordis tui ſeminaueris, ſi exhortationis pluuiam non ſuſcipit, non facit fructum. Omnes virtutes in vitia degenerant, ſi ſancta exhortatione non fouentur. Hortum cordis noſtri & vineam ſpinæ, vrticæ & omnia zizania vitiorum replent & operiunt, ſi per exhortationis ſtudium noxiæ herbæ non euelluntur & deſtruuntur, & diſperduntur & diſſipantur, & virtutes ac mores boni iugiter per eam ædificantur & plantantur. Si animalia quæ iugata incedunt, exhortatione indigent & directore, vt in via pacis recta incedant, non declinando ad dexteram vel ſiniſtram. Vel ſi exorbitauerint de via vitæ æternæ, vt reducantur ad eam. Vaſa ærea & ferrea rubiginem contrahunt, ſi non poliuntur confricatione. Veſtimenta abominabilia fiunt, ſi non crebrò lauantur. Pueri in arcum prauum conuertuntur, ſi non crebriùs adhortantur ad bonum, & cohibentur à malo. Scholaſtici nihil proficiunt, ſi non aſſiduè exhortantur & docentur, quæ ſunt Domini Ieſu, & ſalutis.

Iac. 1. *1. Tim. 3.* *Deut. 32.* *Prou. 34.* *Matt. 13.* *1. Cor. 1.* *Rom 15.* *1. Cor. 1.*

Sit ergo præco verbi Dei, ſicut paſtor in caulis, dux in exercitu, cultor in vinea, laborator in agro, rigator & plantator in horto, pater in domo, doctor inter diſcipulos, diſpenſator inter pauperes, medicus inter malè habentes. Et per exhortationem diuidat ſingulis menſuram bonam doctrinæ ſalutaris, prout vnicuique opus fuerit. *Idipſum ſapere*, vnanimes in fide eſſe, ſecundùm Ieſum Chriſtum, iubet tuba Euangelij, vt nulla in nobis ſciſmata ſint, ſed vnanimes vno ore honorificemus Deum, & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod eſt quartum huius epiſtolæ documentum. De hoc latè vide dominica ſecunda aduentus in epiſtolam. At contrà, ſunt diſſentiones & offendicula ponunt, nempe illi qui ſegregant ſemetipſos, de quibus Iudas

Rom. 16.

in epiſtola ſua ait: Iſti congregata diſpergunt, in medio pacem habentium immittunt inimicitias. Sic Dathan & Core conturbauerunt multitudinem, in malum
Num.16. ſuum & complicum ſuorum. Sic Hieroboam profanus
3.Reg.12 diuiſionem in cultu Dei excogitauit, & erexit. Et ne regno orbaretur temporali, & momentaneo, perdidit æternum. Et tam ille quàm hic, celerem ſuperinduxerunt ſibiipſis molitione hac ſatanica perditionem.
2.Pet.2. In eadem damnatione ſunt perfidi hæretici, circa fi-
2.Tim.3. dem reprobi, ſubuerſi in ſemetipſis, & aliorum fidem
Titi 3. ſubuertentes, ac iudicio proprio condemnati. Iſti pa-
Ioan.8. tris ſui diaboli deſideria & opera faciunt. Nam non
Iob.13. ſtant in veritate, mendacia fabricant, peruerſa dogmata colunt, doloſè agunt, faſcinant inſtabiles, leues
Apoc.12. corde ſeducunt. Et ſicut pater eorum in cœlo prælium magnum inter ciues vranicos in momento, in ictu oculi fecit, & tertiam partem ſtellarum cauda ſua ſecum traxit in terram, ſic hæretici, magiſtri mendaces, filij diaboli, omnis veritatis inimici, attendentes doctrinis dæmoniorum, quos cooperatores habent in malo, nauiculam Petri fluctibus iactant & fruſtra ſubmergere nituntur. Et mox vt malè dulcia documenta propinare diſſeminaréque adoriuntur, mirabile dictu, & creditu impoſſibile verbum, quàm citò inſtabilis populus & mutabile vulgus eos addexterat, eis adglomeratur. Mox
2.Reg.15 fit coniuratio cum filio perditionis Abſalon, & populus concurrens augetur cum reprobo, & toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur filium ſceleratum, ſemen ne-
1.Cor.10 quam, adulterinam plantationem. Hæc in figura noſtri facta ſunt. Sed iudicium æternæ damnationis eorum iam eſt, & perditio damnationis venturæ non tar-
1.Theſ.5. dat. Nam cum dixerint pax & ſecuritas, tunc repenti-
Iob.21. nus ſuper eos venit interitus, & in puncto cadunt in infernum. Sicut ignis cecidit ſuper Zodomam & ciuitates finitimas, & aqua diluuij diſſipans terram, cùm gauderent ad ſonum tympani, curam carnis in deſideriis facerent, omni voluptate fruebantur, & præconis iuſtitiæ, Noe & Lot verba deridebant, & pro nihilo habuerunt, eo quòd putabant ſe tenebras non viſuros, prophetas inuentum fuiſſe loquutos, & impetu a-
Pſal.72. quarum inundantium ſe non opprimendos. Ecce tunc ſubitò defecerunt, & perierunt propter iniquitates

ſuas in peccatis ſuis,abſque vllâ ſalutis ſpe & veniæ.

Sic ſubmerguntur in aquis vehementibus, & inſtar lapidis cadunt in profundum,cum rege & duce ſuo Pharaone,hoc eſt,hæreſiarcha,quem ſequuntur omnes qui reſiſtunt veritati,& conſentiunt iniquitati,& perſequuntur iuſtorum eccleſiam.Vnus ex eis non remanet in vita.Sic omnes pereunt,qui cum iuſtitiæ præcone Noe, non ſunt in eccleſiæ Dei arca. Rogo igitur, vt obſeruetis eos,& attendite vobis ab eis (qui in veſtimẽtis ouium veniunt,oleum vendunt,placentia loquuntur libertatem promittunt,pacem prædicant,laſtant malos & iniquos benedicunt,Dicunt impiis,bene eſt, laudant peccatores in deſideriis ſuis,faſcinant inſtabiles,ne veritati obediant,cæcos ducunt per vias non bonas. quarũ nouiſſima ducunt ad mortem)qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam,quam vos ab eccleſia Dei(quę eſt columna & firmamentum veritatis) didicitſis, faciunt. Et declinate ab illis, ne inuoluamini in peccatis eorum, ne cum illis cadatis in foueam damnationis æternæ, ne à morbidis illis maculemini,aut prauis illorum colloquiis corrumpamini,& irretiamini multis ſermonibus eorum,& in rete diaboli mittatis pedes veſtros,& ambulare incipiatis in maculis eius & erroribus,Nam huiuſmodi Chriſto Domino non ſeruiũt, ſed ſuo ventri & diabolo,cuius ſunt miniſtri & apoſtoli, & vaſa peſſima:quamuis ſe transfigurent tanquam angeli lucis,& miniſtri iuſtitiæ ſint.Itaque ſi te lactauerint peccatores illi,noli illis acquiſcere,prohibe pedem tuum à ſemitis eorum,&c. *Pacem* Dei,quæ exuperat omnem ſenſum,*habete* inter vos.At illa, niſi ab iis qui idipſum ſapiunt,ſentiunt & dicunt,haberi non poteſt. Pax autem hominum bonæ voluntatis eſt:à Dei voluntate non diuidi,& in iis ſolis quæ Deus præcipit,conſulit & diligit delectari.Sic homo ſecundum cor dei,in via mandatorum Dei delectatus fuit,ſicut in omnibus diuitiis,Dulciora erant ori eius & faucibus,ſuper mel & fauum eloquia Dei.Hæc pax multa eſt,diligentibus legem Dei. Et bene multa,quia habent pacem internam pectoris, & deus dat illis pacem externam & temporis.Et ſuper addit eis pacem æternam. Omnibus illis bonis pacis,expertes ſunt declinantes à mandatis Dei. Quia non eſt pax impiis.Quis enim Deo reſtitit, & pacem ar'it pe-

ctoris,

Exodi 15 *Rom.2* *Act.15* *Gen.7* *Matt.7* *Psal.9* *Gal.3* *Prou.14* *Rom.16* *1.Tim.3* *Num.16* *Matt.15* *Rom.16* *2.Cor.11* *Prou.1* *Philip.4* *Pax quid ſit.* *Pſal.118*

ris,aut æternitatis habuit? Nullus. Quia ſicut pacifici
Eſa. 57. ſunt filij Dei,ſic turbatores pacem habentium,ſunt filij
Iob. 9. diaboli.Et ſicut in pace eſt locus Dei, ſic in diſſentione
eſt locus diaboli.Et ſicut Deus populo ſuo omni benedi
Mat. 5. ctione ſpirituali hic in cœleſtibus bonis benedicit in pa
ce,ſic inimicos pacis,vnitatis diuiſores, concordiæ tur-
Pſa. 75. batores omni maledictione reproborum & damnato-
rum maledicit.Pacem illam habete,quæ abundanter in
Pſa. 28. ortu Chriſti orta eſt.Quam angeli pacis eo nato euan
gelizauerunt,Quam ipſe ſeruauit cum odientibus pa-
Pſal. 71. cem Quam mandauit,docuit,& ex hoc mundo iturus
Luc. 2. ad patrem in cæna nouiſſima diſcipulis ſuis dedit & re-
liquit,Quam rediuiuus & ad ſuos veniens eis annuncia
Marc. 9. uit,& inſtaurauit in ſanguine ſuo in crucis trophæo. Et
Ioan. 14. huius pacis maximum eſt emolumentum , Nam ſi pa-
Ioan. 20. cem habetis,tunc *Et Deus pacis* amator,dator, conſerua-
Ephe. 2. tor & remunerator,*& Deus dilectionis*, quia mandatum
Col 1. de dilectione diſcipulis ſuis dedit, *erit vobiſcum* in æter-
Ioan, 13. num. Quia in pace factus eſt locus eius.Et vbi duo aut
Pſ. 75. tres in pace congregati ſunt in nomine eius,ibi in me-
Matt. 18. dio eorum eſt Et Deus charitas eſt , & qui manet in
1, *Ioan.* 4 charitate,in Deo manet,& deus in eo.

Secunda pars Epiſtolæ huius ſequitur.

Rom. 11. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti*.Hic ſuopte more Apo
ſtolus orat pro electis,& in orando exprimit ſanctæ Tri
Iacob. 1. nitatis perſonas,ex quibus,per quas & in quibus eſt , &
deſcendit in nos,omne datum optimum , & omne do-
num perfectum.Deinde implorat ſanctæ Trinitatis gra
tuitam inhabitationem in nobis,ibi, Sit cum omnibus
vobis.Poſtremò orat inhabitationis huius permanen-
tiam ibi,ſemper.Cognitio ſanctæ Trinitatis hic expreſ-
Rom. 10. ſa eſt bona,inhabitatatio melior,permanſio optima.Vo
luntas ergo cordis mei & obſecratio ad Deum ſit pro
vobis ſemper in ſalutem.Et hoc rogo,quod gratia Do-
Rom. 11. mini noſtri Ieſu Chriſti,qua ipſe plenus eſt,& diues in
Ioan. 1. omnes qui inuocant eum,de qua & nos gratia omnes
1. *Cor.* 1. accipimus,& diuites in illo in omni gratia efficimur,in-
Ioan. 15. terim quòd in illo manemus,ſicut palmites in vite,arbo
Rom 11. res bonæ in ſancta & pingui radice.membra in capite,
Pſal. 1. ſicut rami in ligno vitæ, quod ſecus decurſus aqua-
rum

rũ eſt plãtatũ,& fructum facit in ſuo tempore Hęc gra
tia Chriſti omnis noſtri(ſi q̃d eſt)iuſtitiæ,ſalutis,bonita *Ioan.1.*
tis & meriti radix,origo & cauſa eſt, Quia lex per Moy- *2.Cor. 6.*
ſen data eſt,gratia & veritas,per Ieſum Chriſtum facta *Gala.2.*
eſt.Hanc gratiam non oportet in vacuum accipere,non
abiicere,non negligere.nec ei deeſſe:ſed cum ea opor-
tet nos ſalutem noſtram operari cum metu & tremore,
& ſeminare in ſpiritu,laborare in vinea, certare legiti- *Phili. 2.*
mè,& facere quodcunque bonum poteſt manus noſtra. *Eccle.9.*
Et concinnè mediatoris Dei & hominis Chriſti Ieſu, *1.Tim. 2.*
gratiam & nomen primo loco poſuit. Quia ille eſt no-
bis notior & proximior per formæ noſtræ aſſumptio- *Ioan.3.*
nem.Sic habitauit in nobis , & vidimus gloriam eius. *Eph.5.*
Sic eſt & frater noſter & proximus, caro de carne no- *Ephe. 2.*
ſtra,et os de oſſibus noſtris Eius gratia ſaluati gratis ſu
mus. Verùm quia gratia Chriſti ſalus noſtra,à charita
te patris proceſſit.Quia ille ſic mundũ dilexit,quod fi- *Ioan.3.*
lium ſuum vnigenitum dedit,& cum eo omnia,vt om- *Rom.8.*
nis qui credit in eum non pereat,ſed habeat vitam æ-
ternam.Ideo cùm Chriſti exuberantem gratiam com-
memoraſſet,mox ęternam Dei patris charitatem vene-
rando ſubiunxit.dicens,*& charitas dei* patris perpetua, *Hier.31.*
qua prior ipſe dilexit nos,opere videlicet & veritate , &
adtraxit nos ad ſe in vinculis charitatis, Cui etiam non *Oſea 11.*
ſat erat vnigenitum ſuum pro nobis in mortem turpiſ-
ſimam tradidiſſe,niſi etiam & ipſe vnà cum filio,ſpiritũ *Rom.8.*
ſanctum nobis communicaret. Sequitur enim,*& com
municatio ſancti ſpiritus*,hoc eſt,ſpirituſſanctus,qui eſt cõ-
munis patri & filio.Vel ſpirituſſanctus per quem om-
nium bonorum & donorum in eccleſia Dei fit diſtribu-
tio & communicatio in membris Chriſti, quia diuiſio- *1.Co. 12*
nes gratiarum,miniſtrationum & operationum ſunt, &
eas operatur vnus & idem ſpiritus , diuidens ſingulis
prout vult,*ſit cum omnibus vobis*,omni tempore,& confir- *2.Theſ.1*
met vos in omni opere & ſermone bono.Hoc petiit qui
dixit:Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me:quia qui *Rom.8.*
ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius.Redde igi- *Pſal. 50.*
tur mihi lætitiam ſalutaris tui,& ſpiritu principali con- *1.Cor. 1.*
firma me.Ille electos confirmat vſque in finem ſine cri
mine.Et diuus Petrus,Deus omnis gratiæ , qui vocauit
vos in æternam gloriam ſuam,in Chriſto Ieſu , modi-
cum paſſos , ipſe perficiet , confirmabit , ſolidabitque. *1.Pet. 5.*

Amen.

Amen.Hinc adſertor noſter dixit:Si quis diligit me, ſer-
Ioan. 14. mones meos ſeruabit,& pater meus diliget eum, & ad eum veniemus,ego,pater & ſpirituſſanctus, & manſionem apud eum faciemus.

IN DIE SANCTISSIMAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS,

& Dominica 1.poſt pentecoſtes,in Euangelium Ioannis iij.exegeſis breuiſsima, Quis Euangelia ipſa die varientur.

Sermo.

Pſal. 33. ACCEDITE ad eum ait Dauid, Chriſtum deſignans,& illuminamini, & facies veſtræ non confundentur,quia mitis eſt & humilis corde.Non improperat beneficia
Sap. 6. exhibita, non exprobrat commiſſa ſcelera:ſed benignè ad ſe venientes recipit. Imo præoccupat qui ſe concupiſcunt,vt illis ſe prius oſtendat,dignos ſe circuit,quærens,in viis ſuis illis communicat,theſau-
Prou. 8. ros eorum cœleſtibus bonis replet,ac diuites in gratia facit.Hinc ad oſtium ſtat & pulſat:clamat in capite tur-
Apo. 3. barum,in foribus vrbium profert verba ſua,dicens, Cōuertimini ad correctionem meam,Aperite mihi cordis veſtri oſtium En proferam & dabo vobis ſpiritum meū, qui docebit vos omnem veritatem. Sic ſpirituſſanctus offert nobis gratiam ſuam Ad hæc, cum nemo veniat ad Chriſtum,niſi pater traxerit eum,ideo in euangelio
*Ioan,*6. hodierno audimus, quomodo pater miſericordiarum Nicodemū traxit ad filium Non enim fuit ſufficiens cogitare cogitationes iſtas bonas ex ſe,quaſi ex ſe, ſed donum dei fuerunt et tractus patris.pulſus filij,et obla-
I.Cor. 3. tio gratiæ ſpirituſſancti.Ille autem gratiæ dei non defuit,gratiam Dei in vacuum non recepit.gratiā(vt multi heu faciunt)non abiecit,Neque gratia hæc in eo vacua fuit,ſed ſalutem ſuam cum ea operatus fuit. Ad Chri-
*Gala.*2 ſtum acceſſit ,| et de omnibus illuminatus fuit. Ideo in hoc euangelio ponitur quieta veritatis inueſtigatio. Deinde recta baptiſmatis declaratio. Poſtremo,

ſtremo:ſumma felicitatis demõſtratio.Breuiter ſingula percurram,eo quód alium ſermonem addere propoſue rim.Cûm dicat ſcriptura quòd pacem & veritatem de- *Zach. 8.*
bemus diligere,ſine quibus nemo deum videbit, Ideo *Heb. 12.*
Nicodemus veritatem deſiderans,ad veritatem ipſam, *Ioan. 14.*
quæ Chriſtus eſt,venit,vt ab eo diſceret omnem verita tem:& faceret in charitate,in Chriſto:atque hoc modo creſceret in illo per omnia bona opera & chariſmata ſpiritusſancti.Dicit ergo,multis eum laudum titulis eſſe rens,*Erat homo* ſecundum rationem agens:non beſtia, ad quas Apoſtolus pugnauit Epheſi,Et alij, de quibus ait,Cretenſes,ſemper mendaces,ventres pigri,malæ be *Eph.4.*
ſtiæ.*ex phariſæis*,quorum ſecta erat varia,de qua & Pau- *1.Co. 15.*
lus fuit Fuit ergo honeſtæ vitæ,fuit & officio magnus. *Tit.1.*
quia *princeps Iudæorum*.ideo & furori Iudæorum reſtitit, *Philip.3.*
& malignum conſilium eorum deſtruxit.H*ic venit ad Ie-* *Actu.23.*
ſum nocte,vt ſic quietius poſſet erudiri.Tũ ne extra ſyna-gogã fieret.Nõdum enim virtute indutus erat ex alto. Adhuc eos timebat qui corpus occidere poſſunt Erat & in corde eius adhuc parum luminis.Verum Ieſus Chriſtus ei condoluit,& illi & aliis qui errabant & ignorabãt,& infirmitates eorũ ſuſtinuit,& nõ ſibi placuit,arũdinẽ quaſſatam nõ cõfregit,& linum fumigans nõ extinxit,ſed tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, & ſi cui mater blandiatur, ita omnes conſolabatur venientes ad ſe.Ecce quãta eſt diſcendi eius ſollicitudo & diligen *Eſai. 42.*
tia,*Et dixit ei*,videlicet Chriſto,*Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter*.Aptus doceri venerat,& Chriſtũ iuſtitiæ doctorem,lumen verum,quod illuminat omnem homi nem in hunc mundum venientem,& viam Dei in veritate docentem,& facere voluntatem volentem Dei,credidit vel ex parte.Et ob hanc cauſam diſcipulus eius eſſe volebat,& eum magiſtrum vocat, qui doceat vtilia, Sic & apoſtoli vocabant eum dominum & magiſtrum, & bene dicebant,erat enim vtrumque.Et addit rationẽ dictorum ſuorum,*Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis*,et docere ſicut poteſtatem habẽs,atq; corda ciere, *Eſa.69.*
ſicut tu facis,*niſi fuerit Deus cum eo*. Quaſi diceret, Scimus quòd doctrina tua,non eſt tua,ſed eius qui te miſit.Nempe Dei.Scimus etenim quòd ſigna quæ facis, à te non facis,ſed Dei ſunt opera, fieri enim non poteſt quod Deus ſignis tuis non aſſiſtat, et doctrinæ, quia

omnia quæ facis et doces, ſupra hominis ſunt facultatem. Et proinde, quæ facis et doces, à Deo facis et doces. Verum dixit iuxta ſuam intelligentiam, ſed multo minus quàm quòd erat in veritate. Nam prophetæ etiã locuti ſunt ex Deo, et miracula in fide multa fecerunt, et magna. Deo eis aſſiſtente. At Chriſtus plus erat quã propheta et ſancti Dei homines. Ille erat ſuper omnia benedictus Deus in ſecula, hi ſerui Dei. In illo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: in iſtis deus erat per gratiam ſolummodo. Vnde diſcipulis ſuis dixit: Creditis in deum, et in me credite. Non creditis quia ego in patre, et pater in me eſt? alioquin propter opera ipſa credite. Opera enim quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me. Sic

Ioan. 14 multi credebant in eum, videntes ſigna quæ faciebat. Vnde & cœcus dixit: Niſi hic homo eſſet à Deo, non poſſet facere quicquam. Iudæi ſigna quærebant, Vnde Ioannis ſexto dixerunt, Quod ergo tu ſignum facis, vt videamus & credamus tibi? Mira obſtinatio & cæcitas perfidorum Iudæorum. Signa quærunt, & ſignis credere noluerunt, ipſo dicente: Si opera non feciſſem in eis, quæ alius nemo fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & gratis oderunt, et me et patrem meũ. Et iterum: Cùm tanta ſigna feciſſet coram eis, tamen non credebant in eum, quia in reprobum ſenſum dati erãt, et conuerſi in arcum prauum. Et intelligere nolebant vt recte crederent, et benefacerẽt. In Nicodemo tria videre debemus: Verecundiam, infirmitatem et diligentiam.

Ioan. 15. Verecundiam, quòd nocte venit, quia cum eſſet magiſter in Iſrael, palam doceri erubuit, Infirmitatem, quia timore aliorum in die venire auſus non fuit. Diligentiam, quia nocte uenit. cupiens ſecreta allocutione, ſine aliorum vlla interturbatione (vt crebrò in die fieri aſſolet) myſteria fidei percipere: cuius iam aliquatenus rudimenta perceperat, Credidit ergo Nicodemus, ſed puſilla adhuc erat fides eius. Et Chriſtus, qui imperfectum eius vidit, quomodo pater filiorum miſeretur, miſertus eſt illius, in fide aſſumpſit benignè, et cõpleuit comiter quæ deerant fidei illius, et inſtruxit eum in ſpiritu lenitatis, fidemque eius adauxit, vt pater ille olim Chriſtum rogauit. Et ſit finis ſermonis illius.

HO-

HOMILIA SECVNDA.

BEATVS, ait vir ſecundùm cor dei, quē tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Hanc ſecum dominus miſericordiam fecerat, ergo opus Domini reuelans & cōfitens, quod honorificum eſt, dicit: Deus, docuiſti me à iuuentute mea & vſq; nunc. Tu enim es verus & vnus magiſter. Ideo ex quo Nicodemus ſuam fecit diligentiam, &. acceſſit ad Chriſtum, aſſumpſit humilis formam diſcipuli, vocando Chriſtū magiſtrum: ergo Chriſtus nunc eum illuminat, & docet quomodo poſſit peruenire ad ſalutem. Hoc enim diſcere venerat & audire. Et docet eum ſalutis fundamentum & oſtium, nempe, baptiſmi ſacramentum. Cuius ante omnia refert neceſſitatem. *Reſpondit* dulciter comitérque *Ieſus*, doctor iuſtitię, *& dixit* Nicodemo: *Amen amen dico tibi*, veritatem diſcere & audire cupiēti, *niſi quis renatus fuerit denuo*, id eſt, regeneratus per baptiſmum, *non poteſt* oculis cordis clarè per ſpeciem, *videre regnum Dei*. Regnum Dei hîc accipitur pro Deo regnante in cœlo, & ipſa æterna beatitudine. Per primam generationem accipimus eſſe, & vitā naturæ: per ſecundam accipimus eſſe diuinum, & vitam gratiæ, & efficimur filij Dei, & hæredes & cohæredes Chriſti. Poteſt & per regnum Dei, ipſe Chriſtus accipi, qui dicit de ſeipſo: Profectò peruenit in vos regnum Dei. Siue eccleſia iuſtorum, iuxta illud: Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ &c. Nam per baptiſmum Chriſto inſerimur, & membra corporis eius efficimur: Et in militiam eius ſcribimur, & ouile ſuum ac vineā ſuam intramus. Sed Chriſtus obſcurè loquebatur, quia quod manifeſtè proponitur, multotiens ab auditore negligitur, & non curatur: quod autem obſcurè dicitur, efficit ſtudioſum & diligentem ad quærendum. Vnde ſequitur: *Dicit ad eum Nicodemus*, non intelligens quòd regeneratio de qua Chriſtus loquebatur, ſpiritualis eſt, & fit per ſpiritum ſanctum. Putauit enim quod hoc carnaliter fieri deberet, ideo dicit: *Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex?* quaſi dicat, via naturæ hoc eſt impoſſibile. *Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci?* Carnalis erat, ideo verba Chriſti carnaliter intellige-

Pſal. 9.
Mat. 12.
Luc. 11.
Mat. 13.

bat. Animalis enim homo non percipit ea quæ Dei ſunt.Deſiderátq; lucidiorem doctrinam, ideo manifeſtum inconueniēs allegat. Chriſtus ergo infirmum adhuc in fide in ſpiritu lenitatis inſtruit,& modum regenerationis apertis verbis docens,ait,quòd non de generatione carnali,ſed ſpirituali loquitur. *Reſpondit Ieſus: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt introire in regnum Dei.* Videte ergo qualem charitatem nobis filiis iræ, dedit deus,vt filij dei nominemur & ſimus, Iſti non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis,neq: ex voluntate viri ſed ex Deo naſcuntur.Per verbū Dei viui & permanentis in æternum,& aquam & ſpiritum ſanctū. Sic mundat electos

Titi 1. lauacro aquæ in verbo vitæ.Et ad Titum 3 Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, quo naſcimur filij Dei,& renouationis,qua efficimur nouus homo, noua

Roma.7. creatura,vt & in nouitate vitæ ambulemus,& in nouitate ſpiritus Deo ſeruiamus, vetere homine cum actibus ſuis depoſito,& nouo induto,qui creatur ſecundū Deum, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Et hoc facit Deus per ſpiritum ſanctum,quem effudit in nos abunde,per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Quod natum eſt ex carne,caro eſt.* Sic & generatio ex carne,carnalis eſt,viſibilis & plena miſeriis. Et contrà, *quod natum eſt ex ſpiritu ſancto, ſpiritus eſt*, non per eſſentiā,ſed per conformitatem, & imitationem & adhærentiam. Quia qui adhæret Deo,vnus ſpiritus eſt cum eo Iſti in nouitate ſpiritus Deo ſeruiunt.Nō in carne,ſed in ſpiritu ambulant. Nō ſapiunt ea quæ carnis ſunt,ſed quæ ſpiritus ſunt ſentiunt in ſe ipſis,& quod in Chriſto Ieſu. Per charitatem ſpiritus ſeruiunt inuicem. Spiritu ambulant,& deſideria carnis non perficiunt Non ſunt in carne, ſed in ſpiritu, & ſpiritus Dei habitat in eis, qui eos docet de omnibus,ducit eos per vias rectas, &

2.Cor.13 facit eos ſpirituales & liberos. Vnde ait Apoſtolus:Vbi ſpiritus domini,ibi libertas.Imò,ibi eſt rectitudo ſciētiæ in rationali. Senſum tuum quis ſcit,ait Salomon, niſi tu dederis ſapientiam,& miſeris ei ſpiritum ſanctū

Sap.9. tuum?Et alibi:Ille vos docebit omnia. Ibi eſt ſanctitu-

Ioan.14. do gratiæ & charitatis in concupiſcibili. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū, qui datus eſt nobis Fructus autem ſpiritus eſt charitas. Ex

fructibus

fructibus igitur cognoſce an habeas ſpiritum ſanctum. Quia qui ſpiritum ſanctum non habet, non eſt Chriſti frater, diſcipulus & cohæres. Ibi manſuetudo modeſtiæ in iraſcibili. Spritus meus ſuper mel dulcis, eſt ſuauis, humanus, benignus &c. Ideo ad Moſen dominus dixit: Dabo ſenioribus de ſpiritu qui qui eſt in te. At ſpiritus ille mãſuetus fuit. Ideo ſpirituales præoccupatos in aliquo delicto, inſtruunt in ſpiritu lenitatis, corripiunt in miſericordia. Ibi eſt ſollicitudo in prædicatione. Et vbi eſt impetus ſpiritus, illuc gradiuntur. Sic omnes repleti ſunt ſpirituſſancto, & cœperunt loqui, &c. Ibi eſt prõptitudo in operatione ſancta. Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, ait dominus. Iſte adiuuat infirmitatem noſtram, ad omne bonum faciendum Omnia poſſum in eo qui me confortat, Ibi eſt fortitudo in ſuſtinenda afflictione. Sic verbo Domini cœli firmantur, & ſpiritu oris eius omnis fortitudo eorum. Ideo gaudent in contumeliis, cõplacent ſibi in anguſtiis & neceſſitatibus, gloriantur in tribulationibus, gaudent & exultant in perſequutionibus, & nihil eos poteſt ſeparare à charitate Chriſti. Adeo Deus ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ eos corroborat per ſpiritum ſanctum in interiori homine. Ibi eſt lõgitudo in perſeuerãtia ſine defectione. Spiritus ſanctus omnis gratię, ipſe Deus perficit, confirmat & ſolidat electos in bono, vſq; in finem. Ipſe quos replet, confirmat in omni opere & ſermone bono, vſq; in finem, ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc breuiter perſtrinxi, quia multi ſeducunt ſeipſos, dũ putant & dicunt quòd baptiſatus non poteſt damnari, vt hic textus ſonare videtur. Et alibi: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Saluabitur baptizatus, ſi gratiam in baptiſmo acceptam non abiicit, ſed eam cuſtodit, & cum ea ſalutem ſuam operatur cum metu & tremore. Saluabitur, ſi in fide ſua viuit, & per maliciam non occidit animam ſuam, odibilia Deo opera faciendo, ſed magis fructificat in omni opere bono. Si Chriſtum quem ore confitetur, factis non negat: ſed dignè Deo & euãgelio Chriſti viuit, ſanctè, iuſtè, & ſine querela. Saluabitur baptizatus, ſi ſpiritum ſanctum non contriſtat, operando iniquitatem, per quam expellitur de templo ſuo, quod eſt corpus noſtrum, in quo ſignati

Num. 11.
Ezec. 36.
Pſal. 32.
Roma. 6.
Galat. 6.
Rom. 16.

ſumus in die baptiſmatis noſtri,quãdo paſſionis Chri-
ſti participes ſumus facti. Nam quo modo ſalutem po-
teſt ſibi polliceri,qui ſpiritui gratię cõtumeliam facit?
vt maximè faciunt,qui ſe tradunt impudicitiæ,in ope-
rationem omnis immundicię in auiditate, Vel qui ſpi-
ritum ſanctum blaſphemant, vt faciunt maledici inui-
dentes fraternæ gratię,impugnatores veritatis agnitæ,
maledicentes viam domini,ſubuertentes vias Domini
bonas & rectas. Vel q ſpiritui ſancto reſiſtũt dura cer-
uice,indurato corde,& aduersùs Deum currunt erecto
collo, & peccant ſine omni timore. Imo gloriantur in
malicia, & qui potentes ſunt iniquitate. Et dicunt in
cordibus ſuis:non mouebimur à generatione in gene-
Rom. 8. rationem ſine malo.Si quis autem ſpiritum Chriſti nõ
habet, hic non eſt eius. Et ſi ſpiritus ſanctus diſciplinæ
fictum fugit, multo magis non eſt in anima maleuola,
nec habitat in corpore ſubdito alicui peccato mortali.
Signati ſumus ſpiritu ſancto,qui eſt pignus hæreditatis
Ephes. 1. noſtræ cœleſtis.De quo alibi dicit Apoſtolus Deus cõ-
2. Cor. 1. firmat nos vobiſcum in Chriſto,& radicat & fundat in
charitate,& vnxit nos,& ſignauit nos, & dedit pignus
ſpiritus in cordibus noſtris.Certè ſi iſtis beneficiis Dei
ingrati,extinguimus ſpiritum ſanctum,gratiã eius ab-
iicimus,obduramus corda noſtra,tractum & ductũ eius
non ſequimur, in viis eius non ambulamus, quæ ipſe
2. Pet. 2 odit,facimus,reuertimur ad vomitũ vt canes, redimus
1. Tim 5 ad volutabrum luti,vt ſues,retro abimus poſt ſatanam.
Si rurſus ingrati de liberatione à iugo ferreo, & dura
ſeruitute diaboli,reuertimur in Ægyptum: ſi abiurata
vicia repetimus: Vtiq; poſteriora noſtra prioribus fiunt
deteriora.Imò melius fuiſſet nobis viam veritatis non
nouiſſe,quàm retrorſum conuerti, & agnitam fidẽ de-
negare.Hoc vtiq; eſt & Chriſtũ & fidem negare, et in-
Roma. 2. fidelibus eſſe deteriorem. Malus Chriſtianus infidelis
eſt,ſicut Iudęus legem non ſeruans, præputium et in-
Luc. 15. circumciſus. Nihil profuiſſet filio prodigo, quòd tanti
patris erat filius,nec vllum ex portione paternæ ſubſtã-
tię ſuę habuiſſet emolumentum, poſtquam receſſit à
patre,et ſubſtantiam ſuam prodegit,niſi reuerſus fuiſ-
ſet ad patrem. Sic baptizatus cum ingratus deum de-
relinquit factorem ſuum,adhæret diabolo,et cum me-
retricibus,hoc eſt,deſideriis carnis acquieſcens, gratiæ
acceptæ

acceptę in baptiſmo ſubſtantiam profundit,fame vtique perit. Et quamuis dicat, credo & baptizatus ſum, ideo diues ſum,& locupletatus,& nullius egeo. Nã in veritate neſcit, quòd miſer & miſerabilis eſt;pauper, cæcus & nudus. Vt taceam ſtultas virgines ſeruũ malum & pigrum, & eos qui in operibus miſericordiæ ſe non exercuerunt. Quid obſecro virginibus iſtis puritas carnis profuit ?,quando non habuerunt oleum dilectionis. Baptizatæ erant,per fidẽ Chriſto deſponſatæ erãt, lampades bonorum operum habuerunt:In vno offenderũt;quod expertes fuerunt charitatis,ideo factæ ſunt omnium reæ Seruus piger baptizatus fuit,ſed propter ignauiamdamnatus eſt,quia talentum ſuum nõ poſuit ad vſuram,& quòd in vacuũ gratiam Dei recepit. Immiſericordes nihil mali feciſſe leguntur, pro hoc vno damnantur, quòd neceſſitatem patientibus non ſunt miſerti. Baptizati erant,vel ſaltem circumciſi,crediderunt Chriſtum,ſed non fecerunt quæ eis dixit. Et illi qui manducauerunt corpus Chriſti,& biberũt ſanguinem eius,& audierunt verbum eius, vtique baptizati erant & crediderunt. Sicut & illi multi, qui in illa die dicturi ſunt: domine in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus,& virtutes multas fecimus:Niſi credidiſſent eum,non inuocaſſent,vt Apoſtolus ait. Si crediderunt,ergo baptizati fuerunt.& tamen nõ ſunt ſaluati,nec vnquam eos cognouit. Et cur hoc? Quia operati erant iniquitatem:Quia non fecerunt voluntatem patris qui in cœlis eſt Penſemus & nos,quid nobis profuturus ſit baptiſmus noſter, ſi peccata regnant in noſtro mortali corpore & obedimus concupiſcentiis eius. Penſemus,quàm damnabile ſit fidem habere,& opera fidei non habere. Scire bonum, & non facere bonum: Nolle Deum, & ore ipſum confiteri, & factis negare: Fateri ſe Chriſtianum, & Chriſtum non imitari, ſed inique agere vſquequaq;. Pudefiat faſcinator Lutherus, & muta fiant labia eius doloſa, quibus mentitus eſt,quod homo Chriſtianus adeò diues eſt, quòd non poteſt damnari, quantumlibet peccata ſuper peccata addat niſi credere non velit. Crediderunt quos recenſui,& nomen Domini inuocauerunt,& ſaluati nõ ſunt: quia non miſeretur Deus omnibus qui operantur iniquitatem, Cognouit dominus qui ſunt eius: ſed diſcedit ab

Apoc. 3. Rom 10. Rom. 6.

BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE

dit ab iniquitate, omnis qui inuocat nomen domini.
Pſal. 58. Hoc illi non fecerunt, ideo damnatio eorum iuſta eſt, & quia primam fidem in baptiſmo factam irritam fecerunt. Baptizatus igitur regnum Dei videt, ſi ſacramentũ illud, & ſymbola eius in ſe cuſtodit: de quibus Apo-
Roma.6. ſtolum vide ad Romanos. Videns autem Dominus nõ plenè myſterium baptiſmi adhuc eum capere, ſed mirari diuitias bonitatis Dei, adiecit: *Non mireris quia ego dixi tibi, oportet vos naſci denuo*, per aquam & ſpiritũ ſanctum, quamuis nõ intelligas adhuc. *Spiritus* ſanctus *vbi vult ſpirat*, quia cuius vult miſeretur, & ei gratiam largitur, & diuidit ſingulis prout vult: quia omnia operatur ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ. Et hoc facit inuiſibiliter & imperceptibiliter: Nihilominus *vocem eius*, videlicet ſpirituſſancti, *audis*, in prædicatoribus, in quibus ſpirituſſanctus loquitur, vel audiendo vocem eius quam in te loquitur, & ad cor tuum. *ſed neſcis vnde*
Act 2. *veniat.* Ideo Iudæi dicebant, quãdo Apoſtoli variis linguis loqui cœperunt, prout ſpiritus ſanctus dabat illis eloqui: Nõne omnes iſti Galilæi ſunt, & quomodo nos audiuimus vnuſquiſq; linguam noſtrã, in qua nati ſumus? *aut quò vadat*, hoc eſt, qualiter recedat. Vel neſcis ad quid tendat, videlicet æternam fœlicitatem, quæ eſt finis ad quã ordinatur miſſio ſpiritus ſancti. *Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu ſancto.* Nam homo, inuiſibiliter agente ſpiritu ſancto incipit eſſe quod non erat. Et hoc ignorant infideles vnde veniat, finem eius quò tendit, videlicet beatitudinem æternam. *Reſpondit Nicodemus, & dixit ei*, adhuc adhærens literæ occidenti, & non ſpiritui viuificanti. Adhuc velamen habens ſuper oculos ſuos non dimotũ, *Quomodo poſſunt hæc fieri?* quæ de ſpirituali generatione diſſeris? In hoc notatur diligentia Nicodemi. *Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael*, & doctor Iudæorum, dux cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, & gloriaris in lege, &c. *& hæc ignoras?* Quæ tamen in lege & prophetis ſunt expreſſa. Baptiſmus enim in mari rubro, & per ablutiones
*Zach.*13. legales figurabatur. Zacharias etiam apertè facit bapti-
Ioel 2. ſmatis mentionem, & Ioel & Ezechiel. Nõ putetis au-
*Ezec.*57. tem, quòd Chriſtus hoc dixerit exprobrando, inſultando & deſpiciendo: ſed potius vicem eius dolendo, eum humiliando, & tarditatem eius ingenij illi oſtendendo:

Deinde

Deinde dicit doctrinam ſuã eſſe certiſſimam, ideo intellectus omnis in obſequium fidei & doctrinæ eius eſt captiuandus. *Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur*, ego & diſcipuli mei. Vel ego & pater meus & ſpiritusſanctus, qui loquimur etiam in eis quos mittimus: *& quod vidimus, teſtamur*, ego & apoſtoli mei. *& teſtimonium noſtrum non accipitis*, ſed ſpernitis, ſed deridetis, ſed ei contra dicitis. *Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo ſi cæleſtia dixero vobis credetis?* Terrena iſta ſunt de ſolutione corporis ſui, & excitatione in tribus diebus, & de baptiſmo qui in aqua & ſenſibili verborum forma datur. Oſtenſa prius ſalutis via, hic docet Nicodemum de ſalutis principio: & dicit ſe eſſe ſalutis principium vnicũ, qui per ſe ſemel introiuit in ſancta, & omnes alij per illum. Hebr.9. *Et nemo aſcendit in cælum* virtute, autoritate & merito proprio, *niſi filius hominis*, Mariæ, *qui deſcendit de cælo*. Alij autem virtute, gratia & merito meo. Vel niſi ſit corporis mei myſtici membrum & redit in idem. Iam ſequitur modus per quem filius hominis ſaluat, videlicet per ſuum paſſionem. dicit ergo: *Et ſicut Moyſes*, amicus & fidelis ſeruus Dei, *exaltauit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet*, decens & vtile eſt, iuxta præordinationem diuinam, *filium hominis*, in cruce, *vt omnis qui credit in eum*, fide electorum, deque fide verã, fide viua, fide ſana, fide probata, *non pereat*, in ſua infidelitate & corruptione, ſicut Core, Dathan et Abiron, cum complicibus ſuis: Num 16. Nam ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereunt peccatores propter iniquitates ſuas à facie Dei: Pſal.67. *ſed habeat vitam æternam*. Vnde poſtea dicitur: Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Ioan.3. Si malueris prædicare Euangelium Matth.xj. Confiteor tibi pater domine cœli et terræ, quod in multis eccleſiis legitur, hoc poſtillatum inuenies in die S. Franciſci confeſſoris.

DOMINICA SECVNDA POST PENTECOST. IN EPISTO. I. Ioan.iij. Sermo.

CHARISSIMI, nolite mirari ſi odit vos mundus. In iſta Epiſtola dilectus domini diſcipulus docet electos iniquorum æquanimiter odia ſuſtinere,

ſufferre. Deinde docet proximos amore vero & ſynce-
Mat. 10. ro diligere ibi: Nos ſcimus. Seruator noſter diſcipu-
los ſuos miſit in medio luporum, vt eſſent ſicut lilia in-
ter ſpinas, lux inter tenebras, boni inter malos, innocen
tes inter ſceleratos, filij Dei inter filios diaboli: quia eo
modo miſit eum pater ſuus cœleſtis. At in confeſſo eſt,
Ioan, 20. quòd oues inter lupos perduntur, lilia & roſæ inter ſpi
Ioan. 8. nas punguntur, tenebræ fugant lucem, mali bonos per-
Pſa. 33. ſequuntur, ſceleratis innocentes graues ſunt ad viden-
2. *Tim.* 3. dum. Odio iniquo & gratis, filij diaboli, vt patris ſui de
Rom. 8. ſideria & opera expleant, qui homicida fuit ab initio, fi
Act. 22 lios dei odio habent, & quærunt mortificare eos. Ideo
multæ tribulationes iuſtorum, Et qui pie viuere volunt
in Chriſto, omnes multas, graues & malas patiuntur
Gene. 5. perſecutiones, mortificantur tota die, ſunt ſicut oues
occiſionis, ipſa vita reputantur indigni. Vnde filij diabo
Gene. 11. li ſupra Paulum clamauerunt: Tolle de terra huiuſce-
modi. Non enim fas eſt eum viuere. Grauis eſt nobis ad
Gala. 4. videndum. Sic Abel innocens manibus & mundo
corde, à maligno Cain occiditur. Abraham ob fidem in
Gene. 28. Vr Caldeorum mittitur ab impiis. Iſaac dilectus Deo
& hominibus, ab Iſmaele, qui ſecundum carnem natus
Geneſ. 36. fuit perſecutionem ſuſtinuit. Iacob electus, à reprobo
Eſeau, iniuſte fugatur. Taceo Ioſeph virtutum ſpecu-
1, *Re.* & 5 lum & morum iubar, cui fratres inuidebant pro eo quòd
eum diligerent, adeò quòd non potuerunt ei quicquam
pacifice loqui. Taceo zelantem Saul, qui iniuſte optime
Mat. 11. meritum Dauid perſequebatur, eo quòd ſecundum cor
Marc. 6. dei erat, & ſequebatur deum & fecit bonitatem. Taceo
prophetarum cuneos, quos filij Belial & tenebrarum, ſi-
Iob 1. ne cauſa occiderunt. Sic ſanctiſſimum inter natos mu-
lierum, verum angelum dei non ſunt paſſi in pace in do
Iacob. 5. mino obdormire. Superaccue adduxero beatum Iob,
quem pater & rex iniquorum, fruſtra omni teloru̅ ge-
nere laceſſiuit, omni tribulationis pondere fruſtra im-
Mat. 25. pugnauit, et contra ſpem ſuam, illuſtrauit, Et quid mili-
Mar. 12. tes et ſeruos commemoro, quando deo deorum, regi re
Luca, 20. gum, ſancto, ſanctorum filio altiſſimi non pepercerunt,
ſed extra vineam eiectum morte turpiſſima occiderunt
Nolite ergo mirari vos, qui eſtis puſillus grex, ſerui
& in regno dei minimi, ſi vos mundus in maligno poſi-
tus odit. Mundi nomine mundi amatores hic accipi de-
A ii bent.

bent. Qui concupiſcentias mundi (retia diaboli, laqueos
mortis, foueas interitus) amant, et ſecundum principem
ſeculi huius ambulant in deſideriis carnis, et faciunt e-
ius volutatem malam. Quamuis autem diabolus, et qui
ſunt ex parte eius, mala voluntate perſequantur, odiant 1. Ioan. 5
et occidant iuſtos, Deus tamen protector in ſe ſperan-
tium eſt, adeo diligit iuſtos, vt quicquid iniqui cogitant
contra electos in malum, hoc deus illis conuertit in bo
num, iuxta illud Apoſtoli: Diligentibus deum, omnia Eph 2.
cooperantur in bonum, Permittit ergo, ſiue relinquit Ge. 50.
Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. Rom. 8.

Propter purgationem iuſtorum à peccatis. Quia in Eccle. 3.
igne probatur aurum et argentum, homines vero rece- Sap. 2.
ptibiles in camino humiliationis. Sic medicus per potio
nem amaram, per vſtionem et ſectionem medetur in
firmis. Sic miſericors eſt dominus, & remittit in die tri
bulationis peccata. Propter virtutum ſuarum mani-
feſtationem. Sic in agone contendunt milites. et ſpeci- Iob 12.
men edunt artifices: vnde ſcriptum eſt: Quia acceptus 2. Tim. 2
eras Deo, ideo neceſſe fuit: vt probaret te tentatio. In
anguſtiis probatur amicus. Sic probatur pacientia.

Propter coronæ augmentationem. Nam poſtquā mi-
les hoſtem vicit, coronatur. Et quanto fortior fuit in pu Pſ. 128.
gnà, tanto ei decernitur glorioſior corona: ſupra dor-
ſum iuſtorum, impij fabricant coronas, et quanto ma-
gis prolongant iniquitates ſuas (permittente deo) tan- 1. Cor. 3.
to eos apud deum reddunt glorioſiores, qui dat vnicui-
que ſecundum proprium laborem. Propter dilectio-
nis Dei erga nos oſtenſionem: Quia quem diligit Deus
corripit, et quaſi pater in filio complacet ſibi. Et iterum
Ego quos amo, arguo et caſtigo. Vnde et cum electis
eſt in tribulatione, nec diabolum, nec hominem relin- Prou. 3.
quit nocere eis. Sed ſub vmbra alarum ſuarum à facie
impiorum, qui eos affligunt, ſicut pupillam oculi ſui eos Heb. 12.
cuſtodit. Propter itineris eorum accelerationem ad Apo. 3.
deum. Mala enim quæ nos premunt, quaſi ad Deum ire Pſal. 90.
compellunt. Sic Ægyptij vrgebant filios Iſrael exire de Pſ. 16.
terra velociter. Sic impij eiecerunt Stephanum de ciui- Exod. 12
tate ſanguinum, & lapidando impulerūt intrare cœlum Act. 7.
Sic deus piorum infirmitates multiplicat et calamitates Pſ. 15.
poſtea accelerant, et cupiunt diſſolui et eſſe cum Chri- Phil. 1.
ſto. Vnde orant, Libera me à perſequentibus me, quia Pſ. 141.

. cõfortati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia animam meã ad confitendum nomini tuo, me expectant, iuſti donec
1. Mac. 6. retribuas mihi. Propter infirmorum confirmationem
Iosu. 13. Leo elephantibus oſtendunt ſanguinem vuæ & mori, vt
1. Pet. 2. eos acuant ad prælium. Sic Chriſtus dedit nobis exem-
Iacob. 5. plum, vt ſequamur veſtigia eius, & faciamus ſicut ipſe fecit Et diuus Iacobus, Exemplum accipite fratres, exitus mali, pœnæ, & longaminitatis & laboris & patientiæ
2. Mac. 6 prophetas &c Vnde vir virtutis Eleazarus dixit, fortiter vitam excedendo, Senectute quidem dignus apparebo,
Tob. 2. adolcſcentibus autem exemplum forte relinquam, dum prompto animo, ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſi-
1. Pet. 4. mis legibus honeſta morte perfungar. Sic Tobiæ ſenio ri cæcitatis tentationem & perſecutionem grauiſſimã euenire permiſit deus, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & beati Iob. Propter Chriſti imitatio
Philip 2. nem, vt communicent eius paſsionibus Vt calicem eius
Heb. 12. bibant. Vt crucem ſuam poſt eum portent. Vt in ſeipſis
Eccle. 13. hoc ſentiant quod & in Chriſto Ieſu, & aſpiciant in au-
Rom. 8. 2. thorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta Magna enim gloria eſt, militi, ſequi regem & Dominum
2. Cor. 1. ſuum, & propter nomen eius exoſum eſſe mundo. Quia
Ioan. 15. ſi compatimur, & cõregnabimus. Si ſocij ſumus paſsionum, erimus, & conſolationum. Si nos odiunt mali, ſcire debemus quòd & Chriſtum prius odio habuerunt. Si
Mat 5. omne malum aduerſum nos mentiendo loquuntur, ſcire
Sap. 2. debemus quòd illum mille ſcommatibus ante confuderunt & blaſchemauerunt. Si nos perſequuntur mirari non debemus, nam & illũ perſecuti ſunt iniuſte, & morte turpiſsima crucis condemnauerunt. Propter malo-
Luc. 23.
Pro. 11. rum terrorem & correctionem: Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Tempus eſt vt incipiat iudicium afflictionis & perſecutionis à domo dei,
1. Pet. 4. & pie viuentibus in Chriſto, Si autem primum à nobis,
Dan. 5. (& ſi hic cruciat quos amat, ſi flagellat filios, quid debẽt ſperare quos odit, & ſerui nequiſsimi) quis finis eorum qui non credunt euangelio Dei? Et ſi iuſtus vix ſaluatur impius & peccator vbi parebunt. Sic Balthaſar arguitur & damnatur, eo quòd ex patris ſui Nabuchodonoſor humiliatione et percuſsione, ſe nõ emendauerat. Hinc

Apoſtolus

Apoſtolus Iudæorum exceſſus graues multos recenſet,
& duras Dei animaduerſiones, Monens ne ſimilia pecca 1.Co.10
ta deſignemus, alioqui grauiora nos manere ſupplicia,
dicit, Sic ciuitatibus exprobrat aliquibus ſeruator no-
ſter, quòd ad ſuam perditionem dignos pœnitentiæ fru
ctus non fecerunt Ideo Sodomæ & Gomorræ tollerabi
lius in die iuſti iudicij futurum dicit. Nam ſi peccãtibus Mat.11.
angelis & originali mundo Deus non pepercit, dubio Luc. 10.
procul, nec nobis, ſi in leges eius impie agimus parcet. 2.Pet.2.

Nec moueat electos falſa & momentanea malorum Iudas
proſperitas, quæ eos perdit, ſed ad ea quæ Deus diligen
tibus ſe gaudia præparauit extendant ſemetipſos, vt bra Pro.1.
uium appræhendant ſupernæ vocationis. Quia hic non
habent manentem ciuitatem, ſed futuram inquirunt, in Iacob. 1.
qua nomina eorum conſcripta ſunt, & conciues facti ci 1 Cor. 9.
uium vranicorum. Sed & mundi odium, longe eſt ipſius Heb. 11.
amori præferendum Et præſtat filiorum huius ſeculi ſu- Luc. 22.
ſtinere odium, quàm eorum fallacem habere gratiam &
contagioſam familiaritatem. Nam cum mundus ſæuit & Iudi. 15.
perſequitur, ſeipſum prodit & manifeſtat ex fructibus 1.Ma.19
ſuis. ſed cum demulcet caput, cum vendit oleum, cum la
ctat, cum calicem vino ſuarum proſtitutionum plenum, Iacob. 4.
porrigit, tunc oſculo ſuo tradit vt Iudas. Tunc capit vt 1.Ioan.9
auceps. Tunc funibus peccatorum etiam fortes Samſo-
nes ligat, & hoſtibus occidendos tradit, vt ſalaciſſima
Dalila. Tunc mentitur ſicut Demetrius omnia quæ pro
mittit & fidem ſibi dantes occidit Cum ergo mundi a-
micicia, inimica ſit Deo, & quiſquis mundi huius ami-
cus eſſe voluerit, inimicus Dei conſtituitur, in confeſſo
eſt, mundi huius amicicia nihil periculoſius, nihílque
damnabilius eſſe.

SECVNDA PARS.

NOs *ſcimus*, q in Chriſto viuimus, & in ſpiritu Gala. 5.
facta carnis mortificamus, digneque Deo Ephe.4.
& euangelio ambulamus, & mandata Dei 1.Ioan.4
cuſtodimus, quod eſt ipſa ſyncera charitas Rom.8.
Dei, & dilectio proximi, *quoniam tranſlati ſu* Rom. 5.
mus, per mortem Ieſu Chriſti, *de morte* & poteſtate tene- Gala. 2.
brarum. *in vitam* gratiæ, in re, & vitam gloriæ, in ſpe Spe
nãque iá ſalui ſumus. Et ſpes illa (ſi vera eſt) nõ cõfundit

quo

quoniam diligimus fratres. Quiſquis ergo proximum dili-
git,legem impleu t.eſt filius Dei frater Chriſti, ciuis ſan
Ezec.18. ctorum & domeſticus Dei.hæres regni,viuit in fide filij
Sap.16. Dei *Qui non diligit* proximum quem videt,*manet in mor-
te*,culpæ videlicet.Sic anima quæ peccat,moritur, Et ho
Iacob. 1. mo per maliciam & peccatum,occidit animam ſuam.
Apo. 20. Nam peccatum cum conſummatum fuerit,generat mor
tem.Cum peccator reſipiſcit à diaboli laqueis, & proxi-
mum diligere incipit,partem habere incipit in reſurre-
Ioan. 10. ctione prima Venit enim Chriſtus, vt per ipſum vitam
Abac. 2. gratiæ in vita quæ nunc eſt habeamus, & abundantius
Gal.3. vitam gloriæ habeamus,in vita futura Nam vita qua iu
ſtus ex fide & in fide viuit. per baptiſmum ſolummodo
illis adultis datur & prodeſt,qui ſyncera mente diligunt
1.Re. 17 fratres Inſuper qui fratres diligit,homicidij noxam e-
Ecl.1. uadit.Quia *omnis qui odit fratrem ſuum,homicida eſt* Nam
Mat. 26. per odium,occidit ſemetipſum,quod eſt ſcelus maximũ
& morte æterna piandũ.Cain & Abſalon, Abimelech
Pſ.36. & Ioram rex Hieruſalem,damnantur,eo quòd fraterno
ſe ſanguine fœdauerunt.At ſeipſum occidere,ſicut Achi
Sap.2. tofel & Iudas fecerunt,multo maioris eſt noxæ.Viuis ec
Eccle. 34 ce,quem odio iniquo odis,& tu homicidij reus es in o-
culis Dei Homicida eſt,inquit, qui odit fratrem: Quia
gladius ſuus intrat in cor illius, qui fratrẽ odit.Et prius
quam fratrem ſuum lædat,ſauciat & peccat in animam
Rom. 1. ſuam,& quæ non moritur,animam ſuam mucrone dia-
bolico,inuidiæ(per quam mors in orbem terrarum in-
trauit)perimit nequiſsime.Nec ſolo odio eſt homicida
fratris ſed & dum proximo detrahit, malum contulit,
quæ ei neceſſaria ſunt ad vitæ ſuſtentationem non tri-
buit,inuidiam ei conflat,panem ei aufert in labore vul-
tus ſui & ſudore partum,vſuris eum depauperat iniuſtis
exactionibus eum grauat,& ſeruicijs duris. Omnes iſti
Pſal. 11. in eadem damnatione ſunt Maxime occiditur frater de
tractione & ſuſurratione.Nam qui alteri detrahit,vitam
fauorem & gratiam quam apud alios habuit,qui ei be-
ne volebant,ei aufert.& eum in cordibus eorum occidit.
Suſurrones proinde & detractores,nec nõ bilingues, qui
ecc.28. labia doloſa in corde & corde loquuntur,ſunt maledicti
Quorum verba licet ſimplicia videantur,tamen ad cor
da perueniunt.Et crebrò detractor vno ſermone et gla
dio vno malignæ linguæ ſuæ tot occidit,quot odij eius
verba

verba audiunt. Et ipſe tot mortibus reus eſt, quot audiũt
maligna verba eius. A detractione igitur parcite linguę *Pſa. 143*
veſtræ, quæ tanto eſt veneno aſpidum inſanabili, magis
mortifera, quanto anima corpori (quæ per eam occidi-
tur) præfertur. Eorum lingua eſt gladius malignus, bis *Sap. 1.*
acutus. Sic lingua eorum eſt gladius acutus, romphea *1. Pet. 2.*
bis acuta. Sic exacuunt detractores vt gladios linguas *Pſ. 56.*
ſuas Sic iaculum et gladius et ſagitta acuta homo qui *Pſal. 53.*
loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.
ſed eo inſaniæ et maliciæ multi deuoluuntur, quòd in
detractionibus gloriantur et exultant, et non ſolum nõ
compunguntur in cubilibus ſuis de tam horrendo pia *Ioan. 17.*
culo ſed obſequium in hoc ſe Deo præſtare putant. Se-
quitur Et *ſcitis quòd omnis homicida non habet vitam æter-
nam in ſe manentem.* Omnis, inquit, quia non ſolùm qui *Act. 3.*
ferro, ſed etiam qui lingua, aut odio, aut alio modo quo- *Luc. 15.*
uis fratrem inſequitur, vitam æternam (quæ deus eſt et
gratia) in ſe manentem non habet, licet vitam habeat *Oſeæ 14.*
inſtar iumentorum et aliarum beſtiarum, à ſe tranſeun *Hier. 3.*
tem. Nomen habent quod viuant. ſed mortui ſunt in de
lictis et peccatis ſuis. Et animas mortuas in corporibus
viuis circumferunt Sic filius iunior dum ſeruiuit diabo- *Rom. 5.*
lo, mortuus fuit, ſed reuixit, quando in toto corde ſuo
ad patrem rediit, et receptus fuit. Tertio loco ponit fra
ternæ dilectionis exemplum et documentum, dicens: *In* *Luc. 1.*
hoc cognouimus charitatem Dei. æternam, ſpontaneam et *Pſ 129.*
gratuitam, *quia ille* Dei vnigenitus, propter nimiam cha *Ioan. 10.*
ritatem ſuam qua dilexit nos, cum adhuc inimici eus eſ
ſemus, et quæ ille odit faceremus, *pro nobis* redimendis
de poteſtate tenebrarum. de manu omnium qui oderũt
nos, et ex omnibus iniquitatib, noſtris, *animam ſuam po-* *ephe. 5.*
ſuit voluntarie, (Quia eam nullus tollere potuit, ac iterũ
ſumpſit eam, reconciliato patre noſtræque redemptio- *2. Tim. 2*
nis myſterio conſummato, et nos eius exemplo, ſicut fi-
lij chariſſimi in eadem dilectione debemus ambulare,
et ſi res ita ferat. *debemus pro fratribus animas ponere*, vt eas
ſaluare in regnum Dei, et Chriſto lucrari poſsimus. At
iſtis malis diebus adeo, heu, malicia abundauit, et chari *2. Co. 12*
tas refriguit, vt multi, ſi poſſent, animam fratris carelli *Mat. 15.*
morte redimere, non facerent. Et quid dico? In tam pro *Pro. 18.*
fundum malorum quidam venerunt, vt proximiorum
perniciem ipſorum ſaluti præferant. Nẽpe ij qui ſeipſos

dili-

diligunt,quos ſuis coloribus in poſteriori epiſtola ad Ti
mothæũ,capite tertio graphice deliniauit Paulus Apo-
ſtol⁹,Ab his charitas vera proſcripta eſt & relegata,Ex
2.*Tim.*3 perimentum deinde charitatis non fictæ ſubſtituit, di-
cens,*Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi*, quæ malis
boniſque communis eſt:imo quæ inique vſquequaque
agentibus crebrò magis exuberat,*& viderit.* ſicut diues
Luc. 16. epulo Lazarum ante domus ſuæ ianuam,vel cognoue-
rit per alium modum,nempe per auditum &c. *fratrem
ſuum* & quemcunque proximum *neceſſitatem habere* in ve
*Iac.*2. ſtitu,in victu,ſiue hoſpitio, captiuum,infirmum,& aliis
*Mat.*7. calamitatibus oppreſſum *& clauſerit viſcera ſua ab eo.* &
*Luc.*6. non dederit ei quæ ei ſunt neceſſaria *quomodo charitas
Dei* vera ſyncera *manet in eo.* Quaſi dicat:Nullo modo eſt
in eo.Alioqui omne quod ſibi vellet fieri, ſi in eadem
neceſſitate eſſet,faceret proximo.Hoc enim lex eſt &
Prophetæ. Quid hic dicent,qui non ſolum iuſtis ſua
non largiuntur,ſed aliorum bona rapiunt,tollunt,& ad
ſe per circumuentiones,dolos,vſuras,impoſturas, rapi-
nas,nouas exactiones & fraudium technas,trahunt.Pro
1.*Co.* 10 inde *Filioli,non diligamus verbo* ſolo,ſicut illi qui plura &
2.*Cor.*12 crebrò verbis pollicentur,de quo nihil cor ſcit,nec co-
gitat quidẽ *Neque lingua ſola ſed opere magis & veritate.*Nō
pe ſimplici ex corde,quibus indigent eis largiendo. De-
bet dilectio proximi ſyncera eſſe, ſine ſimulatione, vt
*Eſa.*6. proximo bonum velis toto & puro cordis affectu,vt nō
quæ tua ſunt quæras,ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti & illo-
rum,vt ſalui fiant.Ideo illis neceſſaria largiri,& conſola
torij in verbis eſſe debemus Duobus autem modis
*Pſ.*44. accidit aliquem pauperem & egenum eſſe. nempe
corporaliter & ſpiritualiter. Debet ſecundo loco iſta
*Mat.*12. dilectio eſſe prudens. Vt diligas naturam & odias cul
pam,vt eligas bonum,& reprobes malum,vt in eo di-
gas iuſtitiam,& odias iniquitatem Vt ob gratiam illius
nihil facias,quod diſplicet Deo. Et ſi te ſcandalizat,
abiiciendus eſt etiam ſi eſſet oculus dexter, & pes &
manus.Tertio debet diligi temperanter, & ſub Deo,
quia qui amat patrem aut matrem plus quam me, non
eſt me dignus.Et qui amat filium aut filiam ſuper me,
non eſt me dignus.Hic carnalis dilectio dānatur multo
rũ.Nā illa multos perdit ideo dilectioni Dei poſthabẽ
da,iuxta illud Qui dixerit patri ſuo & matri neſcio vos

&

& fratribus,ignoro vos, & neſcierunt filios ſuos, hi cu- *Deut.33.*
ſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruaue-
runt,iudicia tua ô Iacob,& legem tuam ô Iſrael. In tali
caſu obliuiſci debemus populum noſtrum,& domum pa
tris tui.Hac in re Ruth laudem promeruit,& regina Sa- *Pſal. 44.*
ba.Illa de domo ſua egrediendo &c.Et hæc de longin- *Rut.2.*
quo audire ſapientiam Salomonis, veniendo. Quartò *3.Reg.10*
proximos diligere debemus generaliter ſine exceptione
bonos & malos,amicos & inimicos,benefactores & per- *Matt.5.*
ſecutores,propinquos & extraneos,ciues & peregrinos.
In hoc patrem noſtrum qui in cœlis eſt, imitando, ſi-
cut filij chariſſimi, qui nihil odit eorum quæ fecit, &
pluit ſuper bonos & malos:& ſolem ſuum oriri facit iu-
ſtis & iniuſtis, & benignus eſt ſuper ingratos & malos
rebelles, exaſperatores, & in reprobum ſenſum datos,
qui ſine omni timore perpetrant mala, & quaſi nihil
poſſit, reputant eum. Et diuitias bonitatis & patien-
tiæ & longanimitatis eius contemnunt, Hanc dilectio-
nem omnibus precatur Apoſtolus,dicens: Deus abun- *Rom 2.*
dare faciat charitatem veſtram in inuicem, & in om- *Phil.2.*
nes Amen.

DOMINICA SECVNDA POST PENTECOSTEN, DE LAZARO & diuite epulone, in Euangelium Lucæ xvj. Sermo.

DICEBAT *Ieſus ad diſcipulos ſuos: Homo quidam erat diues.* Hoc euangelium rarò
prædicatur: tum, quòd occurrit in Octa-
ua corporis Chriſti, vnde dignum & iu-
ſtum eſt, vt tunc de corpore & ſanguine
Chriſti ſermo texatur: tum quòd non eſt de ordinario
eccleſiæ Romanæ. Ideò quàm breuiùs potero, euange-
lium hoc tranſcurram. Principio tamen ſciendum, quod
Lutherani viri mendaces, vt omnem iuſtitiæ & timoris
Dei terrorem,per quæ omnis homo declinat à malo & *Prou.15.*
facit bonum,tollant: & ſuos in damnabili ſola fide ſua,
carnaliſque voluptate detineant, cæciſque duces, cæcos *Rom. 16.*
ſuos ſectatores ſecum protrahant,ſermonibus dulcibus
& benedictionibus foueam damnationis æternæ, hoc
euangelium parabolam, non rem geſtam & hiſtoriam
eſſe

eſſe dicunt. At mentitur iniquitas ſibi. Neque enim adſertor noſter hanc hiſtoriam parabolam eſſe dicit, nec euãgeliſta, ſed magiſtri mendaces, & lamiæ Lutheranæ factionis, hac plauſibili techna ſuos lactant catulos, & detinent in errore. Vnde & ſine omni timore iam peccant viæ illius viri & mulieres, atque iniquè agunt ſuperuacuè & vſquequaque. Lætantur in ſuis malefactis, gloriantur in ſuis maleficiis, & in rebus peſſimis exultant: Eo quòd Chriſtus infernum deſtruxit: Satanam ligauit in eo, & nemo iam poteſt damnari, niſi nolit in promiſſionem dei non habere fiduciam: ideo in impietatibus ſuis, viæ illius viri & mulieres, tam ſecuræ ſunt, quaſi iuſtorum opera haberent. Et non ſolùm iuſta Dei iudicia & terribilia ſuper filios hominũ non formidant, ſed prophetas & apoſtolos inuentum locutos eſſe & credunt, & dicunt, quando operantibus iniquitatem damnationem æternam interminantur, & operantibus iuſtitiam, & in omnibus bonis operibus fructificantibus, coronam vitæ repromittunt. Hos fructus mortis ſola fides Lutherana nobis protulit, peior fide dæmoniorum, vt in ſermonibus Communibus oſtendi. Sic lactatores iſti iniqui, amicos ſuos lactant, oleum eis vendunt, placentia eis loquuntur, beatos eos dicunt, & decipiunt, & viã greſſuum ipſorum diſſipant: laudant eos in deſideriis ſuis peſſimis, & in iniquitatibus ſuis eos benedicunt. Atque populus ſtultus & inſipiens diligit talia: videtúrque via hæc illis iuſta et recta: nec audire nec intelligere volunt, quod nouiſſima eius ducũt ad mortem. Et ſi ſcripturis eos à viis ſuis malis reuocare conatus fueris, eas aut exufflant & derident, aut negant aut deprauant, aut ad nothum intellectum trahunt. Quia nolunt intelligere vt bene agant. Multò magis autem iuſtitiam, quæ mortis eſt acquiſitio, manibus ac verbis acceſſunt, & æſtimantes falsò illam amicam, defluunt. Et ſponſiones ponunt ad illam. Ideo morte digni ſunt æterna, qui ſunt ex parte illius. Iuſti autem in perpetuum viuunt, & apud dominum eſt merces eorum. Et hoc vindicator noſter in Euãgelij ſerie manifeſtè oſtendit exemplo omnibus noto. Nam qui Lazarum inopem nouerũt, ſciebant etiam ante cuius diuitis oſtium iacuit, doloribus plenus & omni ſolatio expers & deſtitutus. In diuitis ergo huius iniuſti, & iuſti Lazari pauperis exemplo, propon

propoſitur nobis,mundũ hunc,& eorum quæ in mundo ſunt,atque ſemetipſos diligentium, & diligentium deum ex corde puro,conſcientia bona,& fide non ficta, diſpar vita,diſpar mors, & diſpar merces poſt vitæ huius curſum.Vnde in diuite illo dei ſæueritas,in Lazaro dei abyſſalis bonitas elucet.Illum diu ſuſtinuit in multa patientia, quamuis vas iræ eſſet aptum ad interitũ, vt reſipiſceret à diaboli laqueis. At infelix, diuitias bonitatis diuinæ & patientiæ & longanimitatis contẽpſit,quo benignitas Dei ad pœnitẽtiam eum adduxit. *Rom.2.* At ille in reprobum ſenſum datus fuit, ideo tempore quod illi Deus dedit ad pœnitentiam,vſq; abutebatur in ſuperbia,noluítq; pœnitere:Magis verò,ſemper profecit in peius:& addendo præuericationes,magis receſſit & elongauit ſe à Deo, & plus appropinquauit portis mortis Lazarum verò multiplex probauit tribulatio,afflixit calamitatum omne genus,& circundiderũt mala quorum nõ eſt numerus,diabolus eum omni telorũ genere,eminus cominúſq; fruſtra laceſſiuit Ideo poſtquam bonum certamen legitimè certauit,fidẽ ſeruauit,in patientia animam ſuam poſſedit,omnia ſuſtinuit,curſum ſuum conſummauit, incorruptam iuſtitiæ coronam, Deum diligentibus repromiſſam, accepit.

Iniuſtorum igitur & iuſtorum, reproborum & electorum,impiorum & piè in Chriſto viuentium, amantium hunc mundum,& ea quæ in mundo ſunt,& Deũ diligentium,filiorum diaboli.& filiorum Dei,hic nobis exemplum proponitur. Sic hic ante nos conſtituta eſt in diuite & Lazaro vita & mors,bonum & malum,benedictio & maledictio, aqua gratiæ & ignis gehennæ. Eligamus quod placuerit,& dabitur nobis,vnicuiq; ſecundùm opera ſua.Quia quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Qui cum diuite iſto ſeminant in carne ſua, *Galat.5.* carníſq; curam in deſideriis malis faciunt, omníq; voluptate,quoad illis poſſibile eſt fruuntur,de carne metent corruptionem. Qui autem cum Lazaro in ſpiritu ſeminant,in ſpiritu Deo ſeruiunt,in ſpiritu & veritate deum adorant ſpiritu facta carnis ſuæ mortificant,cum Lazaro etiam de ſpiritu metent vitam æternam. Textum diſpiciamus. Et primò eorum diſparem vitam, de qua dicit Euangeliſta, *Homo quidam erat diues.* Crebrò Chriſtus documentis euangelicis, crebrò etiam & ſuis

& aliorum exemplis ad ſua ſectanda veſtigia & melio-
ra chariſmata, adhortatur. Documentis euãgelia exu-
berant. Exemplum ſeipſum dedit nobis, vt queadmo-
dum ipſe fecit, ſic & nos faciamus. Ipſe nanq; lux mũ-
Ioan. 13. di eſt ideo qui eum ſequuntur, viuunt & ambulant, ſi-
cut ipſe ambulauit, in tenebris peccatorum non ambu-
lant, ſed lumen vitæ habent, & ambulant in lumine ſi-
Ioan. 2. cut filij lucis. Nec ipſe ſolus eſt imitandus, ſed & amici
eius et dilecti iuxta illud: Si filij Abrahæ eſtis, opera
Abrahæ facite. Hinc vni dixit, poſtquam opera miſeri-
cordiæ retexuiſſet, quæ Samaritanus Iudæo exhibue-
rat: Vade & fac tu ſimiliter. Longum verò foret referre,
quomodo ex malorum punitione ad pœnitentiam nos
Mat. 12. prouocat verbis gratiæ ſuæ, et exemplis aliorum. Et vt
pauca exempla perſtringam. Ad pœnitentiam, et di-
gnam Deo et euangelio eius vitam, nos per Niniuita-
rum exemplum adhortatur, qui ad prædicationem Io-
næ ſe conuerterunt à viis ſuis malis, atq; pœnitentiam
Mat. 11. fecerunt in cinere et ciliciis Hinc Tyro, Sidoni et So-
domitis remiſſiùs futurum dixit in iudicio, quàm perfi-
dis Iudæis, qui neq; Ioannis, qui in via iuſtitiæ ad eos
venit, nec ſuis verbis crediderunt, vt pœnitentiam fa-
cerent. Publicani verò et meretrices, vt Zachæus et
Magdalena, ad vtriuſq; adhortationem crediderũt, di-
gniſq; pœnitentiæ fructibus, à ventura ira fugerunt. Et
Luca 13. alibi dicit, quòd niſi pœnitentiam habuerimus, omnes
ſimiliter peribimus, ſicut illi Galilæi, quorum ſanguinẽ
Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum. Et de decem et
octo Hieroſolymitanis, ſuper quos turris cecidit. Et vt
tranſeam multa, idem hic huius diuitis terribili aſtrui-
tur exemplo. De quo ait: *Erat* in hoc ſeculo nequam,
Act. 8. in quo impij ſe aliquid eſſe putant, cùm nihil ſint. Sic
Simon magus ſe aliquem magnum eſſe dicebat. Sic rex
Pſal. 36. hodie eſt et cras moritur. Vidi impium ſuperexaltatum
et eleuatum ſicut cedros libani, et tranſiui, et ecce non
erat: quæſiui eum et non eſt inuentus locus eius. Quia
iniuſti diſpereunt ſimul, et reliquiæ impiorum intereũt
in generatione vna. *homo quidam*: et homo hic ab hu-
mo dicitur, quia terrenus erat, terrena et quæ ſuper
terram ſunt, ſapuit, et non quę ſurſum ſunt. Terrena
amauit, quæſiuit et poſſedit. Sic adhæſit pauimento
terrenis et caducis rebus huius hominis anima. Nam
mundum

mundum & ea quæ in mundo ſunt dilexit: ideo charitas patris in eo non fuit. Nam qui huius mundi amicitiam habet & appetit, inimicus dei conſtituitur. At miſer hic & miſerabilis, pauper, nudus & cæcus, triplici concupiſcentiæ funiculo, qui difficulter rumpitur, conſtrictus à diabolo tenebatur: Erat diues, ecce concupiſcentia oculorum, quæ eſt idolorum ſeruitus. Induebatur purpura & byſſo, ecce ſuperbia vitæ. Epulabatur quotidie ſplendidè, ſeruiens ſuo ventri, qui deus ſuus fuit in concupiſcentia carnis. Dicit ergo: *Homo quidam erat diues*, non in deo, nec in gratia & bonis operibus, ſed in poſſeſſione auri & argēti, quæ ſicut in hunc mūdum veniens ſecum non attulit, ita hinc abiens ſecum aufferre nō potuit, ſed alienis reliquit. Vnde ait maxīmus Vatum: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus ſuis. Sic Chriſtus, quod ante euangelium iſtud de auaris qui eū odio iniquo gratis oderunt & doctrinam eius deridebāt dixit, exemplo aſtruit: nempe, quòd diues ſine miſericordiæ operibus, pœnas æternas pendet in inferno, quia Lazarum ſibi non fecit amicum, per largitionem eleemoſynarum. *quidam*. Nomen eius nō exprimitur, quia nomen eius non erat ſcriptum in libro vitæ cum iuſtis, ſed in terra, & deletum de libro vitæ. Nec Chriſtus eū nouit, qui ignorat ſe ignorantes & operantes iniquitatem. Neq; enim hœdos, ſed oues ſuas ipſe cognoſcit, & eas nominatim vocat. Ideo ad amicum ſuum Moyſen dixit: Noui te ex nomine. Sic & Lazarum ex nomine exprimit, quia ouis fuit. Diues item fuit, & vocatur, non tam à poſſeſſione diuitiarum, quàm ab amore earum. Non enim poſſeſſio, ſed amor diuitiarum reprobatur. Abraham, Loth, Iob, Dauid, Ezechias & alij multi, diuites fuerunt, & deo placuerunt, quia in nullo diuitiis abuſi ſunt, ſed eas diſperſerunt & pauperibus dederūt: ideo iuſtitia eorum in ſeculū ſeculi manet. Hinc Apoſtolus ait: Qui volunt diuites fieri, incidūt in tentationes & laqueos diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. *Et induebatur purpura*, ad oſtentationem, *& byſſo*, quo ad molliciem. Purpura namq; regale eſt ornamentum & byſſus eſt genus nobiliſſimi & candidiſſimi lini, quod naſcitur in Ægypto. At contra hoc, Ioannes non

Pſal. 75.

1. Tim. 6

erat veſtimentis mollibus indutus. Cōtra illud ait tuba euāgelij & vertex apoſtolorum, quòd etiam mulieres non debent veſtimentis precioſis indui, ſed magis promittere pietatem per opera bona. Hic multa de veſtitu adduci poſſunt, quæ tranſeo gratia breuitatis. Maximè iſta dedecent religioſos, quando iſti qui in veſte precioſa ſunt & in deliciis, non in monaſteriis, ſed in domibus regum requiri debeant. Nec veſtimentis, ſed moribus ſtudendum eſt hominibus placere, ad ædificationem in bono. Nam qui veſtimentorū corporis mūdiciam & precioſitatem diligunt & quærūt, crebrò animæ ornatum negligūt, & cultum virtutum quibus placetur Deo. Magis enim & incōparabiliter deo acceptius eſt, animam adornare virtutibus, quàm corpus

Pſal 44. precioſis induere veſtimentis. Illius decorem Dominus concupiſcit: huius inſaniam & vanitatem, vltricibus gehennæ flammis punit. Sed quid eſt caro precioſis auri, argenti, margaritarum & veſtimentorum cultu ornata, melior quam erat? Nihil prorſus. Sed deterior ex hoc (ſi dicere liceat) & corpus & anima efficitur. Quia ſic vanitatem amplectendo, vanus homo efficitur ſicut ea quæ diligit, proximos ſcandalizat, dei donis abutitur in ſua ſuperbia quod pauperibus & egenis diſtribuendum erat, in vanitatibus diſperdit. Sic heu bona domini diſſipātur à filiis hominum, qui graui ſunt corde, qui diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, & non ſtant in veritate, nec diligunt, nec faciunt, quod oportet, veritatem. De carnis concupiſcentia & cura, ſeruitio ventris & voluptate vitæ, ſequitur, *Et epulabatur quotidie ſplendidè.* Inimicus crucis Chriſti fuit, & vēter ipſius deus eius fuit: cui, non Chriſto ſeruiuit, aut deo vero & viuo. Ecce tria horroris plena: Nam epulabatur ſuper terram, & in luxuria enutriuit corpus ſuum. Sic ſtultus ille diues dixit, cuius ager vberes fructus attulit: Anima mea habes multa bona in annos plurimos. Quid tum? Num cum his facies tibi amicos in cœlo? Nū pauperibus ea diſtribues? Nunquid cum eis peccata tua redimes? Aut gratias ages deo omnium bonorum largītori? Aut ſine impedimento deo ſeruies in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus tuis? Nequaquam. Sed magis ô anima mea requieſce à labore. Ecce omnium malorum ſentina, otioſitas. Comede, ecce guloſitas. Bibe, ecce ebrietas.

ebrietas. Epulare, ecce dilapidationis ſuperfluitas. Nec id vno die, aut menſe aut anno, ſed quotidie. Ecce aſſiduitas. iuxta illud Eſaiæ inuitatorium, quo ſe alterutrum ad miſcendas ebrietates & potandum vinum inuitant: Venite ſumamus vinum, & impleamur ebrietate. & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius. Et alibi: Venite fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioſo & vnguentis nos impleamus &c. Nec ſiliquis porcorum, vt filius prodigus, aut lentis edulio, vt Eſau profanus, aut pane hordeaceo vt populus in deſerto, ſe pauit: ſed epulabatur quotidie ſplendidè. Anima namque eius ſuper cibo iſto leuiſſimo nauſeabat. Bibebat aureis poculis, & aliis atq; aliis vaſis, cibi opiparè conditi inferebantur. Vinum item præcipuum, vt magnificentia regia dignũ eſſet, abundans & præcipuum ponebatur. Nec de eo vnuſquiſq; quod voluit ſumpſit, ſed cogebantur hoſpites ad epotãdos calices crateráſq; magnos, adeo quòd menſa iſta repleta erat vomitu ſordibúſq;. Ibi Lazarus eſuriuit, vbi dominus ebrius fuit & hoſpes. Non repræhẽditur diues ille de vſura aut de rapina, ſed quòd miſero & egeno miſericors non fuit. Et in his peccatis diues ille inſudauit & damnatus fuit. Iam pauperis Lazari agon ſequitur, & deo digna vita. *Et erat quidam mendicus* & pauper, quem etiam omnes fratres ſui odiunt, & amici eius ab eo procul recedunt. Hinc diuiti pauper iuxta ponitur, qui alter alteri confert, ſed differenter: quia diues corporaliter pauperi, at ſpiritualiter diuiti prodeſt pauper. Quia dum diuitis abundantia pauperis inopiam ſupplet, tunc pauperum abundantia diuitum inopiæ fit ſupplementum, & fit æqualitas, ſicut ſcriptũ eſt: Qui multum habuit non abundauit, & qui modicũ, non minorauit. Ergo cum diues ſuſtentat pauperem, ſuſtentatur à paupere. Diues eat donum, accipit regnũ: Dat temporale accipit æternum. Dat paruum, accipit magnum. Dat quod ſecũ auferre non poteſt, & cogitur alienis relinquere inuitus: accipit paratũ gaudiũ, quod nemo illi poteſt auferre. Maximũ proinde lucrũ & emolumentũ diues habet cũ miſeretur pauperũ & commodat, quia iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, ab audiſione mala non timebit, ſed inter benedictos benedicetur, & cornu eius in gloria exaltabitur. Ergo pauperẽ

dens fecit propter diuitem. Quæ autem hic dicuntur, peccatum diuitis inclementis & duritiam exaggerant, ipſúmq; iuſtè & ſine excuſatione vlla damnatum manifeſtant Et contra,perfectam Lazari patientiam,longanimitatem,animi conſtantiam & conſummatã charitatẽ,quæ finis, ſumma & inſtauratio legis totius eſt, omnia verba aſtruunt & proteſtantur. At díues ille,nec vmbram veræ dilectionis ad proximi hoc præceptum legimus apud Ioannem:Non diligamus proximos verbo & lingua ſolummodo, ſed opere magis & veritate. Nam qui videt fratrem ſuum neceſſe habere,& claudit viſcera pietatis ab eo, quomodo charitas patris eſt in eo?prima Ioannis iij.Et frater Domini Iacobus ait: Si frater aut ſoror nudi ſunt,& indigeant victu quotidiano,vt hic pauper Lazarus, dicat autem quidam ex vobis illis:Ite in pace & calefacíamini.& ſaturamini:quod verbum dulce nec hic maledictus diues & faſtu plenus fecit:non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori,quid proderit?Poſſet namq; diues ille dícere & ad cor declinare in viam maliciæ ad excuſationes in peccatis ſuis fruſtra concinnandas, Tot erant mendici & pauperes,quòd omnibus quæ eis deerant, dare nõ potuit.At hoc excluditur.quia erat quidam,id eſt,vnus,nõ multi.In quo apparet ſubueniendi facilitas.Si rurſus ad quærendam dilectionem falsò dicere vellet:neſciebant eius inopiam.Huic ſcandalo medicatum eſt, quia erat *mendicans*, voce alta & præcibus penuriam ſuam conteſtans,& manu & lingua indicans, Vnde dicebat:Ego autem mendicus ſum & pauper. Si rurſus dícere vellet durus ille diues, quod fictus & non verus pauper erat vt multi ignoti nõnunquam faciunt.At excluditur hæc excuſatio, per hoc quod dicitur, *nomine Lazarus* Notus namq; hominibus erat ex nomine in terris, & deo per approbationem in cœlis.Non fuit hic Lazarus,frater Magdalenæ & Marthæ, ſed alius ei in nomine ſimilis,& particeps vocationis cœleſtis & regni. Nomen eius hic exprimitur, quia ſcriptum erat in libro vitæ. Rurſus,ſi dicere vellet:labores manuũ ſuarum manducare debuerat,& operari quod bonũ eſt, ac meminiſſe

Act. 20. verbi domini quòd beatius magis eſt dare quàm accipere:In ſudore enim vultus ſui, pane ſuo veſci debuit.

Prou. 1. At fruſtra rete hoc iacitur ante oculos pennatorũ,quia

iacebat.

iacebat. præ nimia infirmitate ſuper pedes ſuos erectus ſtare non potuit. Si verò dicere vellet: In angulo latuit, indigentem eſurientem, ſitiẽtem, nudum, ignorauimus, neſciebamus. Hoc excluditur cùm textus dicit, *ante ianuam.* Ideò exiens & intrans domum ſuam, ſemper eũ vidit aut videre potuit. At immiſericors ille, ab illo paupere, contra doctrinam Tobiæ, vultum ſuum auertit. Ideo pauperum adiutor & protector viceverſa ab eo faciem ſuã auertit. Ampliùs, ſi dicere vellet, ſanus erat, ideò cui miſericordia fieret, indignus erat. At euaſio hæc ſublata eſt, quia *vlceribus plenus erat.* Et ſic à planta pedis vſq; ad verticem capitis nulla in eo ſanitas fuit. Nullum ſine cruciatu ſingulari fuit in eo membrum. Et forſitan diabolus vt beatum Iob, ad meritum eius & noſtram doctrinam, percuſſit eum caſtigatione tã crudeli. Vt & nos diſcamus eius exemplo in tribulatione eſſe patientes, & omnia ſufferre & ſuſtinere propter eũ qui ex amore pro nobis crucem pertulit & mortem, confuſione cõtempta. Si verò dicere vellet, quòd fame non cruciabatur, quæ eſt maleſuada, & afflictionum omnium ſæuiſſimus gladius. Hoc excluditur per hoc, quòd *cupiebat ſaturari.* Si namq; ſaturatus eſſet, & eleemoſynã peteret, tunc diues excuſationẽ aliquam prætẽdere potuiſſet. Ampliùs, ſi immiſericors diues dicere vellet: Petebat precioſa, magna, delicata, & quæ apud me non erant, vel quibus ipſe indigebam. Contra hoc dicitur: *De micis quæ cadebant de menſa diuitis.* Ecce, petit parua, quia micas: Superflua: Nam quæ cadebant de menſa ſua Vilia non precioſa, quibus nec ipſe indigebat. Deniq; ſi dicere vellet: Familia mea illi dabat. At mẽtitur iniquitas ſibi quia *& nemo illi dabat* micas panis, quãto minus dulcia, delicata, precioſa & cõdita? Secundũ enim iudicẽ populi ſic & miniſtri eius. Deũ immortalem, quantos hodie Lazaros vident mundi huius amatores, & animarum ſuarũ hoſtes & peremptores: & plus de equorũ phaleris, canibus venaticis, ſcurris & mimis cogitãt & ſunt ſolliciti ꝙ de pauperib⁹ Chriſti. Impudici canes, ſcurræ leues, milites ipſa vita indigni, abũdant panibus, deliciis affluunt, corpora ſua crapula grauant et ebrietate. Imo pauperũ laborẽ, ſudorem et ſanguinẽ in omni luxuria profundũt in domibus diuitũ talium. Væ, væ, væ omnibus qui pauperibus non ſolùm

Tobia 4.

Eccl. 10.

non largiuntur neceſſaria,ſed neceſſaria eorum ab eis exactionibus grauiſſimis,multis & maximis extorquent & quaſi ex ore eorum auferunt panem quo indigent. Sed pater fidei,amicus Dei Abraham, dic ſententiam At ille: Pro malis præſentibus nunc conſolatur pauper Lazarus,& pro bonis præſentibus cruciandus tradatur crudelis diues,tyrrānus durus,oppreſſor pauperum, dānatis dæmonibus.Sed et canes veniebant,et lingebant vlcera eius. Omnibus abominabilis & grauis erat ad videndum,qui in domo diuitis,erant et horrori, eo quòd non conſiderabant ſemetipſos, quòd deus ſimilem vel grauiorem ſuper eos calamitatem permittere poſſet, Vnde non conſiderabant qui proximi Lazari erant ex ſemetipſis,nec qualem miſericordiam ſibi præſtari vellent,ſi in eodem ſtatu miſeriæ eſſent,Lazaro fecerunt: quod tamen tota lex eſt,& prophetæ.Sed quem homines negligunt,canes conſolantur,dum eius vlcera lingunt.Et in hoc diues de tribus arguitur.Tum quòd canes magis miſericordes pauperi fuerunt,quàm diues & faſtidioſa familia eius.Quia canes vlcera pauperis curāt magiſterio naturæ & diues cum familia pauperem negligit,natura accuſante.Tum,quòd diues magis miſericors fuit ſuis canibus,quàm pauperi Vnde canibus panes & carnes dedit in copia, ſed Lazarus nec micas decidentes accepit ex eius menſa.Tum,quòd Lazarus largior fuit canibus diuitis,quàm diues ipſe ſibi: Enimuero,diues pauperem de micis cadentibus non paſcit, vt peccata ſua eleemoſynis ſuis redimat,& ſalutem ſuam operetur,theſaurumque bonum in futurum recondat, propter quod et ſeipſum perdidit & ſuas copias auri & argenti, Et mendicus et pauper Lazarus cani-

Rom.8. bus diuitis humanus fuit, miróque modo pauper et egenus Lazarus canes diuitis vulneribus & vlceribus ſuis paſcit, in vulnus & damnationis cumulum diuitis. Iam amorem Dei fortem vt mortem in mendico iſto conſidera, per quem dum pa-

Eccl.2. tiens fuit in tribulationibus, et omnia ſufferebat atque ſuſtinuit,omnia ei cooperata ſunt in bonum.Nam in camino paupertatis velut aurum & argentum probatus fuit, & dignus Deo effectus, per cordis puritatem. Rurſus, cùm ſuſtinuit ſuſtentationes Dei,atque omne quod ei applicitum fuit, accepit.et in dolore

dolore ſuſtinuit,conſcientiam bonam habuiſſe probatur, Tandem cum in bonitate permanſit vſque in finem fidem ſuam à Deo,etiam malis quibus non eſt numerus,repletus & circundatus,non mutauit,fidem probatam habuiſte depræhenditur,cuius finis fuit ſalus animæ ſuæ,vt patebit in ſermone ſequenti.

HOMILIA SECVNDA DE

DISPARI MORTE ET FINE

diuitis & mendici Lazari.

QValis eſt vita hominis,talis eſt & finis eius,Nam quæ ſeminat homo in vita, hæc & metit in morte,Qui fecit,bona cuſtodiuit vias duras,crucem ſuam poſt Chriſtũ portauit,vim ſibi fecit, membra ſua quæ ſunt ſuper terram mortificauit,calicem Domini bibit, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifixit,in iuſtitia & timore Dei immobilis ſtetit, propter iuſtitiã & Dei conſcientiam ſuſtinuit triſtitias patiens iniuſtè, ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore ſuo circumtulit,adeo quòd vita Ieſu in corpore ſuo & in carne ſua mortali manifeſtã fuit,hic beatus in facto ſuo eſt Hic poſtquam probatus eſt ſicut aurum in fornace accepit coronam iuſtitiæ & vitæ,quam Deus præparauit diligentibus ſe Intrat in gaudium domini ſui,& ſuper omnia bona illius conſtituitur.Hic datur in benedictionem in ſeculum ſeculi,& inter benedictos benedicetur.Huic bene erit in extremis,& in die defunctionis ſuæ benedicetur.Ordine igitur optimo poſt diſparem vitam diuitis & Lazari, ſubſtituitur diſpar mors vtriuſque. Primo igitur loco precioſa mors deſcribitur iuſti & patientis Lazari. Secundo mors peſsima peccatoris diuitis ſubſtituitur.Hæc autem ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt, vt & nos Lazarũ per patientiã imitãdo,& omnes electos qui ab initio Deo placuerunt,qui omnes per multas tribulationes trãſierunt fideles,iuxta Apoſtolũ eorũ intueamur exitum,& conuerſationis fidem imitemur, & ſinguli ſtudeamus eandem oſtentare ſollicitudinem ad expletionem ſpei vſque in finẽ.Et nequaquã ſegnes effi-

Gala. 6. *2.Cor.4.* *Sap.2.* *Eccl.1.* *Heb. 13.*

ciamur, aut puſillo animo ſed magis in auctorē fidei & cōſummatorem Ieſum aſpiciētes, qui propoſito ſibi gaudio crucem ſuſtinuit, confuſione contempta, etiam nos per patientiam ad propoſitum nobis certamen curramus. Quia ſi compatimur & conglorificabimus. Si ſocij paſſionum ſumus, erimus & conſolationum: Si commorimur & conuiuemus, ſi ſuſtinemus: & conregnabimus. Sed nos cupimus cum Balaam mori morte iuſtorum, & nouiſſima noſtra eorū ſimilia eſſe, ſed fallimus noſmetipſos, dum nōn imitamur conuerſationis illorum fidem. Ambulamus viam latam, quæ ducit ad infernum, & volumus intrare cœlum. Seminamus in carne, & volumus in ſpiritu metere. Nolum⁹ legitime certare: & volumus coronam gloriæ accipere. Nolumus in vinea laborare & mercedem iuſtorum expectamus accipere. Erramus ſicut oues quæ perierunt, quas lupus infernalis rapit, mactat, diſpergit & perdit. Ipſe Deus iudex iuſtus eſt, & vnicuique ſecundum proprium laborem ſiue bonum, ſiue malum Ergo ſi non vis timere poteſtatem, & eum qui ſolus potens eſt cum venerit iudicare orbem terrarum in iuſtitia, bonum fac, & habebis laudem ab ea. Si autem male feceris, time, Quia zelus & furor eius nemini parcet in die iræ & vindictæ. & reuelationis iuſti iudicij eius, nec acquieſcet cuiuſque precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Sed illud obiter aduerte, quòd diues in vita hac, ante Lazarum mendicum ſtatuitur loco primo: Quia in hac vita diuites ſunt in honore, Vocant nomina ſua in terris, honorantur ab omnibus, & paupertas vbique ſpreta iacet, & diuitibus execratio eſt pauper. At contrà: Quod altum eſt hominibus, abominatio eſt ante Deum. Ignobilia autem mūdi, deſpecta, contemptibilia, & ea quæ non ſunt, eligit Deus, vt ea quæ ſunt deſtruat, confundat et damnet, ſic Deus pauperes eligit in hoc mundo. Pauperes, inquam, in poſſeſsione auri & argenti: ſed diuites in fide, in ſpe, in gratia & charitate, in miſericordia, in deo & in operibus bonis, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe. Sic Deus hunc diuitem humiliauit, & hunc pauperem, vt videbitur, in gloria exaltauit. Deponit potentes de ſede, & exaltat humiles Sedes ducum ſuperborum deſtruit Deus, & ſedere humiles et mites facit pro eis. Si arcus fortium ſuperatur, et infirmi robore

Rom. 8.

Num. 23

Pro. 6.

accin-

atcinguntur. Suſcitat egenum de puluere,& de ſtercore
eleuat pauperem, vt ſedeat cum principibus, & ſolium
gloriæ teneat. vt hic in Lazaro et diuite eſt cernere. Se
quitur enim, quomodo humilians ſe, et humiliatus La-
zarus ſit exaltatus, et quomodo digna factis ſuis opti-
mis recepit Factum eſt autem, à Deo ipſum vocante ad 2 Cor. 4.
nuptias cœleſtes, ad regnum et ſolium gloriæ, et ad gau-
dium quod illi præparatum fuit ab origine mundi, Et
miram vide in Lazaro meritorum præmiorúmque con 2. Tim. 4
uenie͂tiam Præteriit in Lazaro egeſtas. pœnalitas. Hæc 2. Re. 14
inquam primò abierunt. Verùm iam tecum expende,
quantum æternæ gloriæ pondus in ſublimitate in eo o-
peratum eſt, id quod in præſenti erat, momentaneum,
et leue tribulationis illius. Sic omnis diſciplina in præ-
ſenti, quidem, videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris, ſed
poſtea fructum pacatiſſimum exercitatis per eam red- Heb. 9.
dit iuſtitię. Nam poſtquam legitimè certauit bonum cer
tamen ſumni fidem ſeruauit, curſum ſuum conſumma-
uit, et calicem Domini bibit: tunc mortuus eſt mendi-
cus naturaliter, et finem habuit egeſtas. Delatus eſt ab
angelis venerabiliter. et ceſſauit vilitas. Repoſitus eſt
fœliciter in ſinu Abrahæ: et finem habuit omnis pœnali- Sap. 5.
tas. Ergo per paupertatem emitur regnum cœlorum,
quod eſt ſtatus omnium bonorum, aggregatione perfe-
ctus. Vilitate gloria et honor verus acquiritur, pœnis
gaudia æterna promerentur. Dicit ergo. Factum eſt au-
tem, à Chriſto, qui reuertitur à nuptiis, et à, laboribus
ad requiem electos ſuos vocat, vt moreretur naturaliter
ſicut morimur omnes et quaſi aquæ in terram dilabi- 1. Cor. 5.
mur, Statutum namque eſt omnibus hominibus ſemel Apo 7.
mori Sed quis mortuus eſt? mendicus, nõ Lazarus, quia Pſ. 16.
iuſti in perpetuum viuunt. Mendicitas et egeſtas in eo
finem habuit. vt de iuſtis dicitur: Non eſurient neque ſi-
tient amplius, ſed ſaturantur per apparentem eis gloriã
Dei. Et illud notatu dignum eſt, quod non dicitur de
eo, quod mortuus eſt, ſed vt moreretur, quod verbum
eſt præteriti imperfecti Hoc ſignãte ſpiritu ſancto, quod
nõ perfectè mortuus eſt ſicut diues, qui in corpore mor-
tuus eſt et ſepultus à Chriſto, q vita eſt. Nec à gratia ex
cidit, nec à vita æterna eſt excluſus: ſed ſolummodo do-
mus terreſtris habitationis eius diſſoluta fuit. anima
domum cœleſtem fuit ingreſſa, et ad Deum qui eam

fecit,

fecit,fuit reuerſa in nouiſsimo magni iudicij die rurſum corpus reſumptura, configurandum corpori claritatis Chriſti,ſecundum operationem virtutis ſuæ. Ergo non fuit mortuus,ſed dormiuit,ſicut Stephanus in Domino obdormiuit. Sic omnes iuſtos Apoſtolus dormire per Ieſum dicit, *Et portaretur ab angelis* anima beata,in manibus reuerenter,et cum laudibus Dei,ſicut ſcriptum eſt
Philip.2. de iuſtis,In lætitia de hac lachrymarum valle egrediemini,et in pace Chriſti et Dei deducemini. Montes ,hoc eſt,angeli ſuperiorum ordinum,et colles,hoc eſt,Angeli ordinum inferiorum, cantabunt coram vobis laudes Dei:et omnia ligna viridia et fructifera, hoc eſt, iuſti, qui fructus bonos,cum arbores bonæ ſint,fecerint,plau
2.Theſ.2. dunt manu et congaudent eis. De corporis ſepultura non fit mentio:Nam ſi ab angelis anima portatur in cælum,parum refert quo in loco corpus putreſcat.Optãda eſt Chriſtiana ſepultura,quam ſi habere non poſſumus,bono animo eſſe debemus. Et quid prodeſſet, ſi corpus cum magna pompa ſepeliretur in eccleſia, vel
Eſa. 55. ſub altare Dei,quando animam diaboli pertraxiſſent ad æterna ſupplicia?vt faciunt omnes Lutheranos,hæreticæ prauitatis ferměto corruptos,Merito pauperi huic angelica deputantur officia:hic angelum vixit, & inſtar angeli Deo in ſanctitate & iuſtitia ſeruiuit. Ipſi enim
Luc.1. adminiſtratorij ſpiritus ſunt,in miniſterium miſſi, eo-
Heb.1. rum qui hæreditatem capiunt ſalutis æternæ.Erat enim ciuis ſanctorum, & domeſticus Dei: & acceſſerat ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis,Hieruſalem cœleſtem,& multorum milium angelorum frequentiam,
Pſa. 38. atque conſcriptus erat in cœlis.Ergo cùm aduena & peregrinus eſſet in terra,non mirum,quòd à ſeculi huius filiis & mundi amatoribus negligebatur,& ab angelis
Barac. 5. in præparata gaudia iuſtorum deducebatur.Nec hoc fecerunt angeli propter indigentiam Lazari,ſed propter congratulationem & honorificentiam eius, iuxta illud: Adducet Dominus filios tuos ad te portatos in honore ſicut filios regni.Et ſi finem habuit vilitas, deſpectus & abiectio illius,Pœna etiam & dolor eius ceſſauit, & triſtitia eius in gaudium conuerſa eſt. Quia anima eius Deo dilecta,ab angelis portata eſt, in ſinum Abrahæ, hoc eſt, in requiem electorum, quæ ante paſſionem Chriſti,vocabatur ſinus Abrahæ,& limbus patrum. In hunc

hunc locum,iuſti ante paſſionem Chriſti deferebantur,
priuſquam genarale impedimentum gloriæ . quod erat
chyrographus mortis per Chriſtum de medio ablatum
fuit,& cruci affixum.Et locus iſte tenebra & vmbra mor
tis dicitur,non ſimpliciter, ſed reſpectu gloriæ beato-
rum. Modò autē,ſinus Abrahæ dicitur requies beatorū Col. 1.
in cœlo,vbi facie ad faciē Deus,ſicuti eſt, videtur in glo
ria ſua. Dicitur autem locus animarum beatarum ſi-
nus,propter quietem:ſicut & ſinus ſiue portus maris, lo
cus tutus & ſecurus dicitur à ventis,procellis , tēpeſta-
tibus & periculis maris,ſicut & ſinus matris,refugij lo-
cus eſt,quietis & defenſionis ipſis paruulis , Sinus au-
tem Abrahæ dicitur,quia primus ſignaculum fidei cir-
cunciſionē in carne ſua ſuſcepit:atque forma credendi
& placendi deo in fide & dilectione fuit Et qui ex tali
fide ſunt,cum fideli Abraham benedicuntur,Non quòd
ipſe fidelis ſolus fuit,nec quòd ipſe ſolus vel primus cre
didit,ſed quòd ipſe ibi pater multarum gentium ſit po-
ſitus,quibus eſt ad imitādum fidei principatum præpo-
ſitus.Vel dicitur ſinus Abrahæ, propter hoſpitalitatis
officium,in quo Abraham excellens fuit Et ſicut in vi-
ta iſta in domum ſuam quam quam ei dominus dedit,
vltro ſuſcepit peregrinos,ſic in loco quietis, quem poſt
hanc vitam ei dominus præparauit , omnes ſuæ fidei
imitatores ſecum colligit,iuxta illud:Multi venient ab
oriente & occidente,& recumbent cum Abraham, Iſaac
& Iacob Modò autem Chriſtus electos ſuos accipit ad
ſeipſum,& vbi ipſe eſt & illi ſunt ſecum,& ibi vident cla
ritatem eius quam dedit illi pater ſuus,Ecce ſic benedi
cetur homo,qui timet & diligit dominum , & ambulat
in dilectione.Sic honorabitur quem rex regum,& prin
ceps regum terræ voluerit honorare Patientes ergo
eſtote fratres,& confirmate corda veſtra in bono. Exē-
plum accipite laboris & patientiæ non ſolum prophe-
tas,ſed & Lazarum hunc mendicum Ecce beatificamus
eos qui ſuſtinuerunt.Nam & ipſi lætantur modò pro
diebus quibus eos dominus humiliauit,annis quibus vi
derunt mala.Lætantur coram deo.ſicut qui lætantur in
meſſe,& ſicut exultant victores capta præda, quando di
uidunt ſpolia.Seminauit hic Lazarus in ſpiritu & in la
chrymis , ſed in exultatione meſſuit de ſpiritu vitam
æternam Eundo iuit de virtute in virtutem, et fleuit,
mit-

mittendo ſemina ſua,ſed in hora mortis veniendo venit cum exultatione,& portauit manipulos ſuos,& miſeriarum iam obliuiſcitur,& quaſi aquarum quæ præterierunt non recordatur amplius.Ergo beati qui nunc lugent & flent,quoniam in futuro ridebunt & conſolabũtur.Ex oppoſito autem.væ illis qui nunc rident,& lætantur cum malefaciunt,& in rebus peſſimis exultant,quia
2.Re. 14 omnis exultatio talis,maligna eſt,& eius extrema, luctus æternus occupat,vt in diuite hoc eſt cernere, de quo ſubditur,mortuus eſt autem & diues. Ergo diuitiæ non protegunt à morte naturæ.Mortuus eſt diues, id eſt,in amore diuitiarum adhuc in morte perdurans. Inſuper mortuus eſt dicit in præterito perfecto,ad denotandum,quòd perfecte mortuus eſt,nẽpe,morte naturæ,
1.Tim. 2 per ſeparationem animæ à corpore.Sic morimur omnes,morte culpæ, per ſeparationem animæ à Deo, à Chriſto capite,à gratia dei.Sic vidua in delicijs viuens, mortua eſt.Sic multi nomen habent, quòd viuant, &
Apo.3. mortui ſunt in delictis & peccatis ſuis, Mortuus itẽ eſt morte peccatorũ peſsima gehẽnæ,qua anima ſeparatur ſine omni ſpe ab æterna beatitudine,vnde ſicut ouis in inferno poſitus fuit,& ibi mors depaſcit eũ.Ibi cupiunt homines mori,& mors fugit ab eis & ſepultus eſt in inferno profundiſſimo dãnatorũ Sic mortuo homine impio,nulla eſt vltra ſpes reuertẽdi ad vitam.Quia manus ligatas habent,ideo non poſſunt ſalutem ſuam operari. Habent ligatos pedes,ideo nõ poſſunt bonum meritorium velle quod placeat Deo. In cæmiterio iſto, parochiani diaboli ſepeliuntur omnes,qui hic in aqua concupiſcentiæ carnalis ſe baptiſant,qui hic diaboli characterem portant malitiæ & nequitiæ.per quem cognoſcuntur à filiis dei. Qui hic eius opera & deſideria faciũt iugum eius ferreum portant,ei in luto luxuriæ,in paleis ſuperbiæ,in lateribus auaritiæ ſeruiũt, qui eius laudes cantãt,doctrinam eius audiunt & faciunt.Iſti ſunt inimici crucis Chriſti,eorum deus, venter,& gloria in confuſione ipſorũ eſt,qui terrena ſapiũt,& nõ quæ ſurſum ſunt,vbi Chriſtus in dextera dei ſedet,Ergo finis eorũ interitus eſt,& læduntur à morte ſecũda,ſed nõ occidũtur, nec conſumuntur Hæc eſt pars impiorũ,qui nõ ponunt deum adiutorẽ ſuum,ſed ſperant in multitudine diuitiarum ſuarum, & iniquitatum, & præualent in

vanita-

vanitatibus ſuis. Propterea deus deſtruit eos in finem, euellit eos & emigrat eos de tabernaculo ſuo,& radicem eorum de terra viuentium,die qua neſciunt & hora qua non ſperant.

HOMILIA TERTIA DE DISPARI REMVNERATIONE diuitis & mendici Lazari.

DEVS, ait Apoſtolus, reddet vnicuiq; ſecundùm opera ſua. Roma.2. His quidem,qui ſecundùm perſeuerantiam in benefaciẽdo,gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Eis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem & obtemperant iniquitati, ira & indignatio,tribulatio & anguſtia, in omnem animam hominis operantis malum.Et hoc iam dicit euangeliſta, *Eleuans autem.* Et bene dicit,eleuans, quia in profundo inferni iacuit, qui in hac vita locum primum in cæna habuit. Leuauit oculos, quia ligatis manibus & pedibus ſuis ſeipſum leuare non potuit Leuauit oculos ad pauperẽ in tormentis, quos non leuauerat ad eum in delicijs & ſuccedentibus ſibi proſperis.Leuauit inquã *oculos* nõ corporales, ſed ſpirituales,quia ibi erat anima diuitis, nõ corpus.quia deliciæ & proſperitas excæcãt inſenſatos & carnales.Inſuper & ſurdos faciũt,adeò quòd voces pauperũ non audiũt.At pœna oculos & aures eorũ aperit,quos culpa clauſit.Leuauit oculos & vidit iã Lazarũ à longè,quẽ non vidit dũ ei omnia ex animi ſentẽtia euenerunt de prope. Et hoc fecit, *cùm eſſet in tormentis*, magnis,acerbiſſimis & varijs Vt ſunt cõſideratio dãni,condẽnatio proprij iudicij,morſus vermis,dolor ſenſibilis ſupplicij,timor maioris ſupplicij, excluſio omnis ſpei. *vidit Abraham à longè.* Et lõgè fuit quod aſpexit.quia illuc per meritũ venire nõ potuit:tum quòd multũ diſtat ſtatus damnatorũ à ſtatu electorũ:tũ propter differentiã meritorũ:tum propter impoſſibilitatẽ præmiorum. Longè enim à peccatoribus ſalus. *& Lazarum in ſinu eius*, quem in proſperitate poſitus aſpicere dedignabatur,& vita ipſa ducebat indignũ. Pſ. 118. Vidit ergo ad cumulum ſuæ pœnæ Lazarum in ſinu Abrahæ. Abrahã diues fuerat,& tamen Lazarũ in ſinu habebat, quem

Eſa.56. quem diues domo ſua non dignabatur. *& ipſe clamans,* præ dolore cordis ſui, & præ contritione ſpiritus ſui vlulans, *dixit,* in miſeriis non ſubſiſtens: *Pater Abraham* Filius quidem Abrahę carne fuit, non ſpiritu genere, non operum imitatione. Si pius, ſi obediens, ſi hoſpitalis & beneficus fuiſſet erga pauperes, filius Abrahę fuiſſet. Quia vero genitoris opera non fecit, meritò exauditus non fuit. *Miſerere mei* O ſtulta petitio. Petit enim ſui miſereri, qui nec ſuiipſius miſertus eſt, nec La-
Matt. 5. zari, cum ſcriptum ſit: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: & quia ipſorum miſere-
Iacob.2. bitur deus. Econtrà: Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam. *& mitte Lazarum* Adhuc diues in ſua malicia & ſuperbia perſeuerat. qui non ſe ad Lazarum duci poſtulat, ſed Lazarum vult ad ſe deduci. Vnde & quò? Ad infernũ de gremio patris, ad profundum cahos, de ſolio gloriæ & lumine viuentium, ad locum tormentorum de gaudiis ineffabilibus electorũ. Iuſto etiam dei iudicio Lazarũ ſpecialiter, & non aliũ, ad ſe mitti poſtulat, quia iſtum ſpecialiter deſpexerat. Quondam Lazarum cane & angue peius es abominatus, & iam digitum eius deſideras? Sed recordaris ne modò, quòd vlceribus plenus eſt? vnde digitos habet immũdos, qui horrorem tibi magis facerent quàm refrigerium & conſolationem, *vt intingat extremum digiti ſui in aquam:* quia extremum digiti abominabilius eſt in infecto At qui in mundiſſimis & pretioſiſſimis exceſſit in culpa, viliſſima petit in pœna. Non eſt tamen ſceleſtus iſte exauditus in minimo, qui micas panis nõ
Prou.21. dedit Lazaro, iuxta illud: Qui obturat aures ſuas ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit & nõ exaudietur. At quid eſt ô diues, quod petit? Vbi nũc torcularia tua & promptuaria tua plena ſunt, eructantia ex hoc in illud? Quid eſt quod dicis, vt intingat extremum digiti ſui in aquam? Ergo iuxta te eſt aqua? Quare ergo ad eam nõ vadis? Quare manu propria eam non ſumis? Quia vincti ſunt pedes tibi & manus. Et merito vincti ſunt tibi & pedes & manus, quia dum ſoluti erant, nec ad Lazarum ire voluiſti, nec micas panis ei largiri. In quo ergo peccaſti, in iſtis iam puniris: & pro menſura delictorum eſt iam plagarum modus Inſuper quantum te glorificaſti & in deliciis fuiſti, tantùm nunc datur tibi tormẽ-

torum & luctus. Sed nunquid erat ibi aqua? Reſpõdeo: Aqua vocatur hic ſubueniens miſericordia, ſecundùm illud: Eduxiſti illos de lacu in quo non erat aqua. Hoc eſt, refrigerans & conſolans miſericordia, *vt refrigeret linguam meam*, in qua amplius crucior, eò quòd in ea plures delectationes prius, vina condita, & dulcia fercula guſtando, habuit: Tum quòd inter potationes & comeſſationes ſuas plus in verbis malis exceſſit: Tũ quòd verba legis in ore tenuit, quæ in odere ſeruare contẽpſit. Ibi ergo amplius ardebat & cruciabatur, vbi ſe oſtendit ſcire & alios docere, quod facere & opere adimplire contempſit & noluit: quia ſcienti bonum & nõ facienti, peccatum eſt illi. Et ſicut digitus Lazari ſic & lingua diuitis metaphoricè hic accipitur. Neque enim animæ digitos aut linguas habent, loquendo propriè: ſed ſicut digitus Lazari & virtus eius auxiliatiua, ita lingua diuitis, virtus eſt conceptus mentis expreſſiua. *Iſta crucior in hac flamma.* Noluit iſte in vita iſta crucẽ Chriſti portare, carnem ſuam cum viciis & concupiſcẽtiis crucifigendo, & dignos fructus pœnitentiæ faciẽdo tempore paruo, ideo cruciatum perpetuum ſuſtinet in inferno. In flamma duo ſunt. Ardor & ſplendor. Illud eſt in inferno, hoc in cœlo. *Et dixit illi* diuiti, *Abraham* pater fidei noſtræ. *Fili*, genere, non imitatione filium eum vocat, vt dolor illius augeatur, deperdita hæreditate: quia maximum calamitatis eſt pondus, fuiſſe felicem, *recordare.* At melius fuiſſet præuidiſſe, iuxta illud: Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. hoc filius prodigus fecit, ideò in tempore acceptabili & in diebus ſalutis rediit ad patrem. Hoc fecit Manaſſes, & Magdalena, vt taceam diuum Petrum negantem, & apoſtolos alios dominum ſolum relinquentes &c. Et ideò miſericordiã ſunt conſecuti At hic clamat poſt mortem cum ſtultis virginibus, quando ianua gratiæ, miſericordiæ & gloriæ erat clauſa: & in nocte, quando nemo poteſt ſalutem ſuam operari, ideo oratio eius eſt execrabilis, & fit in peccatum: vnde ſapientia æterna ait: Cùm venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia, tunc inuocabitis me, & non exaudiam vos: manè conſurgetis ad me, & nen inuenietis me: ſed magis in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cũ vobis id quod timebatis aduenerit. Recordare ergo iuſtitiam meam

Zach. 9.

Luca 15.

Prou. 1.

inflexibilem poſt mortem, qui miſericordiam volo in vita omnibus facere, qui ad me conuertuntur in veritate Recordare autẽ, *quia recepiſti bona in vita tua*, quia rebus caducis ad omnem voluptatem frui, & oblectari te in his quæ paraſti, partem tuam & ſortem æſtimaſti. Recordare quod bona data tibi, non ad dei ſeruitium & voluntatem faciendam in vita tua detorſiſti, ſed ad tuam voluptatem explendam Recordare quòd tibi, nõ deo vixiſti: Imo, deo ambulaſti exaduerſo, deum audacter prouocaſti. Tetendiſti aduerſus deum manum tuã, & contra omnipotẽtem roboraſti te Cucurriſti aduerſum eum erecto collo & pingui ceruice armatus fuiſti: Et quæ noluit, feciſti, & quæ voluit, facere recuſaſti. Et dicit bona, in plurali: quia multa & innumera bona ſunt, quæ etiam malis deus præſtat in vita iſta, quibus abutuntur in ſuperbia ſua. Porrò vnum eſt neceſſariũ. Nempe, verum & æternũ bonum, quod deus eſt, & gratia illius. Solus namque deus bonus eſt per eſſentiam. Aliorum bonitas accidentalis eſt maxime rerum temporalium, quod textus innuit, dicẽs: Receſſiſti. Sunt tamen multiplicia, quia bona. Tranſitoria, quia in vita tua. Vnde dixerunt impij: Tranſierunt omnia hæc tanquam vmbra &c. Et ex eorum recordatione augetur dolor dãnati. Diues ille, aliquid boni habuit, pro quo bonum tranſitorium in vita recepit: & Lazarus ſimiliter aliquid mali habuit, quod caminus paupertatis purgauit. *Et Lazarus ſimiliter mala* multa, grauia & longa recepit, quæ patienter ſuſtinuit propter deũ. *Nunc autem hic conſolatur*: æterna conſolatione, pro leui & momentanea tribulatione & merito patientiæ: *tu vero cruciaris* dolore æterno, pro breui delectatione. Sic vterq; verum digna factis ſuis recipit, & ſecundùm ſuum laborẽ. Quis hic non videt, ſolã fidem nõ ſufficere ad ſalutem? Nõ damnatur hic propter ſuã incredulitatẽ, ſed propter immiſericordiam. Sciuit ſed non fecit Dei voluntatem Rurſus, falſiſſimum oſtẽditur, quod aliqui infernum non eſſe amplius, mentiuntur Chriſtus nõ deſtruxit infernum dãnatorum, ſed limbum ſanctorũ patrum & electorum, qui in fide eius & ſpe & dilectione mortui fuerũt, & in limbo eius præſtolabantur aduẽtũ in carnem, redemptionẽ per crucem, & liberationẽ de tenebris et de vmbra mortis, per triumphalem eius

Iob 15.

Luc. 10.

Sap. 5.

reditum ab inferis. Nam ſicut mors mortis fuit in cru- *Zach.9.*
ce, ſic morſus inferni fuit in reſurrectione. Tunc enim
electos ſuos eduxit in ſanguine teſtamenti ſui, de lacu
in quo non erat aqua. Ipſe deſcẽdit in inferiores par- *Epheſ. 4.*
tes terræ, & captiuam captiuitatem reſurgens ſecũ du- *Pſal. 77.*
xit, quam in cœlum aſcendens, iter pandens ante eos,
ſecum duxit, & in manſionibus cœleſtibus, quæ eſt do-
mus patris ſui, pro meritorũ varietate, collocauit. Hæc
eſt ergo mutatio dextræ excelſi, figurata per cancella-
tionem manuum Iacob, in benedictione Ephraim &
Manaſſe. Sic & Abraham duos filios habuit, vnum de
ancilla, & vnum de libera. Vnum ſecundùm carnẽ, qui
eſt diues iſte, & reproborum innumerabilis multitudo.
Alius ſecundùm repromiſſionem, qui eſt mẽdicus La-
zarus, & electorũ paucus numerus: quia pauci ſunt ele-
cti. Sed filiis concubinarum Abrahã dona dedit & mu- *Gen. 14.*
nera, & ſeparauit eos. Iſaac verò cuncta quæ habuit A-
brahã dedit in poſſeſſionem. Vnde ſcriptũ eſt: Eiice an- *Galat. 9.*
cillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ
cum filio liberæ. Hæc ſunt per allegoriam ſcripta, & de
nobis intelligenda. *Et in his omnibus*, hoc eſt, inter hæc
omnia quæ me impediunt, ne faciam quod petis, vnum
eſt, quod maximè impedit. Nempe illud, *quod magnum
chaos inter nos & vos firmatum eſt*. Rectè inter nos & vos
dicit, quia neuter eorum ſolus erat. Chaos hoc firmatũ
eſt diſtantia meritorum & ſtatuum, firmata rigore diui-
næ iuſtitiæ, vt impoſſibilis ſit tranſitus ab vno ſtatu in
alium: quia ſicut poſt mortem nequeunt merita, ita nec
ſtatus mutari. Vnde ſubditur: *vt hi qui volunt hinc ad
vos tranſire, non poſſint*, ſcilicet de requie ſanctorum ad
tormenta ſceleſtorum, *neque inde huc tranſmeare*, vide-
licet de loco tormentorum ad locũ beatorum. Nihilo-
minus quòd damnati vellent ire ad locum beatorum,
ſi eſſet poſſibile, non eſt dubium. Sed de beatis, quòd
vellent ire ad locum damnatorum, videtur falſum. Ad
quod dicendũ, quòd beati non vellent illuc ire ad ma-
nendũ: vellent tamen ire illuc, ſi poſſibile eſſet, ad pro-
pinquos ſuos liberandum. Illud tamen velle nititur ſe-
cundùm voluntatem naturalem, non autem ſecundùm
voluntatem deliberatiuam, in qua cõformantur in om-
nibus diuinæ iuſtitiæ. *Et ait*: diues ille perditus: *Rogo
te pater*. Quaſi dicat: Ex quo nihil poſſum pro me im-

petrare, quia nec ego ad vos, nec vos ad me poteſtis venire. Non eſt credendum quòd hanc petitionem faciat ex charitate vera, quam ante mortem non habuit, nec poſtea acquiſiuit, ſed potiùs timore pœnarũ. Sciebat namq; quod ex conſortio fratrum ſuorum augeretur cruciatus ſuus. Sic ſeruata eſt diuiti, & cognitio pauperis quem deſpexit, & memoria fratrum quos reliquit, vt de viſa gloria deſpecti, & de pœna inutiliter amatorum, magis torqueatur, quibus fuit occaſio peccandi: tum ratione diuitiarum, quas eis reliquerat ad abuſum: tum exemplo malæ vitæ ſuæ, quod eis dederat ad ſequendum *vt mittat eum ad domum patris mei.* Ecce crudelitas diuitis, & inuidia ad Lazarum. Quia cũ obtinere non poſſet, quod ad eum veniret in infernũ, hoc optat & precatur, vt ſaltem ad fratres ſuos mitteretur in mundum, qui eſt locus miſeriarum & calamitatum, de ſinu Abrahæ, qui erat locus pacis & quietis ſanctarum animarum: cùm fleuerit dominus, quando alium Lazarum reſuſcitare voluit ad miſerias mundi, iterum aliquando moriturum. *Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis.* Hoc eſt, vt dicat illis veritatem de me quam vidit, & per teſtimonia ſcripturarũ confirmet eis, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. *Ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.* Ergo mentitur Lutherus in Aſſertionibus, qui omnia dicit ex abſoluta neceſſitate euenire, bona videlicet & mala Hoc ſi verum eſſet, fruſtra diues hoc petiuiſſet. Sponte propria quis peccat concupiſcẽtia illectus, non neceſſitate coactus. Triplex eſt locus; gaudiorum, meritorum, tormentorum. Gaudiorum locus in cœlis eſt Meritorum mundus iſte eſt. Tormentorum eſt infernus. *Et ait illi Abraham.* Non illum durè corripit, licet damnatus ſit: ſed comiter ei veritatẽ dicit, ſicut pater pius *Habent Moyſen & prophetas,* Hoc eſt, libros legis & Prophetarum, qui eos ſufficienter erudire ad iuſtitiam & ſalutem poſſunt. Moyſes moralia docet & dei cultum, cum præuaricatorum punitione. Prophetæ myſtica tradunt, quæ ſunt intelligenda. Lex docet quid agendum, Prophetæ quid credẽdum & ſperandum Lex præcipiendo, prophetæ adhortando. *audiant illos,* nõ ſolùm aure corporis, ſed etiam auribus cordis & adimpletionis. Audiant illos, non Iuſtinianum propter cupiditatem. Non philoſophos, propter

Ioan. 11.

pter vanitatem. Non Terentium aut laſciuos poëtas, propter delectationem Non Lutheri peruerſa dogmata propter excuſationes & defenſiones ſuorum ſcelerum Hæc enim à peccatis non cohibent. ſed magis ea docét & Lutherus maximè. Nec à tormentis vendicant, ſed ad ea pertrahũt, Nos autem habemus pro Moyſe Chriſtũ, pro prophetis apoſtolorum epiſtolas & lucubrationes, & doctores ſanctos, quos ſpiritus ſanctus in ædificationem Eccleſiæ & ſacræ ſcripturæ nobis dedit, ſynceram expoſitionem, Et *ille dixit* fratres ſuos eſtimans ex ſeipſo. Sciuit enim eos in reprobũ ſenſum datos, & quod omnes ſermones dei retrorſum proiecerunt, & eloquiũ ſancti *Iſrael* blaſphemauerunt, & nolebant intelligere vt bene agerent. Nec prophetas audire dignabãtur, ſed magis deridere & perſequi ad mortẽ, instructos ſciebat, *Non pater Abraham* curant legem & prophetas Ex hoc etiam ſequitur, quòd iſte diues cum ſuis fratrib. Iudæi fuerunt quibus data eſt lex, & ad quos miſſi ſunt prophetæ, Non enim fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. *Sed ſi quis ex mortuis ierit ad vos, pœnitentiã agent* Quaſi diceret: Plus credẽt mortuis quam ſcripturis, moti ex nuncio ſic mirabiliter eis apparente. Pænitentiam agent. Per hoc hoc innuit, quod extra pænitentiam erant, & ambulauerunt in luxuriis, in deſideriis, vinolentiis comeſſationibus potationibus & ebrietatibus, vt ait apoſtolus Petrus, & aliis operibus 1. Pet. 4 carnis, quæ qui agunt, regnum Dei non poſſidebunt. *Ait autem illi* pater fidej Abrahem & amicus dei: *Si Moyſen* qui tantæ fuit authritatis, *& prophetas*, qui tantæ fuerunt ſanctitatis *non audiunt*, obedienter & humiliter *Neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* Qui verba legis deſpiciunt etiam Chriſti præcepta, qui ex mortuis reſurrexerit adimplere recuſant Vnde qui eius documẽta opere non perficiunt, ei nullo modo credunt. Quia ſi crederent eum veracem, facerent quæ præcipit, vt iuſtitiæ coronam acciperent, & non facerent quæ prohibet, ne in locum tormentorum caderent. Sed & mentita eſt iniquitas ſibi, Nam Lazarus Mariæ & Marthæ frater reſurrexit, & non ſolùm ei non crediderunt, ſed & eum occidere voluerunt. Reſurrexit Chriſtus ex virtute, & tantum abeſt, quod ei crediſſent: ſed mentiti ſunt ad ſuæ damnationis cumulum. cum

adſcipulis ſuis de ſepulchro furatum. Ad hæc Chriſto reſurgente, multa corpora ſanctorum qui dormierunt in domino, reſurrexerunt cum Chriſto, vt nihilominus Chriſtus ſit primogenitus mortuorum, vt
Apoc. 1. ait Ioan. Et exeuntes de monumentis ſuis, poſt reſur-
Col. 1. rectionem Chriſti, venerunt in ſanctam ciuitatem Hieruſalem & apparuerunt multis Iudeis teſtantes Ieſum eſſe Chriſtum & verè reſurrexiſſe, & infernum ſpoliaſſe, atque ſalutem mundi in medio terræ operatum eſſe
Pſal. 129 atque Iſrael redemiſſe ex omnibus iniquitatibus ſuis. Sed nihilominus in ſua perfidia obſtinati manſerunt: Quia indurauerunt ceruicem & corda ſua ſupra petram & adamantem, & noluerunt reuerti. Breuiter quem horum velimus imitari in vita, cũ quo mori & præmiari velimus, eligendum eſt nobis. Vita & mors bonum & malum, cœlum & infernus in duobus iſtis, Lazaro videlicet & diuite, propoſita ſunt nobis.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN IN EPISTOLAM 1. Petri V. Sermo.

CHARISSIMI, *Humiliamini ſub potenti manu dei.* In iſta lectione docet nos Chriſti vicarius, ſub diuina maieſtate humiliare, deinde firmiter in Deum ſperare, ibi: Omnem ſolicitudinem. Poſtremò erudit nos fortiter diabolo reſiſtere, ibi Sobrij eſtote. Si omnis
Eccl. 10. perditionis & maliciæ radicem ſuperbiam reſpicimus,
Pſal. 9. & quàm odioſa ſit deo, mirum eſt, quod homo poteſt
Gal. 6. magnificare ſemetipſum ſuper terram aut putare quod
Gen. 18. aliquid ſit, cùm alioqui nihil ſit, niſi cinis & puluis, pu-
Iob. 25. tredo et vermis, fumus et vapor modicum parens, bul-
Sap. 2. la et flos agri, et vniuerſa vanitas. Sed heu eo inſipien
Pſal. 38. tiæ deuoluti ſunt perditi filij Adam quod ſeducunt ſe-
Pſal. 4. metipſos, et fruſtra ſenſu carnis ſuæ inflati, magis diligunt vanitatem tumoris, quam veritatem humilitatis, Magis mendacium elationis quærunt quam meritum
2. Pet. 2. humilis ſubiectionis. Profecto ſi Deus ſuperbis angelis
Iudas non pepercit, ſi eiecit eos inſtar fulguris de cœlo, du-
Pſal. 130 bio procul, nec tibi parcet, ſi ambulaueris in magnis,
Iacob. 4. & in mirabilibus ſuper te. Superbis Deus reſiſtit ſed humilibus

humilibus dat gratiam ſuam & gloriam cœleſtem. Et
ex humilibus hominibus ſuperborum angelorum rui-
næ inſtaurantur. Vnde ſicut ſuperbi confunduntur, ita *Pſ. 109.*
humiles & pauperes ſpiritu honorantur & ſuſcipiuntur *Pſ. 118.*
ad gloriam. Saul dum humilis fuit in oculis ſuis & obe-
diens, ad regni faſtigium euectus eſt, & caput in Iſrael *1. Re. 15*
factus. Sed functionis ſacerdotalis dum ſibi munus ar- *1. Re. 16.*
rogauit. abiectus fuit à Deo, & malo ſpiritui traditus ad
affligendũ, & pro eo humilis Dauid electus eſt; plenus
gratia & fide, vir ſecundũ cor dei, qui omnes dei volun- *Act. 13.*
tates corde perfecto abſoluit. Taceo quomodo ſuperbi
Amam & Abſalon ſunt confuſi. Taceo Nabuchodono-
ſor inflatum, & Sennacherib regẽ Aſſyr quomodo hu- *Pſ. 146.*
miliati ſunt vſq; ad terrã. Taceo regẽ Tyri, qui ſe deũ *Ezec. 28.*
dixit, & in cathedra dei ſedere. Taceo deniq; filiũ per- *2. Theſ. 2.*
ditionis, cuius aduentus erit ſecundũ operationẽ ſata-
næ; qui ſe extollet ſuper omnẽ quod dicitur & quod
colitur deus. Nã & illum dominus ſpiritu oris ſui inter- *Eſa. 11.*
ficiet. & deſtruet illuſtratione aduentus ſui, & in fine ve- *Iob 20.*
lut ſterquilinium perdetur. Nec ſolũ ſub potenti manu
dei nos debemus humiliare, ſed & in humilitate debe-
mus nos inuicẽ, alios nobis meliores, in gratia ditiores,
perfectiores in bonitatis operatione, ſanctiores in di- *Philip. 2.*
gna Deo & Euangelio conuerſatione, reputare. Hinc
Sapiens ait: Quanto maior es, humilia te in omnibus, *Eccleſ. 3.*
& corã Deo inuenies gratiã. Hoc Apoſtolus fecit. Nam
cũ ore dominico vas electionis diceretur, ipſe ſe abor- *Act. 9.*
tiuũ, minimum ſanctorum, maximũ peccatorum voca- *1. Cor.*
uit. Sic magni corã Deo, in nouiſſimo loco recumbũt. *15.*
Nam Ioannes Baptiſta ſanctiſſimus inter natos mulie- *1. Tim. 1*
rũ vocatur à Chriſto, & angelus Dei, ipſe verò humili- *Luca 14.*
ter ſenſit de ſeipſo, ſicut ablactatus ſuper matrẽ ſua. dũ *Mat. 11*
ſeipſum pede ſuo metiens, Vocẽ (quia nihil fugacius, fra- *Ioan. 1.*
gilius, vanius, inſtabilius eſt) appellat. Diſcat homo ab
angelo, qui de ſublimi cœlorum faſtigio lapſus eſt per *Eſai. 14.*
ſuperbiam, ſe illuc nequaquã poſſe aſcendere, niſi per *Luca 10.*
humilitatẽ Chriſti, & matris eius benedictæ. Non enim *Iob 5.*
niſi humiles Deus ponit in ſublimi, qui mitis eſt, & hu- *Luca 1.*
milis corde. Sed & ipſe Petr⁹, quod his verbis docuit, fe- *Mat. 11.*
cit. Nã dũ ad Cornelij domũ venit, Corneli⁹ procidẽs *Act. 10.*
adorauit eũ. At Petrus erexit eum dicẽs: Surge, quia &
ego homo ſum ſimilis tui. Sic & Paulus & Barnabas *Act. 14.*

fecerunt,quando eis honor diuinus deferebatur. Sciebant enim quòd Deus ſuperbis reſiſtit,& humilibus dat
Iacob. 4. gratiam ſuam,Sciebant,quòd omnis mons & collis hu
Act. 40. miliatur,& omnis vallis impletur bonis cœleſtibus. Id ad ſuperabundantiam,aſtruitur ſuperborum gigantum exemplo. Core item Dathan & Abiron: Similiter &
Bar 3. Oziæ regis Iuda,Nicanoris.& Phariſæi in tẽplo. Quòd
Num. 16. autem humilibus dat gratiam ſuam,multis ſimiliter a-
2.*Pa.* 16 ſtruitur exemplis,quorum quædam ſummis(vt aiunt) la
Exod 3. biis tangam.Patet hoc in angelis ſtantibus. In Moyſe ducatum populi recuſante acceptare In Dauid& cœtu
1.*Reg.* 6. prophetarum.In Maria & ſeruatore noſtro filio Dei.Eoúſque grata eſt Deo vera humilitas, quòd apud eum commendabilior eſt in peccatis humilis confeſſio, quã
Luca 18. in benefactis ſuperba gloriatio,vt patet in humili Publi
Luca 7. cano,& ſuperbo Phariſæo.In Magdaena & Simone,qui
Luca 15 imitauerat Chriſtum.In filio prodigo redeunte ,& filio ſeniore,qui mentiebatur ſe præcepta patris nunquam præteriuiſſe Quæ parabola gentium eſt & Iudæorum.
Apo. 12. Itaque (quod facillimum eſt,& prorſus in poteſtate
Gen. 4. vniuſcuiuſque conſtitutum,& nihil præter voluntatem
Gene. 1. propriam requirit)humiliamini ſub potenti manu Dei. Humiliate vos,voluntariè:quia humiliari ab alio . confundi,deſpici & deponi inuoluntariè,ſiue contra volun
1.*Reg* 2. tatem,nullius meriti eſt apud Deum.Quæ enim gratia
& 16. eſt Lucifero & tertiæ parti ſtellarum,quas cauda ſua ſecum traxit,quòd eiecti ſunt è cœlo?Quæ gratia eſt maligno Cain quòd maledictus eſt à Deo?Similiter ſcele-
Pſa. 105 ſto Cham pro ſuis auſibus peſſimis,maledictus eſt à pa
Pſ. 25. tre,& ſeruus fratrum ſuorum factus?Quis Saulem laudat,quòd proiectus eſt à facie oculorum Dei, ne regnaret amplius ſuper Iſrael?Sic Sannacherib,A man, Nicanor,Abſalon,Datan,Core & Abiron,confuſi ſunt & hu
Hie. 2. miliati in iniquitatibus ſuis,quoniã propter ſuperbiam
Mat. 4. eorum confuſi ſunt,quoniam Deus ſpreuit eos. Deni-
Luce 19. que ſuperbi Phariſæi,& quotquot non recipiunt fidem Chriſti,confuſi ſunt.& confundentur in iudicio finali, ſicut fures quando comprehenduntur in furto,ac deiicientur in profundiſſimum infernũ cum diabolo & an
Eccle. 4. gelis eius,eo quòd noluerunt ſuper ſe regnare Chriſtũ
Hie. 6. & iuſtis eius parere mandatis. Hoc modo confuntur omnes ſuperuacuè iniqua agentes,eo quòd confuſione

humi-

humilitatis,quæ adducit gratiam & gloriam, non ſunt confuſi.Nos verò voluntariè humiliemus Deo animas noſtras , vt nos exaltet in die & tempore viſitationis ſuæ.Iſta exaltatio eſt cumulatio gratiæ, humilibus corde in vita quæ nunc eſt & gloriæ, in vita futura. Quò magis autem te humilias, deſpicis,ad nihilum redigis, & vilem reputas,arguis & reprehendis, & confundis in tempore probationis, eò plus exaltaberis in tempore retributionis.Vide ergo bonitatem dei. Nam conſtituit (vt dixi ſuperius)ſublimioris gloriæ meritum , in ea re quæ ſuppetit(ſi velint)vniuerſis, nempe in humilitate, Non enim dixit quòd qui fuerit in hac vita ditior , doctior,nobilior, pulchrior,potentior, fœlicior aut aliquid huiuſmodi,quæ vanitas & ſtultitia humana facit maximi,illic futurus ſit ſublimior,ſed qui fuerit humilior. Si enim omnis qui ſe humiliat,exaltabitur, profectò,qui ſe magis humiliat,glorioſius in regno Dei ſublimabitur, quia ibi dabitur vnicuique ſecundùm opera eius, & ſecundùm proprium laborem.Nulli velamen excuſationis relictum eſt,quia cùm humiliationis noſtræ cauſa tam multiplex in medio noſtri ſit,ideo nemo eſt qui ſe(ſi voluerit)proprio iudicio,humiliare deſpicere,vilē reputare,pro nihilo habere,confundere, reprehēdere & damnare non poſſit. Quatuor autem ſunt,in quibus humilitas vera(quæ eſt fons vitæ,ſalutis radix, fundamentum virtutum,gratiæ cuſtos & multiplicatio , ac vnica via cœli)conſiſtit.Quibus etiam humilitas ſeipſam tanquam propriis ſignis facit manifeſtam,videlicet : Obedientia, Pœnitentia, Patientia, Reuerentia.Et hæc ſummis labiis tangam in præſentiarum. Primum ſignum in quo humilitas vera conſiſtit & adparet,eſt obedientia.Nam ſicut ſuperbi nolunt Deo obedire & ſubiici, vt in Lucifero & Pharaone manifeſtum eſt,ita mites & humiles corde,dicunt Deo,Paratus ſum & nō ſum turbatus vt cuſtodiam mandata tua. Subiecti etiam ſunt omni humanæ creaturæ propter deum.Nemo igitur humilis cenſendus eſt,qui adhuc Deo & poteſtate præditis,per ſuperbiam in obedientiam repugnat,Sed vir vanus in ſuperbiam erigitur,& quaſi pullum onagri, liberum ſe natum eſſe putat,At huius radicatæ in corde vanitatis ſignum euidens eſt, cordis elatio & in moribus arrogantia.Arboris onuſtæ fructibus & ariſtę plenæ gra

Luca 14 & 18.

2.Cor. 3.

1.Cor. 3.

Eſai. 15.

Exod. 5.

Pſ. 118.

1.Pet. 2.

Iob 11.

niſ,ſignum eſt depreſſio ad ima & inclinatio.Erectio autem eorum in ſublime,vacuitatis inditium certum eſt. Aſinus ſub onere & bos ſub iugo,demiſſo capite, non
Iacob. 5. in altum erecto incedunt. Secundum in quo humilitas conſiſtit,eſt humilis pœnitentia In multis quidem
Thre. 3. offendimus omnes per ſuperbiam, ſed ſola vera & hu-
Mat. 11. milis pœnitentia huic malo medicatur.Vnde quantum
Pſ. 140. Deo diſplicet contemptus obedientiæ & tranſgreſſio ſuorum præceptorum,tantum ei placet humilitas pœnitentis,& portatio iugi ſui ſuauis(quod charitas eſt)& oneris leuis.Vnde omnes reprobantur & damnantur,qui
Gen. 15. poſt ſuperbam tranſgreſsionem mandatorum dei,humi
1 *Re.* 15 liter pœnitere recuſant,vt in phariſæis ſuperbis elucet.
*Matt.*25. Aut in verba meliciæ cor & linguam detorquent,& ex
*Luc.*19. cuſationes in peccatis ſuis prætendunt.Sic Adam, ſic
Hie 8. Saul,ſic ſeruus malus & piger.dum ſe excuſare volue-
Hie. 18. runt, auxerunt contemptum & ſeipſos damnauerunt. Alij nolunt reuerti & pœnitere, nec derelinquere vias ſuas malas,ſed in ſtercore ſuo volunt de induſtria computreſcere. Quàm efficax verò vtilis & ſalutaris humilis ſit confeſsio peccatorum,Dauid teſtis eſt, Manaſ
*Pſ.*50. ſes,filius prodigus,latro dexter,& alij innumeri,qui hoc modo ſunt ſaluati,Et niſi horum exemplo humilem pœnitentiam fecerimus,omnes ſimul peribimus, cùm obſti
Luc. 13. nato latrone & Iuda proditore.Sic Deus qui vult omnes ſaluos fieri & neminem perire,ſed vult omnes ad pœnitentiam conuerti,dat locum & tempus pœnitentiæ,expectat,reuocat,gratiam offert,peccata diſsimulat,
2.*Co.*13 ſed heu in arcum prauum conuerſi, tempore illo abutuntur in ſuperbia ſua.Nolunt pœnitere,diuitias diuinæ & longanimitatis & patientiæ contemnunt, & ſecundùm duritiam ſuam & cor impœnitens theſaurizant ſibi iram dei. Tertium in quo conſiſtit vera humilitas
2.*Tim.*1 eſt vera patientia:Ideo etiam apoſtolus virtutes in quas vera charitas finis & plenitudo legis ramificat,à patiētia auſpicatur,dicens:Charitas patiens eſt Proinde obi
Mat. 13. ter notãdum eſt quòd ex quo homo per amorem ſuiip-
Iona 3. ſius,quo improbè animam ſuam diligit,raro dignos pœnitentiæ fructus facit,cuſtodiendo vias duras reprehendendo ſtipſum,agendo pœnitentiam in cinere & cilicio.Nec ſatis in ſemetipſum exemplo Niniuitarum dei vindicis partes,iuſtus vltor exequitur. ideo deus vltio-
num

bum,iuſtus iudex,qui amat animas,& neminem vult pe
rire,in vero ſuo iudicio quod eſt abyſſus multa & terri Sap. 11.
bile , id quod pœnitendo minus expiamus (vt vexa-
tio det intellectum auditui)excoquit in camino tribula Pſ.35.
tionis,purgat per limam vexationis , vel per flagellum
linguæ iniquæ,vel per prelum infirmitatis magnæ. In Eſa,28.
quo camino ſicut nonnulli aurum,ita complures palea
& ſcoria eſſe reperiuntur.Illi deputantur, & in virtute Pro.17.
meritorum proficiunt,ac malleo iniquorum in vaſa ele- Eze. 22.
ctionis & in honorem fabricantur.Iſti conſumuntur et
pereunt propter inſipientiam ſuam,eò quòd omnipotẽ
tis Dei manum ſuper ſe ſentientes diſsipantur,nec cõ- Baru.3.
punguntur humiliati,contumaci,voluntate, Deo repu-
gnant,Talis fuit Pharao rex Ægypti in decem plagis: Pſa. 34.
Aſa rex Hieruſalem,qui in infirmitate ſua Dominum
non quæſiuit, Ioram ille ſceleratus,in eadem damnatio
ne etiam fuit Ioas rex iniquus.Contrà verò Nabuchodo
noſor rex Babylonis,eiectus de regno, comparatus iu-
mentis inſipientibus,& ſimilis illis factus:poſtea ad cor
rediit,medicantem manum dei iuxta ſe cognouit,humi 2.Par.16
liauit ſe ſub potenti manu dei,implorauit miſericordiã 2.Par.21
dei abyſſalem,& ſenſum recuperauit et indulgentiam 2.Pa.24
promeruit,ac pœnitentiam in ſalutem ſtabilem opera- Dan.4.
batur.Dauid perſecutionem filij ſui Abſalonis, & iniu-
rias à Semei illatas in Dei volũtatem regerens, & ſuis
peccatis reputans,hæc ipſa ſupplicia,minora eſſe flagel 2.Re.16.
la domini quàm ſua peccata exigebant,et ad emenda-
tionem et non ad perditionem ſuam eueniſſe credidit.
Sic per patientiam animam ſuam poſſedit,et miſericor
diam promeruit:Saluatus eſt,ſed per tribulationis ignẽ
ad parum decoctus,et ſicut aurum in camino purgatus.
At multorum in reprobum ſenſum datorum,qui erecto Luce.21.
collo aduerſus deum currunt,et deſperant in ſuis pecca
tis inſanabilis fractura,et peſſima plaga eſt. Vertuntur
in ſcoriam,deficiunt in conflatorio ſicut plumbum.Vul
nus et liuor et plaga tumens non eſt circumligata nec
curata medicamine,nec fota oleo.Quia nolunt intelli-
gere vt bene agant,et Deo dicunt,Recede à nobis,ſciẽ Poen.27
tiam viarũ tuarum nolumus.Sed fratres Ioſeph in an- Sap.2.
guſtiis quando tribulatio et anguſtia eos inuenit,et cir- Eccl.2.
cumdederunt eos mala quorum non erat numerus, tũc
peccaſſe ſe olim in fratrem ſuum recognouerunt,et ſan

guinem

guinem eius à ſe requiri cōſitebantur:et mox in gaudiū triſtitia eorum conuerſa eſt. Verùm inſanabilitatis reproborum vnica radix et cauſa eſt ſuperbia,quam qui tenet adimpletur maledictis,et ſubuertitur in finem. Nā humiles flagellati,ad pœnitentiæ lamenta cum Dauid
Eccle. 12. confugiunt et confeſsionem dando gloriam Deo,et dicunt, Tibi domine iuſtitia,nobis autem confuſio faciei. Et iterum : Omnia quæ feciſti nobis domine, in vero iudicio feciſti etc. Et dum ſic patienter ſuſtinent paternam diſciplinam,in qua tanquam filiis offert ſe eis do-
Baru. 1. minus,ne cum hoc mundo damnentur diuinam placant
Dan 9 offenſam. Exemplum hic accipe in catello paruo et ca-
1. Co 11. ne magno. Ille ſi dominus verberat eum, pedibus aduoluitur,clamat et eiulat,et ſic veniam obtinet. At canis magnus,ſi fugatur de cadauere,aut fugæ præſidiū arri-
Heſt. 3. pit,aut minanti domino minaciter obfremit, et armā ſua,dentes oſtendit,vt in blaſphemo Sennacherib mani feſtum eſt: at fruſtra dominū æmulabatur, ſiué irritauit.
Matt. 11. Nunquid fortior eo fuit? Minimè gentium: Nā mox exercitus eius ſine manibus humanis interfectus eſt,& ipſe à filiis vteri ſui vitricem pertulit mortem. Similem finem induratus Pharao reportauit Taceo ſuperbum Antiochum,rebellem Nicanorem,Herodes tres. Item taceo quorū impietas rememoratur in euāgeliis et apoſtolicis
Rom 12. Actis. Quartum ſignū humilitatis eſt reuerētia. Nā ſi-
Phil. 2. cut ſuperbia in proximorū cōtemptu,ita humilitas in exhibitione reuerētiæ et honoris manifeſtatur. Sic ſuperbus Amā,ſanctū Mardochæū,cane et angue peius deſpexit et ſuperbi phariſæi,dei filiū et regē gloriæ, dominū maieſtatis et figurā ſubſtātiæ paternæ, vita ipſa indignū cēſebāt,et mille vituperiis maculauerūt et bla-
Mat. 7. ſphemiis laceſsiuerūt et pro eo ꝙ eum diligerēt detrahebāt ei,eò ꝙ fecit et ſequebatur bonitatē Grāde et manifeſtū eſt ſuperbiæ indiciū,nullū venerari, nemini deferre,cū tamē ſcriptū ſit: Omnes honorate. Et Honore inuicē præueniētes, Et In humilitate ſuperiores inuicē arbitrātes. Nec vlli ꝑ anguſtā et humilē portā cœli ingreſſus patet,niſi caput inclinet,et humiliet ſemetipſum. Inflat⁹ ſenſu carnis ſuę foris manebit nec arctā illā viā incedere valet,diuitiarū ſuarū pōdere onuſt⁹. Satagemus ergo humilē Chriſtū in vera humilitate imitari,et tunc exaltabit nos in gloria,in die viſitationis ſuæ. Amen.

HO-

HOMILIA SECVNDA DE EADEM LECTIONE.

OMnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eū
Vt ſapiens architectus ſupra firmam pe-
tram(quæ Chriſtus eſt) vertex Apoſtolo- 1.Cor. 3.
rum fundamentum humilitatis poſuit, vt
in homilia priore vidimus Et certè funda Mat. 11.
mentum aliud nemo poteſt ponere pręter hoc, quod Luc. 14.
Chriſtus poſuit,dicens:Diſcite à me quia mitis ſum & & 18.
humilis corde.Et rurſum:Qui ſe humiliat, exaltabitur.
Nunc verò ſuper hoc fundamentum ſuperædificat au- Ephe. 2.
rum,argentum & lapides precioſos,ædificat & ſe & a-
lios in templum ſanctum in Domino & in tabernaculū
Dei in ſpirituſancto.Nam ſi quis ponit fundamentum Luc. 14.
turris magnæ aut domus regiæ,& eam impendiis defi- 2 Pet. 2.
cientibus non perficit,deridetur ab omnibus & ſubſan- 2.Cor.2.
natur in circuitu eius,ſunt opprobrium hominum fit &
abiectio plebis,Quia melius eſt viam iuſtitiæ non agno
ſcere,quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, Ioſ. 1.
quod traditum eſt illis ſancto mandato. Vnde in præ-
ſenti lectione vlterius docet nos, fiducialiter in Deum
viuum ſperare:deinde hortatur & monet nos inſidiis
diaboli fortiter in fide reſiſtere,ibi,Sobrij eſtote. Circa
primum dicit.Omnem ſollicitudinem proiicite in eum, Pſa. 36.
quia ipſi cura eſt de vobis.Nam ipſe pater eſt miſericor Ioan. 4.
diarum,& amat nos,ideo dixit,Non te deſeram, neque Eccl.2.
derelinquam te in vllo periculo ſine ope mea Vnde vir
ſecundùm cor Dei ait:Nunquam vidi iuſtum derelictū
nec ſemen eius quærens panem,illum quem Chriſtus
ſemper manducauit,& diſcipuli ignorabant.Nempe, fa- Pſ.33.
cere voluntatem Dei patris qui in cœlis eſt.Nullus ſpe 1. Ioa. 3.
rauit in Domino & confuſus eſt.Nullus permanſit in mā Rom.5.
datis eius,& derelictus eſt:Quia ſpes,quæ nō delinquit, Mat.6.
ſed bonitatem facit,& quam habens,ſeipſum ſanctificat Pſ 36.
ſicut & ille ſanctus eſt,non confundit Ideo infidelis eſt,
qui Deum ignorat,ſollicitum eſſe quid manducet, &
quo induatur,Scit enim pater cœleſtis,quòd his omni- Pſ. 117.
bus indigemus.Ergo ſpera in Domino, & fac bonita- Heb. 13.
tem,quære regnum Dei &iuſtitiam eius,& hæc omnia
adijcientur tibi,ita vt fidenter dicas: Dominus mihi
adiutor

adiutor eſt,non timebo quid faciat mihi homo. Et iterū
Ego mendicus ſum & pauper,nihil tamē ſollicitus ſum,
Pſ. 116. quia Dominus(qui aſtat à dextris pauperum,& ſaluat à
Pſ.131. perſequutoribus animas eorum,& pauperes ſaturat pa-
nibus)ſollicitus eſt mei. Sicut pater de ſuo filio, mater
Pſ.54. de vteri ſui infantulo,medicus de ſuo infirmo, pædago-
Gene.12. gus de ſuo diſcipulo,gallina de ſuis pullis Iactabo pro
& 2. inde curam meam in dominum,& ipſe me enutriet.

Quod autem cura Deo de paruulis ſit,& ſe ei concre
dentibus,tota ſcriptura teſtatur, Pater fidei noſtræ A-
Sap.16. braham illud in omni afflictione ſua & peregrinarione
probauit,vt longum foret per ſingula oſtendere. Filij
Exod.14 Iſrael eum ſequentes in deſerto,nullam penuriam paſſi
Deut. 0. ſunt. Veſtimenta eorum non ſunt in annis illis quadra
ginta detrita, dedit eis aquam de petra, nutriuit
eos angelorum eſca,perſecutores eorum ſubmerſit in
Gen. 37. aqua,adeo vt ne vnus ex eis ſupereſſet. Tranſiuit dein-
Gene.41. de ante eos, & expugnauit omnes inimicos eo-
rum,& dedit eis terram eorum in hæreditatem,& inte-
3 Re.17. rim quod in lege eius ambulauerunt, non reliquit ho-
Luc.4. minem nocere eis. Quanta cura cuſtodierit Dauid
ſicut pupillam oculi ſui ſub vmbra alarum ſuarum à fa-
cie zelantis Saul,& graris eum perſequentis, nemo eſt
qui neſciat quantas illi oſtendit tribulationes multas
& malas,& conuerſus viuificauit eum,& de abyſſis ter-
ræ iterum reduxit eum. Taceo innocentem manibus &
mundo corde,verum Iſraelitem Ioſeph, in quo dolus
Dan.7. non fuit. Certè probauit eum Deus,igne eum examina
uit ſicut examinatur argentum, Induxit eum in in la-
queum,poſuit tribulationes in dorſo eius,impoſuit ho-
mines ſuper caput eius,tranſiuit per ignem & aquam,
& tali via induxit eum in refrigerium, & totius Ægy-
pti eum dominum fecit. Taceo Eliam zelatorem legis
integerrimum. Nam cum primo per coruum, poſtea in
ſumma fame per viduam ſuſtentauit. Danielem virum
deſideriorum in lacu à leonum morſibus cuſtodiuit, &
per Abacuc cibauit. Taceo Hieremiam,& beatum Iob,
Mat. 13. quibus vix alij pares in agonibus deſudandis fuere. Sed
de omnibus his liberauit eos dominus,& eduxit in refri
gerium. Sic apoſtolos,lumina mundi & ſal terræ in
vniuerſum mundum ſine pane,ſine pera, ſine alijs, de
quibus filij huius ſeculi ſunt ſolliciti, miſit & cum ſic

vbicunque

vbicunque prædicaſſent, nihil dixerunt eis defuiſſe. Sic *Luca 22.*
vna & altera vice pater pauperum, pauper & ipſe factus *2. Cor. 8.*
propter nos, vt ſua inopia nos diuites in Deo & omni *Matt. 14.*
gratia faceret. pauperes ſe ſequentes panibus ſatiauit in
deſerto. Ipſi igitur cura eſt de nobis, ſicut Dauid dicit:
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua ſuper ma- *Pſal. 120*
num dexteram tuam. Et ſic te ſollicitè protegit & cuſto-
dit, quòd per diem ſol te non vret, neque luna per no-
ctem. Imò, Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodit
animam tuam dominus, Dominus cuſtodit introitum
tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.
Eſto igitur ſicut oliua fructifera in domo dei (quæ eſt
eccleſia ſanctorum) fructifica in omnibus operibus bo-
nis, & tunc ſpera in Deum in æternum, & tunc ſpes tua
te non confundet, ſed quodcunque volueris, petes in no-
mine Ieſu Chriſti, & fiet tibi, quia tam bonus eſt deus
his qui recto ſunt corde, quod voluntatem timentium *Pſal. 144*
eorum facit, & deprecationes eorum exaudit, & ſaluos
facit eos à perſecutoribus in vita quę nunc eſt, & ſaluat
eos in regnum ſuum cœleſte, poſtquam legitimè certa- *2. Tim. 4.*
uerunt, bonum certamen conſummauerunt, fidem ſer-
uauerunt, & probati ſunt. Altera pars ſequitur: *Sobrij*
eſtote & vigilate. Hic vertex Apoſtolorum armis cœleſti- *Mar. 12.*
bus nos armat, vt armato forti viriliter reſiſtere, nullum *Luca 11.*
ei locum dare, & ſuo eum maligno gladio, ſicut Dauid
Goliam fecit occidere poſſimus Et certè arma hæc mi- *1. Reg. 17*
litiæ noſtræ, quibus contra ſpirituales nequitias in hoc
caligniofo cœli aeriſq; loco habitantes, depugnamus
contra principes, & poteſtates, & rectores, imò Deo hu- *Epheſ. 6.*
ius mundi reſiſtimus in diebus malis, & in omnibus per-
fecti ſtamus, non ſunt carnalia, ſed ſpiritualia. valida ad-
modum ex virtute Dei nempe virtutes Chriſtiformes,
quibus nihil eſt in vita hac vtilius hominibus. Nam vir-
tutibus indutis & armatis, principes huius mundi nihil
nocere poſſunt, interim quod arma iſta non abiiciunt, & *2. Mac. 5.*
nullum ei locum tribuunt: ſed magis omnia eis coope-
rantur in bonum, & omnia quæ faciunt proſperantur:
Quia Deus vallat eos, & cuſtodit eos ſicut pupillam o-
culi ſui, et cunctis operibus manuum eorum benedicit.
Nemo ſiquidem æmulatoribus bonitatis nocere poteſt.
Has igitur diuinas promiſſiones habentes, et tot adiu-

toria de

toria de cœlo, multa fiducia vtimur, & cõfortati in domino, & in potentia virtutis eius, contra fortes illos, quorum fortitudini in terris nulla ſimilis eſt, adiutorio fulti altiſſimi, & virtute induti ex alto in campum eximus, manus cum eis conſerimus, & Deus Satanam ſub pedibus noſtris velociter conterit, & ſicut lutum platearum delemus eos, & comminuimus eos ſicut puluerem ante faciem venti: palam traducimus eos, & triũphamus eos in nobiſipſis. Sic ſancti Dei homines in Deo fecerunt virtutes, & inſurgentes in ſe ſupplantauerunt ſub pedibus ſuis, ſicut Dauid ipſo viſu horribilem Philiſtæũ occidit. Et nos in deo inimicos noſtros ventilemus cornu & tuba, ſicut Gedeon, & in nomine eius ſpernemus inſurgentes in nos, quia gladius noſter ſine Dei ope non poteſt nos ſaluare, nec arcus noſter: ſed dextera Dei & brachium eius, & illuminatio vultus eius, quoniam ſibi complacet in nobis. Quia gaudium Domini eſt fortitudo noſtra. Exhortans igitur nos contra maleſuadi hoſtis aſtus & fortitudinem ait: *Sobrij eſtote & vigilate.* Iſta duo obſeſsis & bello & hoſtibus à frõte & à tergo inſtantibus, maximè ſunt neceſſaria nempè ſobrietas & vigilantia. Nam ſicut intẽperantiæ luxus mentis cæcitatem & ſomnolentiam, ita ſobrietatis modeſtia vigilantiam animi & circumſpectionem parit. In tribus præcipuè ſobrij eſſe debemus. In mente, in actu, in victu. In mente, ne nimium præſumamus, & ſolos nos eſſe ſapientes æſtimemus, & nobiſcũ natam ſapientiam putemus, & nobiſcũ mori. Sicut illi qui ſapientes ſunt in oculis ſuis, et plus ſapiunt quàm ſapere oportet, et nolũt ſapere ad ſobrietatẽ. Hæc ſapientia eſt ſerpentina calliditas, antiqui hoſtis rete, mortis laqueus, fabricatrix mendaciorũ, et peruerſorũ dogmatum cultrix, diſſeminatrix et propugnatrix, eſt omniũ malorum diluuiũ, ſentina et mare. Hæc eſt inimica Deo, et mors et legi Dei nõ poteſt eſſe ſubiecta. Hæc eſt ſapientia diabolica, inflans, altum ſapiens, et in oculis ſuis ſapiẽs. Iſti ſunt ſapiẽtes vt faciant mala. bene autẽ facere neſciunt, imò nolunt. Hæc ſtultos facit, et decipit: hanc Deus ſtultam facit, et eſt ſtultitia apud Deum. Horũ cor inſipiens ſemper obſcuratur magis ac magis, dantur in reprobum ſenſum, et faciunt et docent ea quæ non conueniunt, et dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti

Coloſ 2.
1.Re 17.
Iudi. 7.
Pſal. 43.
Nee. 8.
Iob 12.
Roma. 8.
Iacob. 3.
Hiere. 4.

ſtulti fiunt. Huius profeſſores ſapientiæ, vel potius inſi- Titi 1.
pietię, ad omnia opera bona reprobi ſunt, & ad omnia Hiere. 8.
opera mala currunt, ſicut equus cum impetu vadens in
prælium. Deinde ſobrios nos eſſe oportet, & reſtrictos Eccle 31.
in omni noſtra actione, nempe in verbis, veſtimentis, di-
uitiis, & vanitatibus. Sic infirmitas grauis ſobriam ani-
mam facit. Sic ſapientia quæ deſurſum deſcendit à pa-
tre luminum, ſuos diſcipulos ſobriè deducit in operi-
bus eorum, & eos cuſtodit ſua potentia ab omni malo.
Sic & apparuit gratia dei ſaluatoris noſtri omnibus
hominibus, erudiens nos, vt ſobrie piè & iuſtè viuamus
in hoc ſeculo. Nam deus iam dedit nobis ſpiritum di-
lectionis & ſobrietatis & virtutis. Sic mulieres ornare
ſe debent honeſtè & decenter & cum ſobrietate. Eiuſ-
modi ſobrius & modeſtus Onias fuit, talis fuit & Elea- 2. Mac. 4
zarus ille bonorum memoria dignus, cuius laus eſt in 2. Mac. 6
faſtis Machabæorum, talis fuit vas alcctionis, qui ha-
bens alimenta, & quibus tegebatur, his contentus fuit.
Tales eſſe oportet epiſcopos & ſacerdotes, tales opor-
tet eſſe iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, viros
& mulieres, imò omnes qui diei & lucis filij ſunt, & glo-
riantur in deo. Tertiò ſobrios nos eſſe oportet in vi-
ctu cibi & potus cauendo ne corpora noſtra grauemus
crapula & ebrietate. Sic Dauid irruit ſuper Amalechi- 1. Re. 30
tas comedentes & bibentes, & quaſi diem feſtum cele-
brantes, & percuſſit eos à veſpera vſq; ad veſperam al-
terius diei. Dum filij & filiæ Iob veſcebantur & bibe-
bant vinum, diabolus eos in domo per ruinam domus
occidit. In diebus Noë comedebant & bibebant, nnbe- Geneſ. 7.
& nubant, tui tradebant, vſq; in diem illum quo Noë Mat. 24.
arcam intrauit, & venit diluuiū, & perdidit omnes. Sic Luca 17.
Cyrus cum toto exercitu ſuo periit, adeo vt ne vnus Iuſtinus
quidem gladium euaderet. Sed nunc ſobrietas, hæc tri- libro 5.
plex probro datur, deridetur & vanus iudicatur, qui de Oroſius
ea texit ſermonem. *Et vigilate* omni tempore in ora- lib. 1. c. 7.
tionibus, ne intrētis in tentationem. Quia neſcimus Mat. 26.
quando dominus venturus ſit. Beati autem ſunt ſerui Luca 12.
illi, quos vigilantes dominus inuenit, quando à nuptiis
reuertitur. Sed & vigilate, ne hoſtis vos dormientes in- Iudi. 16.
ueniat & capiat, ſicut Philiſtæi fortiſſimum Samſonē, 3. Re. 3.
vel occidat, ſicut mulier illa dormiens oppreſſit puerū 2. Reg. 4
ſuum. Sic & Iſboſeth dormiens occiſus fuit. Et ſanctus Gene. 14

Abraham nocte ſuper inimicos ſuos irruit,& percuſsit
eos.Ergo & tu vigila, & ſurge qui dormis, & noli ob-
dormire in morte,ſicut ſtultæ virgines fecerunt, & viri
diuitiarum,ne quando dicat inimicus tuus(et glorietur
in ſua malicia) præualui aduerſus eum. Nam ſi tui do-
minati fuerint,mox eruunt oculos tuos,ligant te catē-
nis,mittunt in carcerem,et molere faciunt,et ſine vlla
requie eis ſeruire cogent in luto luxuriæ, in paleis ſu-
Mat. 25. perbiæ,et duris lateribus auaritiæ, et ſponſus veniens
Luc. 13. ianuam ante te claudat miſericordiæ, gratiæ et gloriæ,
ac foris manebis cum omnibus operariis iniquitatis,et
Luc. 12. in æternum non videbis lumen. Eos autem quos vigi-
lantes inuenit,ſuper omnia bona ſua conſtituet,et trā-
ſiens miniſtrabit eis,lætificando eos in gaudio cū vultu
ſuo. Sobrij ergo ſimus,et vigilemus, *quia aduerſarius no-
ſter* et hoſtis peſsimus, *tanquam leo rugiens* fortis et cru-
delis *circuit* nos die ac nocte, *quærens quem deuoret*, et ſe-
cum in perditionis foueam,in rete ſuū,in ignem æter-
Mat. 25. num,qui ei et angelis,et imitatoribus ſuis paratus eſt,
trahat. Inſuper,mentitur et inſidiatur callide,vt ſerpēs,
Ignem tribulationum horribiliſsimarum ſpirat vt dra-
co,inficit, percutit, venena ſua diffundit vt ſurda aſpis
Luc. 11. et ſcorpi⁹,vt baſiliſcus ſolo occidit aſpectu. Quis hu-
ius fortis armati poteſtatem verbis poterit æquare lo-
quēdo,maximè illo tempore,cùm atrium ſuum in pa-
ce damnabili cuſtodiuit. At poſtquam fortior illo ſu-
peruenit,gladio ſuo ſuper femur ſuum potētiſsimè ac-
Coloſ. 2. cinctus,ſpolium illum vicit,ligauit,traduxit confiden-
ter,et in ſeipſo eum palam triumphauit,adeo virtutem
Rom. 8. illius infirmauit, quod nihil damnationis amplius eſt
iis qui ſunt in Chriſto Ieſu,qui non ſecundùm carnem,
Sap. 1. ſed ſecundùm ſpiritum ambulant. Ideo nunc nemo ab
Iſa. 28. eo niſi volens et ſuper ſuam cuſtodiam non ſtans, et
locum ei dans, vel manibus ac verbis eum acerſens,et
æſtimans illum amicum,defluit, et pactum cum eo fe-
1. Pet. 2. cerit,ſuperari poteſt. Fortem eum rurſus facit ignauia
1. Tim. 6 noſtra,malæ concupiſcentię noſtrę,cura carnis noſtræ
Eccl. 10. in deſideriis carnalibus,quæ militat aduerſus animam,
cupiditas,omnium malorum radix,initium omnis pec-
cati, ſuperbia et tumor mentis noſtræ: et quòd ſobrij
non ſumus,nec vigilamus: ideo nos ei vires tribuimus,
gladium quo nos perimat, & laqueum quo nos ſuffo-

dat

dat et iugulet porrigendo. Breuiter nihil poteſtatis, iu-
ris, vitiúmq; amplius habet in nobis & ſuper nos quàm *2. Tim 3.*
nos ei damus, noſmetipſos & mundum hunc in mali- *1. Ioan. 3*
gno poſitum & ea quæ in mundo ſunt, diligendo, con-
cupiſcendo & quærendo. Diaboli crudelitatem lupus
rapax, mactans & ſemper perdens vſq; ad internicio-
nē, exprimit. Sic Pharao crudelis, omnes infantes ma *Exod. 1.*
ſculos in partu iuſſit occidi. Eandem crudelitatis ſen-
tentiam Herodes impius in ſuſpectam ſibi imbellis in-
fantiæ dedit ætatem. Simile quid mandauit Nabucha- *Iudic. 2.*
donoſor Holoferni, dicens: Non parcat oculus tuus vlli
regno &c. Sic crudelis Adonibeſech ſeptuaginta reges *Iudic. 1.*
bello cepit, eorum manus & pedes amputauit. & ſub
menſa ſua, inſtar canum, reliquias ciborum colligere
iuſsit. Sed ſicut fecit aliis, factum eſt illi. Eadem men- *Mat. 7.*
ſura qua menſus eſt, remēſum eſt illi, & additum. Di- *Luca 6.*
cit diuus Petrus, quòd ipſe circuit, quod ipſe ore etiam
proprio faſſus eſt coram deo. Et quid ageret qui cœlū *Iob 1.*
perdidit, & quieſcere nec vult, nec poteſt, ſi non terram
circuiret? Circuit feræ crudelis inſtar ſuum truncum cui
adcatenata eſt, quietis impatiens, & ſomni non capax.
Sic ligatus eſt à magni conſilij angelo. Ergo ipſe te cō- *Apoc. 20*
ſequi non valet, quia ligatus. Verùm, ſi illi approxima- *Eſaia 9.*
ueris, inuadet te, ſicut leo paratus ad prædam. Non cre- *Eccl. 12.*
das igitur inimico huic in æternum. Terram circuit,
quæ illi data eſt in eſcam, iuxta illud: Terram comedes *Geneſ. 3.*
cunctis diebus. Et alibi: Serpenti puluis panis eius. Væ *Eſa. 65.*
ergo habitantibus in terra: terrena ſapientes, terreni *1. Cor 1.*
Adam imaginem portantes, nil niſi terrena loquentes
& amantes: Quia & ipſi terra ſunt & in terram de qua
ſumpti ſunt, reuertuntur. Circuit autem hoſtilibus in- *Geneſ. 3.*
ſidiis & dolis cor humanum, quaſi caſtrum aliquod &
ciuitatem obſeſſam, callidè explorans qua parte ſit im-
munitum, vt inde illud expugnaturus ingrediatur. Et ſi *Luca 11.*
nos vino & ſomno ſepultos inuenit, ſeptem ſpiritibus
ſe nequioribus ad ſe aſſumptis, irruit ſuper ciuitatē &
perdit omnes habitantes in ea. Vnde ſanctus & ma- *Mat. 11.*
gnus Leo Papa, ait: Nō deſinit antiquus hoſtis, callidus
ſerpens, draco magnus ipſe Satanas, deceptionum la-
queos vbiq; prætendere, vt quoquo modo fidem verā
credētium corrumpat inſtare. Nouit cui adhibeat æſtus
cupiditatis, cui gulæ illecebras ingerat, cui apponat

incitamenta luxuriæ,cui infundat virus inuidiæ.Nouit quem mœrore concutiat,quem ſternat iracundiæ furore,quem fallat gaudio,quem metu opprimat.quem ſuperbia ſeducat,cui vana gloria imponat,quem admiratione fallat. Omnium diſcutit conſuetudines, ventilat actiones.ſcrutatur affectus.& ibi quærit cauſas nocendi, vbi quemq; viderit ſtudioſius occupari. Nunc quibus hoſtis rebelletur.fugatur,& debellatur armis.deſignat,dicens: *Cui reſiſtite fortes in fide* dei & Ieſu Christi,
1.Ioan.5 in fide vera,ſana,viua,electorum & probata Fides hæc fortis eſt adeo,quòd mundum vincit & principem eius. De his aliàs multa.Et vt hoc præſtare poſſitis, nempe, diabolo fortes in diebus malis & periculoſo tempore reſiſtere,& in omnibus perfecti ſtare,exēplum accipite
Iacob. 5 exitus mali & longanimitatis, & laboris & patientiæ omnes electos,qui deo placuerunt ab initio. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt magnum certamen paſ-
Heb. 10. ſionum.Nam omnes fideles qui deo placuerunt ab initio per multas tribulationes tranſierunt. Eorum ergo exitum intuemini, & conuerſationis fidem imitamini, Ideo dicit: *Scientes eandem paſsionem, et qua in mundo eſt,*
1.Pet.4. *veſtra fraternitati fieri.* Hinc alibi ait: Chariſsimi,nolite mirari de tribulationis igne,qui nūc feruet contra vos, quaſi aliquid noui vobis contingat. Sed ſcitote quòd boni, iuſti & electi ab initio perſecuti, afflicti & occiſi ſunt à malis, ab iniuſtis & reprobis. Chriſto ergo in carne paſſo.& vos eadem cogitatione armamini,& hoc modo communicate Chriſti paſsionibus, bibite, eius calicem,portate crucem veſtram poſt ipſum confuſione
2. Cor.1. contempta. Scientes, quòd ſicut ſocij paſsionum eius eſtis, ſic & conſolationis eritis. Spei etiam fiducia multùm nos contra diabolum roborat.maximè eius de
Pſal. 36. qua Dauid ait: Spera in deum & fac bonitatem: quia
Prou. 10 ſpes impiorum, peribit. *Deus autem* omnis conſolationis, *omnis gratiæ* liberaliſsimus atque benigniſsimus diſtributor: qui vult omnes homines ſaluos fieri, et ad
1.Tim.2 agnitionem ſui nominis peruenire. *qui* ex abyſſali miſericordia ſua,et benignitate,propter nimiam charita-
Epheſ. 2. tem ſuā qua dilexit nos,vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu *vocauit nos in æternam ſuam*
1.Pet.3. *gloriam.* In hoc enim vocati ſumus vt benedictionem

hic hæ-

hic hæreditate poſſideamus, & in futuro ſeculo vitam æternã, *in Chriſto Ieſu modicum paſſos* pro nomine eius, cũ ſitis eius membra & palmites in vite vera. *Ipſe* pater miſericordiarũ, *perficiet* illud ad quod virtus veſtra non ſufficit, ſicut omnis ſufficientia noſtra ex deo eſt, *confirmabit*, quod operatus iam eſt in vobis. Et confirmabit vſq; in finem ſine crimine in omni opere & ſermone bono ſpiritu ſuo principali, *ſolidabitque* in aduerſitatibus & tentationibus quarum nõ eſt numerus, vt nulla pluuia, nullus ventus, nulla denique alluuio aquarum domum mentis veſtræ deiicere poſſit, aut extinguere charitatem Ad hæc autem promerenda, non ſunt condignæ paſſiones huius temporis. Vnde rurſus ſcriptum eſt, id quod in præſenti momentaneum & leue eſt tribulationis, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. *Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum,* *Amen.* Epheſ. 1. Matt. 7. Luca 6. Roma. 8.

DOMINICA TERTIA POST

PENTECOST. IN EVANGEL.

Lucæ xiiij. Sermo.

HOMO quidam fecit cœnam magnam. In huius Euangelij exordio, quod deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem nominis ſui peruenire, docetur expreſſe. Venit filius hominis, non perdere, ſed ſaluare animas. Quærere & ſaluare quod perierat. Nec voluntas eſt ante patrem noſtrum, qui in cœlis eſt, vt pereat vnus ex puſillis, qui credunt in eum. Hinc ſeruator noſter rurſus ait: Ego venit vt oues meæ vitam habeant. gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro: quod eſt abundantius habere. Non eſt voluntas eius mors impiorum, ſed vt conuertantur & viuant. Ipſius verbi verba audiamus. Beati enim ſunt, qui audiunt verbum dei, & cuſtodiunt illud, ſiue retinent in corde bono & optimo, & fructum adferunt in patientia. Ait autem: *Homo quidam,* Homo iſte Chriſtus intelligi poteſt. Ipſe habitu inuentus eſt vt homo, quia verbũ caro factũ eſt Et crebrò filius hominis, virginis videlicet matris dicitur, eo quòd hominis, non hominum filius eſt, matris Mariæ ſcilicet, quæ nõ ex virili ſemine, ſed my- 1. Tim. 2. Ioan. 10. Ezec. 18 Luc. 11. Philip. 2.

ſtiro ſpiramine ſuperueniente & ei obumbrante, virtute altiſsimi concepit & peperit virgo. Filium item hominis crebrò, rarò ſe filium dei nominat, quamuis eſſet verus naturalis & vnigenitus dei patris filius: vt nos diſceremus ab eo, quod humilis corde eſt. Petrus autē dixit: Tu es Chriſtus filius dei viui. Sic Salomon ait: Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus non labia

Mat. 11. tua. Sic & Matthæus telonearium, & Paulus ſe vocat eccleſiæ perſecutorem. At Chriſtus dicit eum eſſe vas electionis. Homo iſte, quidā aſtruitur & ſingularis. Fuit

Eſaia 9. enim ſingularis, quia Emanuel, & filius altiſsimi vocabatur. Plenus gratia & veritate. In eo deus erat mūdum ſibi reconcilians In ipſo complacuit patri, omnē

2. Cor. 5. plenitudinem diuinitatis corporaliter inhabitare. In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei abſconditi Ei ſoli datus eſt ſpiritus non ad menſuram. Singularis eſt, quia peccatum non fecit, nec dolus inuētus eſt

Apoc. 5. in ore eius. Ipſe mediator eſt dei & hominum. Ipſe li-

Col. 2. brum aperuit & ſignacula eius ſoluit. Ipſe nobis omnia peccata noſtra donauit: chyrographum decreti deleuit: quoniam tulit peccata mundi Ipſe fortem armatum vicit & in ſeipſo triūphauit: vaſa eius diripuit ſpoliáque eius diſtribuit, In doctrina quoq; ſingularis fuit, loque-

Ioan. 7. batur enim ſicut poteſtatem habēs. Adeò quòd & ſuis atteſtantibus æmulis, nunquam ſic homo locutus eſt.

Matt. 8 Nam ſermo eius poteſtate plenus erat. Ideò Centurio dixit ei: Tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. Iſte homo *Fecit cœnam magnam*: Ipſe fecit qui dixit & facta ſunt, mandauit & creatá ſunt Ipſe inquam fecit & præparauit de ſuis impendiis, non de pauperum ſubſtantia & labore: ſicut principes huius ſeculi & poteſtate prædiri faciunt, iuxta illud Flacci: Quidquid delirāt reges, plectuntur Achiui. Illis nō eſt ſatis paſcua bona de paſci inſuper & reliquias paſcuarum ſuarum conculcant pedibus ſuis: et cùm ipſi aquam puriſsimam bibant, reliquā pedibus ſuis turbant et oues Chriſti de his quæ conculcata pedibus eorū erant paſcūtur, et quæ pedes eorū turbauerant hæc bibunt &c. Sed plerumq; nemo eſt inter famulos diuitum, qui Lazaro micas quæ cadūt de menſa dominorū ſuorū tribuat: ſed canibus potiùs et mimis iſta apponuntur Iſte, inquā, fecit cænā magnā. Magnus enim dominus et laudabilis nimis, cuius magnitudi-

gnitudinis non eſt finis,qui fecit & facit mirabilia magno ſolus. Hic inſtar regis Aſſueri, tertio regni ſui anno fecit *cœnam* magnam,cunctis principibus & inclytis regni ſui Omnia ibi facta ſunt in figura.& ad magnificentiæ regiæ oſtenſionem, vanamq; iactātiam diuitiarū ſuarum. At per Chriſtū impleta ſunt vmbracula legis,veritas & gratia per ipſum facta eſt. Magna proinde opera domini,exquiſita, ordinata & facta in omnes voluntates eius. Cœnam hanc aliquanti intelligi volūt præſentis temporis eccleſiæ curſum, in quo per fidem ambulamus,non per ſpeciem:& hæc cœna magna gratiæ,concinnè dici poteſt. Aliquanti cœnā hanc magnā regnum gloriæ intelligunt, de quo ſeruator noſter ait: Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, vt edatis & bibatis ſuper menſam meā in regno meo &c. Faciet dominus exercituum omnibus populis *Iſa.25.*
in monte iſto,conuiuium pinguium,conuiuium vindemiæ,conuiuium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Vtraq; expoſitio conſonat veritati Prior ſacramentorū,maximè euchariſtiæ ſanctū deóq; placentem adminiſtrationē vſúmq; concernit. altera vitæ æternæ gloriā,variáq; merita reſpicit. Verùm de his nihil in præſentiarū,propter prolixitatē vitādā. Si figuræ iuuat immorari de Aſſuero,quod ibi ad carnis oblectationē, & mundi pompā eſt dictū,hoc nunc ad ſpiritū refert & ad Chriſti magnificentiā,qua diues in miſericordia & gratia eſt in oēs qui eū inuocāt in veritate. *Et vocauit multos*, dicēs:Venite ad me oēs,q laboratis & onerati eſtis, *Mat.11.*
& ego reficiā vos Sic deus ōis gratiæ per gratiā ſuam vocat nos in regnū ſuū & gloriā,& in ſocietatē filij ſui, & libertatē euāgelicā Id obiter obſerua quòd multipliciter de⁹ vocat,qui tñ ad quatuor reduci poſſunt.Vocat *Cant.6.*
enim inſpirationibu⁹ internis,per ſeipſum. Alios vocat *Pſal.84.*
prædicatorū verbis:Alios bñficiis: Alios flagellis. Ideò quater in cāticis,Reuertere dicit. Vocat inſpirationib⁹ internis, ad cor loquendo,iuxta illud:Audiā qd loquatur in me dñs me⁹. Vnde ſapiētia æterna dicit:Vocaui p internā inſpirationē videlicet,& renuiſtis. Sed aſpidis ſurdæ inſtar obturaſtis aures veſtras quæ,nō audit vocem incātātis. Extēdi manū meā,& aperui,& impleui omne animal bñdictiōe,& nemo erat q aſpiceret Bñ aſpiciūt aliqñ bñficia q̄ accipiūt,ſed bñfactorē nō recognoſcūt. *Prou.1.*

Deſpexiſtis omne conſilium meum. i ſermones prædicantium,ſicut Apoſtolus conſilium virginitatis dedit
1.Cor. 3. per quem Chriſtus loquebatur.Ipſe enim cum cæteris nobis annunciauit omne conſilium dei.Et increpationes meas neglexiſtis,comminationes meas floccifaciendo,& corda ſub flagellis indurando,Nec ſua vocatione contentus fuit,ſed & miſit ſeruum ſuum,hoc eſt, apoſto
Gal. 3. lorum ſenatum.lxxij.diſcipulos, & euangelij veros & ſynceros prædicatores. Qui licet multi ſint in perſonis & officiis,vnum tamen ſunt in intentione ſalutis. Sicut & Paulus qui plantauit,& Apollo qui rigauit,vnum erant. Sic multi vnum ſumus,omnes qui de vno corpore et de vno calice participamus.Sic per vnitatem et amorem vnum eſſe debemus,habere cor vnum & animã vnam.Omnes vnum eſtis in Chriſto Ieſu,dicit Apoſto
Eph.1. lus,Et iterum:Ipſe eſt pax noſtra,qui facit vtraque vnũ. Vide tunc,quod ſicut pax & amor Dei,proximique ſyncerus,vnit multos longè lateque diſtantes, vt habeant
Luce 12. cor vnum & animam vnam,vnum deum , vam fidem, vnum baptiſma,ſint vnum corpus,vnum habeant ſpiritum,vnam ſpem,Vno pane et vno calice participant. vnum patrem habeant et magiſtrum,qui eſt in cœlis,vnum paſtorem,vnum denarium retributionis expectet: Idem ſentiunt,idem ſapiunt in alterutrum , ſecundùm Ieſum Chriſtum,eandem charitatem habent,in eadem regula permanent,ſicque vnanimes,vno ore honorificant deum. Sic viceuerſa,amor ſui,amor mundi,dilectio
Rom.6. iniquitatis & maliciæ,diſpergit,ſeparat, diuidit etiam
1.Cor. 7. in eadem domo habitantes. Vt ſint inimici hominis domeſtici eius.Sic amor Chriſti ſyncerus , ſeparat filium aduerſus patrẽ ſuũ,mũdũ & ea quæ in mundo ſunt diligentem,et filiam aduerſus matrem ſuam,et nurum aduerſus ſocrum ſuam.Quis item neſciat, quòd inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia?Et vnde bella et lites inter
Ecc. 12. homines?Nonne ex concupiſcentiis, quæ militant in membris,carnis curam in deſideriis facientium ? Adeò vt lex membrorum legi ſpiritus aduerſetur, Et caro aduerſus ſpiritum concupiſcat.Et hic morbus tam latè ſæuit,vt et apoſtolo teſte in viros graſſetur,vxores legitimas habentes.Qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi,quomodo placeat vxori:et diuiſus eſt,Auaro autem nihil eſt ſceleſtius.Hic nunquam pecunia impletur,

pletur, Chriſtus & electis eius diſperſos congregant in vnum, diſcordes conciliant, inimicos in pace Chriſti cõfœderant. At diabolus qui ſunt ex parte illius, iurgia ſeminant omni tempore, in medio pacem habentium immittunt inimicitias, incendunt lites turbant amicos, ſeminant inter fratres diſcordias. Non eſt pax impiis, ideò pacem odiunt electorum. Vide iam, an cum Chriſto colligas, an diſpergas cum diabolo, & ſis contra Chriſtum? Sequitur Hora cœnæ. Hæc eſt finis ſeculi, tempus gratiæ & noui teſtamenti. Licet enim in tempore præterito homines, ad fidem & gratiam Chriſti multifariam multiſque modis vocarentur, vt longum foret enarrare, nullus tamen ad cœnæ euchariſtiæ participationem & ſaginati vituli epulas, in vita quæ nunc eſt fuit admiſſus. Nullus item eorum ad conuiuium gloriæ receptus fuit: ſed omnes ad limbum deſcenderant. De iſto tempore ſic dicit Ioannes, Filioli mei, nouiſſima hora eſt. Et apoſtolus, Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. dicere inuitatis, in baptiſmo ſcilicet. in quo diabolo renunciauimus, Chriſto inſiti, Chriſto induti & deſponſati ſumus per fidem, vt venirent. In confeſſo eſt, non de externo, ſed interno aduentu hic dominum loqui, Affectibus, corde, ſtudiis pietatis, mutationis in melius, operibus bonis ad deum reditur. Venire enim ad deum, & accedere is dicitur, qui relicta malitia, qui exuto vetere homine cum actibus ſuis, iam facit cit bonitatem & nouum hominem induit cum actibus ſuis, qui ſecundum deum creatur in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Interim enim quod diabolo ſeruit, porcos eius paſcit, gaudet in malitia, lætatur quòd malè fecit, in rebus peſſimis exultat. à diaboli laqueis non reſipiſcit, dignos pœnitentiæ fructus non facit, ad deum non conuertitur in toto corde ſuo, cor ſuum non ſcindit per contritionem, ieiuniis corpus non macerat, fletu & planctu lectum ſuum non lauat per ſingulas noctes, nec ſtratum rigat. Verè dico tibi, hic manet in regione longinqua iugum diaboli non excutit, ad cœnam venire contemnit. Imò, quanto magis creſcit & proficit in malo, tanto longius recedit à deo ſalutari ſuo deum qui eum genuit, plus derelinquit, O horror, o pauor, o malitia & negligentia humana. Sequitur, Qui iam, quando venit plenitudo temporis, in quo deus filium ſuum miſit in

Margin: 1. Ioan. 2 / 1. Co. 12 / Gala. 4. / Baru. 3. / Pſ. 71.

terras.quando miſericordia domini plena eſt terra,quã
do habitauit nobiſcum,& cum homilibus conuerſatus
Rom.8. eſt,quando gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta
eſt,quando deus noſter ſalutem noſtram operatus eſt in
medio terræ.Ecce iam parata ſunt omnia ad ſalutem
neceſſaria,idque non ex operibus iuſtitiæ quæ nos feciſ
ſemus,ſed ex gratuita bonitate & gratia Dei, iam om-
nia parata ſunt.Diabolus victus eſt,arma eius in qui-
Eſa. 55. bus cōfidebat:ablata ſunt,regnum eius deſtructum eſt,
pater reconciliatus eſt,peccatum deletum eſt, cum chy
rographo mortis gratiam Chriſtus nobis promeruit, ſa
cramenta inſtituit ſalutem operātia,in libertatem euā-
gelij & gloriæ filiorum Dei nos aſciuit,mortem ſupera
uit,vitam reſtituit,infernum confregit,cœlum aperuit,
ſpiritum ſanctum miſit,adiutorium ſuum promiſit,gra-
tiam offert,cum qua ſalutem noſtram.cum metu & tre
more poſſimus operari.Nihil ergo reſtat,quam vt pecca
tor derelinquat vias ſuas, & vir iniquus cogitationes
ſuas & ſtudia mala,& reuertatur ad Dominum.

SERMO SECVNDVS.

ET cœperunt omnes ſimul excuſare ſe.
Quam Deus diues ſit in miſericordia, in
vocatione omnium,audiuimus ex parte.
Nunc quàm ingrata,negligens,& mali ap
petēs ſit humana peruercacia,peruerſitas
& malitia,dominus ſubiungit.Ecce homo diues inuitat
Eſai 64. & pauperes cum feſtinatione agminatim accurrunt. Et
cum Deus ad veras æternáſque diuitias & delitias inui
tat omnes, omnes ſe excuſant.Offert Deus quod de-
buit rogari,non rogatus dare vult quod vix ſperari po
terat,& tamen vna omnes ſe excuſant.Et cæperunt om-
nes ſe ſimul excuſare, Plus ſatis fuiſſet,ſi vnus aut alter
diuitias bonitatis eius contempſiſſet. Nunc autem om-
nes ſe excuſauerunt,nemo voluit venire, nemo voluit
intelligere vt bene faceret,nemo voluit reuerti,Sed ſi-
mul omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt,non
Eſai. 64 eſt qui faciat bonum,non eſt vſque ad vnum. Omnes
Philip 2 nos quaſi oues errauimus,vnuſquiſque in viam ſuam de
1.Ioan.5 clinauit Facti ſumus immundi omnes nos,& quaſi pan-
nus menſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ.Sic omnes quæ
ſua

ſua ſunt quærunt,non quæ Ieſu Chriſti. Sic omnes aua
riciæ ſtudent, omnes auariciam ſectantur Et totus mũ Eſa. 6.
dus in maligno eſt poſitus. Id autem quàm diligentiſſi-
me obſerua quod iſta eorum excuſatio nulla eſt verita-
tis firmitate ſuffulta,imo excuſationes iſtæ meræ nugæ
ſunt,& prauæ deprauatæque voluntatis eorum adum-
brationes,excuſationes in peccatis,recuſationes in pec
catis,recuſationes peſſimæ oblatæ ſalutis gratiæ Dei.
Et deus non illuditur, nemo illi imponere poteſt, cum
ſciat omnia etiam cordium occulta,& intentionum an
tequam fiant. Non deo impoſuerunt. ſed ſeipſos, ſicut
rei probauit exitus ſeduxerunt. Vel vt verius loquar, dũ
ſe excuſauerunt. ore proprio ſe accuſauerunt malitiæ &
nequitiæ,ideo ex ore proprio iudicati ſunt, os eorum
condemnauit eos. Deum immortalem,quanta eſt impie
tas hoc neceſſitati tribuere,quod quiſque ex propria & Hier 3.
mala facit electione voluntatis. Non poſſunt venire. quia
nolunt deo acquieſcere,deum ſequi,in lege eius ambu
lare: Nolunt reuerti,nolunt deum regnare ſuper ſe,no-
lunt non diligere mundum,& ea quæ ſunt in mundo.
Ipſe nouit cogitationes hominum,quoniam vanæ ſunt,
& auris illius verba diiudicat, Recte ergo mentiti ſunt
ſunt in caput ſuum. Mentita eſt iniquitas ſibi. Ideo ex- 2.Re.12.
cuſatio eorum à deo,qui verax eſt veritatem diligit &
requirit non acceptatur,ſed à cœna ſua vt mendaces
excluduntur Maledicti qui vocantem deum contemnũt
tantam ſalutem negligunt,in peccatis ſuis inſumunt &
concupiſcentiis, Sed & væ illis,qui vocati ad nuptias,
linguam ſuam in verba maliciæ declinant ad excuſatio
nes in peccatis ſuis concinnandas. Iuſtus in principio
accuſator eſt ſui,& ſi ſceleris arguitur, vt Dauid à Na-
than,iniquitatem ſuam agnoſcit,arguit vias ſuas in con Gene. 5.
ſpectu Dei,q. vero ſe excuſant,aſpernantur oblatã ſalu
tem,gratiam Dei recuſant accipere augent culpam pro
priam iram Dei excitant, & furorem eius accendunt.
Ecce Adam & Eua vbi eſſent inquiſiti,& quid mali feciſ
ſent vt agnoſcerent admoniti,dum ſe excuſare volue- 1.Re. 15.
runt, & in alterutrum transfundere iram,mortem culpã
ſiue peccatum,iudicium & condemnationem ſuper ſe,
qui naſcuntur ab eis,induxerunt. Saul inobedientiæ re-
prehenſus à Samuele,dum ſe falſe excuſauit,iram dei
incurrit,à Deo abiectus fuit,ſpiritus Domini bonus ab

eo te-

eo receſſit,& malus qui eum affligere,obſedit,Quid plu
ra?Hanc ob noxam regno & vita orbatus fuit. Seruus
Matt.15. malus & piger & inutilis,'dum falſo ſe ignauiæ voluit
excuſare,proprij oris laqueo eſt dãnatus.Sic nihil pro-
fuit miſericordiæ opera facere detractantibus, quòd ſe
Mat. 15. excuſare voluerunt.Atque illi reprobati ſunt,qui verbũ
dei audierunt,& non fecerunt.Sic nec illos agnoſcet,qui
in eum crediderunt,& in virtute fidei & nominis Chri-
Eph.5. ſti virtutes multas fecerunt,dæmonia eiecerunt,prophe
Eccl.5. tauerunt & quod voluntatem dei non fecerunt, & fidẽ
quam ore profitebantur operibus negabant.Vocati,er-
go non tardemus ſurgere,& à mortuis reſurgere. Nec
tardemus conuerti ad Dominum,nec differamus de die
in diem.Nec nos mendaciter excuſemus,ſed cum Apo
ſtolo ſtatim dicamus,Domine,quid me vis facere ? Lo-
Act.9. quere,ecce audit ſeruus tuus.Et illud æmulemur para-
digma ad vitam præordinatorum æternam: qui vocati
à diuo Petro,compuncti ſunt corde & dixerunt ad Pe-
trũ & reliquos Apoſtolos,Quid faciem' viri fratres&c.
Act.2. Non obduremus corda noſtra,ſicut exaſperatores Iu-
dæi fecerunt in deſerto , quibus dominus iurauit in ira
Pſ.94. ſua,quòd nunquam introibunt in requiem eius.Horren
dum eſt,quod omnes ſe excuſauerunt . gratiam dei ab
iecerunt,pro nihilo ſalutem & terram deſiderabilem
Sap.2. habuerunt.Age,paucos ſe excuſantes perſtringamus,Iu
Luce 15. uenes in lege dei nolunt ambulare,quia creaturis cele-
riter vti volunt & frui rebus quæ ſunt.ne eos flos tem-
poris prætereat,Adoleſcentes nolunt attendere quod
bonum eſt viro cùm portauerit iugum domini ab adole
ſcentia ſua.Iſti portionem ſubſtantiæ ſuæ cum meretri-
cibus profundunt,Viros à dei ſeruitio ſtudium placen-
2.Cor. 6. di vxoribus remoratur,& impedit cura domeſtica. Se-
nes ſe per debilitatem,viriúmque deſtitutionem excu-
ſant.Nunquam ergo ſeruitur deo, ſed ſemper mundo
& diabolo.Age textum euangelij diſpiciamus. Primus
dixit,Villam emi,& neceſſe habeo exire & videre illam
Trium hic in ſpeciali ponitur excuſatio falſa.Prima ſu-
perborum eſt.Audite ergo reges & intelligite, diſcite iu
Sap.6. dices finium terræ Præbete aures vos qui continetis
multitudines,& placetis vobis in turbis nationum, quo
niam data eſt à domino poteſtas vobis,& virtus ab al-
tiſſimo,qui interrogabit opera, verba, & cogitationes
ſcrutabi-

ſcrutabitur,&c.Omnis quippe poteſtas à deo eſt, ſed omnes poteſtate præditi, functiones ſuas cum deo non aſſequuntur. Multi aliunde aſcendunt,dolis,technis, vi, muneribus,fauoribus,culmina obtinent principatuum, vt Alchimus,Menelaus,Iaſon,Annas & Caiphas. Aliquanti mota ſeditione,vt Dathan , Chore & Abyron. non vocati à Deo,ducatum ambiunt populi,& ſacerdotis ſummi honorem. Taceo de Abimelech ſpurio, qui quomodo ducatu fuit potitus,ita regnauit. Poteſtas quidem omnis à deo eſt,ſed non omnes in poteſtate conſtituti vocante deo munia illa aſſequuntur , vt Aaron & Moſes frater eius. Nec omnia eorum opera ſunt à deo & ex deo,ſed nonnunquam ex diabolo,vt in adulterio Dauid,& occiſione Vriæ,& populi numeratione apparet, Superbus primus hic ponitur, quia initium omnis peccati eſt ſuperbia At nunc eius verba ſtultitiæ plena audiamus. Et tamen ſapientior ſibi videtur, ſeptem viris,hoc eſt,omnibus doctis,ſeptiformi gratia ſpiritusſancti imbutis,loquentibus ſententias. Aperiens igitur fatuus iſte os ſuum,tanquam ſtultitiam ebulliuerit, attendite villam emi,dixit, Per villam terrena dominatio intelligitur,dum qui habet villam,regioni & incolis dominatur & imperat,& beneficus vocatur. Stultus autem comprobatur per omnem fidem,dum rem paruam , vilem & tranſitoriam accipit,villam ſcilicet : & magnam, precioſam & æternam,à Deo ſibi oblatam,cœlum videlicet,neglexit & ſpreuit. Aſpernatus eſt regnum,& prælegit villam. Potius paucorum dierum tempore voluit in parua villa dominari(ſi tamen dominari dici poteſt, & non potius, miſere ſeruire)quā in perpetuum regnare in cœlo. Secundò ſtulte egit,quia impedimentum ſalutis ſuæ cariſſime emit,& gratiam dei gratis oblatam, ac cœlum quod abſque vlla commutatione accipere debuit,contempſit. Vel vt majus quid dicam:animam ſuā, pro qua homo nullam commutationem dare poteſt,diabolo vendit(ipſe enim rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ)pro futili honore & quam Chriſtus tam magno precio emit,non vtique auro & argento de vana conuerſatione paternæ traditionis,hanc ſuperbus pro nihilo,trāſitoriæ & momentaneæ poteſtatis,diabolo vendit:& fit nihil,iuxta illud:ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Et alibi:Nobiles eius non erunt , & omnes principes eius erunt

Rom. 12. *Iudi.* 9. *Iob.* 41. 2.*Cor.* 6. 2 *Pet.* 1. *Pſ.* 73. *Eſaiæ* 35 1.*Cor* 12

erunt in nihilum. Si charitatem non habuero (qua omnes ſuperbi & ambitioſi expertes ſunt) nihil ſum. O ingratitudinem. O inſaniam. pro nihilo, detrimentum & annihilationem animæ ſuæ pati & facere. Quid obſecro nunc prodeſt. Abſaloni, Amon, Antiocho, Sennacherib, & id genus reliquis eorum ſuperbia? Confuſi ſunt, quoniam Dominus ſpreuit eos. Tertiò ſtulte egit, quia cum liber eſſet, & in libertatē vocatus, propter faſtum, non propter Chriſtum, ſeruum ſe fecit Nam dicit, Neceſſe habeo, Neceſſitas iſta aſſumpta voluntarie eſt, nō à Deo impoſita vel mandata. Tecum reputa curas, timores, pericula, negocia, ſollicitudines, quæ poteſtate præditos premunt, & miſerabiliores infœlicioréſque nullos inter hominum filios inuenies eis qui præſunt Et quanto latius longiuſque eorum ſe extendit imperium & auctoritas, tanto ſunt cæteris infœliciores, maioribúſque ſolicitudinibus grauantur etiam inuiti. Teſtatur hoc Valerius Maximus, li. vij de ſapiēter dictis & factis.

Matt. 16

Cap. 1. Rex ille (ait) ſubtilis iudicij fuit, quem ferunt traditum ſibi diadema priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe ac dixiſſe: O nobilem magis quàm fœlicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat quam multis ſollicitudinibus & periculis & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet, hæc ibi. Et iſtis curis hic ſtultus ſe implicuit volens Quarto ſtultus cōprobatur eo quòd exiuit, Et quid eſt exire, niſi extra ſe ire. Ille inſanus igitur exiuit, dum regimini aliorum ſic intendebat, quod ſeipſum neglexit, Vineam aliorum voluit cuſtodire, & vineam ſuam non cuſtodiuit. Sic curæ aliorum inuigilabat, quòd ſeipſum negligendo, ipſe reprobus fiebat. Qui alios docebat, ſeipſum non docebat. Curabat alios ſed ſtultus medicus, non curabat ſemetipſum. Apoſtolus autem ad Timotheum rectum ordinē eorum qui poteſtate præditi ſunt, prçſcripſit, dicens, Attende tibi, & domui conſcientiæ tuæ prius, vt tu primū quæras regnum Dei, quod intra nos eſt, & iuſtitiam eius Hoc regnum, iuſtitia eſt ad proximum, & pax ad ſeipſum, & gaudium in ſpiritu ſancto, quo ad deum Deinde attende lectioni & doctrinæ, qualiter alios doceas. Inſta in illis omni cum diligentia exequendis Hoc enim faciēs, & teipſum ſaluū facies primo loco. ac deinde etiam eos qui te audiunt. Quid enim pro-

1. Tim. 4.

deſt homini,ſi vniuerſum mundum lucretur animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Vide quàm ſint ſolliciti multiplicare poſſeſſiones, theſaurizare ſibi theſauros, non in cœlo ſed in terra, meliorare caſtra, prudenter loqui, imperare cum auſteritate: de ſalute ſua operanda cum metu & tremore, vix vltima ſit quæſtio. Quis eorum ſobriè, piè & iuſtè viuit in hoc ſeculo? Quis eorum ſollicitè ambulat cum deo? vel ſollicitus eſt quomodo placeat deo? Quis eorum nō diligit mundum & ea quæ in mundo ſunt plus quàm ea quæ ſunt Ieſu Chriſti? Quis ſollicitus eſt vt ſit in deo diues, vt theſaurum ſibi faciat in cœlo? Tota die quærunt facta aliorum, ſuorum vel rarò vel nunquam recordantur. In oculis aliorum feſtucam vident in ſuis nec trabem aduertunt. Subditorum exceſſus leues puniunt grauiſſimè. non ex charitate & dilectione eorum, ſed ad propriam vtilitatem: de ſuis exceſſibus moneri nolunt, aut corripi à iuſtis in miſericordia. Et ſi quis eos arguit ſuorum ſcelerum, irā, furorem minas regerit, pro eo vt eum diligerent, & crebrò cum Ioanne Baptiſta, carceres & vincula necnon vltricem mortem, Maledictus eſt exitus talis. Quintò, ſtultitia eius in hoc apparuit, quòd prius villam emit antequam vidit. Conſiderauit mulier ſapiens agrum, & emit eū. Sic & prudens negotiator euangelicus, dū quæſiuiſſet & inueniſſet precioſas margaritas in agro abſconditas, iuxta & theſaurum abſconditum, poſtea venditis omnibus quæ habuit agrum illum emit, vt theſauro & margaritis potiri poſſet ad votum. Sed poſt emptionem prius vidit quòd ſtultus emit. Diues epulo, tunc fallantiam pomparum primùm vidit, quando oculos eius pœna aperuit, quos hic culpa clauſit. Nemo non ſolùm non emeret, ſed nec honoris locum aut munus illud obiret oblatum, ſi ſecum recogitaret, quantis periculis & amaritudinibus refertum. Vide ſuper hoc Boethium de conſ. philoſophiæ, libro tertio. proſ. v. & Valerium Maximum, de ſapienter dictis & factis. Item ſi reputarent ſecum, quòd omne quòd faciunt, in caput eorū redundabit: quia omnis poteſtatus eſt vita breuis, & quòd potentes potenter tormenta patientur: Vel quòd multorum ab eis ratio exigetur. Et quòd ſi vnus perierit de ſuis ſubiectis, anima ſua pro anima commiſſi erit. Sextò ſtultitiam ſuam fatetur: dicens, *Eo videre* *eam*.

Matt 13.

Luca 6.

eam. Ecce fructus rei: quam tam chare emit, propter quam ſeipſum & calamitatibus innumeris ſubdidit & damnauit. Et quam aliam in vtilitatem habuit quàm quòd eam vidit? Non dicit, gaudebo de ea, poſſidebo eam & verum eſt, quia oculi eius diuitiis non ſatiantur,
Eccl. 5. & ſtatim eas aliis relinquet. Hoc eccleſiaſtes ſapienter contemplatus, dixit: Vbi multæ ſunt opes: multi & qui commedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis? Quia nonplus aliis eis vtitur. Et vt Tantalus in mediis aquis ſitit, Nunc finem dicendi verborum eius, cuncti audiamus. *Rogo te habe me excuſatum*. Dignum reuera patella operculum. Sic nequiter ſe humiliauit. cum interiora eius deo nota eſſent (cum his ſciat abſcondita cordis) & plena dolo & hypocriſi. O quam magna eſt & coram deo & hominibus præclara virtus vera humilitas, qua etiam ſuperbia æmula eius, ſe palliat ne uilis, contemptibiliſque fiat. Non mentiris hominibus, ſed deo. Fruſtra autem cuniculis iſtis deo imponere moliris. Nam quomodo ſi argento ſordido, vel ſcoria auri, vt eſt in Hæbræo, ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia, cum peſſimo corde tuo ſociata.
Eccl. 10. Labiis ſuis intelligitur inimicus, id eſt, ſuperbus (quia odibilis coram deo & hominibus ſuperbia) cùm in corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vocem ſuam,
1. Mac. 7. vt hic ſceleſtus fecit, & inflatus Anthiochus ne crediderís ei, quoniam ſeptem, hoc eſt, omnes malitiæ & nequitiæ ſunt in corde illius. Non credas inimico tuo in
Eccle. 12. æternum ait Sapiens. Sicut enim æramentum æruginat nequitiam illius. Et ſi humiliatus vadat curuus, abiice animum tuum, & cuſtodi te ab illo. Iam verba inflati huius expendamus Rogo te. Ecce humilitas ſonat in voce. At dum venire contemnit, ſuperbia eſt in actione. Vox quidem vox Iacob fuit, ſed manus, manus Eſau erant. Aue rabbi ait Iudas. Sal-
2. Reg. 20 ue mi frater ait Ioab ad Amaſa. Ecce verba pacifica: actio autem vtrinſque proditoria fuit. Nam ille Chriſtum oculo tradidit, hic Amaſa proditoriè occidit. Ad hæc ſi iuſta fuiſſet cauſa excuſationis, dignum fuiſſet præcem exauditam fuiſſe. Nunc verò cum maluiſſet prauis ſuis affectibus quàm diuinis parere malantis, & ordine præpoſtero terrena cœleſtibus, caduca æternis, carnalia ſpiritualibus præpoſuiſſet bonitate de

dei contempta, nullius eſt momenti excuſatio eius ficta. Veritatem diligit & requirit deus. *Et alter dixit*, qui auaritiæ ſtuduit, vel qui curioſus fuit. In eadem enim damnatione ſunt ambo. *Iuga boum quinque emi* ad literã *& eo probare illa*. Et hic geminæ ſtultitiæ venit arguendus. Emit enim ordine præpoſtero boues antequã probauit. Altera, quòd in prima inuitatione ſe excuſare debuerat, non in iterata vocatione. Longum foret hic auarorum adſcribere ſtultitias & piacula horrẽda. Diues enim animam ſuam venalem habet, & pro nummo tradit eam diabolo. Auaro item nihil eſt ſceleſtius nihilq; iniquius eſt quàm pecuniam amare, eo quòd radix omnium malorũ cupiditas, teſte Apoſtolo aſtruatur. Nec auari deum cœli colunt, ſed ſuum nummum: vnde & auaritia, idolorum ſeruitus ab Apoſtolo diffinitur. Non potuit venire, quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire, deo videlicet & mammonæ. Latius hic alas, data opera, extendere nolo. Curioſus etiam quinq; iuga boum emit. Curioſitas eſt ſtudiũ perſcrutandi ea ſcire in quibus nulla eſt vtilitas. Vel eſt ſuperflua indagatio, ad ſe non pertinentium, per quæ intellectus & ſenſus ad peccandum allicitur & prouocatur. Bos, ſenſus humanos & affectus ſignificat terrenos. Vt iumentum factus ſum apud te. Et terrenis intenti curioſitate damnabili, nihil habent iumento amplius. Idcircò vnus interitus eſt eorum & iumentorum, & æqua vtrorumq; conditio. Nolite proinde fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Et appoſita ſatis eſt ſimilitudo bouis & curioſorum. Bos ſiquidem nõ portat, ſed trahit: eſt animal tardum, pronum, pabuli appetens. Et ſi frumentum inuenerit caſu, tantum comedit, vt vitam cum morte commutet. Eſt item animal recalcitrans ſtimulo. Sic ſic, curioſi, ſenſuum oblectamenta externorum beſtiarum inſtar quærentes, trahunt iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum: & crucem ſuam poſt Ieſum portare dedignantur. Non portant deum, quod oportuit, in corpore ſuo, nec iugum domini, nec imaginem Adæ cœleſtis, nec onera aliorum. Tardi, difficiles ac inuoluntarij ad bona opera, ad currendam viam mandatorum dei, ad reddẽda vota ſua deo. Proni terram & terrena ſpectant, appetunt, quærunt: quæ verò ſurſum ſunt, non

Pſal. 30.
Eccl. 10.
1. Tim. 6
Epheſ. 5.
Pſal. 72.

quærunt, vbi Chriſtus eſt in dextera paternæ gloriæ ſedens: nec ea ſapiunt, ſed quæ ſunt ſuper terram. O nimium infelices, qui ſic ſunt alligati à Satana, annis plus decem & octo, & inclinati, vt omnino reſpicere ſurſum nequeant. Recalcitrant, hoc eſt, pede feriunt, ſi vrgentur ſiue compelluntur intrare cœnam Chriſti, ſi ſcelerum arguuntur & præuaricationis, ſtatim cõuer-
Deu. 32. tuntur in cor maris, minas ſpirant & cædes. Hinc ſcriptũ eſt: Dilectus incraſſatus eſt & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus, Dereliquit deum factorẽ ſuum, & receſſit à deo ſalutari ſuo. Vide quomodo boues & vniuerſa pecora iſta campi (impios quoſq; accipe) recalcitrant, contradicunt, vim inferunt, in faciẽ reſiſtunt, cornibus ſuperbiæ impetunt, pedibus conculcãt prophetas dei, apoſtolos Chriſti, doctores ſanctos, exhortatores ad bonum. Herodes Ioannem Chriſti angelum, poſt annalem carcerem, capire plectit. Contradixerunt doctrinæ & verbis Apoſtoli, mortem crebrò illi intentebant. Inſurrexerunt in filium dei, verbis eũ laceſſebant, manus impias iniecerunt in eum. Impij, de miſſis ad eos, alios occiderũt & crucifixerunt, alios flagellis cædebant & perſequebãtur, vt ſacra affatim elogia atteſtantur. Boues iſti, beſtię & pecora, pabuli & oblectamentorum ſenſuum appetentes ſunt, & crebrò in tantum, ſi eis potiri contigerit, vtuntur, quòd mortem incurrunt, & terribile cadunt in iudicium dei atq;
Gen. 34. gehennam. Dina dum oculos voluit ſuos curioſè oblectare, flotem perdidit irrecuperabilem caſtitatis. Da-
2. Re. 11 uid quando non auertit oculos ſuos ne viderent vanitatem, factus eſt adulter, proditor & homicida. Iudæi
Numer. 11 eſum carnium appetẽtes indebito modo, ſaturati ſunt nimis, atq; potiti deſiderio ſuo carnali. Verùm, adhuc eſcæ erant in ore ipſorũ & ira dei deſcendit ſuper eos, & percuſſit populum plaga magna nimis. Alij fornicati ſunt tactu concupiſcentiam explentes, & occiſi ſunt viginti quatuor milia His adde diuitem epulonem, qui peccauit guſtu & tactu: & diuitem frumentarium. Eua dum non ſepiuit aures ſuas ſpinis, & audiendo, diabolo locum dedit ſeducta eſt in præuaricationẽ. Quid mali & damnationis eis accidat, qui apoſtolis Satanæ aurẽ præbent, rei exitus & experientia his malis diebus & temporibus periculoſis, probauit. Ecce ambo corruunt

in perditionis foueã,cæci & duces cæcorum. Qui igitur ſecundũ carnẽ viuũt,carnis deſideria in deſideriis faciũt, moriuntur. Nam carnis ſapientia mors eſt, inimica deo eſt, legi dei non eſt ſubiecta ſicut nec poteſt. Et qui in carne ſunt,& ſenſuum pronitati obediunt,vt iſti boum probatores,deo placere nõ poſſunt. Dicũtur hîc quinque eſſe iuga boum. Quinque enim ſunt ſenſus hominis:viſus videlicet,auditus,guſtus,tactus,odoratus Iugũ autem ex duobus bobus conſtat. Nã ſenſus noſtri geminantur. Duo ſunt oculi ad videndnm: aures duæ ad audiendum:nares duæ ad olfaciendum:lingua & palatum guſtui deſeruiũt. Tactus autẽ licet toto ſit in corpore,tamẽ intrinſecus & extrinſecus dum comprobatur,etiam iugum ſuum habet. Sequitur: *Et alius* tertius videlicet,luxurioſus *dixit*, non rectè cogitans apud ſemetipſum. *Vxorem duxi*, ſicut dominus in paradiſo,virum cum vxore copulauit. Ne incidam in fornicationẽ, ardore concupiſcentiæ ſuperatus *& ideo non poſſum venire.* O ſermo durus,quem neſcio ſi quis ferre poſſit. Si is qui vxorem duxit,citra vllam excuſationem,dicit ad cœnam agni ſe non poſſe venire, ergo malum eſt ducere vxorem? Sed enim,cur deus inſtituerit matrimonium?& Chriſtus dicat cũ Appoſtolo, quòd illos quos deus coniunxit,homo ſeparare non debet: nec vir debet à muliere diſcedere. Sequitur ergo,qnòd deus volens iniquitatẽ eſt,Chriſtus peccati miniſter eſt,& doctor gentium in fide & veritate,doceat in peccato permanendum. Abſit impietas iſta à Deo. Abſit iniquitas à Chriſto qui in hoc apparuit, vt opera diaboli diſſoluat. Abſit vt Apoſtol⁹ peccatores palpet,qui pro Chriſto legatione fungens,obteſtãdo obteſtabatur, vt peccatores Chriſto reconciliarentur. Matrimonium quidẽ ſanctum eſt,iuſtum & bonum, ſi quis eo legitimè vtatur. Hoc eſt,ſi quis vxorem ducit,aut mulier viro nubit alicui,vt cum eo in timore dei viuat,in adulterium nõ cadat,ad honorem dei augendum,& electorũ conſummationem generandis prolibus intendat:non vt libidini ſuæ vacent,ſicut equus & mulus,quibus nõ eſt intellectus: Vt proles datas,in diſciplina & correctione domini educãt. Sed quis eſt hic,& laudabimus eum? Omnes iã declinant à regula iſta,ſimul inutiles fiunt. Quis obſecro,vxorem ſuam diligit,ſicut Chriſtus diligit Eccleſiam?

Mat. 19. *Rom. 10* *1. Cor. 7* *2. Cor 5.*

cleſi...ſicut corpus ſuū?& membra ſua?Quotuſquiſq;
virorum obſecro eſt,qui vas ſuum poſſideat in ſanctifi-
catione & honore,non in paſſione deſiderij,ſicut gen-
tes quæ ignorant deum?Honorabile quidem coniugiū,
& thorus immaculatus apud piè viuentes in Chriſto.
Nunc verò proh pudor, eò damnationis ſtatus matri-
monij deuenit,vt neq; vitam, neq, nuptias iam cuſto-
diant coniuges mundas.Omnia commixta heu ſunt ſi-
ue confuſa.Iam animarū inquinatio eſt heu in matri-
monio,per cōcupiſcentiæ expletionem,natiuitatis im-
mutatio,per Sodomiam,& naturalis vſus immutationē
in eum vſum qui eſt contrà naturam,nuptiarum incō-
ſtantia,quod crebertimum eſt apud Lutheranos, inor-
dinatio mœchiæ & impudicitiæ. Iam nulli dubium eſt,
vxorem bonam non eſſe viro ſuo impedimentum, ſed
adiutorium ſalutis.In confeſſo item eſt, virum bonum
vxori ad ſalutem cooperari. Et ſi alter malus eſt, per
alium ſanctificatur & ſaluatur crebrò,vt dicit Apoſto-
1. Cor 6. lus.Et de iſtis non loquitur hîc Seruator noſter.Si verò
beſtiales homines aſpicimus, qui ita coniugium ſuſci-
piunt,vt Deum à ſe & à ſua mente excludant,& ſuæ li-
bidini vacent,in paſſionibus deſideriorum, illi ad nu-
ptias venire non poſſunt. Omnes iam fermè hac ſunt
nota inuſti,omnes hoc morbo laborant,omnes catena
hac diaboli ſunt conſtricti. O dura conditio cōiugato-
rū.O periculoſus ſtatus matrimonij. De his aliàs plu-
ra.Et ego quando horum verborum recordatus fuero,
pertimeſco,& concutit carnem meam tremor. Non ſi-
ne cauſa Apoſtolus dixit Bonum eſt viro mulierem nō
1.Cor.7 tangere.Volo omnes eſſe ſicut meipſum. Dico nō nu-
ptis & viduis,bonum eſt illis,ſi ſic permanſerint, ſicut
& ego.Item:Solutus es ab vxore, noli quærere vxorē.
Item Exiſtimo hominem ſine matrimonio manere bo-
num eſſe. Fidem horum aſtruunt, quod Seruator non
dixit,Voui virginitatem,aut continentiam: quia bonū
eſt homini ſic eſſe.Nec dixit:ſcortum habeo, pellicem
nutrio,in meretricio viuo, focariam ſiue cocam teneo:
Sed vxorē duxi.Qui habet aures audiendi,audiat quid
Chriſtus dicat ſi nomine vxoris voluptas carnis acci-
pitur,nemo vel verbum vnum contra mutire audebit.
Hæc multos impedit ab ingreſſu cœli Hanc honorabili
nomine coniugij vocat:tum quòd quidam ſic omni vo-

luptate

luptate carnis fruuntur,perinde ac voluptas vxor eorũ eſſet,ea frui partem ſuam arbitrantur,tum propter tẽporis cõditionem. Eò enim tempore ætatis,quo aptus ſit homo ad matrimonium,voluptas carnis animũ incipit titillare, ac ad illicita procatur. Tum quòd voluptas in hac vita durat ſolummodo,ſicut & matrimoniũ morte diſſoluitur.Et ſicut in cœlò homines nõ nubẽt, neq; nnbentur,ſed erunt ſicut angeli Dei: Sic & voluptas carnis nu lla tunc erit. Quod autem dicit ſe non poſſe venire,voluntariam malitiam & nequitiã, appellans neceſſitatem vel neceſſariam,impudens mendaciũ eſt. quo incentorem malorum patrem ſuum diabolum imitatur,qui mẽdax eſt,veritate teſte:Et ſequuntur eũ qui ſunt ex parte eius,deſideria eius & opera perficiendo.Dicit etiam:Non poſſum venire,quia voluptas carnis fortiſſimè ligat & excæcat,vt patet in Samſone:nõ tamen neceſſitatem infert.Alioqui Dauid,Magdalena, Pelagia,Maria Ægyptiaca, de caſibus eius ſe explicare non potuiſſent, etiam fulti gratia Dei.Quod autem iſte non rogauit ſe haberi excuſatũ,hoc inſinuat,quòd homines huic vitio addicti vt plurimùm ſuffragia aliorum mendicare ſiue petere erubeſcunt. Imò & dei miſericordiam interpellare dedignantur, quia nolunt ab iſto peccato reſipiſcere,nolunt ſcorta & meretrices à ſe repellere & dimittere,vt patet in Herode. Impius enim cùm in profundum venerit, & deſperans ſemetipſum tradiderit impudicitiæ, in operationem omnis immũditiæ,contemnit,& poteſtatem iræ,& benignitatẽ miſericordiæ Dei. Hæc de tribus concupiſcentiis carnis, triplicíq; amore mundi ad præſens dixiſſe ſufficiat. *Et reuerſus ſeruus nunciauit hæc domino ſuo.* Prædicatores exeunt,vbique prædicando, iuxta mandatum Chriſti. Reuertuntur ad Deum, quando redeunt ad cor,& ſeipſos.ſemetipſos conſiderantes,& Deum interna mentis contemplatione intuentes: Tunc autem nunciant quæ geſta ſunt domino ſuo, dum fructum & gloriam laboris ſui totum acceptum Deo faciunt, de conuerſis Dei laudando miſericordiam,pro obſtinatis eius abyſſalem obteſtando cum lachrymis apoſtolico more,clementiam. Gemere enim,dolere & rogare, ante Deum quoddam annunciare eſt.

Iudic.16
2.Re.12

T*VNC iratus pater familias*, Deus ſuper omnia benedictus in ſecula, vel Chriſtus ſaluator omnium quantum in ipſo eſt, iratus dicitur effectum iræ oſtendens, non perturbationem mentis patiens, quia deus nõ mutatur vt homo. Huius patrisfamilias angeli ſunt & electi, *dixit ſeruo ſuo*, hoc eſt, ordini prædicatorũ, vt ſingulare accipiatur pro plurali, vt habes ſupra: *Exi citò* de ocio cõtemplationis ad opus prædicationis, quia tempus breue eſt. *in plateas & vicos ciuitatis*. Per iſta vocatio Iudæorum intelligitur, qui perinde ac ciuitatis plateæ & vici muro legis erant clauſi, vt & ſub typo vineę
Eſaia 6. Eſaias dixit & Chriſtus. Eis enim primũ apoſtoli præ-
Mat. 21. dicauerunt euangelium regni. Plateæ & vici, proſperitas eſt Iudæorum & aduerſitas. Nam ſine delectu ſeminauerunt verbum Dei, & his qui in lata platea proſperitatis & voluptatis, & eis qui in arcto vico conſtricti tenebãtur aduerſitatis. Vel in plateis eos intellige, qui
2. Cor. 3. publicè peccant, ſcandala ponunt, aliis ſunt odor mor-
Epheſ. 5. tis in mortem. In vicis iſtis fuerunt & ſunt, qui occultè peccant peccata, quæ turpè eſt dicere. & erubeſcunt tales videri. Sequitur: *Et introduc huc pauperes & debiles, cæcos & claudos*. Hæc ad literam facta ſunt per apoſtolos. Sed cùm verba Chriſti ſpiritus ſunt & vita, per pauperes veros, humiles, & pauperes ſpiritu: vel expertes virtutibus, gratia & bonis operibus rectè intelligere poſſumus, vel etiam inopia preſſos & grauatos ære alieno. Debiles & infirmos accipe, qui virtute & fortitudine ſpiritus ſancti nondum ſunt induti ex alto, nolunt & non poſſunt quicquam boni operari, iugúmq; Chriſti ſuaue detrectant portare. Cæci ſunt, acrimonia ingenij carentes, & peritia legis diuinæ. Claudi ſunt, qui rectos in ſua affectione & intentione greſſus nõ habent, quorum totum corpus operum quantumlibet multorũ, eſt tenebroſum, & tantiſper ipſi claudicant in vtraq; partem. Videamus iam vocationem noſtram, & quòd tales elegit deus cæteris reprobatis ſtatim cùm oblatã gra-
Roma. 6. tiam & ſalutem acceperunt, vt apoſtolus atteſtatur. *Et ait ſeruus* iuſtitiæ, & miniſter euangelij gloriæ Chriſti: *Domine factum eſt*, te & ſpiritu ſancto exhortante & docente,

ſente,per me ac te auditorum corda tangente, emolliente,energiámq; verbo tuo præbente.Et ſic cooperāte te lucratus ſum multos,ſaluos feci multos,ab errore viæ ſuæ multos cōuerti. Nec feci tantùm quod iuſſiſti, ſed & eo modo, *vt imperaſti.* Sed quis eſt modus iſte? Certè vt ſeipſum formam præbeat bonorum operum, vt facere incipiat & docere, vt ſine reprætenſione in hoc mundo conuerſetur. Vt ſeipſum primùm doceat, deinde alios. Ne faciat,quæ alios docet facere nō debere. Vt priùs trabem de oculo ſuo extrahat, deinde feſtucam de oculo ſui fratris. Ne aliis prædicando ipſe reprobus fiat,& totum mūdum licet domino lucretur, ipſe animæ ſuæ detrimentum patiatur. Vt verbum dei ſyncerè doceat ſine adulteratione & fermētatione hæreticæ prauitatis.Quia modicum fermentum totā maſſam corrumpit. Feci vt iuſſiſti,: quia miniſterio meo & diſpenſatione myſteriorum tuorum,ac multiplicis gratiæ tuæ ſolummodo gloriam tuam,ſalutem auditorum, ac meam intēdi & quæſiui, *& adhuc locus eſt* vacuus in cœlo,ad quem prædeſtinatos ex gētibus oportet multos aſſumi, vt ruinæ angelorum impleantur. *Et ait dominus ſeruo*, vt iam tranſeant ad gentes,Iudæis pro maxima parte in obſtinatione permanentibus. *Exi in vias & ſepes*, Gentiles vocantur de via, quia direptioni hoſtiũ,id eſt,dæmonum expoſiti erant,ſicut viæ & ſepes. Sic circuit terram,& eam perambulat ſicut leo rugiēs, quærens quos deuoret.In via habitant,quia multa rerum varietate & aduerſitate compelluntur, non figere animum in mūdo,ſed eo quaſi via peregrinationis vti. In ſepibus habitant,quos mūdus deſpiciēs,quaſi abortiuum,putamen,purgamentum & peripſema,à ſe abiicit deſpicitq;, *& compelle intrare*, prædicando verbum, inſtando opportunè,importunè,arguendo,obſecrando, increpando in omni patientia & doctrina Alios ſecundùm poteſtatem quam dedit eis deus in ædificationē, & non in deſtructionem, ſi grauitas exceſſus id expoſcit, tradendo Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.Compellunt item intrare, timorem dei docendo,gehennam comminando, terribile iudicium dei diſſeminando, *vt impleatur domus mea* cœleſtis. Iam finem huius parabolæ terribilem valdè ſubſtituit dicens: *Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum qui*

Prædicādum.

1. Cor. 5

vocati ſunt,& ſe excuſauerunt,*guſtabit cœnam* meam.Imo nec videbunt.Tollatur impius,ne videat gloriam dei Ec
Eſai. 16. ce triplex genus hominum vocatorum ad cœnam Qui dam venire contemnunt,nuntios miſſos derident,ſe ex cuſant.Alij veniunt,ſed coacti,,vt tertio loco inuitati.
Matt. 11 Alij ſpontaneè veniunt,vt ſecundo loco inuitati. Illud
Luc. 7. etiam nota,quod cœlorum regnum quidam violenter
Mat. 25. rapiunt,vt martyres,qui carnem ſuam cum vitiis diu
1.*Tim.* 6. crucifigunt.Alij illud furantur,vt contemplatiui,in quo rum albo fuit Magdalena Tertij emunt illud eleemoſy
Philip. 2. narum elargitione liberali Nonnullis datur illud gra-
Gala. 6 tis,vt pueris baptizatis,&c.Quinti compelluntur illud
Mat. 15. intrare vt Paulus,Manaſſes, Nabucho donoſor, filius
2.*Tim.* 4 prodigus.Sexti illud promerentur,gratia Dei fulti, ſuis
Pſ. 17. bonis operibus.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN IN EPISTOLAM AD ROMAN.VIIJ. SERMO.

E Xiſtimo quòd,non ſunt condigna paſſiones huius temporis.&c. In iſta lectione tria nobis inſi nuat,propter quæ æquanimiter ac patien ter huius mundi calamitates ſunt ferendæ
1.*Tim* 2. nempe,propter magnum præmium , pro-
Gal. 5. pter multitudinem ſufferentium,ibi:Scimus autem pro pter patientiam & exemplum maiorum,ibi:Non ſolum

Ante huius lectionis exordium,doctor gentium in fi de & veritate docuerat,quòd debemus carnem noſtrā
Luca 14 cum vitiis & concupiſcentiis crucifigere,& non ſecundum ſpiritum viuere:item,quòd ſumus filij & hæredes Dei,ac cohæredes Chriſti,non tamen fore nos conglorificandos cum Chriſto,& apparituros cum ipſo in gloria,niſi paſſionis illius comparticipes fiamus, & crucem
2.*Tim.* 2. noſtram poſt ipſum portemus, ac veſtigia illius fuerimus imitati,niſi prius calicem ipſius biberimus ,legitime,ſicut bonos milites oportet certauerimus,niſi prius
Pſ. 65. vim nobis fecerimus,& per ignem & aquam in refrige-
Ioan. 6. rium tranſierimus.Hæ autem viæ duræ ſunt , & ſermo hic durus eſt & amarus delicatis,cuticulam ſuam curan

tibus,&

tibus,& animas ſuas male amantibus,voluptati deditis,
& nihil oculis ſuis,quo minus omni voluptate fruantur,
negantibus Nam iſti hoc ſermone audito,abeunt retro *Luca* 18.
poſt ſatanam,redeunt ad vomitum,relinquunt iter re-
ctum & deſperantes ſemetipſos tradunt impudicitiæ in
operationem omnis immunditiæ in auiditate, ac pec- *Gene.* 6
cant ſine omni timore & rubore.Nec iam amplius deũ *&* 8.
timent,nec homines reuerentur,peiores beſtiis quibus *Mat.* 7.
non eſt intellectus,& in malicia dæmonibus pares. Ve-
rùm apoſtolus ſecum reputans propenſionem noſtram
ad malum ab adoleſcentia,& difficultatem ad bonum, 1. *Cor.* 15
& arctam viam ambulandam & anguſtam portam in- *Pſ.* 9.
trandam,quæ ducit ad vitam , velut claſſicum quoddam
vocem ſuam exaltando intonat,& milites Chriſti con-
fortat dicens,Non ſunt condignæ paſſiones huius tem- *Hebr.* 6.
poris ad futuram gloriam.Proinde ſtabiles eſtote in fi-
de,& immobiles in ſpe,viriliter agite,confortate corda
veſtra in domino & in potentia virtutis eius , ſuſtinete
dominum, abundantes in opere domini ſemper, ſcien-
tes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. Ipſe
laborem veſtrum & dolorem conſiderat.Non enim iniu *Eccl.* 2.
ſtus eſt deus,vt obliuiſcatur operis veſtri,& dilectionis.
Quid trepidas,aut quid puſillus es animo?Scio(ait ille, *Iacob.* 1.
cuius oculis omnia nuda & aperta ſunt)opera tua, ſcio
& tribulationem tuam & paupertatem,laborem & pa-
tientiam. Et hæc recondita ſunt in theſauris meis, & ſi- *Rom.* 5.
gnata in libro vitæ.Labora tu ſicut bonus miles,conten
de in agone viam mandatorum meorum curre,certa bo
num certamen fidei,omne quod poteſt manus tua bo-
num operare,Tene quod habes,ſta in iuſtitia, fac boni 2. *Co.* 12
tatem,eſto fidelis vſque ad mortem,& ſuſtine propter
nomen meum quodcunque tibi applicitum fuerit , De
prime cor tuum & ſuſtine,& tunc in nouiſſimo creſcet
vita tua,Et iudex iuſtus reddet tibi,cum probatus fue-
ris,iuſtitiæ & vitæ coronam.Sic extenuat huius vitæ *Mat.* 12.
preſſuras tuba euangelij,& præmia futura magnificat, *Mat.* 5.
vt propenſiores ſimus ad huius vitæ calamitates ſuffe- *Actu.* 5.
rendas in charitate. Et apoſtolico more diſcamus in tri
bulationibus gloriari,in contumeliis,in infirmitatibus,
in neceſſitatibus,in perſecutionibus , in anguſtiis pro
Chriſto nobis complacere Ire item in gaudio ab iis
qui corpora occidere poſſunt,& omne malũ aduerſum

nos

nos mentiendo dicunt,& lucrũm ducere,quod pro nomine Ieſu digni ſumus contumelias pati, carceribus
Eſaia 26. tradi,mortem oppetere.quia nõ ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in nobis.Et nunc non videtur à nobis, qui Chriſtũ
Ioan. 5. imitamur & calicem eius bibimus.Non in malis quia
Eſaia 26 tolletur impius,ne videat gloriam dei Obiter nihilominus aduertendum,quòd paſſiones iſtæ dupliciter poſſunt conſiderari, Vno modo vt à nobis fiunt vel acceptantur à libero arbitrio,& ſic loquitur hic Apoſtolus. Alio
Eſai. 64. modo,prout ſpiritusſanctus mouens liberum arbitrium,
Mat. 5. eſt huius acceptationis author & aliorum bonorum o-
Rom. 2. perũ quæ in deo fiunt,& deus in nobis operatur. Et ſic
Pſ. 17. eſt ibi meritum(tam in paſſionibus quàm in bonis ope
Heb. 11. ribus,)de condigno. Quia principium meriti & bono-
Pſ. 118. rum operum,eſt eiuſdem dignitatis cum premio. Iuxta primum modum,ſicut pannus menſtruatæ ſunt omnes
Luca 19. iuſtitiæ noſtræ.Iuxta ſecundum,electorum merces co-
1. Pet. 5. pioſa eſt in cœlis. Sic reddit vnicuique ſecundum opera
2. Cor. 4. ſua,iuxta illud:Retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam,& ſecundum puritatem manuum mearum retribuet,quia cuſtodiui vias domini. Sic Moyſes omnia
1. Pet. 5. ſuſtinuit,quia reſpexit in remunerationem. Et Dauid ait:Inclinaui cor meum ad faciẽdas iuſtificationes tuas inæternum;propter æternam retributionem. Sic domi-
nus ſeruo bono & fideli ait:Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis.Ecce meritum, Supra mul
2. Cor. 1. ta te conſtituam &c.Ecce præmium, Sed ſcripturarum obruor multitudine,Iuxta primum modum , paſſiones huius temporis cõdignę non ſunt ad futuram gloriam,
Apo. 21. quia paſſiones ſunt paruæ & modicæ,iuxta dictũ diui Petri:Gloria autem iuſtorum in ſalutari Chriſto, eſt magna. Sunt & paucæ in quibus vexantur electi , ſed in exultatione iuſtorum,gloria multa, Sunt breues & pau
Rom. 8. corum dierum & momentaneæ,ſed gloria in quã deus omnis gratiæ nos vocauit, eſt æterna:ſunt gaudio mixtæ,Nam ſicut abundant paſſiones Chriſti in electis, ſic
Pſ. 140. per Chriſtum abundat conſolatio eorum. Sed gloria pura eſt ab omnibus lachrymis & triſtitiis, quia prima abierunt. Sunt obligatorię,quia propter peccata noſtra, ſed gloria eſt libera, quia in libertate gloriæ filiorum dei. Sunt communes bonis & malis,ſed gloria ſolis eſt omni-

omnibus ſanctis eius. Paſsiones de ſe nec meritoriæ, nec demeritoriæ ſunt. Sed gloria & honor & pax omni operanti bonum. Gloria hæc dabitur oportune, quia in Rom.2. futuro, poſt certamen legitimum poſt operationem in vinea, poſt lucrum in talento, poſtquam ſeminatum eſt in ſpiritū poſt curſum in ſtadio, poſt permãſionē in boni tate. Datur manifeſtè, quia reuelabitur. Iuſtè, quia nobis Luc. 21. qui permanſimus cum eo in tribulationibus ſuis, & non Luca 8. illis, qui in tempore tentationis recedunt, Rurſus ad uerte, quòd paſsiones huius vitæ non ſunt condignę, ad præteritam culpam quæ per eas dimittitur, eas pa- Mat 7. tienter ſuſtinentibus. Nec ad præſentem conſolationis Num. 22 gratiam, quæ imittitur. Ad Chriſti amariſsimam paſsio nem, quæ proponitur, & ad futuram gloriam quæ repro mittitur nobis. Quia omnes bene eſſe deſideramus, quod erit in gloria quamuis non omnes viam arctam & mandatorum dei, quæ ducit ad cœlum, velint ambu- Gala.6. lare. Sic profanus ac impius Balaam voluit morte iuſto- Prou.10. rum mori, & nouiſsima ſua deſiderauit eorum ſimilia eſſe, ſed noluit opera eorum facere, declinando à malo & faciendo bonum. Sed ſemetipſum feſellit, Quæ enim Phili. 1. ſeminat homo, hæc & metet. Et impoſsibile eſt eum qui Ioan. 26. ſeminat in carne, de ſpiritu metere vitam æternam. Iu- Rom.8. ſtis autem deſiderium cordis eorum dabitur, & volunta te labiorum ſuorum non fraudabuntur, quo cupiunt diſ Gal.3. ſolui & eſſe cum Chriſto, Et quo petunt, vt gaudium eo rum plenum ſit. Et hæc per patientiam expectant, *Non expectatio creaturæ reuilationem filiorum Dei expectat.* Nota 1. Ioan.3 hic quòd noſipſi hoc loco creaturæ, & filij dei dicimur. Quòd creatura ſumus, manifeſtū eſt. Quòd autem filij Dei ſumus, nondum apparuit Sumus quidem. filij dei per exuberantem dei miſericordiam & gratiam adoptio Col.3. nis & non ex operibus iuſtitiæ quæ nos feciſſemus, ſed nondum apparuit, quid erimus. Cum autem apparuerit, Chriſtus in maieſtate ſua & gloria, cum omnibus ange lis & electis ſuis, tunc & nos cum eo in gloria apparebi 2.Cor. 5 mus, & ſimiles ei erimus. Itaque non naturæ alterius, ſed alterius diuerſitate qualitatis, à creatura quaſi filios diſtinguens, ait: Expectatio creaturæ, id eſt, expectans creatura, Nempe boni & recti corde, expectant reuelationem filiorum dei. Vt geminatio expectationis aſsiduitatem actus & affectus expectandi deſignet. Quia ho

mo dei

mo dei ingemiſcit habitationem ſuam quæ de cœlo eſt,
1.Cor 5. ſuperindui cupiens & ſuperueſtiri gloria,vt abſorbeatur quod mortale eſt,à vita. Vt corruptibile,fiat incor-
Mat. 13. ruptibile,& impaſsibile,Et ignobile gloriam claritatis in duat,& fulgeat ſicut ſol in regno dei. Et infirmum,fiat a-
1.Co.15. gile, & animale,fiat ſpirituale. Sic expectant iuſti. pro corpore corruptibili, incorruptibile, pro tenebroſo &
Philip, 1. opaco,clarum,pro groſſo ſubtile,pro ponderoſo agile, Sic ſaluatorem Ieſum Chriſtum expectant iuſti qui reformabit corpora humilitatis noſtræ:& configurabit ea
Gen. 15. corpori claritatis ſuæ virtute ſua omnipotente. Hæc ſunt bona illa ineffabilia,hæc eſt merces illa magna ni-
Luc. 12. mis. Abrahæ promiſſa,hæc inquam ſunt bona omnia,ſu
Eſaia 64 pra quæ conſtituetur ſeruus bonus & fidelis,qui domi-
1.Cor. 2. ni ſui voluntatem facit.Hæc nec oculus vidit,nec auris audiuit.nec in cor vllius hominis aſcenderunt,quæ deus
Sap.7. ſe diligentibus præparauit,quæ per patientiam expectando exepectant. Huic bono & præmio omnia quæ deſiderantur, non poſſunt comparari. Hoc bono, cum omnia bona pariter homini dantur, nihil vtilius nihil
Pſ.15. delectabilius,honorabilius nihil eſſe poteſt. Delectatio-
Mat.25 nes inquit,vir ſecundum cor dei, in dextera tua vſque
Luc. 19. in finem,qui eſt ſine fine.Et vni dicitur, Intra in gaudiũ domini tui,hoc eſt,gaudium plenum,quòd petere debemus,q nemo tollere poteſt à nobis In eo exultãt ſanctĩ in gloria,& lætantur in cubilibus ſuis. In eo exultant,
Ioan.16. qui nunc modicum contriſtantur in variis tentationibus,& exultant lætitia inenarabili & glorificata:ibi bonum eſt nos eſſe cum Chriſto & videre faciem eius in iubilo. Vtilius illo ſummo & omni bono quod deus
1.Pet. 1. Moyſi ſe oſtenſurum pollicebatur, quid oſtendi poſſet, quod ſolum diuites in omni bono, ſe habentes facit
Exod 33. Omnia bona ſimul in eo habent iuſti & omnem ſufficientiam.Hoc prætermiſſo & amiſſo nihil homini poteſt eſſe vtile. Denique quid illo bono honorabilius, quod nos efficit ciues ſanctorum & domeſticos Dei,ſed
Ephe.1. & facit ex hominibus deos,filios altiſsimi templa viuæ ſpiritusſancti,fratres,ſorores matres,membra & cohæredes Chriſti.Reges inſuper,accepto regno decoris & diademate ſpeciei de manu Domini,Nimis ergo honorati ſunt amici tui Deus.Hoc honore dignus eſt & honorabitur,quemcunque rex regum & Dominus dominantium,

tium,voluerit honorare.Huius typus præceſsit olim in
Ioſeph iuſto & ſancto.Qui eductus de carcere. poſtquã Gene. 41.
probatus fuerat totius Ægypti regnũ accepit & ſecũd⁹ 2.Reb. 2.
poſt regẽ fact⁹ fuit.Sic Dauid poſt lõgã ꝑſecutionẽ quã Dan. 56.
ſine cauſa pertulit ad regnum exaltatus fuit. ſic Daniel Haſt.6.
propter eximias virtutes ſuas, gloria & honore eſt co-
ronatus.Sic Mardochæus eſt exaltatus.Qui honorificãt
me,ait dominus,honorificabo eos,qui autem ſpernunt
me,erunt ignobiles.Hæc expectatio non ſolùm patien-
tes,ſed exultantes in tormentis & duris cruciatibus fe-
cit electos.*Vanitati enim ſubiecta eſt creatura*,hoc eſt,homo 1.Re 2.
non volens, filij & hæredes regni,non amãt ea quæ vi 1.Cor 4
dentur,& temporalia ſunt.Imo deſpiciunt ea quaſi lu Phil. 3.
tum & detrimenta arbitrantur.Sed & ea quæ non viden 2.Cor. 5.
tur,expectant quæ ſunt æterna.In hac vita aduenæ & Heb. 11.
peregrini erant electi & meliorem patriam & ciuitatẽ 1.Pet. 2.
expectabãt,Nempe cœleſtem.Hanc modo mox vt terre
ſtris dom⁹ noſtra diſſoluitur,iuſti intrãt Interim quod
in hoc tabernaculo militamus,in hac valle miſeriæ põ-
dus diei & æſtus portamus,vanitatibus,hoc eſt, calami
tatibus,miſeriis,infirmitatibus,mutabilibus, corruptio-
nibus,& incinerationi,ſubiectus eſt propter Adæ tranſ Ephe. 1.
greſſionem. Sed hoc non volens , patienter nihi Col. 3.
lominus filij Adam graue iugum hoc ferunt propter eũ Mich. 7.
(deũ videlicet)qui vanitatibus tantis eos ſubiecit, non
vt perdat,ſed vt ſaluet eos in regnum ſuũ cœleſte Scie-
bat inquam,*in ſpe* iſta,videlicet *quia & ipſa creatura*, hoc
eſt,homines electi in Chriſto ante mundi conſtitutionẽ
& prædeſtinati in adoptationem filiorum dei , *liberabi-
tur*,in futuro,cum Chriſtus in gloria apparebit,*à ſeruitu
te corruptionis*,& induet incorruptionem *in libertatem glo-
riæ filiorum*.Dei,quia filii dei in gloria liberi erunt.A pec
cato,quia deponet omnes iniquitates electorum,& pro
iiciet in profundum maris,omnia peccata eorum.Liberi
erunt ab omni periculo. Quia laqueus conteretur & iu- Eſai. 33.
ſti liberabuntur.Et ſedebunt in pulchritudine pacis, & Apoc. 22
in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulenta. Ab om- Eſa. 14.
ni triſti & incommodo.Quia abſterget deus omnem la
chrymã ab oculis eorum &c.Ab hoſtis antiqui & carnis
moleſtiis.Quia ceſſabit exactor,quieſcit tributum,Spes
iſta in huius mundi mari magno & periculoſo nobis ne
ceſſaria eſt,ad quam confugimus tenendam perinde ac

ad

ad fortiſſimum ſolatium,quam ſicut anchoram animæ tutam ac firmam tenemus,quando irruit ſuper nos re-
Heb.6. pentina calamitas,& interitus quaſi tempeſtas ingruit, & venit ſuper nos tribulatio & anguſtia & fuga perit à nobis.omniumque ſumus auxilio deſtituti.Hæc ſpes in cedere facit & introduxit nos ad interiora velaminis,
Ephe. 3. vbi Chriſtus pro nobis præcurſor & aduocatus introi-uit.Ideo per ſpem hanc iam conſedemus cum Chriſto
Rom. 5. in cœleſtibus.Hæc ſpes nō confundit.Sed ſpes impiotū
Eſ.28. & illuſorum qui mendacium ponunt ſpem ſuam, peribit.Et grando (iræ & furoris àgni)ſubuertit ſpem mendacij & protectionem.Ergo patienter ſunt ferenda præſentis vitæ aduerſa,propter coronam vitæ promeren-
1.Cor.2 dam.Secunda pars,in qua idem oſtenditur,ex multitu-
Pſ. 119. dine ea ſufferentium,& exemplis maiorum,dicit ergo:

Scimus autem,nos qui ſpiritum Dei habemus,qui om-
Mat.7. nia ſcrutatur,etiam profunda Dei, *quòd omnis creatura*, id eſt,homo,qui habet commune cum omni creatura *ingemiſcit*, pro ſuis multiplicibus calamitatibus. pro ſua deiectione & pro incolat' ſui prolongatione,& ꝑ beatitudinis deſiderio Hāc deſiderat ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum,quando veniat & appareat ante faciē
Mat.11. dei,& deum facie ad faciem videat in gloria ſua. Hinc
1.Pet. 5. multi gemitus ei & cor illius mœrens, *& parturit*. hoc
2.Cor.1. eſt,cum labore bonum operatur.Ideo arcta eſt via ad vitam & porta àngusta,& ſoli violenti intrant in eam, Ingemiſcit ergo affectu,& parturit affectu.Et dolet, *vſque adhuc*,hoc eſt,vſque ad mortem.Vel ita omnes patres præcedentes fecerunt, qui deo placuerunt ab initio. Omnes iſti per multas tribulationes tranſierunt. Ideo
Act.5. mirari non debemus nec deficere, quando nos probamur,tentamur & perſecutionem patimur,Nihil noui nobis contingit aut inſoliti.ſed communicemus ſic Chri
Deut. 5. ſti paſſionibus,vt in reuelatione gloriæ eius gaudeamus
Eſaia 30 exultantes,Quia ſi ſocij ſumus paſsionum erimus & cōſolationum. Per multas namque tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum Hæc eſt via,ambulate in ea,nec declinate ex ea,neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram *Non ſolùm autem illa*. q. d. Non ſolùm communis mortalitas ingemiſcit ſub graui onere præſentium malorum,quæ ſuper eam grauantur ſed & nos ipſi Apoſtoli habentes primitias ſpiritus, id eſt, qui ſpiri-

ſpiritum conſolatorem accepimus,& tempore prius, & cæteris abundantius, ingemiſcimus & parturimus. q d. Adeò nulla eſt creatura,quę doloribus & gemitibus expers ſit,vt etiam nos ipſi,qui ſumma à ſpirituſancto. & electa atque precipua dona,vtique primitias accepimus intra nos gemamus.Et hoc eſt quod ſequitur,*ſed & nos ipſi*,vaſa electionis,lumina mundi,ſal & principes terrę, *Mat. 5.* *Mat. 18.* amici Chriſti,dilecti & electi,qui habemus claues regni, miraculis coruſcamus & ſignis,triſtitias ſuper triſtitias habemus,perſecutiones patimur tãquam oues occiſionis cenſemur, & ſemper tradimur in mortem propter **Rom.8.** Chriſtum,iuſtitiam & veritatem.Noſipſi inquam *primitias ſpiritus habentes,& ipſi intra nos gemimus*,non ſolùm foris in carne,ſed etiam intus in mente deſideramus *adoptionem filiorum dei expectantes*,ſicut ſerui aduentũ domini *Luca 12.* de nuptiis,vt cùm venerit,vigilantes nos inueniat expectantes inquam *redemptionem corporis noſtri*,hoc eſt, eius glorificationem Hæc redemptio in iis qui credunt iam eſt per gratiam iuſtificantem in ſpiritu, ſed nondum in corpore à mortalitate & corruptione completa. Olim redempti ſunt à culpa,ſed tunc redimentur ab omni miſeria: vel adoptio reſpicit fruitionem animę,redemptio glorificationem corporis.De hac corporis redemptione idẽ Apoſtolus ait:Qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis,viui- *Rom 8.* ficabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitãtem *1 Ioan.3.* ſpiritum eius in vobis, & tunc ſimiles ei eritis,& apparebitis cum eo in gloria. Hoc nobis concedat Chriſtus per miſericordiam. Amen.

DOMINICA QVARTA POST PENTECOST. IN EVANGEL.

Lucæ xv. Sermo.

QVANTA ſit benignitas Dei & manſuetudo erga peccatores,præſens euangelium ob oculos ponit & declarat. In quo agitur de ſapientia peccatorum ad Chriſtum appropinquantium, Secundò de oculo nequam zelo,amaro, & execrabili murmuratione Phariſæorum contra Chriſtum.ſuper receptione peccatorum, Tertiò de reſponſo Chriſti irrefragabili,quo ora obſtruxit iniqua loquentium. *Erant appropinquantes ad Ieſum*

Publicani

Publicani & peccatores. Fidelis ſermo & omni acceptatione dignus, Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quærere & ſaluum facere quod perierat. Et vt teſte viro ſecundùm cor dei in antiquo prouerbio dicitur: Ab impiis egreditur impietas, fructificāt morti, inquinatæ ſunt viæ illorum in omni tempore, in impietatibus ſuis ſecundùm deſideria ſua ambulant. Sic è regione Chriſtus Ieſus, deus & homo, eſſentialiter bonus, eo quòd deus, & per vnionis gratiam, quia homo: bonos fructus fecit, quia arbor bona fuit, Bonitatem cum ſeruis fecit, bonitatem docuit, benignè fecit in bona voluntate ſua Sion, quia benigna eſt miſericordia eius. Nam quomodo miſeretur pater filiorum, ita miſeretur deus timentibus ſe, quoniam ipſe cognoſcit figmentum noſtrum, & imperfectum noſtrum vident oculi eius. Apparuit diebus iſtis nouiſſimis, quando venit plenitudo temporis, gratia dei, benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri in tam multis argumentis & operibus, vt & publicani & peccatores de miſericordia dei concepta fiducia, ei appropinquarent, vt miſericordiam conſequerentur & gratiam inuenirent in hoc acceptabili tempore, & diebus ſalutis, quando pœnitentia fructuoſa eſt, & vnuſquiſque cum metu & tremore ſalutem ſuam poteſt operari. Appropinquabant Ieſu, cùm propter morum bonitatem, tum propter ſingularem comitatem, benignitatis ardorem, miſericordiæ, clementiæ, pietatíſque magnitudinem: tum propter verborum doctrinæque ſuauitatem & conſolationem. Appropinquabant Ieſu, non auſu temerario, ſicut Iudas, & qui eum comprehenderunt, nec duplici corde, ſicut phariſæi & eorum miniſtri, qui pacificè loquebantur ei, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant, & tota die meditabantur vt eum caperent in ſermone, vt eum poſſent accuſare. Non inquam ſic iſti Ieſu appropinquabant, ſed tracti à patre, acti à ſpirituſancto, vocati à Chriſto. Acceſſerunt inquam non malignè ad eum, nec cor eorum plenum erat dolo & fallacia ſicut hypocritarum, ſed cum vero corde contrito & humiliato, in plenitudine fidei: In eo, & in nomine eius fiduciam habentes. Si quæris, vnde publicani & peccatores tā magnam de Chriſto ſpē hábuerunt & fiduciam? Reſpondeo breuiter: Ex veteris teſtamenti oraculis, quæ per omne

ſabbath

ſabbathum legebantur in ſynagogis eorum. Ex prædicatione item Ioannis præcurſoris, qui crebrò teſtabatur de Chriſto, quòd agnus dei & ſaluator eſſet, qui peccata mũdi tolleret, cuius doctrinæ iſti paruerunt. Deinde hoc ipſum ſciuerunt ex doctrina apoſtolorum, qui Iudæam Chriſtum euangelizantes circuierunt. Poſtremò, id ipſum ex benignitate Chriſti, quã eis opere & veritate exhibuit, & ex multis eius verbis cõſolatione plenis, didicerunt, quòd non venit iuſtos vocare, ſed peccatores ad pœnitentiam. Acceſſerũt ad Ieſum publicani & peccatores, ſicut rei ad miſericordem iudicem, vt cum depræhenſa adultera, ab omni malo liberarentur. Vt infirmi ad verum Samaritanum & medicum, vt ſanarentur ab omnibus infirmitatibus ſuis, & non inducerentur in tẽtationem. Vt preſſi & grauati ære alieno, multorúmq; millium talentorum debitores, ad ſuum liberaliſſimum creditorẽ, miſericordiſſimúmq; dimiſſorem. Ac dicunt: Dimitte nobis debita noſtra. Vt pauperes, inopes & mẽdici, regi gloriæ, patri miſericordiarum, diuiti homini, largiſſimo datori, & dicunt: Panem noſtrum quotidianum, omnéq; ſpiritus noſtri & animę nutrimentum & fomentum, da nobis hodie. Acceſſerũt etiam vt ſerui accurrunt dominis ſuis, cupientes eis reconciliari. Fuerant enim ſerui pigri, inutiles, infideles & nequam. & dicunt: Doce nos facere voluntatem tuam, quia Deus noſter es tu. Fiat etiam poſthac in nobis voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Sextò acceſſerunt vt ſponſa ad dulciſſimum ſponſum. Anima eorum, vel illi ipſi potiùs ſponſæ erant, fide ei deſponſati: ſed proh ſcelus, virum virginitatis & pudicitiæ ſuæ reliquerant, diabolo adhæſerant, & cum eò fornicati fuerant. Quoties enim malè concupiſcimus, toties à Deo fornicamur. At ipſe clamat: Auerſatrix Iſrael reuertere ad me, & ſuſcipiam te. Vèrùm nunc pertæſi adulteros, qui cùm ſunt fornicati, dicunt apud ſemetipſos: Eamus & reuertamur ad virum noſtrum priorem, quia bene nobis tũc erat magis quàm nunc. Appropinquãtes autem ad Ieſum, dicunt: Domine, non ſecundùm peccata noſtra facias nobis, neq; ſecũdùm iniquitates noſtras retribuas nobis. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis, abiectæ & viles, iterantes vias

Hiere. 3.

Oſeæ 2.

Pſ. 102.

noſtras. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris. Sed adueniat regnum tuum, vbi cubas, vbi paſcis in meridiè. Acceſſerunt item ad Ieſum vel redierunt, ſicut filius prodigus ad patrē miſericordiarum, qui prodegerunt cum meretricibus portionem ſubſtantiæ ſuæ. Sicut filij ſcelerati, ſemen nequam, ge-
Eſaiæ 1. neratio peruerſa, & infideles filij. Filij diaboli, qui patris ſui diaboli deſideria fecerunt. Redeunt, inquā, & accedunt ad Chriſtum, per quem acceſſum habuerunt ad
Ioan. 14. patrem Nemo enim venit ad patrem, niſi per Chriſtū: & dicunt in Chriſto fiduciam habentes & confidentiā per fidem eius, Sanctificetur nomen tuum per nos, & in nobis, quod priùs, dum in terra ſanctorū iniqua geſſimus, per nos blaſphemabatur inter gētes. Sed tu Domine ſuauis & mitis, patiens & multæ miſericordiæ, & verax, propter temetipſum, & propter nomen tuum, aſpice in nos, & miſerere noſtri, ſecundùm iudicium diligentium nomen tuum, quia ſuauis eſt miſericordia tua. Dirumpe vincula noſtra, redime in pace animas noſtras, fac nobiſcum ſignum in bonum, vt videant qui odiunt nos, & confundantur & erubeſcant valdè velociter, quoniam tu domine adiuuiſti nos, & conſolatus es nos. Dico vobis, antequam clamant, audit: adhuc illis loquentibus exaudit: quia benignus & miſericors eſt, patiēs & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malicia Sed & alia hic acceſſus eorum ad Ieſum cauſa exprimitur. *Vt audirent eum.* Vt audirent ſapientiam ſapientiæ, verbum verbi, virtutem virtutis, conſolationē conſolatoris, vocem dilecti, boni paſtoris verba, doctoris iuſtitiæ prudentiam. Vt audirent quę habuit ipſe, verba vitæ æternę. Vt ſalutem conſequerentur: quæ in nullo alio eſt. Salutem, inquam triplicem: Mentis videlicet, quæ eſt remiſſio peccatorum. At quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? filius itē hominis poteſtatem habet dimittendi peccata in terris. Ipſe venit animas non perdere, ſed ſaluare: Ipſe factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis. Ipſe factus eſt nobis ſapientia à deo, & iuſtitia & ſanctificatio, & redēptio. Hæc ſalus eſt regnum Dei, quod primum eſt quærendum cum iuſtitia eius. Salutē corporis omnibus malè habētibus pietate viſcerali & miſericordia dedit ſine delectu,

delectu, ſicut ſcriptum eſt: Chriſtus Ieſus pertrãſiit, benefaciendo omnibus, & ſanando oppreſſos à diabolo. Et virtus exibat de illo, & ſanabat omnes. Et iterum: Sanabat omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Salutem æternam, voluntatem patris ſui facientibus, omnibus largitur. In hanc ſpem viuam, regenerati ex aqua & ſpiritu, & Chriſto initiati & inſiti ſunt tranſlati. Per hanc iam ſalui facti ſunt. Et ſi manſerint in bonitate, ſalutem conſequentur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria cœleſti. Hic obiter aduerte lector, quòd duo hominum genera in hoc mundo, ſapientia vera, quæ eſt à patre luminũ deſcendens, vtuntur, cæteri ſtultitiam ſequuntur, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipiuntur atque damnantur. Sapientes iſti ſunt iuſti & pœnitentes, atteſtante beato Iob: Timere *Iob 28.*
Deum, ipſa eſt ſapientia, quantum ad iuſtos, & recedere à malo, intelligentia, quantum ad peccatores ad deum reuertentes. Hoc in vno omnium ſapientiſſimo Salo- *3. Reg. 3.*
mone apparet, qui dum immaculatus in huius temporis *2. Par 1.*
via ambulauit in lege domini, ſapiẽtia dei fuit cum eo. Cùm verò cœpit operari iniquitatem, qualis factus fuit, *Pſ. 118.*
ipſum de ſeipſo dicentem, audi. Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum ſanctorum non eſt mecum. Et quotquot deum cognoſcunt, & eum ſicut deum non glorificant, aut gratias agunt ei; ſed euaneſcunt in cogitationibus ſuis, & magis ac magis obſcuratur inſipiẽs cor eorum: & dum dicunt ſe ſapientes eſſe ſtulti fiunt. Igitur publicani & peccatores dũ acceſſerunt ad Chriſtum, veram ſunt ſapientiam aſſecuti, veræ ſapientiæ amatores facti ſunt, & diſcipuli atq; in ſapientia mundi huius ſapientes, & legis Iudaicæ cumulatores, in tantũ acceſſerunt, quantum diſtat cœlum à terra, oriẽs ab occidente, lux à tenebris, veritas à falſitate, vmbra à corpore. Sed dum hæc fierent, aderat & ipſe Satan, qui dolens ſe à fortiore ſuperari, arma ſua auferri, ſpolia ſua diſtribui, regnum ſuum deſtrui, homines, quam ille ſuperbiendo amiſerat, per humilitatem ſalutem cõſequi, linguas phariſæorum ſcribarúmq; calumniæ verbis armat, & per eos, vt olim per ſerpentem in paradiſo, malitiam ſuam effundit. Sequitur enim: *& murmurabant phariſei & ſcribæ*, filij diaboli, cum inuidia tabeſcentes iter habentes, ex malo theſauro cordis ſui verba mala

 effutien-

effutientes. Sic vnaquæq; arbor iuxta genus ſuum fructificat. Quomodo enim poſſent ipſi de Chriſto & cõuerſis ad eum bene loqui, cùm eſſent mali? inuidia tabidi? zelum amarum haberent in cordibus ſuis, & contentiones? Murmurabant. Sed cur hoc? Dolent de peccatorum conuerſione & ſalute. Dolent quòd iam diſſimilis eis ſit vita conuerſorum & quòd immutantur viæ eorum. Dolent quòd tanquam nugaces æſtimantur ab eis, & quod abſtinent ſe à viis ſuis tanquam ab immũdiciis, & quòd conuerſi contrarij ſunt operibus eorum. Murmurant, quia peccatum hoc quaſi hæreditariũ genuinúmq; ſcelus à patribus ſuis exacerbatoribus, ingratíſq; habent. Atq; ipſi perinde ac genimina viperarum, quod à progenitoribus venenum acceperũt, ſemper effundunt. Longum foret murmurationes eorum ſingulas in deſerto factas enumerare, quãto magis cæteras omnes. Murmurãt igitur, quia bonus eſt. Oculus eorum nequam eſt, quia benigna eſt miſericordia eius. Inuidia tabeſcunt, quòd ſanat contritos corde, quòd illuminat cæcos, quòd erigit eliſos. quòd redimit captiuos, quòd ditat pauperes, quòd mœrore confectos conſolatur. Vident impij & iraſcuntur, dentibus fremunt, quòd Dominus ſuſcitat mortuos, reuertentes ſuſcipit cum gaudio, omnia debita eis dimittit, gratia replet, virtutibus adornat, ad vituli ſaginati eos cõuiuium aſſumit. Murmurant miſeri per inuidiam excæcati, durioréſq; lapidibus facti, de eo de quo gaudere deberẽt, & gratias agere Deo ſine intermiſſione. Si ſaperent, nõ murmurarent: ſed eorum exemplo & ipſi conuerterentur ad Dominum deum ſuum. Ecce pater exiuit, verbis dulciſsimis eos demulſit, rationem ſemper reddidit, inuitauit abſentes. Procraſtinantes expectat, redeuntes ſuſcipit, veniam pollicetur & opem tandem & prẽmiũ promittit. Sed indurauerunt ceruices ſuas, dati ſunt in reprobum ſenſum. nolunt intelligere vt benè agãt. Imò dicunt deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarũ nolumus. Murmurabant de peccatorum receptione & iuſtificatione, vt hîc & in Matthæi vocatione, in Magdalenæ dimiſſione in pace, in Zachæi acceſſione, de peccatorum dimiſſione facta paraclyto, de ſanatione hydropici, & mulieris quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, de cæco illuminato Item murmurabant

rabant de cœleſtis præmij retributione: Item, de myſteriorum fidei manifeſtatione. Vt cū dixiſſet, ego ſum panis vitæ &c Verùm, impia & iniuſta hæc conuincitur murmuratio multum per omnem modū. Ex parte enim Chriſti impia eſt cōtra quem fit: & ex parte phariſæorum, qui murmurauerunt. Tum ex parte publicanorū & peccatorum, de quibus murmurauerunt. Ex parte Chriſti impia eſt & iniuſta. Primò, quia propriam eius operationem propter quam miſſus eſt à patre, videlicet ſalutem mundi & peccatorum, quò ad eorum erat, impedire conabātur. Hoc autem impietas maxima eſt. Sic murmurant contra ſolem, quòd radios ſuos & calorem quibus omnia creſcunt & fructificant, diffundit ſuper terram Quòd terra germinat, quòd arbor bona & lignum viride fructus bonos facit Quòd rorant cœli deſuper, quòd pluuiam voluntariā Deus ſegregat hæreditati ſuæ. Secundò ratione bonitatis ſuæ. Ipſe enim bonus & ſolus bonus eſt. Murmurāt ergo, quòd in bonitate ſua, bonus ipſe peccatores docet iuſtificationes ſuas. Nec hanc iuſtis ſolummodo, ſed & peccatoribus, vt iuſti fierent, voluit communicare. Ideò oculus eorū nequam eſt. Hoc eſt contra bonitatem ſpiritusſancti.

Tertiò ratione potentiæ eius infinitæ. Maius enim opus eſt, teſte Aurelio, iuſtificatio impij, quàm creare cœlum & terram. Et quanto agens agit in remotius, tanto eſt potētius. Peccator autem longè à Deo. Deus autem pater peccatorem trahit ad filium, præuenit eū in benedictionibus dulcedinis. Ipſe tandem humiliauit ſicut vulneratum ſuperbum in brachio virtutis ſuæ, & in manu forti, diſperſit ſuperbos inimicos ſuos. Et ſic peccabant contra patrem, cui potentia attribuitur, ſicut ſpirituiſancto bonitas, & filio ſapientia. Sapientia autem filij, percuſſit ſuperbum, technas fraudium eius detexit. Quartò ratione ſummæ perfectionis ſuæ, quæ tanta eſt quòd eam non vincit malicia, nec à peccatoribus fides dei & veritas poteſt euacuari. Electio enim gratiam conſequitur & miſericordiam: cæteri verò excæcantur. Nam quibus vult miſeretur, & quem vult indurat: cùm liceat ei facere quod vult. Idipſum abyſſalis miſericordia eius expoſtulat, qua diues eſt in omnes, qui inuocant eum in veritate, & diſcedunt ab iniquitate. Quintò ratione ſummæ iuſtitiæ. Omnis enim Roma. 9.

creatura dei eſt, & maximè rationalis. Sed iuſtitia ſtatuit, quod rem propriam quis omni loco & tempore, ſi perdita fuerat, recipere & repetere poteſt. Hinc factum eſt, quòd dum ignorabant & ſcire nolebant dei iuſtitiā,
Matt.9. & ſuam falſam, vanam & ventoſam quærebant ſtatue-
Luc.13. re. iuſtitiæ dei non erant ſubiecti, imò contrarij. Quia iniuſta erat cogitatio eorum. Iniuſtitia autem mortis
Ioan.5. acquiſitió eſt. Ex parte item ſcribarum murmuratio impia fuit. Non enim zelo bono & iuſtitiæ mouebātur, ſed odio iniquo: vt pater. Secundò quia illi debebant miſericordiam dei prædicare & annum domini acceptum, ac diem retributionis. Quod cùm reprǣhendunt in Chriſto, damnatio eorum iuſta eſt. Sic clauſerūt regnum cœlorum ante homines. Ipſi illud non intrabāt nec introeuntes intrare ſinebant. Tertiò quia ſic ſe oſtendebant, iuſtos & accedentes ad Ieſum peccatores, cùm oppoſitum eſſet verum. Nam phariſæi typo ſuperbiæ tumebant, gloriam ab inuicem accipiebant, ſeipſos iuſtificabant, cæteróſque contritos & humiliatos corde aſpernabantur. Sed & ex ſermonibus Chriſti veriſſimis ſcandalizabantur, fiebántq; deteriores. Publicani verò ex verbis eius ſunt cōuerſi, iuſtificati & ſaluati. Ideò ſimiles erāt ſepulchris dealbatis & parietibus, quę à foris hominibus pulchra colorum varietate depicta apparent, & pietatis ſpeciem præ ſe ferebānt, intus autem pleni erant omni impietate, malitia, nequitia, dolo, ſimulatione & inuidia. Quartò reprǣhenſibilis erat, quia ad iactantiam potiùs & oſtentationem quàm ad emēdationem murmurabant. Omnia enim opera ſua faciebant, non vt iuſti eſſent & ſancti, ſed vt tales coram hominibus apparerent. Ideò acceperunt mercedem ſuam. Ex parte publicanorum etiam iniuſta erat. Tum quod doctrinam veritatis & fidei (qua nihil melius eſt hominibus) volebant audire, quàm audit omnis qui eſt ex deo. Tum quòd à diaboli ſeruitute, iugo & laqueis optabant abſolui. Quærebant animę & corporis ſalutem. Requirebant gratiam dei & miſericordiam. Per reſipiſcentiam quippe & pœnitentiam fructuoſam, peccator à diabolo diſtert. Volebant in libertatem filiorum dei vindicari: Ad viam veritatis, vitę, pacis, pietatis, puritatis honeſtatis, charitatis & ęquitatis, toto cordis adniſu redire cupiebāt & redibant, qui diu errauerant ſicut

oui-

onis quæ periit,in terra deſerta,inuia & inaquoſa. Qui
hactenus in circuitus ambulauerũt, & ſuis ſcribis,pha-
riſæis & hypocritis,errauerũt in huius vaſtæ ſolitudi-
nis loco,& viam ciuitatis habitaculi , non inuenerunt.
Cum angelis eis congaudendum erat de pœnitentia,
cum gratiarum actione hæ mirificationes miſericordię
dei,ſuper eos erant proſequendæ.At dum ſpeciem pie-
tatis foris prætenderunt phariſei , & per malitiam ex-
cæcati & odium,omnia Chriſti opera Theognino,ge-
nuinóq; dente roſerunt & mordebant , veras harpyias
facto & opere ſe eſſe teſtabantur.Neq; enim qui malus
eſt,& bonos odit , de bonis bene loqui poteſt. Verùm,
cùm de iſto vicio ſæpius ſermo occurrat in euangeliis,
ideò qua pœna murmuratores plectantur à deo , hic
breuiter diſpiciamus , atq; ſic ad hunc ſermonem cùm
de hoc vitio ſermo texendus eſt , ſemper habeatur re-
curſus. Et ſi penitius foſſo rem introſpicimus , diaboli
inuentum per omnem fidem murmuratio eſſe cõpro-
batur.Hoc ſcelus cœlum portare non potuit:Siquidem *De pœnâ murmu-*
Lucifer cognito,quòd vnigenitus dei patris ante luci- *ris.*
ferum ex vtero ſuo genitus , humanam naturã in vni-
tatem perſonæ ſuæ vnire ſibi vellet,eámq; conſtituere
ad dexterã ſuam in cœleſtibus,ſuper omnem principa-
tũ & poteſtatem,& virtutẽ & dominationem,& omnẽ
nomen quod nominatur,non ſolùm in hoc ſeculo,ſed
etiã in futuro,& omnia ſubiicere ſub pedibus eius:Hæc
vidit & inuidit , & fruſtra inflatus ſenſu ſuo & decore,
inferiori naturę noluit ſubeſſe. Et quid bellum illud &
prælium magnum in cœlo,aliud eſt quàm murmuratio
contra altiſſimi bonitatẽ,ſapientiã & virtutẽ? Murmu-
ratio ſiquidẽ nihil aliud eſt,quàm voluntatis deordina-
tio & diſplicentia,de operibus vel dei vel proximi,ver-
bis aut ſignis expreſſa. Sed obſtetricãte manu dei,mox
militãti inuẽtor,eiectus eſt de cœlo cũ participibus ſuis
in hac noxa. Eua maleſuadi ſerpẽtis verbis dans fidem,
quid niſi murmurationis cõtra dei pręceptum verba ꝓ-
tulit? Similiter & Adã,dũ piaculi ſui noxã in mulierẽ,
quã ſociã ei dederat deus,transferre molitus eſt,contrà
deũ murmuraſſe cõuincitur. Verũ & hoc ſtatim digna *Num.14*
eſt vltio ſubſecuta.Sed & terra hoc vitiũ ferre non po-
tuit,quæ dehiſcẽs viuos hoc ſcelere obnoxios deglutiuit.
De hoc vitio,ſingulariter deus ſe cõqueritur moleſtari *Num.12*

& inhonorari Propter hoc vitium Maria ſoror Moyſi eſt lepra percuſſa horribili & leprā animæ habent quotquot hoc peccato ſu nt obnoxij. Vnde ab electorum ſocietate iuxta legis ſanctionem excludentur. Propter hoc vitium, omnes Iudæi ab ingreſſu terræ promiſſæ impediti fuerunt, duobus exceptis, quòd factum eſt illis in figura noſtri. Scelus hoc horrendum ignitorum ſerpentum morſibus deus vindicauit in deſerto. Et quo alio peccato tam crebro (tecum obſecro reputa) in Chriſtum offenderunt Iudæi, generatio praua & exaſperans populus ſtultus & inſipiens. Hinc merito illi ſed & nos ſi eos ſecuti fuerimus in malo, malis multis obnoxij efficimur. Vide quomodo murmuratores dantur in reprobum, ſenſum, quomodo faciunt ea quę non conueniūt, quæ turpe eſt dicere. Vide quomodo virtute dei deſtituuntur, quomodo legi dei non ſunt ſubiecti atque nec poſſunt. Vide quomodo obſcurantur oculi eorum, ne lucidiſſimum veritatis ſolem videre poſſint & lumen Chriſtum. Quomodo ambulant in tenebris, vias tenebroſas, impingunt in meridie. & quaſi cæci manu contrectent. Vide quomodo reſiſtunt ſpirituiſancto, quomodo in vacuum gratiam dei recipiunt, quomodo ſemper in peius proficiunt, odientes, deo & hominibus odibiles, abominabiles in ſtudiis ſuis. Quomodo non eſt inter eos iuſtus quiſquam, aut intelligens quæ ſit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta, nec eſt inter eos aliquis requirens deum. Quomodo omnes declinant à lege dei in, obligationes, ſimiliter inutiles fiunt, non eſt inter eos qui faciat bonum, non eſt vſque ad, vnum Hinc maledictioni ſuntobnoxij, Quia maledicti qui declinant à mandatis dei. Hæc tecum reputa, & quaſi à facie colubri fuge peccatum murmurationis: quia murmuratores regnum dei non poſſidebunt. Hanc ego miror, & effero quantum valeo ſapientiam peccatorum & publicanorum, qui ſalutem quærebant apud ſaluatorem, fide perſuaſi quòd ipſe populum ſuū ſaluum faceret & à peccatis eorum. Qua ſic firmi erant & fortes in fide, quod nec opprobriis abundantium, nec deſpectione ſuperborum ſunt territi & auerſi. quo minus cœptum vitæ iter proſequerentur. Fac & tu ſimiliter. Et hanc hoc loco doctrinam conſidera, iuxta ſcribarum phariſæorúmque impietatem, quam ſit res plena periculi & damnatio-

ſionis,ſi docti,qui per ſcribas,& religioſi,qui per phari-
ſæos intelligi poſſunt,errauerint à via veritatis & mur-
murationibus ora ſua abundare & polluere aſſueuerint.
Lingua talis plena eſt veneno mortifero. Iuxta illud: Pſ.61.
Exacuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, intendunt ar-
cum rem amatam,& ſagittant in occultis & malicioſe,
immaculatum.Vel eum qui bene facit, vel qui eos au-
dit.Sic lingua eorum eſt gladius acutus,vno ictu et ver
bo auctorem et auditores occidens.Gladius,ait iterum Pſ.54.
eſt in labiis eorum.De iſto gladio maligno, eripe me
domine Magis illis ſpem habent inſipientes. Vt enim
ſeruator noſter ait:Si ſal inſulſum factum fuerit, nullo
eius defectui malagmate mederi poteſt.Ad nihilum va
let vltra.neque in terram,neque in ſterquilinium vtile
eſt,ſed foras mittetur.Sinagogæ ſuperborum, quos ſciē Luca.4.
tia inflat,non eſt ſanitas.Sic cunctis diebus ſuis impij
religioſi,qui non ambulant et manent in ſuæ vocatio-
tionis propoſito et regula ſuperbiunt , ſeipſos aliquid
eſſe putãt in ſeipſis confidunt,alios aſpernantur et dam
nant,Quid alij fuerunt,non quod modo ſunt per gra-
tiam dei facti,attendunt.In aliorum oculis feſtucam vi-
dent,in propriis nec trabem conſiderãtes. Et quia infir Luc.7.
mos ſe eſſe ignorabant . et ſcire nolebans , ideo ſe
humiliare,medicum quærere recuſabant,et pœnitentię
ſalutaris ſacramentum.Hoc eis Ioannes exprobrat,di-
cens:Genimina viperarum etc.Sic publicani et peccato Mat. 21.
res audientes à Chriſto encomia Ioannis baptizantis,
iuſtificabant Deum,Phariſæi autem et legis periti, ſpre
uerunt conſilium dei.Idipſum et Chriſtus eis exprobra
uit in Matt.

ALTERA PARS EVANGELII

IN altera hsius euangelij parte,Chriſti viſ
ceroſa pietas et miſericordia,qua nos viſi Pm. 51.
tauit oriens ex alto inſinuatur. Hæc dua-
bus parabolis,in ſenſu ac ſcopo prorſus
vnum ſignificantibus,nobis proponitur. Si
cut et Ioſeph dixit Pharaoni.Somnium regis vnum eſt
Et eſt argumentum à minori.Si homo mortalis de vna
oue perdita,tantam habet ſollicitudinem,tantum labo
ris ſubit et periculi,Cur mihi vicio vertitur , quare vos

male habet,quod ego totum genus humanum perditũ
Eccl. 34. & damnatum,requiro in montibus & deſertis?ſicut per Ezechielem mihi pater meus conſtituit atque mandauit. Tecum,tunc expende,quanta ex huius parabolę textu de miſeria hominis colligi poſſunt & adduci. Quãta erga nos dei charitas gratuita fuit,pietas quantã,& quã ta,& quàm benigne fecit in bona voluntate ſua Sion.
Eph. 2. Verè,Verè vt tuba euãgelij Paul⁹ dicit,De⁹ q̃ diues eſt in miſericordia,propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos,cùm eſſemus mortui peccatis,conuiuificauit nos in Chriſto &c.vt textus pulchre habet, quem vide. Tecum item repũta veram ſeruatoris noſtri humilitatem,qua ſe paſtorem hic dicit.cum eſſet rex regum & dominus dominantium,& princeps regum terræ.Sic in vnum Chriſtum conuenerunt diues & pauper,ſummus & infimus maieſtas diuina,humilitas profunda. Veri in Chriſto paſtoris,& in nobis ouium ſymbola,quæ multa ſunt & ſcitu digna,in faſcem collige,& populi inculca Appoſitè multùm peccatorem oui comparauit erranti. Quid infœlicius oue errante?quæ vndè venerat ignorat,nec quò eundum ad caulas ſit,nouit. Seipſam contra ferarum furorem,vim & morſus tueri non poteſt. Hæc longum foret proſequi,& tædium generarent lectori,Sunt etiam de his omnes omnium doctorum libri ad tædium vſque pleni. Nihil tamen auditorum corda magis accendit in amore Dei,quam auditus ſermo de illius erga nos perpetua charitate,qua nos dilexit,
Eze. 42. & ad ſe attraxit. Attende igitur quis ſit,qui centum oues habuit,& vnam perdidit. Deinde , quomodo & vbi perditam quæſiuit. Tertiò,quanto cum gaudio inuentã
Eccle. 2. ouem humeris impoſuit. Non tradidit eam tortoribus non miſit in carcerem,non percuſſit non ei maledixit, nec vllum verbum durum dixit:Sed ipſe vulneratus eſt propter peccata eius , maledictum & peccatum factus eſt pro ea,maledicta & improperia digna oui ipſe audiuit,ipſe ſuſtinuit,quia peccata multorum ipſe portauit. Pater in eo poſuit iniquitatem omnium noſtrum , propter ſcelus populi ſui percuſsit eum,Et ipſe quæ non rapuit,exoluit. *Imponit humeris ſuis gaudens.* O benignitas inaudita,o charitas incompræhenſibilis,o diuitiæ bonitatis infinitæ. Ecce vulneratam ouem à lupis & à latronibus ſpoliatam,in qua nihil erat virium, cui nihil erat

auxilij ex ſe. Circunſpexit ouis, & non erat in hominibus auxiliator: quæſiuit. & nemo erat qui adiuuaret. At bonus paſtor miſericordia motus, ouem quæ propter nimiam infirmitatem redire non potuit, propriis humeris impoſitam. ad reliquum gregem reportauit. Hoc fecit, quando adhuc ſecundum tempus inimici eius eramus, vt commendaret deus charitatem ſuam in nobis. Sed obſerua quòd gaudens ouem humeris ſuis impoſuit, Pro hac nimirum cauſa. quia licet magnus dolor fuerit paſſionis eius, adeo. quòd non fuit ſimilis dolori eius ſuper terram hunc tamen laborem pariter & dolorem lætiter ſuſtinuit, vt ouem perditam recuperaret. Sic Deus dilexit mundum prior, vt & nos, cum pro nominis eius gloria in varias tribulationes incidimus gaudeamus & exultemus, quòd digni habemur pro nomine eius contumelias pati, verberibus affici, ſuſtinere, paſſionibus eius communicare. Deinde quomodo ouem ſuſceptam domum reduxit conſidera. Cùm Chriſtus aſcendens in altum captiuam ſecum duxit captiuitatem. Sexto loco dicit gaudium angelis ſuper vno peccatore pœnitentiā agente maius eſſe, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtos qui non indigent pœnitentia Duo hic conſideranda ponit ante oculos mentis. Vnum eſt, neminem. à Chriſto inueniri ad gaudia beatorum reduci, niſi pœnitentiam agat. Fruſtra certè è cœlis venit, ſine fructu docuit, abſque vllo emolumento illis crucem ſuſtinuit confuſione contempta, qui cum propria peccauerunt voluntate: ſponte pœnitentiæ dignos fructus facere recuſant. Vnde tam vox clamantis in deſerto, quàm verbum ipſum quod in principio erat apud deum, à pœnitentia agenda ſuas auſpicati ſunt doctrinas & prædicationes. quid autem ſit agere pœnitentiam ſi ſciſcitaris, paſsim tota id ſcriptura ſacra refert Nempe, declinare à malo, & facere bonum. Fruſtra gloriatur de pietate paſtoris, qui ſtudio pectoris adhuc vias tenet erroris. ambulat in voluptatibus, audacter Deum prouocat, peccata peccatis addit. Niſi enim quis opera tenebrarum, veterem hominem cum actibus ſuis, qui corrumpitur, ſecundum deſideria erroris. exuerit, & arma lucis induerit, ſic vt in die honeſte ambulauerit, Chriſtum item induerit, qui eſt nouus Adam & nouus homo, & ſe renouauerit ſpiritu mentis ſuæ Niſi item hoc ſenſerit in ſe, quòd & in Chri

Eſ. 55.
Eze. 18.
Zach. 1.
Ioel. 2.

ſto

ſto Ieſu,& ambulauerit ſicut Chriſtus ambulauit,ad ouile Chriſti redire non poteſt.Abſcondit ſe cum Adam infœlicißimo à facie Domini,Vt Cain vagus & profugus oberrat ſuper terram,vel deſperans de magna Dei miſericordia,vel vanè præſumens propter ſua peccata non opprimendum ſe aut damnandum ex diuina iuſtitia,Ipſe ſe excuſat,ac impudentia damnabili ſe poſſe venire negat ad nuptias agni,& ſocietatem filij Dei, ad montem & ciuitatem dei viuentis Hieruſalem cœleſtẽ, ad multorum angelorum millium frequentiam,& eccleſiam primitiuorum,qui conſcripti ſunt in cœlis,& iudicem omnium deum,& ſpiritum iuſtorum perfectorum & teſtamenti noui mediatorem Ieſum,& ſanguinis eius precioſi aſperſionem.Partes autem pœnitentiæ,ſcripturę ſacræ tres aſſignant: Nempe confeſſionem puram, qua homo arguit vias ſuas in conſpectu Domini,& iniuſtitias ſuas aduerſus ſemetipſum confitetur ſacerdoti, hac in re legatione fungente pro Chriſto. Hæc autem confeßio ex corde contrito & humiliato,quod deus nõ deſpicit,ſi fit,vtique omnem impietatem peccatorũ remittit & delet,Si confiteamur peccata noſtra,fidelis eſt deus & iuſtus,vt remittat nobis peccata noſtra.De his aliàs plura.Poſtrema pœnitentiæ pars eſt ſatisfactio, vt pœnitens agat dignos pœnitentiæ fructus & opera. Opera hæc ſunt eleemoſyna,ieiunium & oratio, de quibus ſeriatim adſertor noſter vno in capite apud Matthæum dulcia multum verba eructauit & documenta. Omnem vitam fidelium vindicator noſter his verbis pœnitentiam eſſe voluit.Nec ſolam intendit interiorẽ quia interior nulla eſt,niſi foris varias operetur carnis mortificationes,abnegationes,cruces Hinc conſequens eſt quòd illæ tres partes ſatisfactionis,ſint de pœnitentia euangelica.Ieiunium complectitur omnes caſtigationes carnis,& crucifixiones cum vitiis & concupiſcentiis quia in deſideriis carnis curam non facit,ſed tollit crucem poſt Chriſtum,cuſtodit vias duras,carnem caſtigat, eamque in ſeruitutem ſpiritus redigit.Oratio,omne ſtudium animi exigit,meditãdo,cõtẽplãdo,legẽ doſcribẽdo docendo,orando,pſallendo,iubilando, gratias agendo. Eleemoſyna vero, omne obſequium erga proximum Vt ita per ieiunium ſibi ſeruiat,corpus ſuum exhibere hoſtiam viuentem,ſanctam,deo placentem, rationabile obſe

Pœnitentiæ partes

Mat.6.

obſequium ſuum. Nullo modo huic ſeculo ſe conformet ſed reformetur in nouitate ſenſus ſui, & probet quæ ſit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta. Per oratio nem: meditationem, lectionem, contemplationem & id genus reliquis exercitiis piis ſeruiat deo. Per eleemoſy nam ſubueniat proximo & omne charitatis mutuæ obſequium impleat. Per primum vincit concupiſcentiam carnis, & viuit ſobrie & caſte. Per alterum ſuperbiam vitæ, humiliando ſe ſub potenti manu Dei, & viuit pie. Per tertium concupiſcentiam oculorum, & viuit iuſte in hoc ſeculo, omnibus debita reddendo, neminem circumueniendo in vllo negotio. Iſti ſunt fructus lucis, quos debemus facere, qui ſunt in omni bonitate cordis erga Deum, & in omni iuſtitia ad proximum, & veritate vitæ, doctrinæ & iuſtitiæ ad ſeipſum. Sic regnum dei quod intra nos eſt, & primùm quærendum, poſsidetur in pace Chriſti. Eſt enim regnum Dei iuſtitia erga, proximum, & pax, mentis, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis, & gaudium in ſpiritu ſancto, quo lætantur in his quæ dedit, fecit, pertulit pro nobis pater & filius & ſpiritusſanctus & quæ diligentibus eum ineffabilia bona promiſit. Iſta vir ſecundum cor Dei expetiuit, ordine quantumuis nonnihil immutato, dicens ad Deum: Bonitatem cordis & diſciplinam conuerſationis & ſcientiam ſalutis, quàm Ioannes dedit plebi Iudæorum doce me. Vt per bonitatem cordis Deo ſeruiat. Deum in ſe manentem dum manet in bonitate, & habitatem habeat. Per diſciplinam, hoc eſt, bonos mores, ſanctam et omnes ædificantem cõuerſationem, ſeipſum regat, iuxta euangelij præſcriptum, omnibus placeat in bono, nemini vllam det offenſionem, ſicut decet ſanctos. Per ſcientiam ſanctorum & ſalutis, quæ fidei ſunt, cognoſcat, amet & faciat, maximè vt proximum ſicut ſeipſum diligat, Nam qui proximum diligit, legem impleuit. Digni proinde pœnitentiæ fructus, ſunt tantũ ſtudij & diligentiæ facere, vt per pietatis opera & lucis, deum demereri, placare & conciliare poſsit, quantum autẽ hoc ſe cum irritaſſe recogitat per opra mala & tenebrarum: Vt quantum ſe glorificauit, & in deliciis fuit, tantum ſibi luctum ſumat, & vias duras cuſtodiat. Et ſicut exhibuit membra ſua ſeruire immundiciæ et iniqui tati ad iniquitatem, ita et pari modo exhibeat nunc mem-

Rom. 12. *Pſ. 118.* *Luc 1.* *Digni fructus pœnitentiæ.*

membra ſua ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Paulum vas electionis & gratiæ vnuſquiſque pro forma quam imitetur accipiat Videat qualis lupus rapax & perdens fuit ante vocationem ſuam gratioſam. Videat
Iona 3. etiam poſt vocationem ſuam quàm ſanctè ad deum,
Matt. 11. quàm iuſtè ad proximum,& quàm irreprehenſibilis fuit in omnibus operibus ſuis.Sic Zachæum,ſic Matthæum, ſic peccatricem Magdalenā inſpiciamus.Taceo quomodo Niniuitæ pœnitentiam egerunt in ſacco & cilicio. Quem iſta non mouent,nemini fidem daturum arbitror,etiam ſi à mortuis quis reſurgeret. Hic Chriſtus non dicit,ſolam fidem ſufficere ad ſalutem & iuſtificationem,ſine omnibus operibus bonis, cùm internis, tum externis.Nec Chriſtus hic dicit opera bona prodeſ-
Luc. 10. ſe nihil, opera mala officere nihil, ſtante fide in promiſſionem Dei & id genus multa paradoxa horrenda auditu. Dicit autem de pœnitentia agenda in cinere & cilicio. Alterum eſt de gaudio angelorum ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Sed hæc aliàs diſcutiemus,ſimiliter & ſimilitudinem de drachma te perdito.

DOMINICA QVINTA POST PENTECOST. IN EPIST.

1. Petri iij.

Sermo.

IN *fide omnes eſtote vnanimes.*In iſta epiſtola diuus Petrus duo docet.Vnum,vt faciamus bonum,& hoc in lectionis exordio.Aliud eſt,vt patienter ſuſtineamus malum,ibi:Non reddentes malum. Ante huius epiſtolæ exordium ſalutis documenta tradit ſeruis in ſpeciali,Sic et mulieribus, dein de viris Iam documenta generalia tradere auſpicatur in iſta epiſtola,quæ audire,ſcire,& opere adimplere tenentur omnes gentes quæ habitant orbem,quique terrigenæ & filij hominum ſimul in vnum diuites & pauperes Summa,Reges terræ & omnes populi, principes
Actu 4. & omnes iudices terræ,iuuenes & vigines, ſenes cum
Ephe 4. iunioribus.Horum caput eſt,quòd omnes in fide debemus eſſe vnanimes,habere cor vnum & animam vnam

vnani-

vnanimes eſſe in domo dei, ſeruare ſollicitè vnitatē ſpiritus in vinculo pacis idipſum in alterutrum ſapere, ſecundum Ieſum Chriſtum, vt vnanimes vno ore honorificemus deum, & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt nulla in nobis ſciſmata ſint. De hoc alibi multis egi Huius vnitatis conſenſus & concordiæ quinque ſigna, fructus ſeu effectus ponit, dicens. *Compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles*, Compatientes ergo eſtote, cum ſitis in inuicem vnius corporis Chriſti membra. Verùm hæc eſt membrorum vnius corporis natura quod ſi vnum læditur, patitur aut dolet, cætera membra compatiuntur, condolent, ſubueniunt & fouent & medentur ei. Quod ſi vnum membrum non facit, aut ſenſum perdidit et obſtupuit, aut prorſus emortuum eſt. Membrum viuū apoſtolus fuit, quādo dixit, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Compaſsio hæc in corporum calamitatibus fieri debet Sic Samaritanus noſter vulnerato appropinquauit, motus miſericordia, vulnera eius lauit, oleum & vinum infudit, curam eius egit, & deſolatę matris viduę vnico pignore orbatæ compaſſus, defunctum ſuſcitando à mortuis, cor viduæ huius conſolatus eſt. Sic fleuiſſe legitur in Lazari ſuſcitatione. Ex miſericordia & cōpaſsione de cœlis venit, de manu inimicorum noſtrorū & omnium qui oderunt nos, nos redimit, omnes male habentes ſanauit, curauit omnem languorem. Vnde ſcriptum eſt, Videns turbas, miſertus eſt, eis, quia vexati erant, & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem, ſicut pupilli ſine patre, infantes ſine matre, vincti & obſeſſi ſine liberatore, infirmi ſine medico, vēditi in iniquitatibus ſuis, ſine redemptore At filius Dei vicē noſtrā doluit, infirmitates noſtras accepit, & ægrotatianes noſtras portauit, et omnia omnibus factus, qui veniunt ad eum in ſimplicitate cordis ſui. Verū afflicti corporaliter læſi & grauati, cōpatiētes habent in hoc ſeculo quam multos, maximè parētes & propinquos. At quotus quiſque eſt, qui lugeat eos qui peccāt ad mortē, & ſupra modū, & nō agūt pœnitētiā? ſed lætātur in malefactis, & in rebus peſsimis exultāt. Quis cū Apoſtolo ꝓpter mortē animæ triſtitiā magnā habet, & cōtinuū dolorē in corde ſuo? Verùm beati qui lugent et ſua et aliorum peccata, quoniam ipſi conſolabuntur. Sic Eſdras luxit ſuper peccata

Domini ca 1. in aduentu.
Rom. 12.
1. Co. 12
Eph 5.
Luc. 10.
Luc. 7.
Ioan. 1.
Luca. 1.
Luc. 4.
Mat. 4.
Mat. 9.
Eſa 53.
Mat. 8.
2. Cor. 12
Prou. 2.
Rom. 1.
Mat. 5 5.
1. Eſd. 9.

& lupus in medio ouium. Tertium ſignum Chriſtia- *Iacob. 2.*
næ vnanimitatis eſt miſericordia. Vnde dicit: *Miſericor-*
des eſtote. Et hæc iuſto ordine ſequitur priorem: Nã qui
fraternitatem verè diligit, ſi videt fratrem neceſſe ha-
bere, non poteſt viſcera ſua claudere ab eo. Nam ſi nõ
poteſt ei dare quibus indiget, compatitur ei & cõſola-
tur eum quantum poteſt. Vnde beati dicuntur miſeri-
cordes, quoniam ipſorum miſeretur deus, & miſericor-
diam conſequentur. At contra iudicium ſine miſeri- *Lucæ 8.*
cordia illis fiet, qui non faciunt miſericordiam. Ideò *Pſal. 40.*
beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem &c.
Et adſertor noſter in euangelio: Eſtote miſericordes, ſi- *Lucæ 6.*
cut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Huius filius
erat qui dixit: Flebam quondam ſuper eo qui afflictus *Iob 30.*
erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Quartum
ſignum Chriſtianæ vnanimitatis eſt modeſtia, vnde hîc
ſequitur: *Modeſti* eſtote, in verbis, in veſtimentis, in in-
ceſſu & aliis omnibus, vt nemini detis vllam offenſio-
nem, ne vituperetur miniſterium veſtrum. Abſtinendo *2. Cor. 6*
ab omni ſpecie mala, & ea ſolummodo ſectando, quæ *1. Theſ. 5*
ædificationem in fide & in moribus bonis, & gratiam *Epheſ. 4.*
aliis præbent. Quintum ſignum eſt humilitas, ideo
ſequitur hîc, *humiles* in oculis ſuis & coram ſemetipſis:
Vt nec de bonis à deo receptis, nec à te factis, nec de
beneficiis neceſſitatem habentibus factis, vllatenus te
extollas. Sed neq; tibi, ſed nomini domini da gloriam.
Et quanto maior in gratia, mirabilior in virtutibus, & *Eccleſ. 3.*
ditior in bonis operibus es, tanto humilior, vilior, ab-
iectior eſſe debes apud temetipſum, & ſemper te ſeruũ *Luc 17.*
inutilẽ eſſe, ſentire in corde, & opere profiteri. Et tunc
coram deo & hominibus gratiam habes. Perit enim
omne quod agitur, nullámq; apud deum mercedẽ me-
retur (etiam ſi omnes facultates ſuas quis in vſus pau-
perum diſtribueret, aut corpus ſuum traderet vt arde- *1. Cor.*
ret) ſi mens operantis iuſtitiam & omnem bonitatẽ fa- *13.*
cientis, ſine intermiſſione in humilitate nõ cuſtoditur.
Sic ille ventum paſcebat, qui vt videretur ab homini- *Matt. 6.*
bus eleemoſynas largas faciebat. Similiter & ille telas
aranearum texuit, qui laudis amore longas orationes *Eſa. 59*
promebat. Et alius in ſaccũ pertuſum merces ſuas mi- *Agg. 1.*
ſit, qui cum oculo nequam multis ieiuniis carnem ſuã
crucifixit. Secundo loco docet quomodo malũ ſit *Rom. 12.*

ſufferendum & ſuſtinendum propter Deum, dicens: *Non reddentes malum pro malo*, ſed malum vincendo in bono. Nec noſmetipſos vindicare debemus, ſed vindi-
Deut. 32. ctam relinquere deo, iuxta illud: Mihi vindictam, & ego
Gen. 50. retribuam in tempore, mihi placito. Sic Ioſeph ſe de fratribus ſuis nō vindicauit, ſed pro malo bona eis red-
1. Re. 24 didit, pro odio dilectionem, pro mæroribus cōſolatio-
& 26. nes. Sic Dauid inimico ſuo capitali, vna & altera vice pepercit, quando citra omne periculum eum occidere potuiſſet. Vnde obiter notandum, quòd reddere malū pro bono, diabolicum eſt & Iudæ proditoris: quia hic pro vocatione ſua ſancta & omnibus quæ Chriſtus ei tribuerat, tradidit eum in mortem: & ille in omnibus bonis deo aduerſatur. Reddere autem bonum pro malo, diuinum eſt: quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos &
Luce 6. malos, pluit ſuper bonos & malos, omnibus ſine dilectu
Matt. 5 ſolem ſuum oriri facit. Iniquitates redeuntium ad eum
Ezec. 18. in vero corde contrito & humiliato amplius non recordatur, nec improperat, ſed vbi delictum abundauit,
Roma. 5. gratiam facit abundare, & auget incrementa frugum iuſtitiæ eorum, vt in omnibus locupletati abūdare poſſint in omnem ſimplicitatem diuinæ voluntatis. Teſtes
2. Cor. 9. huius ſunt Paulus, Matthæus, Magdalena, latro in cruce &c. Reddere bonum pro bono, humanum eſt ſicut experientia quotidiana cernimus, in mutuis obſequiis & amicorum beneficiis. Reddere malum pro malo, beſtiale eſt, & eorum qui beſtias viuunt: nempe malorum, qui iumētis nihil amplius habent, & crebrò beſtiis ſunt
Eccleſ. 3. peiores. Ad tales beſtias Apoſtolus Epheſi pugnauit.
1. Cor. 15 Tales malæ beſtiæ, ventres pigri & mendaces Creten-
Tit. 1. ſes erant. Tu autem, noli vinci à malo, ſed vince in bo-
Rom. 12. no malum, vt ſis filius altiſſimi. Elige iam, cui horū velis conformari. Et hæc de malis operibus & nociuis di-
Matt. 5. cta ſufficiāt. De malis verbis, ait: *nec maledictum pro maledicto*, ſed magis, nolite maledicere, ſed benedicite maledicentibus vobis. Vnde rurſus ait; Maledicimur & benedicimus, blaſphemamur, & obſecramus. Sic ſeruo Simei maledicenti ſibi, non maledicebat Dauid, ſed patienter maledicta eius audiuit, ideo miſericordiæ locū
Tobia 2. apud Deū inuenit. Nec Tobias morum iubar, ex verbis vxoris ſuæ exulceratus fuit, ſed in patientia animā ſuā poſſedit. Nec virgo Sara pudicitiæ ſpeculum & hone-

ſtatis,

ſtatis, irritata fuit, nec excanduit improperiis ab ancilla *Tobiæ 3.*
vili prouocata, ſed dominabatur animo ſuo, & æqui
boniq; contumelias falſas conſuluit, obmutuit & ſiluit
à bonis cum filia diaboli aduerſus eam conſiſtebat: ideo
Deus triſtitiam illius in gaudium conuertit. Et diuus
Petrus, hic docet, cum dicit, *ſed e contrario benedicite.*
Quia maledici communione Eccleſiaſtica ſunt indi- *Ioan. 16.*
gni, ſicut fornicarij & idolis ſeruientes, nec regnum Dei *1. Cor. 6.*
poſſidebunt. Vnde qui maledicunt aliis maledicti ſunt
& maledictionibus diuinis inuoluuntur & pereunt.
Hinc ſcriptum eſt: Sicut auis in alta tranſuolãs, & paſ- *Prou. 26*
ſer quolibet vadens, ſic maledictum fruſtra prolatum in
quempiam ſuperueniet. Sed in quem iuſtius, quàm in
ſuum authorem. Benedicite ergo & nolite maledicere,
vt & propriam damnationẽ vitetis, & ne vobis in ma-
ledictis in eadem menſura ab aliis remetiatur: tum, ne
vos cœleſtibus benedictionib⁹ reddatis indignos. *Quia
in hoc vocati eſtis*, ſine meritis per exuberantẽ Dei gra-
tiam & miſericordiam, ad fidem catholicam, & de te- *1. Pet. 2.*
nebris in admirabile lumen ſuum, & in ſocietatem filij *1. Cor. 1*
ſui, *vt benedictionem hæreditate*, & immobiliter in ſecula
ſeculorum, in æternum & vltra, *poſſideatis*, ſicut filij le- *Pſal. 20.*
gitimi paterna bona. Nam dabit electos in benedictio- *Pſal. 5.*
nem in ſeculum ſeculi. Ibi benedicet iuſtis omni bene- *Epheſ. 1.*
dictione cœleſti, eo quod hic deum benedixerunt omni
tempore, & laus dei ſemper fuit in ore eorum. Nã cum *Mat. 25.*
iuſtitias iudicabit, dicet: Venite benedicti patris mei, *Pſ. 127.*
poſſidete vobis paratum regnum. Sic benedicetur om-
nis homo, qui timet dominum. Nunc conſequenter
dicta ſua ſcriptura ſacra confirmat, dicens: *Qui enim
vult* & deſiderat, ſiue puſillus ſit, ſiue magnus, *vitam*
æternam, vbi mors non eſt, *diligere*, & oſtendere ſe be-
nedictionem paternam habere, *& dies videre bonos*, cũ *Gen. 47.*
in hoc ſeculo ſint dies mali, vt Iacob patriarcha dixit *Iob 14.*
Pharaoni. Et dicuntur mali, quia multa nobis incom- *Philip. 2.*
moda adferunt, & multis replent miſeriis. Et eis mali *Roma. 2.*
ſunt, qui ſalutem propriam in eis non operantur, ſed
ſecundum duritiam ſuam & corda impœnitentia, the-
ſaurizant ſibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudi- *Pſ. 102.*
cij dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Dies *Mat. 19.*
autem vitæ cœleſtis boni vocantur, quia iuſti ibi omni- *Mar. 10.*
bus bonis replentur, & deſiderium eorũ in bonis exu *Luca 18.*

berat æternis. Et ex deo, qui omne bonum & ſummũ bonũ,& ſolus bonus eſt,quẽ qui vidẽt,& ipſi boni ſunt
Iacobi 3. & in bonitate conſummati. Ille qui hoc cupit, faciat quod ſequitur. Nempe, *coerceat* freno timoris domini, *linguam ſuam*, quæ eſt ignis paruus, & vniuerſitas iniquitatis,inquietum malum,plena venena mortifero, ſi
Ephes. 4. non refrenatur, *à malo*, iuxta illud Nullus ſermo malus ex ore veſtro procedat, *& labia ſua ne loquãtur dolum*,
Pſal. 5. vel verba doloſa. Quia virum ſanguinum & doloſum dominus abominatur,nec hoc ſatis eſt.Sed & *declinet* ab omni *malo*, ne totam legem ſeruãs & offendẽs in vno,
Iacob. 2. fiat omnium reus. Ecce prima pars iuſtitiæ. Altera ſequitur, *& faciat* corde magno & animo volenti, quia
2. Cor. 9 hilarem datorem diligit deus. *bonum*, omne quod po-
Eccleſ. 9. teſt manus ſua.Hinc Salomon ait:Fili,nõ ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ,& non metes ea in ſeptuplum. Et
Eccleſ. 7. iterum Qui ſeminant iniquitatem, metent mala.Nec
Prou. 22 hoc ſufficit,ſed & *inquire pacem* dei. quæ exuperat om-
Philip. 4. nem ſenſum. Inquire vt theſaurum abſconditũ & pretioſum,pacem internam,externã & æternam, cũ Deo, cum proximo,& cum teipſo, *& perſequere eam*, vt rem fugitiuam,per iuſtitiam & patientiã Ea quæ pacis ſunt
Rom 14. ſectando, ac ſollicitus ſis ſeruare vnitatem ſpiritus, in
Ephes 4. vinculo pacis.Ad hoc exhortans Apoſtolus ait:Pacem
Heb. 12. ſequimini & ſanctimoniã,ſine qua nemo videbit Deũ. *Quia oculi Domini*, hoc eſt,reſpectus miſericordiæ,ſicut ſuper ſpecialiter dilectos. Oculus enim dirigitur ad id
Sapien. 4. quod impẽsè & ſingulariter amatur, *ſuper iuſtos*. Siquidẽ gratia Dei & miſericordia eſt in ſanctos eius, & reſpectus in electos illius.Sic dominus ad Abel reſpexit,
Geneſ. 4. & ad munera eius. Sic vidit afflictionem populi ſui in
Exod. 5. Ægypto Sic reſpexit humilitatẽ Mariæ. Sic vidit Na-
Luca 1. thanaelem ſub ficu,Petrum in Caiphæ atrio matrẽ &
Ioan. 1. Ioannem in crucis patibulo. Aſpice etiã in me & mi-
Pſ. 118. ſerere mei ſecundùm iudicium diligentiũ nomen tuũ, ſicut aſpexiſti Matthæum in teloneo, Zachæum in ſy-
Mat. 20. comoro,alios ocioſos in foro,Petrũ & Andreã in na-
Matt. 4. ui,& voca me in regnum tuum, *vultus autem* iræ,indignationis & furoris, *Domini* cuius irę nemo poteſt reſiſtere,cuius manum nemo poteſt euadere.in quã hor-
Iob 9. rendum eſt incidere:quia zelus & furor eius non par-
Heb. 10. cet vlli in die iræ,ſed reddet vltionem hoſtibus ſuis,&

iis qui

ſis qui oderunt eum retribuet. Ideo ſciendum quòd in *Prou. 6.*
hebræo habetur, ira Domini Vnde conſiliũ puto, quod *Deut 32.*
nunc præoccupemus faciem Domini in confeſſione, cũ *Pſal. 94.*
eſt tempus miſerendi, tempus acceptabile & dies ſalu- *2.Cor.6*
tis: ne in die iræ in furore ſuo nos arguat, & in ira ſua
nos corripiat. Quia vultus eius iratus eſt *ſuper* om- *Pſal.6.*
nes *facientes m ila*, qui in lege eius nolunt ambulare, *Iob 12.*
ſed de induſtria eũ prouocant, odibilia ei opera faciũt,
ſine omni timore peccant, & vẽditi ſunt inſtar Achab *3.Re. 10.*
illius profani, vt faciant malum quia deo dicunt: Rece- *Iob 12.*
de à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis
eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei? Vanus eſt, qui ſeruit *Malac. 3.*
Deo, nec vllum eſt emolumentum eis qui cuſtodiunt
mandata illius. Et ideo, quaſi nihil poſſit omnipotens *Iob 22.*
facere, æſtimant eum, & ſupra modum peccata peccant,
ſed non impunè. Nemo ergo ſeipſum ſeducat, oculi *Prou. 15*
domini in omni loco contemplantur bonos & malos.
Ipſe omnium quæ fiũt iudex & teſtis & retributor eſt, *Hier. 20.*
& non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu illius. *Hebr. 4.*
Sic retribuit abundanter, non ſolũ iuſtis ſecndũ ope- *Pſal. 30.*
ra eorum, ſed etiam facientibus ſuperbiam: quia reddit *Pſal. 93.*
illis iniquitatem ipſorum, & in malicia eorum diſper-
dit illos dominus deus noſter. Hoc obſtinatus Pharao *Exod. 14*
cum exercitu ſuo expertus eſt, hoc zelans Saul proba-
uit, hoc blaſphemus Sennacherib, inflatus Nabucho-
donoſor, profanus Baltazar, ſuperbus Antiochus, indu-
ratus Nicanor, malicioſus Aman (vt cæteros taceam fi- *Iob 15.*
lios diaboli & dei aduerſarios, rebelles lumini, qui ad-
uerſus Deum erecto collo currebant, pingui ceruice ar-
mati) probauerunt, viderunt & ſunt experti. Lẽto qui- *Valerius*
dem gradu ad vindictã ſui diuina procedit ira, ſed tar- *lib. 1. c. 2.*
ditatem ſupplicij grauitate compenſat. quia altiſſimus *Eccleſ. 5.*
eſt patiens redditor. Nunc excludit timorem inordi- *Pſal. 18.*
natum, quo aliqui timore timent, vbi non eſt timor, per
quem cadunt in puſillanimitatem, & franguntur, retro
abeunt poſt ſatanam, ad vomitum reuertuntur, ingrati
per inconſtantiam Hoc inquam excludit dicẽs: *Et quis*
eſt, ſiue in inferno, ſiue in terra, *qui vobis noceat.* Quia *Chryſoſt.*
nemo læditur niſi à ſemetipſo. Et manus dei auxiliatur *Pſal. 77.*
iuſtis, & brachium eius confortat eos in omni opere &
ſermone bono vſq; in finẽ. Ideo inimicus humani ge-
neris diabolus, quantumlibet circumeat rugiens vt leo,

aut inſidietur callidè vt ſerpens & draco nihil in iuſto proficit, & filiis iniquitatis Belial & perditionis non audet nec poteſt nocere ei, domino eum protegente dextera ſua, *ſi boni*, veri, æqui & iuſti, *æmulatores*, hoc
1.Cor.13 eſt imitatores, factores & amatores *fueritis*, ſine intermiſſione, & manſerit is in bonitate, omnia ſufferendo &
Heb.12. ſuſtinendo propter eum qui dilexit nos & pro nobis
Iacob.1. crucem pertulit, confuſione contempta. Et ſi quid patimini propter iuſtitiam & nomē domini, hoc vobis cooperabitur in bonum, & beati in facto veſtro eſtis. E cōtrario verò, qui nos perſequuntur & morte afficiūt, ipſi ſibi nocent quamplurimū. Quod pulchro olim paDan.3. radigmate oſtenſum fuit in miniſtris Chaldeorum, qui fornacem valenter accenderunt: Sed ignis nō læſit innocentes, nec moleſtiæ quicquā eis intulit, ſed eos qui fornacem accenderunt, vorax flamma conſumpſit. Non
Heſter 7. Mardochæus bonus & iuſtus, ſed ſuperbus Aman à patibulo alto, quod extruxerat, ſuſpenſus eſt. Dominus
Dan.6. ſanctum Danielem de tribulatione & morſibus leonū eripuit, & impios proditores ſuos tradidit pro eo vna
Dan 13. & altera vice. Accuſatores Suſannæ vaſa iniquitatis
Pſal.9. bellantis, & vaſa iræ apta ad interitum, in laqueo iſto quem abſconderunt, compræhenſus eſt pes eorum, &
Act.12. Suſanna de anguſtiâ liberata fuit. Herodes Agrippa filius Ariſtobuli & nepos Herodis magni, decollauit Iacobum, & ob gratiam Iudæorum incarcerauit Petrum apoſtolum, & voluit eum occidere poſt feſtum: Sed dominus liberauit corpus eius à perditione, & à rugien-
Eccl.51. tibus præparatis ad eſcam, de manibus quærentiū animam eius: Herodes verò incidit in foueam quam fecit. Conuerſus fuit dolus in caput ipſius, & in verticē eius iniquitas illius deſcendit. Quia non poſt multos illos dies, à vermibus pediculis conſumptus, vltricem pertu-
Rom.8. lit mortem. Et mortem deſiderat, & fugit ab eo. Nihil ergo dānationis eſt eis qui ſunt in Chriſto Ieſu. Quia vt iam dictum eſt, *ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati*
Pſ.128. eſtis in facto veſtro. Ergo iniqui gratis vos per ſequentes, non ſolum non nocent vobis, ſed plurimum vobis commodāt, dum coronas gloriæ & iuſtitiæ ſupra dorſa veſtra fabricant. Gaudete ergo & exultate, cum in
Matt.5. tribulationes varias incideritis, quia tunc merces veſtra copioſa eſt in cælis. *Timorem ergo eorum*, qui minas ſpirant

ſpirant & cædes *ne timueritis*, timore deiiciente à ſtatu
virtutis, in baratrum iniquitatis, ſiue infidelitatis: Quia *Mat. 10.*
ſolummodo corpus occidere poſſunt, & poſt hoc non *Luc. 12.*
habent amplius quid faciant. Sed eum timete, qui poſt-
quàm occiderit, habet poteſtatem & corpus & animã
perdere in gehennam. State ergo ſuper cuſtodiam ve- *Abac. 2.*
ſtram, & confirmate corda veſtra, in vera fide, in firma
ſpe, & in omnia vincente charitate & veritate, *vt non conturbemini* in rationis iudicio, quamuis in ſenſualitate
nonnunquã turbatio fiat. Conturbantur, qui purũ fon-
tẽ ſpiritus, cum carnali intellectu confundunt. Qui ve-
ris falſa, bonis noxia, piis impia, ſalutaribus dãnabilia,
gratiæ & virtutibus, vitia & peccata permiſcent, ſicut
terra mixta cũ aqua, fit lutũ, venenum additum medi-
cinalibus, fit mors, falſitas cũ veritate confuſa, fit hære-
ſis execranda. Cõturbantur ergo in rationis iudicio & *Eſaia 5.*
confunduntur, qui malũ dicunt bonũ, & bonũ malum.
Qui tenebras ponunt in lucẽ. & lucẽ in tenebras. Ama-
tũ in dulce, et dulce in amarũ. Qui pro veris fidei pa-
radoxis, falſa et impia hæreticorũ dogmata amplectũ-
tur. At vos *dominum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris*, per fidẽ Sanctificate eum in cordibus veſtris, hoc
eſt, firmi et ſtabiles et immobiles eſtote in fide Chri-
ſti, et in ſpe euangelij et in charita, adeo quod nulla
creatura poſſit vos ſeparare à charitate Chriſti, Amen.

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN IN EVANGELIVM Lucæ xv. Sermo.

ESTOTE *miſericordes* Pater miſericordiarũ, miſerator et miſericors eſt. Sunt enim *Pſ. 144.*
miſerationes eius ſuper omnia opera eius.
Et cũ ex miſericordia ſua nos in filios ſuos *Eppeſ. 4.*
eligere dignatus ſit, ideo etiã vult vt mi
ſericordes ſimus in inuicẽ, ſicut ille miſeretur noſtri. Bo
norũ ſiquidẽ filiorũ eſt, vt patris ſui in bono ſint imi-
tatores ſine defectione. Dicit ergo: Eſtote in inuicẽ be- *Coloſ. 3.*
nigni et miſericordes, nõ ſolũ donãtes vobiſmetipſis ex
corde, ſi quis aduerſus aliquem habet quærelã, ſicut et
dñs donauit nobis, ſed etiã alter alterius miſereatur, et
vnus alterius inopiam ſubleuet, et qui poteſt et habet,

 tribuat

tribuat neceſſitatem patienti. Nec id verbo ſolummo-
Pſ. 144. do & ore diligēdo, ſed opere magis & veritate. Sic enim deus aperit manum ſuam. & implet omne animal ſua benedictione. Id obiter hic aduerte. quòd illud euangelium hic non poſtillaui, quia ſecundum ordinarium Romanum occurrit in die ſanctiſſimæ Trinitatis. Verū cùm tunc non poſſit prædicari propter feſtum ſuperbe nedictæ Trinitatis, ideo nihil in illud ſcripſi. Typographus verò operę precium duxit, vt ſecundum ſeculariū ordinarium diuinum hic breuiter quid in illud ſcribam, cuius deſiderio morem geſſi, vt non ſit mutilum, ſed abſolutum opus ſermonum. Verùm tamen hic breuiſsime abſoluam, quia de amore proximi multa habes in ſermonibus de charitate, in communi de tempore & de ſanctis. De operibus etiam miſericordiæ tum corporalibus tum ſpiritualibus vide in parte æſtiuali de ſanctis, ſermone xxxviij. & xxxix. Iā ad euāgeliū deſcendā explanādū. In quo oſtēditur & docetur dilectio inimicorū, deinde amor omniū. *Eſtote ergo miſericordes.* ſicut & pater veſter miſericors eſt, nō dicit, Eſtote potētes, ſicut pater: vel ſapiētes: ſicut fili' ſed eſtote miſericordes & benigni: ſicut eſt ſpiritus ſanctus. Ad aſsimilationē potētiæ
Eſa. 14. igitur non adhortatur nos, quia angelus volendo iſtam aſsimilationem cecidit, Eſaia dicente: Quomodo cecidiſti Lucifer, qui manè oriebaris? Nec ad aſsimilationem ſapientiæ, quia protoparentes volendo iſtam aſsimilationem, ſciendo videlicet bonum & malum, ſicut deus, ceciderunt, & facti ſunt ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Sed ad imitationem clementiæ, miſericordiæ & bonitatis ſuæ nos prouocat. quia vt viſum eſt in potentia & ſapientia dei, periculum eſt: ſed in clementia miſericordia & charitate, animæ lucrum eſt. Eſtote ergo miſericordes, inſtar patris veſtri cœleſtis, qui dat omnibus affluenter, releuat omnes neceſsitates noſtras, nihil emolumenti expectando à nobis, ſed ſolūmodo propter bonitatem ſuam, & quia miſericors eſt. Sic homo propter amorem bonitatis diuinæ, & vt ambulet in dilectione, moueri debet ad proximi miſeriam releuandā. Et huius miſericordiæ magnum eſt emolumentum, Quia beati miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus. Et cōtra: Iudiciū ſinè miſericordia fiet illi, qui nō fecit miſericordiam, vt in euangelio Matthæi videre eſt

in duobus locis. Ecce vera forma miſericordiæ deus ipſe eſt, quam debemus in miſerendo imitari. docet deinde quid ſit fugiẽdum. dicens, *Nolite iudicare* temere, de operibus dei & hominum. Iuſtus quippe eſt deus in viis ſuis & ſanctus in omnibus operibus ſuis, Fidelis eſt, & abſque vlla iniquitate Ideo iudicia eius iuſta ſunt & timenda, non temere iudicanda. Nam deus vincit cum iudicatur. In iudicio autem hominum raro deeſt peccatum. *Pſ.144.*
Nos enim ſecundum faciem iudicamus, quia ſolummodo ea quæ foris ſunt videmus, & cor hominum ac intentionem ignoramus. Ideo ſæpe iudicamus malum quod eſt bonum, lucem dicimus tenebras, & dulce amarum. Sic Phariſæi iudicabant Chriſtum temere, quod cum publicanis manducauit & bibit. Sic Simon amaro animo fuit, quòd Magdalenam pedes ſuos lauantem non repulit. Omnes murmurabant quòd ad Zachæum hominem peccatorem diuertit. Et alius de ſua iuſtitia tumẽs *Pſ.50.*
& bonis operibus, iniuſte publicanum iudicauit & condemnauit. Et non iudicabmini, horrendè & iuſtè a deo, cuius iudicium eſt ſecundum veritatem. Ergo ô homo. tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat aut cadit: Qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem, & facto ſuo eam reprobat, fratrem ſuum temere, ex ſuſpitione vel inuidia iudicando. quod ipſa prohibet. Vnde ſequitur: Si autem iudicas legem, non es factor legis, ſed eius iudex. At hoc grande nefas eſt, & morte piandũ. Ideo ſequitur: Vnus eſt enim legiſlator & iudex, à deo conſtitutus, viuorum & mortuorum, Et illi ſoli Deus pater omne iudicium dedit, & ille ſolus poteſt perdere & iuſte damnare, & miſericorditer ſaluare (quibus vult miſereri & parcere) in regnum ſuum cœleſte. Tu autem ſtulte & inſipiens, quis es, qui iudicas proximum tuum? Ergo nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Chriſtus dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à domino. Nihilominus de proximo hæc accipienda ſunt, quem iudicare periculoſum eſt & prohibitum. Per hoc tamen non prohibetur aliquis iudicare, arguere & reprehendere ſemetipſum. Imò hoc bonum eſt: Quia ſi noſmetipſos iudicauerimus non vtique à domino iudicabimur Nec poteſtate prædi tis hic prohibetur ſuos ſubditos iudicare, aut increpare

Luc.7.
Rom.14.
Iacob. 4.
1.Cor.4.
1.Co.11

durè, aut arguere cum omni imperio, iuxta exceſſus qualitatem Nec manifeſta ſcandala arguere et iudicare hic prohibentur, ſed ea quæ bono & malo animo fieri
Tit.1. poſſunt. Item vt arguens & iudicans innocens manibus ſit, & mundo corde, vt poſtea ſequitur, Nolite condemnare, quaſi dicat: Et ſi forte ex humana fragilitate, contigerit vos iudicare, ſiniſtra ſuſpicari, malè affici aut loqui dubiè de proximo, vt in multis offendimus omnes, hic tamen pes figatur, & nolite condemnare, hoc eſt, ali
Act. 7. quem dignum æterna morte & damnatione diffinire:
Rom.11. quia Paulus in lapidatione Stephani lupus rapax, graſſans & perdens fuit: & mox factus eſt agnus, Potens eſt enim deus de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare. Et ſicut ſtantes cadunt, & non adiciunt vt reſurgant ſic etiam
1.Cor.4 qui ceciderunt & dormiunt in peccatis, reſurgunt, & il-
Rom.11. luminantur à Chriſto. Ecce rami naturales fracti ſunt, & oleaſtri inſerti ſunt in bonam oliuam, contra naturam. Quid ergo? Nemo glorietur, niſi in miſericordia dei Nemo infletur aduerſus alium. Nemo iudicet nec condemnet alium: Sed qui ſtat, videat ne cadat. Qui cecidit, conuerſionem ſuam de die in diem non differat, ſed mox reuertatur ad dominum, atque à diaboli laqueis reſipiſcat. Videamus & pertimeſcamus bonitatem
Rom.12. & ſeueritatem dei. In eis qui ceciderunt, ſeueritatem Dei: in eis qui ſtant bonitatem dei, ſi permanſerint in bonitate Alioqui & illi excidentur. Sed et fracti rami, ſi non permanſerint in peccatis ſuis, rurſus inſerentur. Ergo niſi inſtanter vnuſquiſque ſe in timore Dei retinuerit, quantumcũque magnus eſt, cito ſubuertitur domus eius, et fit ruina eius magna. Quis fælicior angelo primo? Quis innocentior et melior Saul, cum eligebatur in regem? Quis Salomone ſapientior, deóque amabilior? Quis Aſa perfectior? Nihilominus ceciderunt, & perierunt propter iniquitates ſuas, Iudas ex apoſtolorum collegio retro poſt ſatanam abiit. Nicolaus diaconus vnus ex ſeptem, in arcum prauum conuerſus eſt. Quis de Manaſſe impio, de inflato Nabuchodonoſor, vt cæteros taceam, non deſperaſſet? & nihilominus miſericordiam conſecuti ſunt. domino ſuper eos oſtendente abũdantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate. Atque ſic in eis Ieſus Chriſtus oſtendit omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri ſunt in illum, in vitam æter-

æternam Et non condemnabimini, ſcilicet à Deo. Sic docuit nos magiſter veritatis miſereri proximis noſtris. Et hæc miſericordia eſt facienda. Deinde docuit quid cauendum, quia iudicium temerarium. vt audiuimus ex parte. Nunc docet quid remittendum, quia iniuria nobis illata. Vnde ait, Dimittite iniurias vobis illatas à proximis, ore & opere. Ore, quia vos calumniati ſunt, quia vobis maledixerunt, & omne malum dixerunt de vobis. Opere, vos perſequendo, colaphis cædendo, capiendo, incarcerando, flagellando, bona veſtra diripiendo, de ciuitate in ciuitatem fugando, morte turpiſſima condemnando. Dimitte inquam ex corde, odium, rancorem, malam voluntatem obliuiſcendo Et diligite inimicos veſtros. Dimitte ex ore, non maledicendo maledicentibus, ſed magis benedicendo, laudibus cumulando, orando pro eis, vt deus miſereatur eorum & benedicat eos, illuminet vultum ſuum ſuper eos, et miſereatur eorum, Dimittite etiam opere, vt non vindiceris vos. Non reddatis malum pro malo, ſed vincite malum in bono. Date beneficium pro malefacto, Gratiam pro odio, pro damno vtilitatem. Dimittite ergo ex corde, ex ore, ex opere et manu, ſi quid habetis contra proximos veſtros. Et huius maximum vobiſipſis eſt emolumentum, quia tunc dimittetur vobis à deo, quicquid peccaſtis contra eum Cui milia multa talentorum debetis, & vnde reddatis non habetis. Hinc Sapiens ait, Relinque proximo nocenti te. et tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Dimittite incarceratos liberos, et dimittentur vobis peccata veſtra. pro quibus in carcerem ligatis manibus et pedibus mittendi eſtis. Vnde oramus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Sequitur quid impartiendum, quia gratia. Ait ergo, Date temporalia, et dabitur vobis, vita æterna. Dare igitur beatius magis eſt, quam accipere Ergo meritorium eſt ante Deum. Date parua, accipite magna, Date temporale, accipite æternum Date obolum, accipite cælum. Indiuiſibiles fratres ſunt dare et accipere, dicente Salomone: De primitiis frugum tuarum, da pauperibus qui non habent vnde retribuant et implebuntur horrea tua ſaturitate. Hinc in trito vulgi prouerbio dicimus, Qui non dat quod amat, non accipit quod deſiderat. Hæc latè extendi poſſunt. Abſoluta doctrina de merito

Eccl. 28.

P.ro. 3.

rito per quatuor membra ſubſtituit iam præmium. Præmium vero & mercedem multa commendant, quæ hic ſeritim retexuntur. Nempe præmij æquitas, vtilitas, vniuerſalitas, veritas, multiplicitas, facilitas, ſecuritas, Dicit ergo, Menſuram, hoc eſt, æquam & legitimam, Quia menſura æquitatem facit. Hoc eſt contra eos qui menſuram & pondus habent inæqualem & fraudulentam, quod dominus abominatur. Cùm emunt, habent menſuram magnam & pondus graue, ſed cum vendunt, habēt

Leui. 19. menſuram paruam & pondus leue. Vnde pauperes decipiunt, emendo & vendendo. Hæc non eſt menſura bona & æqua, ſed fraudulenta & doloſa. Vnde dominus præcepit. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor, Pōdus habebis iuſtum & verum &c Deinde addit, Bonam, hoc eſt vtilem. Contra eos qui antiqua frumenta à vermibus corroſa & exeſa vendunt pauperibus, cum impoſtura vna cauponant. falſificant merces. Et contra eos qui offerunt Deo agnos debiles, cum habent ſanos. Sic Cain ſtramina obtulit & paleas, ſed Abel agnum optimum. Optima Deo ſunt offerenda, & quæ vtilia, conſolatoriáque ſunt accipienti, Tertiò erit retributio vniuerſalis, vnde ait: *confertam*, id eſt, plenam. A con & fartio, quaſi impletam, conſtipatámque, Quartò erit vera, quia *coagitatam* per cōpreſſionem & motionem conquaſſatā vt plus capiat. Quintò erit multiplex, quia *ſupereffluentem.* & ſupra cumulatam, & ex omni parte redundantem. Sextò erit facilis acquiſitu, quia dabunt, videlicet

Eph 3. pauperes. Septimum eſt eius ſecuritas, quia *in ſinum veſtrum.* Non veſtimenti ſed in ſinum mentis. Ideo præmium illud nemo poteſt auferre vel tollere à vobis. Quia fur illuc non poteſt appropiare, nec tinea illud poteſt demoliri quia ibi dabitur intellectui plenitudo luminis. Affectui & voluntati, multitudo pacis. Memoriæ, ſecuritas æternitatis. Illud namque ſecure poſſidemus, quod in ſinu habemus. Vel bonam id eſt, iuſtam, ſecūdum exigentiam meritorum. Reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Confertam, quia ſupra condignum, quia non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futurā gloriam, Coagitatam, quia ſupra deſideratum. Vnde ait Apoſtolus, Ei qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus. Supereffluentem, quia ſupra cogitatum.

tum,Quia oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit,quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Vel menſuram bonam,quo ad animæ ſtolam primam, quam iam beati acceperunt.Confertam,quo ad ſtolam corporis.Superadditam Chriſto & beatæ Mariæ virgini & forſitan aliquibus aliis, & omnibus electis ſuperaddendam in reſurrectione generali,quando Chriſtus corpora humilitatis noſtræ configurabit corpori claritatis ſuæ, & cum eo apparebimus in gloria. Coagitatam, quò ad aliorum gloriæ comparticipationem. Superefluentem, quo ad Chriſti hominis viſionem,cuius lumē & claritas ciuitatem cœleſtem illuminat , & ſuperirradiat,ſicut ſol omnes alias ſtellas illuminat,& eis clarior eſt.Quia eadem menſura,qua mēſi eſtis.iuxta illud: In menſura contra menſuram iudicabit eam,*remetietur vobis*,omnibus,bonis & malis,puſillis & magnis.Poſt doctrinam ad meritum gratiæ,& prēmium gloriæ,iam eos docet qualis debeat prædicator regni cœlorum eſſe,nēpe,ſcientia ſanctorum.& ſapientia quæ de ſurſum à patre luminum deſcendit.plenus & inſtructus.Hæc autem ſcientia eſt ſcire bonum.reprobare malum , & eligere bonum .Sapientia iſta habet verba dei & facit , Incipit facere & docere *Dicebat autem* Ieſus Chriſtus ſcientiarum dominus & ſapientiæ.imo ſapientia ipſa & virtus patris,*illis* diſcipulis,epiſcopis,doctoribus & paſtoribus dominici gregis.*ſimilitudinem Nunquid poteſt cæcus* , id eſt, indoctus,expers ſcientiæ ſalutis & ſapientiæ.Vel cæcus peccator eſt,per malitiam excæcatus,*cæcum ducere?* id eſt ignorantem in vias pacis & mandatorum Dei dirigere? quaſi dicat,Non,Sed heu nūc ſpeculatores omnes ſunt cæci Cæci ſunt & duces cæcorum,omnes qui dicunt & non faciunt.Docent alios,ſeipſos non docent, Vel qui neſciunt præ ebrietate,abſorbentur à vino , errant in ebrietate,neſciunt deum ignorant iudicium, ſcientiam Dei repellunt.At Iebuſæi nunc ponunt ſuper muros Hieroſolymorum cæcos & claudos,indoctos & nolentes in lege Dei ambulare.*Nonne ambo cadunt in foueam?* culpæ in vita quæ nunc eſt,& damnationis æternæ in vita futura.Deinde ad imitationem ſuam eos adhortatur,dicens:*Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum ſuum*,ideo oportet diſcipulum magiſtrum ſequi.ambulando in lumine , ſicut Chriſt' ambulauit,qui magiſter noſter & dominus eſt.

Eſai. 27.

Iacob. 1.

Eſai. 56.

2. Reg. 5.

eſt. Exemplum enim ſeipſum in omnib. op[a]rib. dedit nobis: Maximè in miſericordia erga homines, neminem iudicando temere, Remittendo offenſas: dando omnib. affluenter Ergo ſicut ipſe fecit, oportet & nos facere. *Perfectus autem omnis* diſcipulis *erit*, ſecundum veritatem, *ſi ſit ſicut magiſter eius*, plenus gratia & veritate. Et qui àb inimicis de nullo peccato argui poſſit in veritate. Magis vero quæ beneplacita ſunt patri qui in cœlis eſt, ſemper facit. Nunc poſtquam verbo & ſuo exemplo adhortatus eſt vnumquemque ad amorem proximi, iam adhortatur ad cuſtodiam & curam ſui. Nam multi alios corrigunt, ſeipſos negligunt. dicit ergo, adhortando vnũquemque ad declinandum à malo, & hoc tribus modis. Primò docendo, vt vnuſquiſque prius ſeipſum quam alios diſcutiat & iudicet. *Quid autem* hoc eſt monſtri & inſanię quod *vides feſtucam*, id eſt, minimum exceſſum, *in oculo fratris tui*, *Trabem autem*, manifeſtum ſcandalum, offenſionem damnabilem. *non conſideras aut vides in oculo tuo*, Hic calamum prohibeor cohibere. O quantus eſt ille defectus in oculo, quod omnia alia videt, & ipſum videre non poteſt. Deinde monet, vt vnuſquiſque prius ſe ipſum redarguat, corripiat & increpet, ante quam alium obiurget. Dicit ergo. *Aut quomodo dicere poteris fratri tuo*, ſine tua condemnatione & conſcientiæ accuſatione propriæ? Quia in quo alium iudicas, teipſum condemnas, dum ea facis aut peiora, quæ iudicas. *Frater ſine* permitte, audi tacens. noli egrè ferre, ne iraſcaris, *eiciam feſtucam de oculo tuo*, dicam tibi paruos tuos defectus. *Et ipſe in oculo tuo* trabem non vides? Tertiò docet vt vnuſquiſque ſemetipſum prius emendet, regat ſecundùm Deum ab omni inquinamento carnis & ſpiritus emundet, &

Eccl. 31. ſanctificationem ſuam in timore Dei perficiat, deinde

Luc. 4. & aliorum ſaluti intendat. Vnde ait: *Hypocritæ*. Hypocritarum mores, vel magis nequitias & ſimulationes alio in loco latè texui. *eiice primùm trabem de oculo tuo*. Miſerere primò animæ tuæ, placens Deo. Medice primò cura temetipſum. Et tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Multa hic dici poſſent, quæ tranſeo gratia breuitatis.

DO

DOMINICA SEXTA POST PENTECOSTEN IN EPIST. Rom.vj.Sermo.

Q*VICVNQVE baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus,* In iſta le- Rom.6. ctione, tuba euangelij docet, quòd fideles poſt conſecutam (ſiue per baptiſmum ſiue per pœnitentiam ſtabilem) ſalutem & remiſſionem peccatorum, non debent ad vomitum redire, nec gratiam dei abiicere, non implicari rurſus mundi inquinationibus, non iterare peccata, ſed in nouitate vitę & gratia dei & vocatione ſancta perſeuerare. Et hoc primò ſublimiter docet in principio epiſtolæ. Deinde id ſimilitudine appoſita confirmat, ibi: Si enim complantati. Saluator noſter ſapientia & virtus patris altiſſimi, 1.Cor.1. ſicut per legem regalem & perfectæ libertatis euange- Col.3. licam, imperfectionem veteris legis adimpleuit & per- 1.Ioan.2. fecit, ita & populum ſibi credentem abundantiori iuſtitia pollere præ ſcribis & pharifæis voluit, per vitæ veteris mortificationem, & noui hominis induitionem, ac noui Adæ imaginis portationem. Dicit ergo; Quicunque baptizati, regenerati & renouati ſumus per aquam & ſpiritum ſanctum, quem effudit in nos abundè, & ibi Chriſtum induimus, iam amplius veſtigia eius ſequi debemus, & ambulare ſicut & ipſe ambulauit, in innocentia cordis noſtri, & abſtinere nos ab omni ſpecie mala, 1.Theſſ.5 nemini dare vllam offenſionem. ſed ſanctè; iuſtè & ſine querela omnibus adeſſe ad ædificationem. Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferre, vt & vita Ieſu ſemper manifeſtetur in corporibus noſtris, & in carne noſtra mortali, & amplius nulli ſeruire peccato. Criminabatur doctor veritatis & fidei à magiſtris mendacibus & peruerſorum dogmatum cultoribus, quòd diceret mala facienda vt venirent bona, quatenus vbi abundauit delictum, ſuperabundaret & gratia. Sed ſibi iniquitas mentiebatur. Ideo damnatio eorum iuſta eſt, & perierunt ſine vlla excuſatione. Nam cum ait vas electionis gratiam abundare, v- Rom.5. bi delictum ſuperabundauit, nequaquam peccata ſuper peccata cumulanda ſuadet & docet, ſed gratiam dei quantum poteſt exaltat. Non enim peccantis meritò Rom.8.

(cum

mortuos,liberatos , ablutos & iuſtificatos à peccato in *1 Cor. 6.*
baptiſmo. Tum quòd in baptiſmo accepimus ſimilitudinem mortis Chriſti,ſepulturæ Chriſti,reſurrectionis Chriſti.Ecce funiculus triplex,qui difficulter rumpitur *Eccleſ. 4.*
à piè in Chriſto viuentibus , ſed ab obſeſſis & ſpiritu malo actis,etiam catenæ rumpuntur ferreę præcepto- *Marc. 5.*
rum , & compedes comminuuntur conſiliorum dei,& *Luca 8.*
rumpuntur vincula pacis & vnanimitatis ſtatutorum, *Iob 11.*
& agũtur ſicut onagri liberi,nati à dæmoniis in deſerto huius mundi,in quæq; præcipitia malorum,cadúntq; in foueam damnationis æternæ. Dicit ergo Apoſtolus *Mat. 15.*
ad Chriſti imaginem portandam nos adhortãs. Et primò mortis illius : *An ignoratis fratres*, imò certiſſimè ſcitis, *quia quicumque* viri & mulieres , puſilli & magni *baptizati ſumus* lauacro aquæ in verbo vitæ , nempe , in *Epheſ. 5.*
nomine patris , & filij , & ſpiritusſancti. *in Chriſto Ieſu,* *Mat. 28.*
hoc eſt,ſecundùm quod inſtituit Chriſtus Ieſus. Vel in *Luca 5.*
operatione Chriſti Ieſu. Nemo enim peccata dimittit, *Mat. 11.*
niſi ſolus deus.Sacerdos namq; baptizat & lauat exterius , ſed Chriſtus interius. Ideo Ioannes inter natos *Ioan. 1.*
mulierum maximus,dixit:Ego baptizo vos in aqua,ſed *Matt. 3.*
ille baptizat in ſpiritusſancto. *in morte ipſius baptizati ſu-* *Luca 3.*
mus, hoc eſt,in ſimilitudine mortis illius.Vt ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt pro peccatis noſtris,& iam non moritur,& mors illi vltra non dominatur,ſic & nos ſemel mortui,abluti , ſanctificati & iuſtificati à peccato, ſemper viuamus deo,& vltra non moriamur in peccatis & delictis:Quia homo per peccatum & maliciã oc- *Iacob. 1.*
cidit animam ſuam,Et peccatis obnoxij,mortui ſunt in *Sap. 16.*
oculis dei,licet nomen coram inſenſatis habeant quod *Matt. 8.*
viuant,In morte ipſius baptizati ſumus. Tum quod ba- *Apoc. 2.*
ptiſmus ex morte Chriſti virtutem ſuam habet. Et ba- *Apoc. 1.*
ptizati in ſanguine Chriſti,lauantur à peccatis ſuis, Tũ quòd ad ſimilitudinẽ mortis Chriſti in baptiſmo morimur vt dictum eſt : vt ſemel peccatis mortui & malo, *2. Cor. 5.*
ſemper in fide in deo,in Chriſto & gratia viuamus in *Galat. 2.*
bono. Vt quod poſtea viuimus,in fide viuamus filij dei. Trina enim immerſio,repræſentat triduũ mortis Chriſti , & eleuatio ex aqua , reſurrectionem poſt triduum.

Rurſus probat innocuè viuẽdum nobis eſſe ex ſimi- *Coloſ. 3.*
litudine ſepulturæ Chriſti,dicẽs: *Conſepulti enim ſumus,* nos,qui mortui huic mundo ſumus,& peccato, *cum illo,*

id eſt, ad ſimilitudinem illius, *per baptiſmum*, hoc eſt,
Epheſ.4. in baptiſmo. Vetus enim homo, qui corrumpitur ſe-
Coloſ.3. cundùm deſideria errorum, ibi ſepelitur, ibi depo-
nitur, ibi exuitur, ibi abſconditur, ſicut corpus Chriſti
in ſepulchro. In cuius ſignum, baptizandus in aqua im-
Coloſ.3. mergitur, & quaſi ſepelitur. *in mortem*, id eſt, in pecca-
torum abolitionem. Vnde rurſus ait: Mortui eſtis mun-
do, vobiſipſis & peccatis, & vita veſtra abſcondita eſt
cum Chriſto in deo patre. Proinde ad ſimilitudinem
ſepulturæ Chriſti, & uos myſticè ſepeliri debemus. Se-
pultus autem fuit Chriſtus cum aromatibus, cum lin-
teaminibus, in ſepulchro nouo, lapide ſuperpoſito, &
cuſtodibus adhibitis, qui ſepultum cuſtodirent. Ad cu-
ius inſtar & nos poſtquã veterem hominem exuimus,
Galat.5. & carnem noſtram cũ viciis & concupiſcentiis crucifi-
Num.23. ximus. & mortui ſumus morte iuſtorũ, quæ in conſpe-
Galata6. ctu domini precioſa eſt ideo ſi nos mundo crucifixi ſu-
mus, & nobis mundus, tunc oportet nos omnia relin-
quere, fugere, & quaſi in ſepulchro manere in ſolitudi-
ne, ac ibi ſingulariter & ſequeſtratos eſſe, donec ex hoc
Pſal.4. mundo tranſimus ad patrem. Ibi in pace pectoris & dei
2.Cor.1. requieſcere & dormire. Oportet et nos aromatibus
omnium virtutum perungi, vt in omni loco Chriſti
bonus odor ſimus, iis qui ſalui fiunt. Nec tibi curæ ſit
Ioan.12. ſi Iudas quiſpiam hoc odore offendatur, ſi murmuret, ſi
Mat.26. loquatur iniqua aut ſcandalizetur, ſi bona in malum
Eccl.11. conuertens, in electis maculam ponat. Tu tace, & do-
Pſal.21. minus expugnabit pro te inimicos tuos, ac ora obſtruet
loquentium iniqua. Deinde ſepeliri debemus in mũ-
dis linteaminibus, hoc eſt, in corporis et cordis purita-
Eccleſ.9. te Et hæc ſemper candida ſeruare debemus. Si autem
Iacob 3. inquinata fuerint (vt in multis offendimus omnes)
Pſal.6. mox ea ab omnibus inquinamentis carnis et ſpiritus
Apoc.7. per ſingulas noctes emundare debemus, et lauare rur-
ſus et dealbare in ſanguine agni. Sed in ſepulchro no-
Marc.6. uo, in ſpiritu nouo, ſepeliri et abſcondere te debes: Vt
Ioan.13. ſis nouus homo, noua creatura, loquaris linguis nouis,
incedas viam nouam, et cuſtodias legem nouam, et mã-
datum nouum Chriſti quod eſt dilectio ſyncera. Eſto
firmus, ſtabilis et fortis in via dei, quod lapidis duritia
præ ſe fert et ſignificat. Intra etiam cubiculum tuũ, et
Matt.6. clauſo ſuper te oſtio ora patrem tuum in abſcandito, in
Ioan.4. ſpiritu

ſpiritu & veritate,quod lapis ad oſtium aduolutus, ſi-
gnificat. Sta item ſuper cuſtodiam tuam,& omni cu *Abac. 2.*
ſtodia cuſtodi cor tuum & temetipſum ſollicitè: Quia *Prou. 4.*
niſi inſtanter in timore dei te ſeruaueris,citò ſubuerte- *Eccl. 27.*
tur domus tua, mox fur perfodiet domum tuam,& te *Mat. 24.*
occidet,& quæ congregaſti diripiet.Vide.ne circumue- *Luca 12.*
niaris à Satana,& Ieſum,id eſt,ſalutem amittas. Nul-
lis vltra ſeruiendum peccatis, per reſurrectionē Chriſti
probat, dicens: *Vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis*, *Mat. 12.*
hoc eſt,ex ſepulchro,tertia die,iuxta typum Ionæ, qui *Iona 2.*
tāto tempore fuit in ventre beluæ marinæ, *per gloriam
patris*, id eſt,per ſeipſum,qui eſt gloria patris:Quia glo- *Prou. 10*
ria patris eſt filius ſapiens. Vnde pater ad filium ait: *Pſal. 56.*
Exurge gloria mea.Et filius rèſpondet:Exurgam dilu-
culo. Hinc alibi ait Apoſtolus: Chriſtus crucifixus eſt
ex infirmitate; videlicet aſſumptæ carnis, ſed viuit & *2.Cor.*
reſurrexit ex virtute Dei, hoc eſt, ex virtute qua deus *13.*
eſt. *ita & nos* membra eius,dei gratia ſuffulti, à morte
vitiorum excitati per eūdem & priſtinis viciis mortui,
in nouitate vitæ ambulemus, dignè deo & euāgelio eius. *Epheſ. 4.*
In ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus noſtris. Sem- *Philip. 1.*
per eundo de virtute in virtutem,& proficiendo in ſa-
pientia & gratia apud deum & homines ſemper. Nam *Luca 2.*
cùm per baptiſmum inſeramur Chriſto,ſicut in olinam
bonam & arborem bonam, ac tranſplantemur in eum *Roma. 1.*
ſicut in terram bonam & fructiferam,quodammodo in
illum transformamur.Ideo quicquid in illo geſtum eſt,
id omne à nobis vel exprimendum eſt in vita & bonis
operibus,vel per ſpem patienter expectādum in cœlis.

Reſurgere proinde debemus cum Chriſto. Veraciter *1.Re. 28.*
non ſictè,ſicut qui ſimulant bonitatem.Surrexit domi-
nus verè.Nō ſicut Samuel.Debemus reſurgere à mor-
tuis & peccatis.Velociter,non differendo de die in diē *Eccleſ. 5.*
conuerſionem noſtram ad deum & pœnitētiam. Surge *Act. 12.*
velociter dixit angelus ad Petrum.Et Chriſtus: Exur-
gam diluculo. Integraliter,non imperfectè, ſicut qui
diuidunt confeſſionem,aliquibus,non omnibus pecca-
tis renunciant. Qui claudicant in duas partes, Deo & *3.Re. 18*
mãmonæ vnà ſeruire volunt,ſicut Samaritani,qui deū *Matt. 6.*
colebant,& idolis ſeruiebant. Conſurge conſurge, in- *Eſa 52.*
duere fortitudinem brachium domini Confidenter,nō
dubiè, ſicut qui deſperant cum Iuda & Cain vaſis iræ

1 *Petr.* 1 aptis ad interitum. Reſuſcitauit nos in ſpem viuam, per
reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Immortaliter & non temporaliter, ſicut qui redeunt ad vomitum, & aſpiciunt retro cũ vxore Lot. Quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur &c. Nunc ſecundo loco, quæ dicta ſunt appoſita ſimilitudine confirmat, dicens: Si *enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis, eius, & reſurrectionis erimus*, hoc eſt, ſi per mortem Chri-
Pſ. 106. ſti ſumus euulſi, liberati & remoti de peccato, tanquã
Hier. 17. de terra ſalſuginoſa, ſterili & arente & mala. & plantati in terra bona, fructifera & benedicta gratiæ cœleſtis cum Chriſto: Tunc ſimul & reſurrectionis eius partici-
Coloſ. 3. pes erimus, & cũ eo in gloria apparebimus: Quia cor-
Philip. 3. pora noſtra corpori claritatis ſuæ configurabit, cũ ve-
2. *Theſ.* 1 nerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt in eum, fide electorum dei.
Ephеſ. 5. Nec hoc ſolummodo, ſed & in præſenti vita, in nouitate vitæ, & in dilectione ambulando, ſicut ipſe ambula-
Eccl. 23. uit, ſimiles ſumus ei, & portamus imaginem eius, quod eſt gloria magna & nobilitas hominis ſumma. Hoc *ſcientes* per fidem & experiẽtiam, *quòd vetus homo noſter*, hoc eſt fomes & conſuetudo peccandi, quem expolia-
Ephеſ. 4. uimus & depoſuimus ſecundùm priſtinam conuerſatio-
Coloſ. 3. nem cum actibus ſuis, eo quòd corrumpitur (non tantũ
1 *ron.* 13 per opera) ſed etiam ſecundùm deſideria erroris: Quia animæ doloſæ & qui operantur malum, errant in peccatis ſuis, à via veritatis, & viam ciuitatis habitaculi nõ inueniunt. Ille veteris Adæ ſimilitudinem portat, terrenus ex terreno. *ſimul crucifixus eſt*, cum Chriſto. Quia fomes virtute paſſionis Chriſti eſt debilitatus, & con-
Roma. 8. uerſatio peccatrix morte Chriſti deleta, abolita, & odioſa facta eſt. illis qui non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum ambulant, & ſpiritu deſideria & facta
1. *Cor.* 9 carnis mortificant. *vt deſtruatur*, gratia dei in nobis regnante in vitam æternam. & ratione, *corpus peccati*, id eſt, omnia peccata, carne in ſeruitutem ſpiritus redactã et rationi ſubiecta. Quamuis enim in baptiſmo fomes non ſit prorſus mortuus et extinctus, adeo tamẽ debilitatus eſt, vt nihil poſſit contra nos, niſi velimus, et locum diabolo dederimus, et noluerimus appetitum noſtrum ſub nobis tenere, et cum nobis ſcienter domina-
Geneſ. 4. ri permittimus, contra verbum dei. Sic iam nihil eſt dã-

nationis

nationis iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui nō ſecundùm carnem,ſed ſecundùm ſpiritum ambulant. Sic corpus peccati, vniuerſitas eſt peccatorum, ſicut econtrario, corpus dicitur congeries operum bonorum, ſicut ſcriptum eſt:Si oculus tuus ſimplex eſt,totum corpus tuum lucidū erit.Et ſic fomes ſiue vetus homo crucifixus eſt, debilitatus & eneruatus, *vt vltrà non ſeruiamus*, concupiſcentiis obediendo,carnis curam in deſideriis faciēdo,nec ſeruire cogamur *peccato*, id eſt,fomiti ad peccata inclinanti. Nam qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.Non eſt fomes deſtructus,ita vt non ſit, ſed vt non cogamur ei ſeruire.Quia iuſtificati ſumus, & Dei gratia adiuuamur,roboramur & fulcimur.Hæc nos de corpore mortis huius liberat, & carnis aduerſus ſpiritum rebellione, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Per eum adiuti, omnia bona poſſumus cum Apoſtolo facere,& ab omni via mala pedes noſtros prohibere,ac in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela incedere cum Zacharia. *Qui enim mortuus eſt peccato*, vt nos ſumus, & verè per Chriſtum liber factus, *ille iuſtificatus* eſt,expurgatus,emundatus & ablutus in baptiſmo,in ſanguine Chriſti, & morti eius cōfiguratus *à peccato*: Quia baptiſmus delet omnia peccata,vt iam non ſit in ſeruitute peccati,ſed liber. Qua libertate nos Chriſtus liberauit,& vindicauit in libertatem gloriæ filiorum dei.Dixit Apoſtolus & oſtendit, quòd non debemus in peccato manere. Tum propter vitæ præteritæ mortificationem. Tum propter nouæ vitæ ad Chriſtum conformitatem. Iam idipſum oſtendit propter vitæ æternę expectationem. *Si autem mortui ſumus cum Chriſto*, hoc eſt,ſecundùm gloſſam, ſi ita mortui ſumus peccato, ſicut Chriſtus mortuus eſt pœnæ.Vel ſi cōmortui ſumus Chriſto,id eſt,ſimiles morti eius,tunc præter prædicta, & hoc commodi habebimus,& ſi ſine recidiuo manemus in bonitate ſtabiles & in dilectione, *credimus* & certi ſumus, *quia ſimul viuemus cum eo* vita gratiæ in vita quæ nunc eſt,quia corruptio vitæ veteris,inchoatio nouæ eſt. Et vita gloriæ in vita æterna,vbi mors non inuenitur. Viuemus vita tali quali & ipſe.Viuemus cum ipſo:quia vbi ipſe eſt,illic & miniſter eius erit.Sed & hic cum ſuis electis eſt vſq; ad conſummationem ſeculi. Vnde ſequitur: *Scientes quòd*

Roma. 8. *Matt. 6.* *Luc. 11.* *Ioan 8.* *2. Pet. 2.* *Philip. 4.* *Pſ. 118.* *1. Cor. 5* *Titi 3.* *Galat. 5.* *Apoc. 21.* *Ioan. 12.* *Mat. 28.*

Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam vlterius per diſſolutionem animæ & corporis, *non moritur, mors illi vltra non dominabitur,* aliqua paſſione, cùm ius in eo nullum ha-
Hebr. 10. beat. *Quod enim mortuus eſt peccato*, tollendo, ſuperando diabolo, patre reconciliando, redimendo, & cœlo aperiendo mundo, *mortuus eſt ſemel.* Vnica enim mors eius ſuffecit ad omnia peccata tollenda, & omnia bona nobis promerenda. *quod autem viuit, viuit deo*, id eſt, ad ſimilitudinem dei patris. Quia ſicut vita patris, ita & vita Chriſti, nullam inquietudinem vel diminutionē re-
Apoc. 1. cipit. Vnde ait: Fui mortuus, & ecce ſum viuens, feliciter
Exod. 25. & æternaliter, quia in ſecula ſeculorum. Ad hoc ergo
Hebr. 8. exemplum quod vobis in monte Chriſto monſtratum eſt, & omnia opera veſtra facite. Vnde ait: *Ita & vos*, ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt, *exiſtimate vos mortuos*
2. Pet. 2. *quidem eſſe peccato*, vt illud non iteretis, nec ad vomitũ reuertimini, nec actu, nec affectu. Hæc eſt mors ſancto-
Pſ. 115. rum precioſa in conſpectu domini. Beati qui hoc modo
Apoc. 14 in domino moriũtur. *viuentes autem*, in gratia, quæ extenditur & manifeſtat ſe in virtutibus & bonis operi-
Act. 17. bus, *Deo*, id eſt, ad honorem Dei. In Chriſto enim viuimus, mouemur & ſumus. Et ſicut ille pro omnibus mortuus eſt, ita qui viuunt, non ſibi viuere debent, ſed
2 Cor. 5 ei qui pro omnibus mortuus eſt & reſurrexit. Vnde ſicut eum in hunc mundum miſit viuens pater, vt mun-
Ioan. 3. dus ſaluaretur per eũ, & ipſe vixit & viuit propter pa-
Ioan. 6. trem, ſic omnis qui manducat eum in ſacramento, vel membrum eſt corporis eius, & ramus in illa radice ſan-
Rom. 11. cta, palmes in iſta vite vera, viuit propter eum, omnia
Ioan. 15. in gloriam eius facit, quicquid boni & gratiæ habet il-
Epheſ. 4. lius bonitati acceptum refert. Viuit Deo, vita Deo & euangelio digna, in fide filij Dei, cuius munificentia & gratia, eſt id quod eſt. Cuius beneficio contigit innocẽtia, & quicquid boni eſt in nobis. Omnia (vt dixi) in
1 Cor. 10. gloriam dei facit. Neq; enim Deo viuit, ſed mundo, ſed diabolo, qui non viuit pietati, iuſtitiæ, ſobrietati & id genus aliis virtutibus. Cùm enim inſiti ſumus corpori Chriſti, radici ſanctę, viti veræ, idem facti cum illo, neceſſe eſt, vt capiti membra, radici & viti fructus reſpon-
Matt. 7. deant. Quia non poteſt arbor bona malos fructus fa-
Ioan. 15. cere, ſed bonos, ſed electos, ſed dignos deo, ſed vtiles operantibus, qui permanent eis in vitam æternam. Caput

put autem noſtrum, radix ſancta radicis Ieſſe, vitis ve- *Eſa.11*
ra, Chriſtus Ieſus eſt. Is cū patris ſui gloriā quærat iu-
giter, quæ placita ei ſunt faciat ſemper, dignū & iuſtū *Ioan.8.*
eſt. vt nos eius imitatores ſimus, in omnibus operibus
bonis fructificando, fructus lucis in omni bonitate &
iuſtitia & veritate proferēdo. Exemplū enim dedit no- *Epheſ 5.*
bis, vt ſicut ille fecit, ſic & nos faciam' *Per Ieſum Chri-* *Ioan.13.*
ſtum Dominum noſtrum, ex quo eſt omnis ſufficiētia no-
ſtra. Qui operatur in nobis, & velle & perficere bonum, *2.Cor.3.*
pro ſua bona voluntate. Sine cuius ope, nihil boni poſ- *Philip.2.*
ſumus facere Cui cum patre & ſpirituſāncto, laus eſt, *Ioan.15.*
& honor in ſecula ſeculorum. Amen.

DOMINICA SEXTA POST PENTECOST. IN EVANGEL.

Lucæ.v. Sermo.

VERVS ſol iuſtitiæ Chriſtus alto è cœ-
lo ortus, in ſua natiuitate qua exiuit à pa-
tre & venit in mundum; quamdiu enim in *Pſal.18.*
mundo fuit, lux mundi fuit. Inſuper vt gigas
fortiſſimus exultauit, ad noſtræ ſalutis viam currendā:
vt videlicet ſapientiæ ſuæ radiis & prædicationibus, ſe-
dētes in tenebris & vmbra mortis illuminaret: vt frigi-
da per malitiā cordā facta, amoris ſui igne vehemēter *Luca 1.*
accenderet, quatenus inſtar Ioānis Zachariæ lucernæ
ardentes eſſent per ſeraphicum incendium amoris, &
lucerent per vitæ honeſtatem & Chriſti perfectā imi-
tationem. Vt tertiò faceret eos florere in affectu, ger-
minare per pietatē & deuotionē, creſcere & cōfortare
& proficere ſapiētia, ætate & gratia apud deū & homi-
nes: tandē etiā in omnibus bonis operibus fructificare,
ac Chriſti bonus odor eſſent in omni loco. Hos enim
effectus, ſol iſte viſibilis, poſtquā hyems trāſit & receſ-
ſit, producit in terra noſtra viſibiliter: ſed multo id me-
lius perfectiúſq; in bona & optima terra cordiū eorum
qui piè viuunt in Chriſto, ſol iuſtitiæ, qui deū timenti-
bus oritur facit, cum accedunt approximántq; ad eum. *Iacob. 4.*
Hinc Iacobus ad id operis adhortās, ait: Appropinquate
deo, & appropinquabit vobis. Hac opera diuina, ad ſi-
militudinē dei homines reformantur. Nā dum viriliter
agūt, bonis operibus inſudant, patris potētia ſe fulciūt,
dum implentur agnitione voluntatis diuinæ, in omni

ſapientia & intellectu ſpirituali,filij ſapientia participāt. Dum à ſole iuſtitiæ accenduntur in amore Dei,& ignis
Luc.6. inſtar calidi ſunt & ſermo eorum vt facula ardet, tunc bonitatem communicant ſpiritusſancti Sic perfecti fiūt & filij efficiuntur altiſſimi patris, qui in cœlis eſt. Ipſe
Iacob. 1. enim potens eſt,ſapiens & bonus.Sic nos deus ſibi aſſimilat,& nos heu non cognoſcimus eum,pro nihilo habemus quod ſic magnificat facere dominus nobiſcum,
Prou.3. vt non ſolùm in vita futura,ſed etiam in vita quæ nūc eſt ſimiles ei eſſemus.Hæc ſaluatoris noſtri benignitas inſperata,pietas viſceroſa,& miſericordia gratuita, in euangelio proponitur hodierno conſideranda,amplectenda & imitanda. Nam qualiter illuminauit omnes
Mat. 11. homines in hoc mundo ad eum accedentes, euangelij docet exordium.Qualiter ſuo paruerint mandato diſci
Ioan.8. puli,fecerintque omnia quæcunque dixit eis, progreſſus huius euangelij.Fructum obedientiæ verbo vitæ,& ſer-
Auri triplex. moni Chriſti,ſubſtituit in calce.Audiamus ergo verbū Dei,quod eſt ſapientiæ,lux lucis,radius ſolis æterni.De inde cuſtodiamus, ſeruemus, opere impleamus illud, quòd eſt ſapientis viri inſigne.Et ſic fructu eius non fraudabimur,quia beati in facto noſtro erimus. Sed euangelij textum diſpiciamus.*Factum eſt cum turba irruerent in*
Pſ.44. *eum* ex deuotione.Turbæ dicit,quia cum ſimplicibus ſer
Ioan.5. mocinatio eius.Nuſquam tale quid de ſcribis legimus
Pſ.84. & phariſæis.Nam iſti conſilium Dei ſpreuerunt,doctri-
Iob.4. nam Chriſti deriſerunt,obſeruabant ſermones eius: nō vt ſe emendarent,ſed vt eum caperent in ſermone & accuſarent.Turbæ vero (quæ iudicio phariſæorum non nouerunt legem,& ſunt maledicti)cum gaudio ſpiritusſancti verbum dei acceperunt.Pater enim à ſapiētibus apud ſemetipſos & prudentibus prudentia huius ſeculi, verbi ſui dulcedinē & energiam abſcondit & reuelat eā paruulis.*Vt audirent verbum Dei* Qui ex Deo eſt verba dei audit Non ſolum aure corporis,ſed etiam aure mentis & obedientiæ.Ecce auris naturæ ſenſitiuæ,auris interioris intelligentiæ,auris obedientiæ De iſto triplici auditu maximus vatum ait:Audi filia quo ad primum. Et vide,quo ad ſecundum.Et inclina aurem tuam, quo ad tertium.Aure corporis multi audierunt verbum Dei,& ex Deo non erant,nec beati ſunt,ſed damnati: vt Iudas ſcribæ,phariſæi.Audiunt & multi quid in eis loquitur

dominus

dominus deus,& venas ſuſurrij eius furtiue ſuſcipit auris etiam reproborum:vt Balaam,Caiphæ,phariſeorum hæreticorum,& multorum prauorum,qui ſciunt voluntatem Domini ſui,& non faciunt:& docent,& ſoluunt, Audiunt audientes,& non intelligunt,vident & obedienter non cognoſcunt &c,At ſoli tertij, qui verbum dei cum deuotione & reuerentia humiliter audiunt,& corde bono & optimo retinent:& per obedientiam fructũ faciunt in patientia,iſti beati in facto ſuo ſunt.*Et ipſe ſtabat ſecus ſtagnum GeneZaret,* quod eſt mare Galilææ.*Et vidit duas naues ſecus ſtagnum* ad littus maris.*piſcatores autem deſcenderant* de nauibus ad littus,*& lauabant retia ſua.* *Tres diſcipuli.*
Piſcatores illi,ad literam fuerunt Petrus , Iacobus , & Ioannes frater eius.In quo notantur tria prædicatori neceſſaria,ſcientia videlicet,quæ per Petrum intelligitur,nam interpretatur agnoſcens. Supplantatio mali, per Iacobum ſignificata,qui interpretatur ſupplantator Gratia Dei ad operandum,vt opere impleat quod verbo prædicat,vt facere incipiat & docere,vt primò curet ſemetipſum Quia Ioannes gratia,vel in quo eſt gratia interpretatur.Hæc ſunt tria munera Magorum, aurum videlicet ſapientiæ,thus gratiæ,& mirrha mortificationis carnis,per ſupplentationem carnalium voluptatum. In vltimo potentia virtutis Dei requiritur,vt caro mortificetur & cum vitiis & concupiſcentiis crucifigatur. Cognitio & ſapientia filij ad vitæ ordinem regiménque neceſſaria,vt in ſapientia ambulemus & caute,tempus redimendo.Gratia bonitas ſpiritusſancti ad operum neceſſaria eſt acceptationem & meritum , Deſcendere debet prædicator ab actu prædicationis , ad conſiderationem propriæ fragilitatis,vt ſic viſitet ſpeciem ſuam,ſecum habitet,conſideret ſemetipſum,vultum natiuitatis ſuæ,quare natus eſt ex aqua & ſpiritusſancto, in ſpeculo verbi Dei conſideret,videatque imperfectum ſuum & paupertatem ſuam.Lauare debet item retia ſua hoc eſt,verba prædicationis,à tribus immunditiis expurgare:A quæſtu temporali,à gloria inani,ab adulatione fallaci,exemplo Apoſtoli qui dicit de ſe ipſo: Neque fuimus aliquando in ſermone adulationis , ſicut ſcitis: neque in occaſione auaritiæ:deus teſtis eſt,nec quærentes ab hominibus gloriam.*Aſcendens autem in vnam nauim qua erat Simonis Petri,rogauit eum.*Hic noſtra maledi

Col. 3. Gal. 5. Pſ. 138. 1. The. 2.

cta cõfunditur ſuperbia , & humilitas maxima Chriſti
exprimitur. Ecce deus hominem,creator creaturam,dò-
minus ſeruum,magiſter diſcipulum , diues. egenum &
pauperem,rogat humiliter. Diſcamus vel nunc quia mi-
tis eſt & humilis corde, *à terra puſillum reducere*, quia ita
volebat à littore elongari,vt audiri poſſet à turba , nec
tamen comprimi ab ea,& ſedens tanquam doctoris au-
toritate fungens, *de nauicula docebat turbas*, famem ſitim-
que magnam audiendi verbum Dei habentes. Et quan-
to id clarius audierunt,tanto magis illud cupiebant au-
dire. Iuxta illud: Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui
bibunt me,adhuc ſitient. Quod docebat ſedens in na-
Eccle. 24 uicula,hoc prætendit quod nemo docendi officio fun-
gi debet,qui in eccleſia per concordiam & humilitatẽ
humiliter ſe non habet, dicente beato Iacobo : Nolite
plures fieri magiſtri. Plures dicit:non quod docendi i-
doneis ad id officij prohibeat,ſed quod plures non ſint,
hoc eſt diſſentientes in docendo,& ab Eccleſiæ ſancto-
rúmque ſenſu diuerſi. Vt id ipſum dicant omnes, & ſint
perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia ſecundũm
Ieſum Chriſtum,nullúmque inter eos ſchiſma ſit. Sic
oſtenſum eſt breuiter,quomodo ſol iuſtitiæ mundum
illuminauit,turbas irruentes in eum,docendo. Declara-
Iacob. 3. tio ſermonum eius illuminat. Et ibidem, Lucerna pedi-
bus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis. Præce-
Pſ. 118. ptum domini lucidum,illuminans oculos mentis. Bene
Pſ. 18. proinde faciunt qui verbo dei attendunt,quaſi lucernæ
lucenti in loco caliginoſo huius mundi,donec dies glo-
riæ eluſcat , & lucifer ille,qui neſcit occaſum oriatur
in cordibus noſtris.

SERMO SEPTIMVS.

HVius euangelij altera pars docet, quomodo auditus ſermo fructum in diſcipulis fecerit,quando habebant & audiebant verbum eius,& cuſtodierunt illud,opere adimplendo. Sic diſcipuli conuerterunt ſe ad auditum verbum,& appræhenderunt illud, ambulabantque per vitæ huius viam,ad ſplendorem eius , quia non habuerunt ante ſe vmbram ignorantiæ vel culpæ. Auertentes autem ſe à lumine euangelij & verbi dei, nec non à ſpiritu viuificante,ad literam occidentem, &

doctrinæ

doctrinas dæmoniorum,velamen malitiæ ſuper oculos habent,vmbram ignorantiæ & culpæ ante ſe habent, Facere vero legem Chriſti,inſigne eſt virtutis & fortitudinis,Virtutem verò & fortitudinē dominus pater dat plebi ſuæ.Ex iſto loco id habemus quod primò quærendum eſt regnum Dei & ea quæ ſunt ſalutis animæ & Dei.Deinde laborare manibus noſtris quod bonum eſt, & tunc omnia quæcunque facimus proſperantur Vt autem ceſſauit loqui,ea quæ plebi vtilia erant ad ſalutem neceſſaria Ego ſum Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas quod contra eos eſt, qui narrāt viſiones capitum ſuorum,qui loquuntur populo placentia,& eum beatificando viam greſſuum eorum diſſipant,auribus pruriunt,pax,cùm non ſit pax,dicunt propter pugillum hordei & fragmen panis Hinc ſcriptum eſt,Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, & inſanias falſas,ſed non vt lex tua.quæ immaculata eſt, conuertens,non ſeducens animas,teſtimonium item fidele eſt, & verum ac ſapientiam quæ de ſurſum à patre luminū deſcēdit,præſtat paruulis,hoc eſt,humilibus Sed & hoc colligimus documentum, quod verbum abbreuiatum cum domino facere debemus,ne nimiùm ſermo protrahatur,Prolixitas enim tædij mater eſt,& optima quæq; efficit oneroſa.Nimietas cibi aut potus, non delectat, ſed vertitur in nauſeam,morbos cauſat,generat capitis dolorem,vomitum prouocat.Hoc faciunt qui ſeipſos libenter audiunt.Hoc vitij alaudam caſſitam ſiue galeritam dicunt habere naturæ exploratores curioſi, quod vocis ſuæ ſono & dulcedine ſic delectatur, quòd etiam ad ſuam ipſius perniciem ſæpe cantat.At Chriſtus ceſſauit loqui,vt pauca & vtilia quæ docuerat auditorum pectoribus eo manerent infixa tenacius,quo cum maiori fuiſſent deſiderio ſpiritus audita Hinc Flaccus ait: Quicquid præcipeis,eſto breuis,vt cito dicta percipiant dociles animi,teneántque fideles.dixit humiliter & manſuetè.ſicut mitis fuit & humilis corde.Nam propter veritatem oris,& manſuetudinem cordis & iuſtitiam operis mirabiliter duxit eum dextera ſua,in noſtræ ſalutis via & opere adimplendo.dixit ergo ad Simonem Petrum, Simon autem obediens interpretatur.Obedientiam autem eius hic exigit,& Simon in auditu auris Domino, vt patebit,obediuit, *duc in altum*, hoc eſt,longius à terra

Eſ.39.

Pſ. 118.

profundiora loca duc nauim. Sic in Ioanne legimus: Pu
teus altus eſt, profundus eſt. Veni in altitudinē maris, &
tempeſtas pemerſit me. & laxate retia veſtra in capturā.
Ioan.4. Vere cœpit Ieſus facere & docere. Exemplum in prædi
Pſ.68, cando apoſtolis dedit, vt quemadmodum ipſe fecit, ſic
& illi facerent, eundem modum in prædicatione ſua ſer
uarent. Tria eis dixit, quò rete extendendum, quia in al-
tum, quid agendum, quia rete laxandum, ad quid hoc fa
ciēdum, quia in capturam. Ecce modus, ſpecies, otdo bo
ni operis, & bonitatis radix, pulchritudo & finis. Illa e-
nim actio bona eſt & cenſetur: quæ hæc tria habet: Nē-
pe, vt ſit ex Deo patre producente, iubente, volente. Sic
item per ipſum filium, ſcilicet regulantem & diſponen-
tem, quia ſapientia patris eſt, candor lucis æternæ, & ſpe
Tria in omni ope re bono. culum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis
illius. Ideo pater vult prædeſtinatos ad gloriam in hac
vita conformes fieri imagini Chriſti, & portare imagi-
nem Adæ cœleſtis Omnia facere ſecundum exemplar
eius quòd nobis in monte monſtratum eſt, hoc eſt in
Chriſto, qui mons eſt. in quo beneplacitum eſt Deo cor
poraliter inhabitare. Tertiò vt in ipſo ſpiritusſancto ſci-
licet, tanquam in fine intento, omnia conſeruante, quie
tante: Vt ſic ex ipſo patre, per ipſum filium, & in ipſo
ſpiritusſancto, ſint omnia noſtra, deſideria pia, verba, &
opera bona: & tunc accepta ſunt Deo nobis meritoria,
proximis quam imitentur bonitatis, ſanctitatis & iuſti-
tiæ formam præbent. Sed & Deus ipſe, qui eſt ſuper
omnia benedictus in ſecula, omnia in menſura, & nume
ro & pondere, diſponit, vt in hoc & nos imitatores dei,
ſicut filij chariſſimi ſimus, vt menſura ad modum nume
rus ad ſpeciem, pondus ad ordinem referatur. De his a-
liàs plura. Sed cum piſcatio iſta prædicarionis ſymbolū
2.Co.12 ſit ſiue forma igitur vt omnia ſibi conſonent, concor-
dent & reſpondeant, ab externis ad interna, à corporali
bus ad ſpiritualia, à factis &. operibus ad morum ædifi-
cationem nos mentis oculos erigere oportet. Hac habi
ta ratione, vide quomodo ante omnia prædicator ſe à
terra, à terrenis affectibus. rebus & negotiis elongare
debet: Ne auditorum res & poſſeſsiones, ſed ipſos cum
Apoſtolo quærat Neque concupiſcat aurum cotum: aut
argentum aut veſtes, imò hæc vt ſtercora reputet & de-
trimenta, vt Chriſtum lucrifaciat: hoc eſt, multos con-
uertat

uertat & ſaluet,Vt illi ſit mundus cruſixus,& ipſe mundo,Huic annexa eſt & profluit ex iſto mundi contemptu & odio,ſublimis cœleſtis & Chriſtiformis conuerſatio.cum dicit:Duc à terra in altum.Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion.Vt conuerſatio eorum in cælis ſit Secundò docet quod facilis & intelligibilis ſit prædicatio,ne ſententias inuoluat ſermonibus imperitis,ſicut populus imprudens & alti ſermonis,ita vt ſimplices non poſſint intelligere diſertitudinem linguæ eius in quo nulla eſt ſapientia Ideò hic dicitur:Laxate retia veſtra,hoc eſt,clare loquimini: elucidate ſcripturas,ſoluite,explicate,declarate,Quia declaratio ſermonum Dei illuminat,& nolite inuoluere ſicut illi qui ſeipſos,& non Chriſtum ſyncere pædicant,Confundantur plectentes & texentes ſubtilia, ait dominus. Tertiò eſſe debet intentio recta & oculus ſimplex , purus & lucidus,cum additur in capturam piſcium:non vllius alterius rei gratia,vt manus ſuas excutiat ab omni munere,cordis,oris & manus.Vt non quærat gratiã & fauorem hominum:nec laudem ab ore,nec munus à manu:nec quod ſibiipſi vtile eſt,ſed quod multis,vt ſalui fiant.Omnia ſuſtineat propter electos,vt ipſi miſericordiam conſequantur,& ſalutem, quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cœleſti.Beatus proinde,qui in operibus ſuis Deum patrem habet vt principium mouens,filium vt regulam dirigentem, ſpiritumſanctum vt finem propter quem & ad quem totum quod eſt, viuit & operatur,dirigit & ordinat.in quo & quieſcit. Sed heu mutatus eſt color optimus his malis diebus , obſcuratum eſt aurum,qui nutriebantur in croceis, amplectuntur ſtercora.Quotuſquiſque eſt qui gratis domino ſeruiat, qui pure ea quæ Ieſu Chriſti ſunt,ſeipſo neglecto & deſpecto quærat?Laxãt fateor quidam rete prædicationis ſeminant verbum Dei,non vt homines capiant & ſaluent,ſed ranas,ſed teſtudines,ſed limum terræ Hoc eſt præbendas,dignitates delicias,diuitias.Iſti telas aranearum texunt. Retia ſunt verborum complexiones & diſputationes,quæ quos capiunt non amittunt.Vnde retia,quaſi retinentia ſunt dicta,quæ captos non perimũt ſed reſeruãt.Ad hunc ſcopum ſeruator etiam loquitur in Matthæo de ſagena miſſa in mare,&c.Hæc retia per ſtudiũ texuntur,per prædicationẽ laxãtur ꝑ auditã con

Gal.6. *Eſai. 33.* *Pſ. 118.* *Eſ 19.* *Thre. 4.* *Matt.23*

feſſio-

feſſionē colliguntur, per prædicatorū amarā & lachryſam cōtritionem lauantur, per ſpem, feruorē & carnis mortificationē ſiccatur. Sic Apoſtolus caſtigauit corpus ſuum. Et reſpondens Simon dixit illi, quod ſequitur. Præ-
1. Cor. 9. ceptor, cui paratus ſum parére, & quæcunque decernis adimplere. Verùm per totam noctem laborantes nihil cœpimus. Et quamuis crebrò hoc contingat diuina tamen diſpoſitione tunc ſic euenilſe vel ex hoc apparet, vt Chriſti poteſtas per ſequens miraculum clarius emicaret, & alij magis confirmarentur in fide. At iuxta moralem intellectū, qui ſint noctis piſcatores, propius lubet intueri. Hi certè, qui non miſſi à Deo, nec ab ordinariis paſtoribus hæretica prauitate non corruptis, ſua temeritate & impudētia prædicationis ſibi munus vſurpant. Si enim poteſtate prædıti corrupti fuerint hæretica prauitate, tales vtique verbi præcones eligunt, qui
Eſa. 3. eos detinent in errore. Eiuſmodi nihil ſunt meliores,
Ezec. 13. quam Manaſſes, Amon, Acham Hieroboam, & omnes
Tit 3. reges Iſrael. De iſtis multa legimus in prophetis & no-
1. Pet. 2. ui teſt. apicibus. Hos peculiari nomine hæreticos dici-
2. Co 11 mus, magiſtros mendaces, operarios ſubdolos, apoſtolos
Rom. 16. Satanæ, lupos rapaces, canes impudicos &c. Sed nullos
Matt. 7. piſces bonos capiunt congregandos in vaſa gloriæ, ſed
Ioan. 10. ſolummodo malos naſſa ſua trahunt, nēpe, ranas, teſtu-
Act. 20. dines, ſerpentes, foras mittendos in tenebras exteriores
Philip. 3. Seducunt enim populum Dei mendaciis ſuis, dulcibus ſermonibus & benedictionibus ſuis. Sunt enim noctis filij & tenebrarum, & præter tenebrarum opera habent nihil, vt ex fructibus corū, ſtudiis & operibus, omnis piè viuēs in Chriſto videre facillimè poteſt. Nā q cū eis in eadē ſunt impietatis dānatione, laudāt eos, dicūt malū eorū bonū, & bonū piorū malū. Sed nō audiūt nec eos ſequūtur oues Chriſti, ſed magis fugiūt ab eis. Iſti vēdūt oleū, laudāt impios in ſuis malitiis, lactāt ſceleratos, palpāt iniquos, beatificāt malos, damnant bonos & piè viuentes in Chriſto. Sed & nocte piſcantur, oleū & operā perdunt, in ſaccum pertuſum operas ſuas mittunt, ventum paſcunt, aerē verberant, qui extra charitatem bona faciunt & mala ſuſtinent. Hoc enim nihil eis prodeſt ad gloriam, quāuis Deus etiā talia opera bona mercede ſua debita, ex bonitate ſua, remuneret in vita præſenti. Nihilominus quantumuis aliquis ſit obnoxius peccatis

tamen

tamen ab operibus bonis ceſſare non debet. Sed & illi littus arant, ſementem ſuam in aquam mittunt in nocte piſcantur, vanè fortitudinem ſuam conſumunt, qui prædicant non furandum,& furantur: qui mandata dei prædicant, & ſoluunt: qui exemplo vitæ deſtruunt, & ſcandalis ſuis,quod ædificant verbo doctrinæ. Dum enim prædicatoris vita deſpicitur, conſequens eſt,quòd & prædicatio eius contemnatur. Væ mundo à ſcandalis iſtis Proferunt quidem verba vitæ,lucis & gratiæ,ſed operibus tenebrarum totum corpus tenebroſum faciunt. Quod viuificant verbo vitæ,mortificant operibus mortuis.Gratiam quam labiis ſuis diffundunt,& dant auditoribus:dum ipſi gratiæ deſunt, gratiam in vacuum recipiunt, gratiam dei abiiciunt per peccatorum iterationem, & alios quantum in ipſis eſt,ſecum trahunt in perditionem.Vnus edificans & vnus deſtruens, quid illis prodeſt niſi labor?Lingua ædificans nihil promouet, dum ædificata deſtruit manus & vita ſcandaloſa Sed ſunt ſicut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, etiam ſi linguis hominum loquerentur & angelorum, aut dulcis corde ſonus.Verùm dum hæc alios ſono ſuo oblectant, crebrò ipſa deſtruuntur & pereunt.Eiuſmodi inſtar morbidorum ouiũ alios maculant,ſcandalizant in lege dei, & ſuo modo cogũt euãgelio non obedire,vt in Gallatis Paulus ad Petrum dixit, Maximè ſi rectoris funguntur officio,& præditi ſunt poteſtate.Præſunt quidem, proſunt nemini,omnibus officiunt,inſtar ſalis infatuati nulli vſui bono deſeruiunt amplius.Vtinam tales abſcinderentur,& mitterentur foràs, ac ab omnibus conculcarentur,vt ſtercus terræ.At contra filij lucis & diei,& qui ſunt lux mundi & lucent in medio nationis prauæ atque peruerſæ,ſicut luminaria in mundo, qui fructus lucis proferunt, qui ſunt in omni bonitate cordis,& in omni iuſtitia vitæ & operis, & in omni veritate oris: Qui habent bonitatem in voluntate & affectu, veritatem in intellectu & ore:Iuſtitiã in affectu & opere:Sícq; imaginem dei & ſimilitudinem in ſe habent renouatã & reformatam: Nam imago dei intus in anima reformatur per bonitatem voluntatis & veritatẽ intellectus: Similitudo autem per iuſtitiam vitæ,morum & conuerſationis lumen. Qui facit hæc, piſcatur in die Et noctis ac tenebrarum filios quos fidei & prædicationis ſagena

capit,

capit,facit filios lucis,luminaria mundi,ſolis æterni radios,& mittit in cœlum,vbi nox nulla eſt, eo quòd claritas dei ciuitatem illam illuminat, & lucerna eius eſt agnus Hoc modo apoſtoli piſcabantur,et prophetæ,nec non omnes iuſti,qui facere cœperunt et docere. Quos enim piſces ad terram trahere poteſt,qui ruptum penitus rete habet? Aut qui antequam cæteros trahat, ſua malitia et nequitia moritur, et in aquis vehementibus
Eccl. 14. ſcelerum ſubmergitur quaſi lapis,aut plumbum? Qui ſibi nequam eſt,cui bonus erit? Secluſa noctis inutili piſbatione,Simon addidit: *In verbo autē tuo laxabo rete.* In verbo Chriſti rete ſuum laxat, qui verbum dei ſyncerè, vt Chriſtus fecit et mandauit,prædicat,ſine vlla fermenti hæreticæ prauitatis admixtione et adulteratione. Modicum enim fermentum totam maſſam corrumpit. Vel in verbo tuo,hoc eſt,in ſpe adimpletionis verbi tui et iuſſionis tuæ,pleniſſimè ſciens,quòd quæcunque promittis dicis et vis,potens es et facere Scio quòd ſubeſt tibi,cū volueris facere,Vel propter præceptū tuum laxabo rete.
Sap. 12. Obedientia prompta,et victimis omnibus deo charior vtiliórque homini.In verbo tuo igitur,hoc eſt,obediendo verbo tuo,non præceptum expectando.Vel in virtute verbi tui,non in nomine meo,ſicut illi qui dicunt: In
Amos 6. virtute noſtra aſſumpſimus nobis cornua Et dicūt: Lin-
Pſal. 11. guam noſtrā magnificabimus,labia noſtra à nobis ſunt.
Deut. 23. Et iterum: Manus noſtra excelſa, et non dominus fecit
Eſa. 20. hæc omnia. *Et cùm hoc feciſſent,* et verbo gratiæ eius paruiſſent,laxando retia ſua ſua in verbo domini, *concluſerunt piſcium multitudinem copioſam*, illo id faciente, cuius pedib. ſubiecta ſunt omnia Volucres cœli,et piſces maris,qui perambulant ſemitas maris.Sic obedientiæ meritum quantum ſit facto oſtenditur. Plus meretur vnus obediens in vno opere bono ex dei verbo et ſuperioris iuſſione facto, quàm inobediens vel qui ſine verbo dei et obedientia ſuperioris dum maxima fecit. imò nihil meretur,niſi iram dei,et damnationem, et abiectionem cum Saule à facie dei.Petrus ſuo ſenſu et motu piſcans, in nocte piſcatur, capit nihil. Simon in verbo Chriſti rete laxans, multos concludit. Vide Abraham, Ioſue, Gedeon,Dauid, Iudam Machabæum,quomodo in verbo dei,parua manu maximas hoſtium copias fuderunt. Quomodo apoſtoli multum deo populum lucrati ſunt,
domino

domino cooperante & ſermonem eorum confirmante, ſequentibus ſignis. Tecum item reputa, quantam ruinam in cœlo fecit angelus primus in tẽpore tam breui, Arrius, Hieroboam, Achab, Manaſſes, & tandem Lutherus ipſe: vt taceam Machometum & Antichriſtum. Tu ſi ſenſus tui ductum ſequeris & facis quod tu vis, in nocte culpæ laboras, meriti nihil acquiris, culpę plurimum. At ſi ex corde obedis deo & poteſtati, piſcaris in die, diues efficeris in gratia, & bonum tibi theſaurũ theſaurizas in cœlo. Hæc intelligite inſipientes in monaſteriis, & ſtulti aliquando ſapite. Rumpebatur autem rete eorum, & nullus elabebatur piſcis, vt dicit gloſſa. Ranas vero, ſerpentes, teſtudines. nemo negat elapſas. Nam dominus ſuos etiam inter ſcandala ſeruat. Rumpitur autem rete præ multitudine, quia modo reprobi cum electis tot intrant, quòd ipſam eccleſiam, ipſam fidem hæreſibus ſcandaliſque ſcindunt. Exierunt de nobis, ſed non erant ex nobis. Iſti ſegregãt ſemetipſos. Et multi diſcipulorum Ieſu abierunt retro, & iam cum illo non ambulabant. Subditur etiam de mutuo fidelium Prou. 18 adiutorio, quo frater iuuatur à fratre: *Et annuerunt ſocijs qui erant in alia naui.* per nutum eos vocãt, quia vel præ magnitudine gaudij, aut ſtupore miraculi loqui nõ poterant, *vt venirent & adiuuarent eos.* Ecce apoſtoli prophetas, doctores, virtutes, opitulationes, gubernationes, genera linguarum &c. in adiutores ſalutis mundi vocant & ordinauerunt. *Et impleuerunt ambas nauiculas vt penè mergerentur.* ſed ſubmergi nõ poteſt nauicula Chriſti ſiue Eccleſiæ, in qua cum apoſtolis eſt Chriſtus. Tecum iam reputa, quo modo prauorum cõſortio Eccleſia impletur, eo quòd multi ſunt vocati pauci verò electi. Et in eadem damnatione ſunt ſacræ religiones. Vide obſecro quomodo rete rumpunt, hoc eſt, regulam promiſſam, per prauitates, inſolẽtias & ſcandala tranſgrediuntur. Licet multi corpore, non voluntate & animo maneant in religione: Iſti tranſgrediuntur leges, mutant ius, diſſipant fœdus ſempiternum. A ſeculo cõfregiſti iugum meum, ait dominus, rupiſti vincula mea, Eſa. 24. & dixiſti: Non ſeruiam. Nunquã ſtant in veritate. Duæ Ioan. 8. naues circa ſtagnum ſtantes, circumciſionem & præputium figurant. Quas Ieſus vidiſſe perhibetur, quia in vtroq; populo nouit dominus qui ſunt eius, cognoſcit

ues ſuas:eorúmq; cor à fluctibus ſeculi huius & amaritudinibus atq; periculis,quæ in mari multa ſunt, ad futuræ vitæ tranquillitatem & gaudia, quaſi ad ſoliditatem littoris videndo,hoc eſt, miſericorditer viſitando traxit.Rete rumpitur:quia eccleſiam intrant,ad cõfeſſionem fidei reprobi cum electis veniunt, qui ipſam hæreſibus multis ſcindunt,implent ambas nauiculas,in fine ſeculi, vt pene mergantur.hoc eſt, in ſubmerſionẽ premuntur. Non enim ſunt ſubmerſæ, ſed periclitatæ; Erunt enim in nouiſſimis diebus tempora periculoſa, homines amabunt ſeipſos. Naues mergi eſt, homines ad ſeculum,vnde electi erant, moribus & vita praua relabi In tertia parte, vtilitates & fructus ex doctrina & miraculo Chriſti ſecutos perſtringit Euangeliſta. Non enim verbum domini ad eum reuertetur vacuum, ſed quæcunq; vult facit, & proſperatur in his ad quæ miſit illud. Et primus fructus eſt Petri humilitas. *Quod cùm videret Simon Petrus*, videlicet quòd ad vnum Chriſti verbum tam inopinatam piſcium multitudinem cepiſſet, ac per hoc diuinum quid in Ieſu credens. Ecce ſimul ſunt,Simon & Petrus,id eſt,fides & operatio,verbum dei & obedientia,cognitio & impletio, *procidit ad genua Ieſu*, reuerenter,in cuius nomen omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, *dicens &* rogans: *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum.* Deum immortalem,quã ſyncerè Petrus de Domino ſenſit in bonitate. Quanta cum deuotione cordis exaltauit eũ quantum potuit,certiſſimè ſciens, quia maior eſt omni laude.Ait enim ex vera & profunda humilitate,quã ex ſuipſius hauſit cognitione. Vnde dicit:Nõ ſum dignus tuo contubernio Domine. Tum propter fragilitatem naturæ,quia ego homo,tu Deus: tum propter vilitatẽ culpæ quia ego peccator,tu innocens manibus & mundo corde abſq. peccato & dolo:tum propter paruitatẽ virtutis & potentiæ,quia ego ſeruus,pauper & inops,tu autem Dominus es dominantium,rex regum, & princeps regum terræ.Nihil vtilius ſuipſius huiuſmodi vera cognitione, deus dare poteſt. Tandem & Centurio humilitatẽ habuiſſe euangelia atteſtantur. Sed & Dauid,viſo interitu Ozæ,timuit ad ſe arcam Domini introducere. Iam tecum reputa, quanta fuerit Petri humilitas,cùm captis tot piſcibus,ad pedes Ieſu procidit, totum

Margin notes: Eſa. 55. (beside "miraculo Chriſti"); Matt. 8. (beside "ceps regum"); Luca 7. (beside "ra cognitione"); 2.Reg. 6. (beside "humilitatẽ")

totum gratiæ eius factum hoc acceptum referens. Non ſibi, ſed Deo gloriam tribuens, ſe ſeruum inutilẽ oſtendens. Petrus ſolus procidit, quia ſolus ille qui ſeipſum verè cognoſcit, ſe humiliat ſub potenti manu Dei. Per hoc autem quòd duo hæc nomina, Simon videlicet & Petrus, coniungit, datur intelligi, quòd cũ ſcientia neceſſaria eſt obedientia. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. Scienti bonum & non facienti peccatum eſt illi, vt patet in ſeruo pigro, malo & inutili. Et rurſum: Simoni, hoc eſt obedienti, ex obedientia ſciẽtia augetur, iuxta illud: A mandatis tuis intellexi. Et iterum: Super omnes docentes me intellexi, quia mandata tua quæſiui. Super ſenes, in quibus teſte Iob, eſt ſapientia, intellexi quia mandata tua quæſiui. Piè agẽtibus dat Deus ſapientiam. Alius fructus eſt ſtupor admirationis, quo ſeipſum non capiebat præ magnitudine potentiæ, ſapientiæ & bonitatis diuinæ. Potentia ibi in multitudine piſcium relucebat, ſapientia in modo capiendi, bonitas ex fructu metiebatur vnde ait: *Stupor* admirationis *circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piſcium quam ceperant.* Et nos miramur adhuc, quòd Deus totum mundum per ſtultitiam prædicationis, & ſtulta mũdi & infirma, per homines ſine literis & idiotas, ſaluauit & in ſagenam fidei collegit. Iam videmus omnia impleta, quæ hac de re vatum habent oracula, & affluimus conſolationibus diuinis, & miramur ex tã veloci fidelium conuerſione, & dilatatur cor noſtrum præ gaudio ſpiritusſancti. *Similiter & Iacobum & Ioannem, qui erant ſocij Simonis.* An non magnum eſt hîc bonæ ſocietatis emolumentum, non ſolùm adiutorij in captura piſcium, ſed etiam in cauſa ſalutis. Cum ſancto ſanctus eſt Petrus. Optima autẽ ſocietas hæc per omnem fidem comprobatur, Simonis videlicet, Iacobi & Ioannis, hoc eſt obedientiæ, prudentiæ & gratiæ. Prudentia, multa ſupplantat: præcedit diſcernendo, quale ſit illud quod præcipitur, bonũ nec ne, vtile an noxiũ, decens an indecens. Et tunc proximo limine ſequitur gratia, cum motu liberi arbitrij ad faciẽdum quod eſt iniunctum. Deinde obedientia ſequitur, quæ parata eſt & non eſt turbata, vt cuſtodiat mandata ſuperioris. Paratum cor meum, deus, paratum cor meum, vt faciam non quod ego volo, ſed quod tu vis. *Et ait ad Simonem*

Pſ. 118.
Iob 12.
Eccl. 43.

Ieſus, piè eum conſolando,quã humilitas vera meruerat & reuerentia: *Noli timere*, quia ego tecum ſum , *ex hoc*, id eſt , poſt hoc tempus , *eris homines capiens* ſagena fidei.Deinde ponitur piſcatorum conuerſio, ſub triplici conditione. Conuerſi enim ſunt velociter. ergo *ſubductis in terram nauibus*. Item ſingulariter, quia *relictis omnibus* quæ habebant & habere poterant.Sed & familiariter atq; ſalubriter ſunt conuerſi, quia *ſ cuti ſunt eum*, perſeueranter. Felices igitur ſunt omnes qui cum apoſtolis relictis omnibus,nudi nudum ſequuntur crucifixum,quia habebunt lumen vitæ , centuplum accipient in hac vita,& poſtea vitam æternam poſſidebunt.Quã nobis cum apoſtolis concedat Ieſus Chriſtus ſaluator omnium. Amen.

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN, IN EPISTOLAM Roma.vj. Sermo.

Roma.6. HVMANVM *dico propter infirmitatem car-*
1.Tim.2. *nis veſtræ.* Prædicator & Apoſtolus & do-
ctor gentium in fide & veritate,inſtar ex-
perti medici, nunc oleum leniens,nũc vi-
Luc. 10 num mordens & purgans vulneribus ani-
mæ noſtræ infundit, & medicaminibus circumligat.
Quia nunc vt mater blanditur, obſecrando per miſe-
ricordiam Dei. Vel per dominum noſtrũ Ieſum Chri-
Rom.12. ſtum.& per charitatem ſpiritusſancti. Nũc inſtar patris
1 Cor. præcipit,durè increpat,arguit cum omni imperio. Et ſi
Titi 1. ſic nihil promouet in arcum prauum conuerſos,in re-
probum ſenſum datos,puſillos ſcandalizãtes,nec Deũ
Luca 18. timentes,nec homines erubeſcentes , Satanæ tradit in
1.Cor 5 interitum carnis,vt ſpiritus ſaluus fiat. Vel à commu-
2.Theſ 3 nione excludit vel corporalibus moleſtiis grauat. Sic
Act. 13. filium illum diaboli plenum omni dolo & fallacia,inimicum omnis iuſtitiæ , & ſubuerſorem verarum viarũ
domini,cæcitate percuſſit:Non vt periret,ſed vt vexa-
Eſa. 28. tione dante intellectum auditui , reſipiſceret à diaboli
2.Tim.1 laqueis & ſaluus fieret Omnia propter electos, vt ſal-
ui fierent. Sic inſtar doctoris excellentiſſimi, miro
modo doctrinam ſuam temperat pro audientium qualitate.Modò ſapiẽtiam loquitur inter perfectos , *modò*

paruulis

paruulis lac potum dat, modò exercitatis & perfectis, 1. Cor 2
ſolidum cibum apponit, ſermonibus iuſtitiæ, cùm ſa- 1. Cor 3
pientibus & inſipientibus, magnis & paruulis debitor Hebr. 5.
eſſet Et non ſemetipſum prædicaret, ſed Ieſum Chri- Roma. 1.
ſtum dominum noſtrũ Et omnibus per omnia in bo- 2. Cor. 4.
no placere cuperet, non quærens quod ei vtile eſſet, ſed 1. Cor.
quæ ſunt Ieſu Chriſti & aliorum, vt ſalui fierent. Sic 10.
factus fuit infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaceret. 1. Cor. 9.
Breuiter omnibus omnia factus fuit, vt omnes faceret
ſaluos. Pari modo in epiſtola hodierna paruulus fit in 1. Theſ. 2
medio noſtro, tamquã ſi nutrix foueat paruulos ſuos.
Et qui in eadem epiſtola altitudinem diuitiarum ſa-
pientiæ & ſcientiæ Dei, quantum poſſibile eſt in lucem Iob 28.
produxerat, & profunda fluuiorum fuerat ſcrutatus, iã
leues, ſed vtiles doctrinas tradit. In qua epiſtola poſt-
quam prius docuerat in peccato non eſſe permanen-
dum, & hoc tunc fieri poſſe, ſi fomitem non permittant
in ſe dominari & regnare: Hic monet eos ſeruire iuſti-
tiæ, ad hoc allegans tria: Nempe, monitionis facilitatẽ, Roma. 6.
ſeruitutis culpę incommoditatem, ſeruitutis iuſtitiæ
vtilitatem Dicit ergo: *Humanum dico.* Ex quo liberi & Roma. 6.
liberati eſtis à peccato, per mortem Ieſu Chriſti, ergo
nolite iterum iugum ferreum diaboli & peccati pone- Eſaia 9.
re ſuper ceruices veſtras. Humanum & leue quid præ- 2. Cor. 5.
cipio, vel dico vobis. Verum non ego, ſed Chriſtus per
me, qui poſuit in me verba recõciliationis. Et ego pro
Chriſto legatione fungor, tanquã deo exhortante per 1 Theſ. 4.
me. Vnde ſi quis hæc ſpernit, nõ me ſpernit, ſed deum,
qui dedit ſpiritumſanctum ſuũ in me, & alios apoſto-
los. Et bene humanum & leue documentum vobis tri- Mat. 11.
buo: Quia iugum Chriſti ſuaue eſt, & onus eius leue.
Tum ne religio Chriſtiana aſpera nimis aut importa-
bilis cuiquam videatur, & ob id ab ea fugiatur. Sicut Ioan. 6.
quidam filij deſertores verba ſpiritus & vitæ ex ore
Chriſti audiẽtes dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & quis
poteſt eum audire? Ideo doctor paruulorum, dux cæco- Roma. 2.
rum, lumen eorum qui in tenebris erant, eruditor inſi-
pientium & magiſter infantium, humanum quiddam &
leue præcipit: Vt videlicet ea menſura ſeruiamus deo,
qua prius peccato famulabamur. Sic Apoſtolus (vtiq; 3. Re. 12.
prudens medicus animarũ) non ignorans, quod durius
imperanti, vt Roboam ſtultus populo fecit, difficilius

paretur, ſimul & humanam noſcens fragilitatem, lenitate verborum temperat iuſſionē, quaſi dicat: Id quod vobis faciendum indico (ſi vultis ſalui fieri) exiguum aliquid & leue eſt, & veſtræ conueniens infirmitati. Nā
Iacob. 1. & ſi longè magis deo (à quo omne datum optimum & omne donum perfectum accepimus) ſit ſeruiendum, quàm peccatis & diabolo, per quem mors & diluuium
Sap. 2. omnium malorum intrauit in orbem terrarum: Et illic ſit ſalutis meritum, & hic dānationis & mortis ſupplicium Cùm inquam maiora iubere deberem, ſi vos ferre poſſetis, tamen propter infirmitatem carnis veſtræ, ſaltem parem quā delictis exhibuiſtis, nunc deo præ-
Mat. 26. ſtate ſeruitutem. Scio quòd ſpiritus veſter promptus
Sap. 9. eſt, ſed caro infirma eſt ad bonum. Scio quod corpus aggrauat animam, & caro aduerſus ſpiritum concupi-
Galat. 5. ſcit, ſed vim oportet vobis facere, carnem cum vitiis &
Mat. 11. concupiſcentiis crucifigere, caſtigare, & mortificare, & ſic per violentiam rapere regnum cœlorum. Et comis in verbis & facilis ſum in præceptis, *propter infirmitatem carnis veſtræ*, & fomitis inclinationem ad malum ab in-
Geneſ 6. fantia & omni tempore. Eſt autem quadruplex infir-
& 8. mitas carnis noſtræ. Vna eſt infirmitas naturæ Sic ho-
Sap. 9. mo infirmus eſt & exigui tēporis, repletur multis mi-
Iob 14. ſeriis, & nunquam in eodem ſtatu permanent, vitro & vaſe fictili fragilior. Vnde iſta conſiderans quidā, dixit:
Iob 7. Ventus eſt vita mea. Ad bene agendum infirmus eſt
Roma. 7. homo: Velle enim bonis & rectis corde adiacet, perficere autem in ſe non inueniunt. Infirmus item ad ſuſtinendum aduerſa & mala, quorum non eſt numerus, quæ nos circundant Ergo miſerere mei, quoniam infir-
Ezec 34 mus ſum Alia eſt infirmitas culpæ, de qua ſcriptum
& c. 10. eſt: Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod
Pſ. 102. egrotum non ſanaſtis. At Samaritanus noſter, ſanauit
Roma. 5. omnes infirmitates noſtras, tunc quando cū adhuc infirmi eſſemus ſecundum tēpus, pro impiis mortuus eſt,
Eſa. 53. & de interitu redemit vitā noſtram. Tunc infirmitates
Matt. 8. noſtras accepit, & egrotationes noſtras portauit & cu-
Eccleſ 5. rauit Hæc eſt infirmitas peſſima, quā Salomon ſub ſole
2. Par. vidit Iſto peſſimo languore vteri mortuus eſt ſceleſtus
21. rex Iorā, de qua rurſus ſcriptū eſt: Quaſi romphea bis
Eccle. 21. acuta, omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas, hoc
Bar. 10. eſt, perpetuæ dānationis eius. Et hoc morbo laborans

dicat

dicat cum Hieremia: Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea. Inſuper attendendum, quòd ſicut corporis infirmitas, efficit dolorem, deſtruit appetitũ, immutat colorem impedit laborem, diſponit ad mortẽ, ita & peccatum affligit & cruciat animã ſibi malè conſciam: Quia non eſt pax impiis. Guſtum cœleſtis verbi deſtruit, & quàm ſuauis ſit dominus, non ſapit, nec ea quæ Dei ſunt, nec ſentit in ſe quæ ſunt Ieſu Chriſti, mutat colorẽ optimum: honeſtæ conuerſationis aurum obſcuratur. Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, ſapphyro pulchriores, denigrata eſt facies eorum ſuper carbones, & non ſunt cogniti in plateis, Impedit infirmitas hæc ad mortem, operationẽ meritoriam, qua electi ſalutem ſuam cum metu & tremore operantur, & faciũt bonitatem & voluntatẽ Dei. Sed in nocte illa peccatorum, nemo poteſt operari cibum illum qui non perit, ſed permanet in vitam æternã. Nec hoc dæmones quibus in luto luxuriæ, in lateribus auaritiæ & paleis ſuperbiæ ſeruiunt, eis permittunt facere, niſi rumpant vincula eorum, & à ſe proiiciant iugum ipſorum, & ſeſe denuo vendicent in libertatem. Alioqui opus diaboli complere cõguntur. Denique infirmitas hæc ad mortem & interitũ diſponit, & eſt ipſa mors peſſima peccatorum: ſtipẽdia namq; peccati, mors animæ eſt & gehennæ. Ergo fili mi, ait Sapiẽs, in tua infirmitate ne deſpicias, nec neglige temetipſum, ſed ora dominũ (vt dimittat tibi omnia peccata tua) & ipſe ſecundũ multitudinẽ miſerationum ſuarũ curabit te, & ſaluũ te faciet in miſericordia ſua, & propter miſericordiam ſuã: Quoniam præſtabilis eſt ſuper malicia, & non vult mortem peccatoris. Tertia infirmitas eſt conſuetudo mala, de qua illud accipi poteſt: Infirmata eſt virtus mea, dedit me dominus in manu de qua non poſſum ſurgere: Quia difficulter ſurgit, quem moles malæ conſuetudinis premit. Hæc eſt paralyſis quæ preſſum omnium membrorum vſu & officio priuat. Hæc eſt infirmitas pedum peſſima & vehementiſſima, qua Aſa rex cùm dereliquit deũ percuſſus fuit. Et in infirmitate dominum non quæſiuit, cui ab infantia in ſanctitate & iuſtitia & in corde perfecto ſeruierat. Sed magis in medicorum arte cõfidens, mortuus eſt in peccatis ſuis abſque vlla ſpe. Nam medici

Eſa. 57. *Pſal. 37.* *Thren. 4.* *Ioan. 9.* *Exod. 5.* *Pſal. 2.* *Ioel 2.* *Thren. 1.* *2. Par. 16.* *Ezec. 18.*

carnis,vanis ſpebus,promiſſionibus falſis,& voluptati-
Matt 9. bus carnis poteſtate præditis adulantur & decipiunt
Mar.5. eos.Et quamuis hac infirmitate laborantes (vt mulier
Luca 8. illa infœlix fecit)in medicos tales erogent omnem ſuā
ſubſtantiā,nihil tamen eis prodeſt,ſed ſemper peius ha
bent.Tales medici etiam ſunt hæretici & falſi prædicato
Eſ.3 0. res,qui dum placentia loquuntur,laudant peccatores in
Ioan 5. deſideriis ſuis.& iniquos benedicunt,ipſos decipiunt, &
Eſ 13. viam greſſuum eorum diſſipant,& perdunt.Talis infir-
Act. 3. mus fuit ille,qui xxxviij.annos in infirmitate habuit, &
nullum adiutorem habuit.Sic & claudus ille ex vtero
Act.9. matris ſuæ,quem ſanauit apoſtolus Petrus. In eadem
Luc. 13. infirmitate laborauit Æneas paraliticus octo annis,quē
Hie. 13. etiam ſanauit Petrus Et mulier illa contracta,quam dia
bolus annis xviij.ligauerat,& ſanata fuit à Chriſto. Ve-
Ioan. 11. rùm difficilis curatu eſt infirmitas iſta.iuxta illud,Si po
Ioan. 2. teſt Æthipos mutare pellem ſuam,& pardus varietates
ſuas,& vos poteritis benefacere,cum didiceritis malum.
Quia vt in trito prouerbio eſt, Conſuetudo eſt altera
2 Mac.9 natura. Quarta infirmitas eſt temporalis pœnæ. At
Dan.5. infirmitas iſta.non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei.
Sic fuit mors Lazari.& cœcitas cœci nati.Sic radix pec
cati Antiochus à Deo percuſſus infirmitate grauiſſima
2.Co.13 oculos aperuit,& Deum à quo miſericordiam non con-
Eccl. 31. ſequebatur,agnouit,glorificauit & exorauit.Nabuchodo
Luc. 32. noſor rex,à Deo humiliatus.ad cor rediit, humiliauit
ſe & ſalutem eſt conſecutus Ille dum infirmabatur, for
tiot reddebatur.Et vt ſapiens ait:Infirmitas grauis ſo-
briā animā facit.Sic nōnulli ꝑ infirmitates corporis. ſa
nātur in mente à vulneribus peccatorū. Sicut & latro
in cruce non fuiſſet ſaluatus niſi cum Chriſto fuiſſet cru
Rom.7. cifixus in patibulo.Alij tamen per infirmitates plus ſe
à Deo elongant & pereunt.vt rex Ochoſias, vt in ca.j.
quarti libri regum habes Illis infirmitas quæ erat ad
vitam ordinata à Deo,ſi eo flagello bene vterentur, fit
mors,propter eorum inſipientiam.Et quod erat bonum,
eorum culpa fit eis malum,& medicamentum vitæ verti
Iob.1. tur eis in mortale venenū.Sed ſanctus Iob vſus eſt in-
firmitatibus ad omne bonum.Propter has multifarias
hominum infirmitates ait Apoſtolus: Humanum dico,
propter infirmitatem carnis veſtræ *Sicut exhibuiſtis* volun
tate prompta & mala inclicatione et conſuetudine,
membra

membra veſtra,veſtri iuris *ſeruire immundiciæ*,id eſt,peccatis carnalibus,vt os gulæ,renes luxuriæ,oculos impudicitię,pedes ad currendũ in malum,manus ad effundendum ſanguinem,linguam ad detrahendum etc, *& iniquitati*,peccatis ſpiritualibus,vt ſuperbiæ , inuidiæ,iræ, *ad omnem iniquitatem* in deſideriis conſummandam. Sic vt libidinum arbitrio à turpitudine ad turpitudinem prolaberemini,ſemper inquinatiores,ac magis magíſq; in ſordibus ſordeſcentes:Eorum inſtar, qui ſemetipſos deſperantes tradunt impudicitiæ,in operationem omnis immundiciæ,in auiditate quaſi bruta animantia, ſine rationis vllo iudicio,ſine pudore et remorſu.*Ita nunc* tempore gratiæ,poſtquam reſipuiſtis à diaboli laqueis poſtquam Chriſtum induiſtis in baptiſmo.liberati eſtis à peccato,diabolo renunciaſtis , et participes facti eſtis omnium timentium Deum.*exhibite membra veſtra* , per bonam conſuetudinem habilitantes ea ſeruire operando *iuſtitiæ*,id eſt, omni virtuti,quia iuſtitia omnes virtutes complectitur,Et hæc iuſtitia ducit *in ſanctificationem*, id eſt ad ſanctitatis conſummationem,à virtute in virtutem eundo donec Deus deorum in Sion videatur.Sic iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens eſt,creſcit et proficit vſque ad perfectum diem.Sic Iſaac benedicente eũ domino,ibat proficiens atque ſuccreſcens , donec magnus vehementer effectus eſt.ſic Samuel ſic Dauid fecerunt Nam.Samuel proficiebat atque creſcebat in gratia et placebat tam Deo quam hominibus. Simile quid in Paralipomenon libro de Dauid legis,vide textum ibidem. Vehementer enim iniquum videtur,non hoc ſaltem apud nos habere,Deum quod pridem obtinebat diabolus.cùm non plus laboris requiratur in ſeruitute Dei,quæ ducit ad gloriam, quàm in ſeruitute diaboli, quæ ducit ad gehennam.Quare ſicut tunc nullus timor nos coegit,ſed libido voluptáſque peccati duxit ad malum,ſic modò delectatio iuſtitiæ adultæ , etſi nondum perfectæ,nos trahere debet ad bonum. Vt hoc modo ſanctus ſanctificetur adhuc.Vt vnuſquiſque ab omni inquinamento carnis et ſpiritus expurget ſe et ſanctificationem ſuam perficiat in timore Dei. Vt ſic charitas vniuſcuiuſque ſemper magis ac magis abundet.

Apoc.22 · Eph.4. · 2.Pet. 2. · 2.Tim.2. · Gala.3. · Pſ.118. · Prou. 4 · Gen. 26 · 1.Re.2. · 1.Pa.11. · Apoc.22 · 2.Cor.8.

O nimis infœlix peccator,qui ita propenſus eſt ad malum,quòd in peccatis ſeruit diabolo.Voluntariè,ſine

coactione,ideò dicit,exhibuiſtis.Toto corpore,ſiue pōt-
tatione,vnde dicit,membra veſtra in plurali numero,Et
ſic à planta pedis vſque ad verticem,non eſt in pectore
Eſ.1. ſanitas.Cuilibet peccato, ſine exceptione , vnde dicit
Oſea 10 immundiciæ et nequitiæ.Et ſic maledictum mendaciū
homici dium.furtum,adulterium inundauerunt,et dilu-
uium peccatorum factum eſt. Conſummatio operum
Rom. 1. ſine coercione.Vnde ſequitur, ad iniquitatem. Pleni
Pſ.13. omni malicia.nequitia:fornicatione.auaritia et c. Om-
Rom.3. nes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt,non eſt qui
faciat bonum etc.Ideò notandum:quòd ſeruiendum eſt
Deo et iuſtitiæ,ita voluntariè.:prompte , integre , ſicut
ſeruiuimus peccato,videlicet,Libenter,quantum ad effe-
ctum voluntatis.Voluntariè ei ſacrificando hoſtiā cor-
Pſ.53. poris noſtri.Sic Apoſtolus hilariter ei ſeruiuit in ſpiritu
2.Cor.9. ſuo Lętanter quātum ad vultum conuerſationis,ſeruiē-
do ei in lætitia,et exultatione ſpiritus in Deo. Vigilan-
ter,quantum ad ſollicitudinem rationis,Beati ſerui illi,
Pſ 99. quos cum Dominus venerit,vigilantes inuenerit.Multi-
pliciter fructificando in omnibus operibus bonis et exē-
plum omnium bonorum operum ſe prębendo, Celeri-
ter.in auditu auris iuſſa adimplendo. Potenter, ſeruien-
do ei perfecto corde atque veriſſimo'et in tota virtute
noſtra diligendo Deum,Audenter,quantum ad feruo-
rem cordis,Spiritu feruentes,domino ſeruientes. Sin-
gulariter,quantum ad genus ſeruitutis latrię.Sic ei ſoli
eſt cum præparatione cordis ſeruiendum, Indeſinenter
et omnibus diebus noſtris,in ſeculum et in ſeculum ſe-
Luc. 12. culi.Item benedicendo dominum omni tempore, vt
Tit.2. laus eius ſemper ſit in o͠re noſtro,Vt bonum facientes,
Pſ.17. & ſine intermiſſione orantes non deficiamus. Iam ſer-
Eſ.38. uitutis peccati allegat incommoditatem triplicem, di-
Rom.12. cens *cum enim ſerui eſſetis peccati*:& peccatum vobis do-
1.Reg.9. minabatur.*liberi*,expertes et carentes,' *fuiſtis iuſtitiæ* dei,
Deut. 6. quæ ſola ſaluat:Quia iuſti intrabunt in vitam æternā,
Mat.4. et fulgebunt vt ſol in regno cœlorum.Iniuſti autem di-
Gal 6. peribunt,et mala eos capient in interitu. O damnoſa
Rom. 6. ſeruitus in qua peccatum dominatur,et iuſtitia longè
Mat. 25. ſtat,proſcribitúrque,Sed ſerui addicti quæ eſt libertas?
Pſ.26. Inſuper. *Quem ergo fructum* ſalutis æternæ,vel etiam vti-
litatem in præſenti *habuiſtis tunc in illis?* quaſi dicat,nul-
lum.Tunc videlicet quando in peccatis diabolo ſeruiſtis

Niſi

Niſi ſpoliationem iuſtitiæ,remorſum conſcientiæ,& obligationem damnationis æternæ.in quibus nunc, poſt Rom. 2.
quam Chriſtus vos illuminauit.iuſtificauit & magnifica Matt. 7.
uit *erubeſcitis*.In peccatore enim ratio obtenebrata eſt,& Hie. 3.
ligata,ideò turpiſſima indicat pulchra, & more phreneti Eccle. 4.
corum noxia cenſet vtilia , Nullum fructum tunc
habuiſtis in eis,quia non poteſt arbor mala fructus bonos facere.Tunc frontem mulieris meritricis habuiſtis. Eccl. 21.
noluiſtis, erubeſcere.At nunc erubeſcitis de eis & con- Prou. 14
fundimini in vobis , confuſione quæ adducit gratiam Mat. 7.
& gloriam.Inſuper ſine malo ſeruiſtis peccatis.Nam finis illorum,qui operantur iniquitatem. Deum prouocant,addunt præuaricationes,peccant ſine timore & re Apo. 3.
uerentia,mors eſt æterna:Quia via peccantium com- Sap. 8.
planata lapidibus,& in fine illorũ inferi, & tenebræ,& Tit. 1.
pœnæ.Eſt via quæ videtur homini bona, & multi ambu 1. Pet. 2.
lant in ea,quia ſpacioſa,ſed extrema eius ducũt ad mortẽ.Quãquam vita in peccatis acta.mors ſit non vita nomẽ tamẽ peccatores habẽt ꝙ viuãt,cũmortui ſint in delictis& peccatis ſuis, Habemus ergo à peccato & in eius Pſ. 129.
ſeruitute damnum multum,fructũ nullũ,dãnationẽ & finẽ malũ.Cõſequẽter iuſtitutiæ triplicẽ vtilitatẽ ob oculos ponit q̃a iuſtificat de ꝑterito gratificat in ꝑſenti Glorificat in futuro.Illis autem nihil vtilius eſt hominibus in vita quæ nũc eſt,& futura.*Nunc verò* poſtquàm Chriſtus vos vocauit per gratiã ſuã(& nõ ex operibus iuſti- Ioan. 8.
tiæ veſtræ quæ feciſſetis vos):in admirabile lumen ſuũ, & regnũ quod acquiſiuit in ſanguine ſuo,liberati à peccato & diabolo,cuius tunc ſerui fuiſtis.Ip ſe enim redemit nos ex omnibus iniquitatibus noſtris , & de manu
omnium inimicorum noſtrorum.Nam cum filius altiſſi- Eph. 2.
mi nos liberarit,vere liberos nos fecit.*ſerui autem facti*
Deo,cui ſeruire regnare eſt, & ſumma ingenuitas.Ergo Col. 1.
iam vobiſcum reputate inenarrabile donum Dei,& diuitias bonitatis illius in vobis.Videte mutationem dex
teræ Dei excelſi circa ſeruitutẽ veſtrã.Mutauit ſeruitutẽ Ioan. 15.
peccati & diaboli,in ſeruitutem iuſtitiæ & Dei Tranſtulit vos de dura ſeruitute & dominatu Pharaonis in brachio ſuo,in libertatem filiorum dei,& regnum ſuum cœleſte.Tunc diabolus,nunc Deus eſt dominus veſter,
qui iuſtificauit vos gratis à damnatione.quam ex Adam Rom. 11
habuiſtis.Sed & nunc in præſenti magnũ habetis emolu

men-

mētū ex deo,qa iā ex vite Chriſto & radice bona & pin guī habetis fructū veſtrū,vobis vtiliſſimū& cōgruū,Nā
Tit. 3. per ſpiritūſanctū qui effuſus eſt,in vos abūde,ducti eſtis
Eph. 5. in ſanctificationē,id eſt,virtutū cōſummationē.Iſti ſunt fructus lucis,in omni bonitate cordis,& in omni iuſtitia omnium bonorū operū,& ſanctæ conuerſationis, & in omni veritate oris.Ecce funiculus triplex, q difficul-
Eccl. 4. ter rūpitur.dilectionis ſynceræ,quia charitas nūquā ex-
1. Cor. 13 cidit,eò quòd multæ aquæ eā nō poſſunt extinguere, nec flumina obruere peccatorū Hæc autē omnia vincēs charitas & fortior omniū,eſt dilectio de corde puro & omnis bonitas mentis.De cōſciētia bona,cōuerſatione deo digna & euangelio,Chriſtiformi,angelica & virtuoſa,Ecce omnis iuſtitia,quā cū Chriſto nos cōuenit & oportet adimplere,& in qua oportet nos abūdare ſuper iuſtitiā ſcribarū & phariſæorum. Et fide nō ficta q eſt omnis veritas.Hoc facimus,dū ea quæ procedūt de labiis noſtris,nō facimus irrita,ſed deo reddimus vota noſtra,quę diſtinxerūt labia noſtra.Hæc eſt omnis conſummationis finis Hāc cū homo cōſummauerit,incipit. Adhanc perueniētes(pro iniquitate & impietate) ſunt innocētes manibus & mūdo corde,puri & ſancti, quæ ſola ſunt vera vita.Deinde expleto breuis ſeruitij tēpore,in vita futura manet vos corona iuſtitię,& vitę& gloriæ.Finē verò ſeruitutis iuſtitiæ habebitis vitā ęternā, quā deus repromiſit diligētibus ſe. Per oppoſitū verò, Stipendia enim peccati,id eſt, digna merces ſeruitutis
Eſai. 64. diaboli & peccati,mors.naturæ,culpæ,& gehēnæ. Gra-
1. Cor. 1. tia autē dei datur vita æterna.Nec ꝑ hoc excludit me-
Iacob 1. rita(q falſum & erroneū eſſet)ſed attribuit eā gratiæ tā quā principali.Et hæc ſcilicet gratia & vita, in Chriſto Ieſu Dño noſtro,hoc eſt,ꝑ Ieſum tāquā mediatorē dei & hominū.nō ꝑ Moyſen,in quo Iudęi ſperabāt, qa lex ꝑ Moyſen data eſt,ſed gratia & veritas ꝑ Ieſum Chri-
Ioan. 5. ſtū facta eſt,Gratia ergo vita ęterna.Nec tamē ideò gratia quia nō meritis datur,ſed quia data ſunt & ipſa merita quibus datur,Cōfitēdū eſt ergo,ideo gratiā vitā æternā vocari,qa his meritis redditur,quæ gratia cōtulit homini Accipiamus ergo gratiam pro gratia: Nempe, gratiā glorificationis pro gratia iuſtificationis. Gratiam coronæ & præmij,pro gratia meriti.Vide pulchrè diuū Auguſtinum de gratia & lib.arbitrio capite viij.

DO-

DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOST. IN EVANG.

Matth.v Sermo.

SICVT mater vnicum amat filium ſuum, *Hie.* 32
ita Chriſtus nos diligebat, cum in terris
viſus eſſet & cum hominibus conuerſatus
eſt,habitans in nobis. Sed quid dico? In
charitate perpetua dilexit nos, & pluſquã
omnes matres filios ſuos diligunt ipſe nos dilexit. Nam
ſi omnium matrum ad proles ſuas amor ſiue dilectio
in vnum faſcem colligi poſſet,quæ ab initio mundi fue
runt,aut modò ſunt & futuræ ſunt.& in vna lancium ap
penderetur,& in alia amor ſiue dilectio Chriſti ad ge-
nus humanum,quaſi nihil omnium matrum amor eſſet
collatus cum amore Chriſti. Eſt enim æternus, infinitus
totalis,extaticus,gratuitus,ac beatos faciens. Finiti au-
tem ad infinitum,nulla eſt comparatio. Hinc Eſai. ait, *Eſai.* 94
vel magis Chriſtus per illum: Nunquid obliuiſci poteſt
mulier infantem ſuum,vt non miſereatur filio vteri ſui
Et ſi illa oblita fuerit,ego tamen non obliuiſcar tui. Ec
ce in manibus meis deſcripſi te. Dilectionem verò ſuã
erga nos,non lingua & ore tantùm habuit, ſed opere
& veritate ſemper oſtendit, Et tam in multis argumen *Pro.* 18.
tis,doctrinis & operibus,vt ipſorum Seraphim & Che
rubim captum excedant. Amoris eius in hodierno euan
gelio non ſcintilla quædam,ſed flamma ingens concen
ta eſt & eluceſcit. Quid enim tam ſuum erga nos amo-
rem commendat,quàm vt iter nos doceat & opera,qui
bus omnia mala euadimus? Deo accepti hominibus di-
lecti,amabiles angelis,bonis grati,malis forma & ima- *Hie.* 31.
go bonitatis & vitæ regula reddimur, diuites in gratia *Act.* 3.
& bonis operibus efficimur,& digni intrare in regnum
Dei,hæredes Dei ac cohæredes Chriſti, conſtitutique
ſuper bona domini Dei noſtri? Euangelium itaque iſtud
ſalutaribus exuberat redundátque inſtitutis,vt de eo il
lud recte dici poſſit verbum Salomonis: Aqua profunda
verba ex ore viri,illius videlicet, quem mater in vtero
ſuo circundedit,quem Deus approbauit virtutibus &
ſignis & prodigiis quæ fecit Deus per illum. Et torrens
redundans fons ſapientiæ,fons verò ſapientiæ verbum

circuire dicitur omnes vires.& hoc modo iuſtitia generalis virtus dicitur totius animæ rectitudinem comprehendens,cùm dicatur rectitudo voluntatis propter ſeipſam ſeruata. Proinde, ipſa vaſto ſinu ſuo non tantùm comprehendit virtutes ordinantes ad proximum, ſicut eſt æquitas, liberalitas, verumetiā ad ſeipſum, ſicut eſt pœnitentia & innocentia.Necnon ad deum,ſicut eſt latria, pietas & obedientia. Habent autem virtutes eſſe gratuitum & vitam à gratia, tanquam ab origine & radice: & eſſe meritorium à charitate, tanquam à motore, forma & fine. Hinc eſt, quòd omnes virtutes quo ad habitus, ſunt connexæ: quo ad habitus meritorios, ſunt æquales. Hoc modo iuſtitia eſt omnis virtus, & cum ſapientia adeò conuenit, quòd in libro Sapientiæ crebrò pro eodem accipiuntur. Verùm iuſtitia & ſapientia hoc modo dicta, duobus modis acquiritur. Vel per actus humanos frequentatos: Vel per infuſionem dei: Et de hac agitur in euangelio hodierno, cùm dicitur: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra. Et à multis, multis diuerſiſque modis diffinitur Verùm illam nunc Auguſtini diffinitionem iuſtitiæ adferre placet, quam in lib. de moribus Eccleſiæ ſcripſit, dicens: Iuſtitia eſt amor,ſoli amato ſeruiēs,& propterea rectè & bene imperans cæteris quæ deo ſubiecta ſunt.Vel vt Anſelm⁹ ait: Iuſtitia eſt ordo & æquitas, qua homo cū vnaquaq; rebene ordinatur. Vel eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens.Tribue ergo tribus tria,& iuſtus eris.Deo, proximo, & tibi. Deo tria: honorem creatori, amorem redemptori, timorem iudici. Proximo tria: obedientiam ſuperiori,concordiam pari,beneficentiam inferiori. Tibi tria: munditiam cordi, cuſtodiam ori, diſciplinam carni. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Iuſtitia hæc, duas partes habet: Declinare videlicet à malo, & facere bonum. Phariſæi autem neutram habentes impegerunt in vtranque.

Iuſtitia iſta neceſſaria eſt homini, in vita, in morte, & poſt mortem. In vita iſta vtilis eſt & neceſſaria: Nam dominus diligit iuſtos. Et qui ſequitur iuſtitiam, diligitur à Domino. Et alibi: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem Si igitur iuſtitiam quis diligit,labores & opera eius magnas habent annexas virtutes & vtilitates.In vita enim à malo cuſtodit. Deus meus,ait Psal. 145

Daniel,

Deniel, miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonũm, & non nocuerunt mihi, quia coram Deo iuſtitia inuenta eſt in me. Sic iuſtus Lot (aſpectu & auditu iuſtus erat) à Sodomorum ſubuerſione ereptus eſt. Sic ſi Noë, Daniel & Iob inter reprobos eſſent, manum domini ipſi ſentire non deberent, ſed iuſtitia ſua ipſi liberarent animas ſuas. Noë vir iuſtus, atque perfectus in oculis dei, ideo cum peccatoribus non periit in cataclyſmo. Iuſtitia igitur liberat à morte, Auget bona temporalia, eáque tribuit: Dominus enim benedicit iuſto. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Non affliget dominus fame animam iuſti. Non eſt inopia timentibus eum. Diuites egent & eſuriunt, iuſti autem inquirentes Dominum, non minuentur omni bono. Vel cultoribus dei nihil vnquã deeſt. Deſcendit etiam à malo culpæ. induite loricam iuſtitiæ, in qua poteſtis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. In morte etiam vtilis

Epheſ. 6. eſt: Nam ſi iuſtus morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Tunc ab auditione mala non timebit. Tunc in

Sap. 4. malitia ſua expelletur impius à regno dei: ſperat autem iuſtus in morte ſua à domino cõſtitui ſuper omnia bona

Rom. 5. ſua. Spes autem iuſtorum ipſos non confundit. Econtra,

Pſal. 131 virum iniuſtum mala capient in interitu. Poſt mortem ſcilicet in iudicio, quando iudicabit Dominus orbem terræ in iuſtitia, & populos in æquitate. Tunc non permanebunt iniuſti ante oculos eius, ſed ira dei reuelabitur ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui nunc veritatem dei in iniuſtitia detinent. Tunc piis reſpondebit iuſtitia eorum. Et ſicut iniuſti timent à iudiciis Dei, ſic iuſti ſuperſperãt à iudiciis Dei. Et filiæ Iudæ, hoc eſt, deum ore, corde & opere con fitentes, exultant à iudiciis dei. Tunc enim cum ſponſo intrabunt ad nuptias, Iniuſti autem punientur & diſperibunt: Quia iniuſtitia eſt mortis acquiſitio. Iuſtitia propinqua eſt mercedi benedictioni, ſaluti: mercedi, eò quòd ſeminanti ad iuſtitiam, merces fidelis. Retribuet mihi dominus ſecundùm iuſtitiam meam. Benedictioni: Iſt benedices iuſto, quando dices: Venite benedicti patris mei &c. Benedictio domini ſuper caput iuſti. Et contra Ite maledicti in ignem æternum. Et iterum de iuſto ſcriptum eſt: Dabis eum in benedictionem in ſeculũ ſeculi. Saluti: Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ. Beati

qui

qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Salus iuſtorum à domino eſt, & protector eorum in tempore tribulationis: Longè autem à peccatoribus. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, &c. Ecce iiij. dotes corporis glorioſi: In fulgore, claritas. In iuſtitia, impaſſibilitas: quia iuſtitia perpetua eſt & immortalis. In ſcintillæ nomine, ſubtilitas. In diſcurſu agilitas deſignatur. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Nunc qualis iuſtitia eorum fuerit, & qualis noſtra eſſe debeat, breuiter videamus. Dixi autẽ quòd iuſtitia vnicuiq; quod ſuum eſt, tribuit: Deo tria, ſibi tria, proximo tria. At ſcribæ nulli horum quod ſuum eſt dederunt. Non Deo, cui reuerentiam debebant, eo quod creator: amorẽ, eo quòd redemptor, timorem: eo quòd iudex. Reuerentiã ſiue honorem, qui corde, ore & opere abſoluitur, ei non dederunt. Corde rectè credendo: ore deuotè, humiliter, in ſpiritu ipſum laudando, benedicendo, magnificando: Opere, eius voluntatem faciendo, mandata cuſtodiendo, conſilia honorando. Ipſi autem non crediderunt in Chriſtum. Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. Imo dixerunt: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit. Sed & quærebãt eum interficere, quia non ſolùm ſoluebat ſabbathum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. De laude Dei, ſic ſcriptum eſt: Populus hic labiis ſuis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. In oratione etiam prætendebant triſtitiam, quia faciem exterminabant, verba multiplicabant, gentilium inſtar, ſtabant in angulis platearũ, & in ſynagogis, vt ab hominibus viderentur, & comederent domos viduarum: Et ſic receperunt mercedem ſuam. Non adorabant ergo patrem in ſpiritu & veritate, quales adoratores ipſe quærit. Et quid dico non laudabant eum? cùm blaſphemarent eũ. Dixerunt enim eſſe eum potatorem vini, voracem, publicanorum & peccatorum amicum. Item habere dæmonium: Eſſe Beelzebub, ſeductorem, peccatorem, & breuiter nihil non auditu horrendiſſimum, falſiſſimũ, impiiſſimúmque. Vnde dixit eis: Vos inhonoraſtis me. Operibus lucis patrem non honorabant qui in cœlis eſt, mandata eius tranſgrediebantur peſſimè, conſilia eius deridebant & ſpreuerunt. Moyſes dedit vobis legem, &

Pſal. 36. *Sap. 3.* *Eſa. 29.* *Ioan. 4.* *Mat. 11.* *Ioan. 8.*

gem,& nemo ex vobis facit legem. Vētoſa quapropter
erat iuſtitia eorū, non virtuoſa:In lingua & ſermone,
1.Cor.4. non in opere & veritate.Dicebant & nón faciebāt Regnum autē cœlorum,non eſt in ſermone.ſed in virtute.
Nō auditores legis iuſti ſunt apud deū,ſed factores legis iuſtificabuntur.Non quæ ſolia multa habet,ſed quę fructus bonos facit arbor bona cenſetur. Oportet ergo abundantiorem eſſe iuſtitiam noſtram præ phariſæis & ſcribis,vt fide electorum in vnigenitum dei credamus, vt mente & ſpiritu deum laudemus, vt benedicamus deum in omni tempore, vt laus eius ſemper ſit in ore noſtro,vt opera bona, fructus bonos, in quibus pater cœleſtis glorificetur, faciamus,qui permaneant nobis
Ephes 4 in vitam æternā,hoc eſt,vt dignè Deo,euangelio Chri-
Philip.1. ſti,& vocatione qua vocati ſimus, viuamus,conuerſe-
Coloſ.1. mur, & agamus per omnia illi placentes, & in omni opere bono fructificantes. Et hoc dixerim deum reuereri & rectè honorare. Dilectionem deo debebant & proximo:Deo & Chriſto eius,quia eos redemit:Proximo, quia cohæredes ſunt & concorporales & compar-
Ioan.5. ticipes gratiæ, meriti & hæreditatis Chriſti.Verū ego
1. Tim.1 ſcio(inquit Chriſtus)quòd dilectionem Dei non habetis in vobis.Illam vtiq; quæ eſt de corde puro,conſciētia bona,& fide non ficta.Imò,odio habuerunt eū gra-
Pſ 108. tis.Et pro eo vt eū diligerent,detrahebant illi.ac morte tandem turpiſſima eum condemnauerūt. De proximi dilectione quid dicam? Ecce hos ſeducebant, falsè ſcripturas interpretando: Ipſi duces cæci,regnū cælorum, mandata Dei ſeruando non intrabant: & introeuntes intrare non permittebant:Imò prohibebant.Et hoc quo modo?Prohibendo ne in Chriſtum crederēt. Ne quis eum profiteretur,eū reciperet in domum ſuā. Scripturas item vertendo,inuertēdo,& ad nothū ſenſum trahendo. Item ſcandalis vitæ & operibus infructuoſis tenebrarum. Tandem, in Chriſtum credentes, obtrectando,calumniando, maledicendo.perſequendo, ſpoliando,fugando,morte afficiendo Verùm, ſicut qui non amat Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum.eſt ana-
1.Ioan.4 thema maranatha:ita qui non diligit fratrem ſuum,in morte manet,mendax eſt,in tenebris eſt,& in tenebris ambulat,& neſcit quò eat,quia tenebræ obſcurauerūt
1.Ioan.2 oculos eius.Hoc igitur mandatum habemus à Deo,vt

qui di-

qui diligit Deum,diligat & fratrem ſuum. Timorem *Prou.15.*
Deo debemus:ſed illum per quem omnis homo decli- *Pſal 95.*
nat à malo & facit bonum. Et hoc ideo,quia iudicabit
orbem terrarum in iuſtitia , & populos in æquitate. Et
omnes nos ante tribunal Chriſti manifeſtari oportet, *2.Cor 5.*
vt referat vnuſquiſq; propria corporis ſui,prout geſſit
ſiue bonum,ſiue malum.De eis autem dixit Dauid:Nō
eſt timor dei ante oculos eorum. Et ideo tam propen-
ſo animo in omnia mala ferebantur , quæ ibi loci ſunt
digeſta & præmiſſa. Non eſt Deus in conſpectu eius, *Pſal.13.*
quem timere vt iudicem iuſtum debemus,ideo inqui- *Pſal.9.*
natę ſunt viæ illius in omni tempore.Auferuntur iudi-
cia tua à facie eius,& tunc dicit omnis in reprobū ſen-
ſum datus,in corde ſuo : non mouebor à generatione
in generationem ſine malo. &c. At noſtram iuſtitiam
abundantiorem eſſe oportet : vt Deum timeamus , &
mandata eius cuſtodiamus:quod ſcopus , cardo ac finis
eſt omnium diuinarum inſtitutionum.Et hoc eſt omnis *Eccleſ.1.*
homo.Rationem audi:Cuncta quæ fiunt,adducet deus *Prou. 1.*
in iudicium,pro omni errato retribuens iuſtè , ſiue bo-
num bonis,ſiue malum malis. Plenitudo ergo & radix
ſapientiæ,timere Deum. Ad proximū iuſtus hoc mo-
do ſe habet:Obedientiā ſuperiori , ſubuentionē æqua-
li,conſolationem tribuit inferiori.Superior deus eſt , &
poteſtate præditi,locum dei tenentes in terris:Nā deo
obedire oportet,& facere,quæcunq; mandat. Poteſta *Rom.13.*
tibus item ſublimioribus ſubdi oportet,ne ordinationi
diuinæ reſiſtatur. Nec id ſolùm propter timorem , ſed
etiam propter conſcientiam. Non ſolùm bonis & mo-
deſtis.ſed etiam diſcolis. Illi autē rebelles lumini erāt, *1.Pet.1.*
audacter deum prouocauerunt,& de filio dixerūt:No *Iob 14.*
lumus hunc regnare ſuper nos. Sed qui ſpernit Chri-
ſtum,ſpernit etiam patrem qui miſit eum. Sed & ſpiri- *Luc. 19.*
tuſancto ſemper ſicut & patres eorum reſtiterunt dura *Act. 7.*
ceruice,fronte perfricta. Nec Romanis , quorum erant
poteſtati ſubiecti propter peccata ſua (quod oportet)
obediebant cū timore & tremore, in ſimplicitate cor-
dis ſui ſicut deo.ſed ad oculum ſolùmodo,non ex ani-
mo & bona voluntate. Hinc ſi liceret tributum dare
Cæſari,ſubiectionem pertæſi,malitioſè percunctaban-
tur. Concordiam , pacémque veram quando obſecro
habuerunt cum proximis ſuis? quando eos conſtat pi-

Prou.1. guiſſe pacis,tæduiſſéq; quietis?Semper cōtentioſè egi-
ſtis, dixit Moyſes, contra dominum. Sic & his quæ ab
apoſtolis dicebantur contradicebant, langueſcētes cir-
ca quæſtiones & pugnas verborum inutiles & vanas.
Turbauerunt multos pacem habentes, diſſentiones &
offendicula ſeminauerunt,necnon diſcordias inter fra-
tres,quos in pace dominus vocauit,ſine qua nemo Deū
videbit, in qua populo ſuo deus benedicit. Erga infe-
riores quàm non fuerint benefici,ſed malefactores,vel
ſi dicere licet,malefici,vel cæcus videt.Dum alius alium
lactat,per viam non bonam ducit,cuius extrema ad in-
Deut.31 feros ducunt. Dum alius alium trahit infidelitatis in
naſſam,detinet in errore,circumuenit in negotiis, aſtu
& vafritia fraudiúmq; technis vt dolos faciant,laqueos
interitus ponant,aliorum bona ſibi coaceruēt & acqui-
rant,per nefas & fortitudinem manuum ſuarum, quis
1.Theſ 5. poteſt eos inferioribus & ſubditis beneficos dicere? Iu-
Hebr.13 ſtitiam autem noſtram,eorum excreſcere neceſſe eſt:vt
hos qui præſunt nobis in domino, abundātius habea-
mus in charitate,præpoſitíſq; noſtris obediamus, eiſq;
Rom.12. ſubiaceamus:Vt quantū in nobis eſt,cum omnibus pa-
Iacob. 2. cem ſeruemus. Subueniamus item neceſſe eſt neceſſi-
tatem patientibus,non ſolum ore & lingua, docendo,
conſolando,compatiendo,&c.ſed opere & veritate,quæ
eis neceſſaria ſunt beneuolo, prompto & hilari animo
dando. Sibi ipſi iuſtitia tria tribuit:Munditiam cordi,
cuſtodiam ori,diſciplinā carni & conuerſationi. Mun-
ditia cordis expertes fuerunt ſcribæ & phariſæi, cū iu-
ſtitiam eorum extrinſecam,non intrinſecam, apparen-
tem & non ſolidam verámq; fuiſſe conſtat.Mundabant
quod de foris erat,non quod intus. Ideo ſepulchris de-
pictis,parietibus dealbatis,veritas ipſa & veritatis ido-
neus præco,ſimiles eos eſſe dicit.Quid ita? Ipſa ſepul-
chra & parietes,pulchra foris colorum varietate manu
figurata artificis,oculos hominum paſcebant, pietatis
ſpeciem habebant: Intus autem pleni erant omni hy-
pocriſi,iniquitate,dolo,malitia. Ibi pleni erant vermi-
bus inuidiæ, qui interiora eorum morſibus ſeuiſſimis
Iob 30. laniabant ſine ceſſatione. Ecce ait Iob,qui me come-
dunt non dormiunt.Vermis iſte non moritur. Ibi ſter-
cus auaritię oculos ſapientum excæcans multum erat.
Ibi luxurię fœda proluuięs confluxerat, perinde ac in
ſentinam

ſentinam, & Sodomorum lacum fœtentem. Ibi puluis
inanis gloriæ totam cordis latitudinem operuerat. Ibi
ſtercus boum ſegniciei,quo lapidãdus eſt piger, cerne-
re erat. Ibi oſſa mortuorum ſunt,hoc eſt,impiorum ,& *Eccl. 22.*
eorum qui deo diſplicuerũt ab initio , exempla facino-
ra & piacula horrenda recondita in memoria requie-
ſcunt,ad imitationem eorum in malo.Nam malignan-
tium malitiam æmulantur,& zelant facientes iniquita-
tem.Si vident furem currunt cum eo , & cum adulteris
portionem ſuam ponunt. Odiunt diſciplinam , omnes
ſermones dei proiiciunt retrorſum. &c. Per oſſa quæ
corpus ſuſtentant fortitudo intelligitur.Sic oſſa piorũ,
virtutes eorum ſunt , quas Dominus cuſtodit ne vna
earum conteratur.Oſſa impiorum,fortitudo eorum eſt,
diuitiæ , poteſtas , nobilitas , functio & autoritas, qua
abutuntur ac fulciuntur ad operandum iniqua. Et quid
eſt eos plenos eſſe oſſibus mortuorum,niſi eos ſcire &
imitari opera prauorum,qui mortui erant in delictis &
peccatis ſuis ? quos in inferno poſitos iã mors depaſcit.
Ecce ad perditionis ſuæ cumulum imitantur ſuperbiã
Luciferi,filiorúmq; eius:inuidiam Cain:bella gigantũ:
luxum ac carnis petulantiam eorũ , quos diluuij aquæ
abſorbuerunt:ſcelus Cham.iniurias Nemroth:inceſtus
Ammon,delicias Salomonis : oppreſſiones Pharaonis:
crudelitatem Herodis,furtum Iudæ , ſimulationes Si-
monis,ambitionẽ Iaſonis , & id genus cæterorũ exem-
pla malorum,quæ longum adſcribere omnia foret. Fo- *Ezec.8.*
di parietem , & abominationes longè videbis maiores.
Aperi cordium eorũ ſepulchra , ſacræ ſcripturæ clauè,
& mare malorum ea eſſe conſpicies: Et corda eorũ de-
prehendes,plena malitia & iniquitate , & his quæ ho-
mines maculant:nempe,cogitationibus malis , adulte-
riis , fornicationibus , homicidiis &c. Et vt vno verbo
complectar omnia,ſunt corda eorum puteus abyſſi , vt
Ioannes vidit & ſcripſit in Apocalypſi , cuius impieta- *Apoc. 9.*
tes lege ibidem.Hæc eſt radix amaritudinis , quæ ſur-
ſum germinans per opera tenebrarũ inquinat multos,
& impedit à ſalute. Caueamus proinde à fermẽto pha- *Rom.12.*
riſæorum. Prouideamus autem bona non ſolum coram
hominibus,vt ipſi faciebant,ſed etiam coram Deo : In
conſcientia bona conuerſemur coram Deo & homini-
bus ſemper.Cuſtodiam ori non adhibebãt,ſed ex malo

Mat. 12. cordis ſui theſauro,eructabant verba mala. Et quomo-
do potuiſſent de Chriſto bene loqui, cùm ipſi eſſent
Matt. 7. mali? Impoſſibile eſt quòd arbor mala fructus bonos
Geneſ. 1. faciat,cùm vnaquæq; iuxta genus ſuũ proferat fructus,
ſed his nolo longius immorari. Diſciplinã carni nul-
1.*Cor.*9. lam adhibebant. Non caſtigabant corpora ſua,vt ea in
ſpiritus obedientiã tedegiſſent.Non crucifigebant cor-
pora ſua cum vitiis & cõcupiſcentiis,ſicut faciunt om-
nes qui Chriſti ſunt. Ieiunabant quidem multùm, ſed
in publico & coram aliis, in occulto autem & arbitris
nullis præſentibus,niſi qui in eadem damnatione erãt,
lautè reficiebantur, deliciis affluebant, curam carnis
in deſideriis faciebant.Alioquin exterminatione facie-
1.*Ioan*.3 rum,nihil eis opus fuiſſet. At noſtram iuſtitiam ſuper-
eminentiorem eſſe oportet,vt nunc eſuriamus,vt poſt-
ea ſaturemur in regno cœlorum,cùm apparuerit gloria
eius,& nos cum ipſo in gloria apparebimus,configura-
ti corpori claritatis eius, & ſimiles ei erimus. Ibi ſerui
Eſa.65. eius comedent,& reprobi Eſàia teſte,eſurient &c. Ta-
ceo hìc quomodo iuſtitia eorum fuit propter longam
Deu. 24. vitam, pacem temporalem, diuitias huius ſeculi. At
noſtra eſt propter regnum cœlorum, & portat hìc cru-
cem, multa patitur, improperium Chriſti portat, in
Iacob. 3. multa patientia ſeipſam commendat. Taceo quòd iu-
Rom 12. ſtitia eorum erat humana & imperfecta: noſtra diuina
& perfecta.Legem talionis,libellum repudij,zelotypiæ
expurgationem,odium inimici,vt ipſi falsè aſtruebant,
& alia multa permiſit. Noſtra autem iuſtitia malum
malo non retaliat,vincit in bono malum. Quos Deus
Philip. 2. coniunxit, non ſeparat, zelum amarum & cordium
contentiones prohibet & damnat,diligit inimicos,be-
nefacit odientibus,pietatis viſcera exhibet malis & in-
*Rom.*5. gratis.beneficiis demeretur perſecutores,laudibus cu-
mulat obtrectatores, maledicentibus benedicit, tem-
poralia derelinquit noſtra euangelica iuſtitia pro-
pter Chriſtum, ac deſpicit quaſi lutum & de-
1.*Cor.* trimentum: Gloriatur in tribulationibus,
12. exultat in perſecutionibus, ſibi com-
placet in contumeliis pro Chriſto:
Fortior fit in infirmitate,at-
que ſic eius virtus
perficitur.

SER.

SERMO ALIVS.

IN multorum cordibus extinctum di- *Luca 1.*
uini amoris ignem, ſeruator noſter *Luca 12.*
oriens ex alto, rurſus mittere voluit in
terris, voluitque vehementer accendi.
Plenitudo enim legis, eſt dilectio: Qua *1. Cor. 13*
abſq; nihil cætera Dei dona, quantū-
libet multa & magna ſint, homini vel tantillum pro-
ſunt: nihil item eſt qui illis eſt donatus. Cum charita-
te verò, omnia homini cooperantur in ſalutem, nihilq; *Roma. 8.*
ei nocere poteſt. Charitatis autem venenum & mors,
peccata mortalia comprobantur. Et inter alia, ira & in- *1. Pet. 2.*
dignatio, de proprio & aliorum cordium templo, ſyn-
ceram Chriſti dilectionem expellit, eliminat & detur-
bat. Quia ira viri iuſtitiam Dei, de qua dictum eſt, non *Iacob. 1.*
operatur. Ideo ira & furor, vtraq; ſunt execrabilia apud *Eccl. 27.*
Deum, qui dilectionem & pacem præcipit, mititatem &
patientiam docet, concordiam diligit & comitatem.
Candida pax homines, trux decet ira feras. Ait ergo:
Audiſtis ex lege. Moyſes enim habet à temporibus an-
tiquis in ſingulis ciuitatibus qui eum prædicent in Sy-
nagogis, vbi per omne ſabbathum legitur, ſicut & vo-
ces prophetarum. *quia dictum eſt antiquis.* Antiquos ob-
ſeruatores & æmulatores legis vocat. Eos ſiquidem à *Roma. 8.*
vetuſtate peccati liberare non potuit lex, neq; ſanare à *Luca 10.*
vulneribus inflictis per latrones. In hoc infirmabatur
lex, quia infirma habuit & egena elementa. Inueteraui, *Galat. 4.*
inquit, inter omnes inimicos meos. Chriſtus Ieſus au-
tem, nouus homo, noua fecit omnia, & per gratiam ſuā, *2. Cor. 5.*
ſpoliat nos veterē hominem cū actibus ſuis, ad nouum *Epheſ. 4.*
induit nos, qui ſecundum deū creatur, & renouatur in *Coloſ. 3*
agnitione Dei, ſecundū imaginē eius, in iuſtitia & ſan-
ctitate veritatis. Renouat nos de die in diē. Et hāc no- *Galat. 6.*
ſtrā Deus lætificat iuuentutē. Et iterū: Renouabitur vt
aquilę, iuuētus tua. Et hæc noua creatura ſolummodo
valet in Chriſto, & fides quæ p dilectionē operatur. Nō *Galat. 4.*
occides. Nō dicit: Ego dixi, vel pater me⁹ dixit: Nā lex nō
immediatè data à deo eſt, ſed p Moyſen in diſpoſitiōe *Ioan 2.*
angelorū. Vel ne ſermo ei⁹ repelleret. Citò enim dixiſ-
ſent: Quinquaginta annos nōdū habes, & legē dediſti?
Nō occides, hoiem ſcilicet, quia homo. *qui aūt occiderit,*

iniuſtè,& vt priuata perſona,ex ira vel inuidia,aut alia
Exod.11 mala cauſa & voluntate ductus, reus erit iudicio, hoc
Matt.5. eſt,dignus iudicari ad mortem,ſecundum legem talio-
Leui. 24. nis,& ſecundum illud, Qui percuſſerit & occiderit ho-
Eſa.33. minem,morte moriatur.Sed dominus & legifer noſter
in pace vocauit nos,& charitatis mandatum mandauit
Ioan. 12. nobis. Et in hoc ſolo ſigno uoluit nos cognoſci, quod
diſcipuli eius ſumus, ſi dilectionem ad inuicem habe-
mus. Vt autem pax non turbetur,charitas non franga
tur,vnitas non ſcindatur,concordia ſeruetur, & nemo
alteri quod ſibi fieri nolit faciat, perfectius mandatum
hoc explicat,dicens,Ego autem legem non ſoluens, ſed
implens,& verum eius intellectum explicans,dico vobis
hoc eſt,plus impono.Vel ſic explano.Et tria facit.Primo
motum iræ prohibet in animo. Secundo indignationis
in ſigno.Tertio vituperationis in verbo deliberato. Pri
Ephe. 4. mo motui iræ reſpondet iudicium.Secundo conſilium.
Tertio gehenna.Et ſicut culpa creſcit,ſic creſcit & pœ-
na.Et ſic Chriſtus homicidium prohibet,non ſolùm in
opere,ſed etiam in ſua radice & origine.Radix enim oc
ciſionis,ira eſt & commotio animi, Qui radicem fundi-
tus extrahit,ramos cũ fructibus deſtruit,Idipſum Apo-
ſtolus Chriſtum imitans,docet: Omnis amaritudo, &
ira,& indignatio,& clamor,& blaſphemia tollatur à vo
bis,cum omni malicia.Eſtote autem in inuicem beni-
gni,miſericordes,donantes inuicem, ſicut & deus in
Chriſto donauit vobis Et pulchro ordine opus legis in
cipit excedere,non diſſoluere, dicens, Omnis generali-
ter,nullo excepto.Omnes compellat. Reges terræ, &
Exo. 10. omnes populos,principes & omnes iudices terræ: iuue-
nes & virgines,ſenes cum iunioribus,ſimul in vnum di
uites & pauperes,clericos & laicos. Omnis ergo, ſine
perſonarum delectu. qui iraſcitur motu interiori furo-
ris ſiue odij,fratri ſuo,id eſt proximo.Omnes homines
fratres ſunt.Fatri ſuo,non vicio:vt ſit ira per vicium,nõ
per zelum.Quod autem in libris aliquibus additur,ſine
cauſa:nec in hebræo habetur,nec in græco,neque in la-
tinis libris correctis.Nulla enim cauſa eſt aut eſſe po-
teſt,ob quam fratribus iraſcamur,ira per vicium. reus e-
rit iudicio, & condemnatione, æque atque occidens.
Moyſes dicit, non occides.Chriſtus vero,non ſolum nõ
occides,ſed neque alicui fratri iraſcaris. Hoc charitas
exigit,

exigit, quæ non irritatur, non bile tumet, non commo-
uetur, non excandeſcit, non exaſperatur, non turbatur 1.Co.13
in æternum. Quinimo, patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuf
fert, omnia ſuſtinet, & æqui bonique conſulit: Nõ iraſci
tur, ſed aliorum onera portat cum omni humilitate, mã Rom.13.
ſuetudine & patientia, in charitate, vt impleat legem
Chriſti. Si occidis, expecta poteſtatis iudiciũ, Dei enim
miniſter eſt, vindex in iram ei qui male agit. Si autem 1.Ioan.3
iraſceris fratri tuo, iudicium Dei non euades, etiam ſi
nullum hic dignum piaculo tuo ſupplicium pendas. A-
pelles ergo ſi non occiderit, iuſtum ſe putat. Apud Chri
ſtianos iuſtitia altior eſt, Nempe, ne quis iraſcatur fra-
tri ſuo, hoc eſt, non ſit amaro animo vel maleuolo, ex
quo fonte mors ebullire ſolet. Hinc Ioannes ait, Qui
odit fratrem ſuũ homicida eſt. Longa & inueterata ira,
in odium creſcit. Inueteratum odium, libentius occide-
ret quem habet odio, quàm eum videret proſperari, &
cunctis mortalibus optata vita & ſanitate gaudere. Et
niſi poteſtatis gladium timeret, aut eius quem odit ami
cos, vel potentiam, occideret eum, & iam pridem neci
eum dediſſet. Ille, & ſi non manu, affectu tamen & volũ
tate fratricida eſt. Ideo qui non diligit: manet in morte.
Hic nota, quod triplex eſt ira: vna commendatur, altera *Ira tri-*
toleratur, tertia damnatur. Ira laudibilis eſt ira per ze- *plex.*
lum, & eſt quæ vltionem expetit ſecundum Deum, ra-
tionem & iuſtitiæ ordinem. Iſte iræ affectus datus eſt
homini vt iraſcatur vitiis, prauis ſuggeſtionibus, & non
patiatur ſe trahi in conſenſum peccati, reprimátque
malos motus in ſe, & in aliis impediat vbi poteſt oppor
tune. Vt item Dei vlciſcatur iniurias & legis eius tranſ-
greſſiones. De iſta Salomon ait Melior eſt ira riſu, quia
per triſticiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Eccle.* 7.
Et iſta nõ ira ſolùm cõmẽdatur, ſed & eſt neceſſaria mul
tum, Sine ea nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec
crimina compeſcuntur, ſed vicia ſeminantur, iuſtitia in
plateis corruit, veritas proſcribitur, ius fáſque confundi *Matt.*12
tur, & non ſolùm mali, ſed & boni etiam excitantur ad
malum. In tali ira agnus Dei manſuetus, mitis & dulcis
Ieſus Chriſtus, circumſpiciebat in ſynagoga phariſæos,
contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum. In tali zelo *Num* 24.
& ira inhonorantes domum patris ſui, eiecit de templo 1.Co.10
vna & altera vice. In ira tali Phineea peccantés gladio

transfixit,& in ira ſua,iram Dei à populo Iſrael auertit.
In tali ira Moyſes tabulas fregit,gladium arripuit,Leui
tas armauit,xxiij.milia hominum occidit,& hoc modo
Exod.32. Leuitæ manus ſuas domino conſecrauerunt.In ea He-
3.Reg.18 lias ſacerdotes Baal peremit: Matathias idololatram in
conſpectu omnis populi, gladio trãſuerberauit. Petrus
Ananiam & Sapphiram occidit.Paulus adulterum dia-
bolo tradidit,Elymam magum excæcauit,In virga, ait,
1.Mat.2. vultis veniam ad vos?id eſt,ira & verberibus,an in ſpiri
Act. 5. tu lenitatis & in charitate?Et iterum: Prædico vobis,
2.Cor 5. quod his qui peccauerunt,& nõn egerunt pœnitentiam
Act. 13. ſi venero iterum,non parcam. Ira iſta affectum matris
1.Cor 4. oportet induat & patris,& virga ex charitate filiũ ver-
2.Cor.2 2 beret,vt emendetur,vt ſaluetur,vt non pereat.Vt medi
ci imitetur exemplum qui ſecat,vrit,ligat, vt infirmus
curetur.Virga correctionis & baculus cõſolationis tuæ
ipſa me conſolata ſunt.Virga & manna in arca.Sic A-
poſtolus illum tradit Satanæ:poſtea conſolatur. Mater
virga puerum percutit,mox ei neceſſaria largitur. Ira
hæc duas oportet comites habeat,alioqui degenerat in
crudelitatẽ,& zeli pallio,ſicut lupus rapax, ouis exuuio
ſe occultat.Vnus comes eſt iuſta cauſa.Altera modera-
tio,ſicut ſcriptum eſt,Iraſcimini,& legi debet in coniun
Pſa.4. ctiuo modo.Si iraſcimini,tunc ſic zelate pro iuſtitia, &
dei honore & lege,vt non peccetis,corde.ore vel opere.
Et ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. & cum
verbo & verbere correptionis,moriatur & ceſſet com-
motio mentis.Vera ſiquidem iuſtitia,compaſſionem ha
bet,falſa autem indignationem.Ira per zelum, contra
peccatum iraſcitur:mala punit ſcandala inſectatur: Dei
vindicat offenſas Fratrẽ vero diligit,& ſic carnes putri
das abſcindit,quod ſanas non lædat.Omnia facit vt fra
trem lucretur.Sic zizania extrahit,vt nihil triticum læ
Prov.15. dat.Iniquos odio habui,ſed legem tuã dilexi,&ad eius
dilectionem & obſeruationem eos reducere ſtudui Et
hoc eſt perfectum odium,quo odiuit eos Licet illi phre
niticorum more,facti ſunt eius inimici, quia peſtilens
non amat eum qui eum corripit.Alia ira toleratur. Et
eſt ira infirmorum in fide,quæ repentina eſt et ſubita,
vt cum homo ſecundum carnem iraſcitur,nec vult face
re quod ira ſuadet et furor.De iſta dicit Iob:Non te ſur
peret ira vt aliquem opprimas,Tertia ira quæ vitupera

tur eſt quæ rationem ſuperat, charitatem lædit, legis præſcripta tranſgreditur, corde, verbis, ſignis & operibus proximo iniuriatur, vt hic euangelium habet. Talem iram Herodes habuit audita Chriſti natiuitate, Iudæi in ſynagoga audita Chriſti reprehenſione, Cain cõtra fratrem Abel, Aman contra Mardochæum, Et draco ipſe iratus eſt contra eccleſiam ſponſam Chriſti. De iſta ira intelligitur verbũ Chriſti. At paulo altius iam chordam, trahet, cum dicit. *Qui autem dixerit* ex faſtu mentis ſuæ, vel inuidia vel ira, & ex contemptu & deſpectu. Vel quia pauper & ignobilis, vel quia indoctus, vel quia ignotus *fratri ſuo*, ſpirituali. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſumus & renati, vnum patrem habemus, qui eſt in cœlis, & vnam matrem ſanctam Eccleſiam catholicam & apoſtolicam. Illa Hieruſalem quæ ſurſum eſt, quia promittit, prædicat, ſapit, quærit & expectat cœleſtia, mater noſtra eſt. Qui igitur fratri ſuo, qui ex Deo natus eſt, qui filius Dei eſt, & frater Chriſti, mẽbrumque corporis eius, qui crebrò acceptior & maior eſt ante oculos Dei ipſo iracundo & faſtidiẽte, *raca*, eiuſmodi *reus erit concilio*. Raca autem reſpuitium quiddam Syris ſonat, Igitur fratri raca dicere, eſt eum adſpuere, vel in veſtigia pedum eius ſpuere. Et ſeruator noſter faciem ſuam non auertit ab increpantibus & conſpuentibus in eum. Vide Vicelium in poſtilla euangelij huius. Nec tamen omnino reiicit eos qui dicunt raca ſignificare idem quod vacuus vel inanis, quaſi ſine cerebro. Vide Vicelium, ſed ſic nihil differret à tertio, de quo dicitur, *Qui autem dixerit* ex deſpectu ſecus eſt ſi faceret ex animo corrigendi & docendi, ſicut legimus feciſſe Chriſtum in Luca, & Paulum in Galatis, *fatue, reus erit gehennæ ignis*. Ecce tertia ſententia in homines, qui non ponunt ori ſuo cuſtodiam. Quorum lingua tam prodiga infræniſque eſt, vt fluat ſemper, & æſtuet colluuione verborum teterrima. At modò iſti ſermones Dei retrorſum iactantur Fatuus ſtultúſque iudicatur qui abſtinet ab opprobriis iſtis, ſcommata talia non profert, deſpectiones eiuſmodi abhorret. Sed ſpernant hæc ſuperbi, inuidi nihil pendant, iracundi lupum æſtiment, verboſi calumniatores iſta licet derideant, verbum nihilominus domini manet inæternum, nec vnũ ex eis trãſibit. Hæc omnia tamẽ eò tẽdũt & ſpectãt, vt videamus quã

ei ac-

ei accepta ſit mutua dilectio,& amor ſyncerus ſecūdum deum Nā vinculum perfectionis eſt,legis ſcopus,Chriſti mandatum,acceptiſſimum ſacrificium, via excellentior
1.Co.12. fructus prior,virtus permanentior. Ideò nec motu iræ interiori,nec ſigno exteriori, nec verbo probroſo aut deſpectuo eam vult labefactari. Hinc diuus Petrus ante omnia,vult vt mutuam in nobiſmetipſis charitatem cō tinuam habeamus. Quia ſine charitate nec nos,nec ope ra noſtra Deo placent. Si expertes ſimus charitatis,ope
1.Pet. 4. ra noſtra ne pili facit diabolus,quantumlibet multa ſint & magna Hic attendant & ſibi caueant ſuperbi,tyranni,maximè poteſtate præditi Illi namque non ſolùm pro minimo hæc verba Chriſti habent, ſed prorſus pro nihilo Illi verbum hoc non recipiunt, ſed proiiciunt poſt tergum ſuum,& fit illis in opprobrium,Imò in deriſum. Multi enim poteſtate præditi, ſuos ſubditos & pauperes faſtu ſuo deſpiciunt vt canes,aut ſtercus terræ. Hinc cum poteſtate eis imperant, eos non fatuos, ſed & proditores vocant. Maledicta in eos congerunt,quæ &
1.Co.11 ethnici abhorrerent. Innumera eis mala imprecantur. Si tanta pœna & damnatione æterna percellitur verbū vnū quo quis fratri ſuo fatue dicit,quid cenſendum
Sie.6.20 eſt maledictionis,damnationis & pœnæ æternæ eos manet,qui proximos diffamant,contumeliis grauant, male dictis laceſſunt? Vel qui bona eorum diripiunt,dura ſeruitute premunt,in negociis eos circumueniunt,iuſti iuſticiam auferunt. vim cauſæ humilium faciunt. Vel qui eos percutiunt,vulnerant,capiunt,incarnerant & morte afficiūt,& mille modis eis moleſti ſunt. Sed hoc iā;d atur laudi,in hoc iā gloriātur multi:in reb⁹ tā peſſimis iā exultāt tātū abeſt,vt veniā petāt,aut reconciliationē faciant. Iſta licita ſunt diuitibus, potentibus, ſuperbis & maximè poteſtate præditis. Sic habent timorem, æſtimatimationem & reuerentiam apud pauperes & & ſubditos. At mentitur iniquitas ſibi. Chriſtus aliud docet & præcipit,cuius verbum manet inæternum, Væ,væ,mundo & mundanis,qui ſecundum ſeculum hoc viuunt,à ſcandalis iſtis Vindex eſt, dominus de omnibus his.

TAm eſt pacis, vnitatis & co[...] tor Deus, vt deus pacis dig[...] & dilectionis. Sic & adſert[...] mus pax noſtra vocatur à [...] miſericorditer in pace voc[...] tem & pacem diligamus. & ea quæ pacis ſunt [...] ac ſolliciti ſimus vnitatem ſpiritus ſeruare in vinculo pacis Hinc Ieſus Sirach ait, In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene conſentientes. Ipſe Deus noſter & vindex piiſſimus, colligit in vnum, vnanimes habitare facit in Eccleſiæ domo ſuos electos. Spiritus autem apoſtatici, & qui ſunt ex parte eorū, homines apoſtatæ, contra Chriſtum ſunt, rapiunt, mactant, diſpergunt, iurgia ſeminant, diſſentiones & offendicula faciunt, lites incendunt. & in medio pacem habentium, immittunt inimicitias, turbant multos pacem habentes. Veruntamen fracta pace, vnitate diuiſa, læſa concordia animorum, dilectione mutua interrupta quid à nobis exigat, quid requirat, quid ante omnia factu ſit opus, iam docet magiſter bonus doctor paruulorum, virtus & ſapientia patris. Dicit ergo: Si iratus fuiſti fratri tuo, ſi ei raca dixiſti, ſignum turbati animi oſtendiſti, aut zeli amari, aut ſcommata, vituperia, ledoria, deſpectionísve in eum verba effuriuiſti: aut aliud quid feciſti aut dixiſti quod animum offendere, turbare inquietare, contriſtare, ſcandalizare potuit. Tunc ſi offers, id eſt, vis offerre munus tuum ad altare. Munus teſte Donato, id eſt quod neceſſario largimur lege, more, imperio eius qui iubendi habet poteſtatem, donum autem quod nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte propria præſtatur, nulla eſt reprehenſio, & ſi præſtatur plerúmque eſt laus, & præmium ei debetur. Donum voluntarium eſt: Oblatio autem hilari animo fieri debet, & voluntate propenſa, non ex triſtitia aut neceſſitate. Ideò dicit: Si offers munus tuum. In munere non ſolùm intelligitur agnorum, animalium, fructuum & id genus legis oblationes, ſed quicquid ad honorem Dei, propriam ſalutem, proximorum vel ædificationem vel conſolationem facere volumus. Si vis aduerſum te iniuſtitias

Eph. 5.
Eccl. 24.
Pſ. 31.
2. Cor. 9.

Deniel, miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonũm, & non nocuerunt mihi, quia coram Deo iuſtitia inuenta eſt in me. Sic iuſtus Lot (aſpectu & auditu iuſtus erat) à Sodomorum ſubuerſione ereptus eſt. Sic ſi Noë, Daniel & Iob inter reprobos eſſent, manum domini ipſi ſentire non deberent, ſed iuſtitia ſua ipſi liberarent animas ſuas. Noë vir iuſtus, atque perfectus in oculis dei, ideo cum peccatoribus non periit in cataclyſmo. Iuſtitia igitur liberat à morte, Auget bona temporalia, eáque tribuit: Dominus enim benedicit iuſto. Non vidi iuſtum derclictum, nec ſemen eius quærens panem. Non affliget dominus fame animam iuſti. Non eſt inopia timentibus eum. Diuites egent & eſuriunt, iuſti autem inquirentes Dominum, non minuentur omni bono. Vel cultoribus dei nihil vnquã deeſt. Deſcendit etiam à malo culpæ. induite loricam iuſtitiæ, in qua poteſtis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. In morte etiam vtilis

Ephes. 6. eſt: Nam ſi iuſtus morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Tunc ab auditione mala non timebit. Tunc in

Sap. 4. malitia ſua expelletur impius à regno dei: ſperat autem iuſtus in morte ſua à domino cõſtitui ſuper omnia bona

Rom. 5. ſua. Spes autem iuſtorum ipſos non confundit. Econtra,

Pſal. 131 virum iniuſtum mala capient in interitu. Poſt mortem ſcilicet in iudicio, quando iudicabit Dominus orbem terræ in iuſtitia, & populos in æquitate. Tunc non permanebunt iniuſti ante oculos eius, ſed ira dei reuelabitur ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui nunc veritatem dei in iniuſtitia detinent. Tunc piis reſpondebit iuſtitia eorum. Et ſicut iniuſti timent à iudiciis Dei, ſic iuſti ſuperſperãt à iudiciis Dei. Et filiæ Iudæ, hoc eſt, deum ore, corde & opere confitentes, exultant à iudiciis dei. Tunc enim cum ſponſo intrabunt ad nuptias, Iniuſti autem punientur & diſperibunt: Quia iniuſtitia eſt mortis acquiſitio. Iuſtitia propinqua eſt mercedi benedictioni, ſaluti: mercedi, eò quòd ſeminanti ad iuſtitiam, merces fidelis. Retribuet mihi dominus ſecundùm iuſtitiam meam. Benedictioni: Ita benedices iuſto, quando dices: Venite benedicti patris mei &c. Benedictio domini ſuper caput iuſti. Et contra Ite maledicti in ignem æternum. Et iterum de iuſto ſcriptum eſt: Dabis eum in benedictionem in ſeculũ ſeculi. Saluti: Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ: Beati

qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Salus iuſtorum à domino eſt, & protector eorum in tempore tribulationis. Longè autem à peccatoribus. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, &c. Ecce iiij. dotes corporis glorioſi: In fulgore, claritas. In iuſtitia, impaſſibilitas: quia iuſtitia perpetua eſt & immortalis. In ſcintillæ nomine, ſubtilitas. In diſcurſu agilitas deſignatur. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Nunc qualis iuſtitia eorum fuerit, & qualis noſtra eſſe debeat, breuiter videamus. Dixi autē quòd iuſtitia vnicuiq; quod ſuum eſt, tribuit: Deo tria, ſibi tria, proximo tria. At ſcribæ nulli horum quod ſuum eſt dederunt. Non Deo, cui reuerentiam debebant, eo quod creator: amorē, eo quòd redemptor, timorem: eo quòd iudex. Reuerentiā ſiue honorem, qui corde, ore & opere abſoluitur, ei non dederunt. Corde rectè credendo: ore deuotè, humiliter, in ſpiritu ipſum laudando, benedicendo, magnificando: Opere, eius voluntatem faciendo, mandata cuſtodiendo, conſilia honorando. Ipſi autem non crediderunt in Chriſtum. Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. Imo dixerunt: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit. Sed & quærebāt eum interficere, quia non ſolùm ſoluebat ſabbathum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. De laude Dei, ſic ſcriptum eſt: Populus hic labiis ſuis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. In oratione etiam prætendebant triſtitiam, quia faciem exterminabant, verba multiplicabant, gentilium inſtar, ſtabant in angulis platearū, & in ſynagogis, vt ab hominibus viderentur, & comederent domos viduarum: Et ſic receperunt mercedem ſuam. Non adorabant ergo patrem in ſpiritu & veritate, quales adoratores ipſe quærit. Et quid dico non laudabant eum? cùm blaſphemarent eū. Dixerunt enim eſſe eum potatorem vini, voracem, publicanorum & peccatorum amicum. Item habere dæmonium: Eſſe Beelzebub, ſeductorem, peccatorem, & breuiter nihil non auditu horrendiſſimum, falſiſſimū, impiiſſimúmque. Vnde dixit eis: Vos inhonoraſtis me. Operibus lucis patrem non honorabant qui in cœlis eſt, mandata eius tranſgrediebantur peſſimè, conſilia eius deridebant & ſpreuerunt. Moyſes dedit vobis le-

Pſal. 36. *Sap. 3.* *Eſa. 29.* *Ioan. 4.* *Mat. 11.* *Ioan. 8.*

gem,& nemo ex vobis facit legem. Vētoſa quapropter erat iuſtitia eorū, non virtuoſa:In lingua & ſermone,
1.Cor.4. non in opere & veritate.Dicebant & non faciebāt Regnum autē cœlorum,non eſt in ſermone.ſed in virtute. Nō auditores legis iuſti ſunt apud deū,ſed factores legis iuſtificabuntur.Non quæ folia multa habet,ſed quę fructus bonos facit arbor bona cenſetur. Oportet ergò abundantiorem eſſe iuſtitiam noſtram præ phariſæis & ſcribis,vt fide electorum in vnigenitum dei credamus, vt mente & ſpiritu deum laudemus, vt benedicamus deum in omni tempore, vt laus eius ſemper ſit in ore noſtro,vt opera bona, fructus bonos, in quibus pater cœleſtis glorificetur, faciamus,qui permaneant nobis
Ephes 4 in vitam æternā,hoc eſt,vt dignè Deo,euangelio Chri-
Philip.1. ſti,& vocatione qua vocati ſumus, viuamus,conuerſe-
Coloſ.1. mur, & agamus per omnia illi placentes, & in omni opere bono fructificantes. Et hoc dixerim deum reuereri & rectè honorare. Dilectionem deo debebant & proximo:Deo & Chriſto eius,quia eos redemit:Proximo, quia cohæredes ſunt & concorporales & compar-
Ioan.5. ticipes gratiæ, meriti & hæreditatis Chriſti.Verū ego
1.Tim.1 ſcio(inquit Chriſtus)quòd dilectionem Dei non habetis in vobis.Illam vtiq; quæ eſt de corde puro,conſciētia bona,& fide non ficta.Imò,odio habuerunt eū gra-
Pſ 108. tis.Et pro eo vt eū diligerent,detrahebant illi.ac morte tandem turpiſſima eum condemnauerūt. De proximi dilectione quid dicam? Ecce hos ſeducebant, falsè ſcripturas interpretando: Ipſi duces cæci,regnū cælorum, mandata Dei ſeruando non intrabant: & introeuntes intrare non permittebant:Imò prohibebant.Et hoc quo modo?Prohibendo ne in Chriſtum crederēt. Ne quis eum profiteretur,eū reciperet in domum ſuā. Scripturas item vertendo,inuertēdo,& ad nothū ſenſum trahendo. Item ſcandalis vitæ & operibus infructuoſis tenebrarum. Tandem, in Chriſtum credentes, obtrectando,calumniando, maledicendo.perſequendo, ſpoliando,fugando,morte afficiendo Verùm, ſicut qui non amat Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum.eſt ana-
1.Ioan.4 thema maranatha:ita qui non diligit fratrem ſuum,in morte manet,mendax eſt,in tenebris eſt,& in tenebris ambulat,& neſcit quò eat,quia tenebræ obſcurauerūt
1.Ioan.2 oculos eius.Hoc igitur mandatum habemus à Deo,vt
qui di-

qui diligit Deum,diligat & fratrem ſuum. Timorem *Prou.15.*
Deo debemus:ſed illum per quem omnis homo decli- *Pſal 95.*
nat à malo & facit bonum. Et hoc ideo,quia iudicabit
orbem terrarum in iuſtitia , & populos in æquitate. Et
omnes nos ante tribunal Chriſti manifeſtari oportet, *2.Cor 5.*
vt referat vnuſquiſq; propria corporis ſui,prout geſſit
ſiue bonum,ſiue malum. De eis autem dixit Dauid: Nõ
eſt timor dei ante oculos eorum. Et ideo tam propen-
ſo animo in omnia mala ferebantur, quæ ibi loci ſunt
digeſta & præmiſſa. Non eſt Deus in conſpectu eius, *Pſal.13.*
quem timere vt iudicem iuſtum debemus,ideo inqui- *Pſal.9.*
natę ſunt viæ illius in omni tempore.Auferuntur iudi-
cia tua à facie eius,& tunc dicit omnis in reprobũ ſen-
ſum datus,in corde ſuo : non mouebor à generatione
in generationem ſine malo. &c. At noſtram iuſtitiam
abundantiorem eſſe oportet: vt Deum timeamus , &
mandata eius cuſtodiamus:quod ſcopus, cardo ac finis
eſt omnium diuinarum inſtitutionum.Et hoc eſt omnis *Eccleſ. 1.*
homo.Rationem audi:Cuncta quæ fiunt,adducet deus *Prou. 1.*
in iudicium,pro omni errato retribuens iuſtè, ſiue bo-
num bonis,ſiue malum malis. Plenitudo ergo & radix
ſapientiæ,timere Deum. Ad proximũ iuſtus hoc mo-
do ſe habet:Obedientiã ſuperiori, ſubuentionẽ æqua-
li,conſolationem tribuit inferiori.Superior deus eſt, &
poteſtate præditi,locum dei tenentes in terris:Nã deo
obedire oportet,& facere,quæcunq; mandat. Poteſta *Rom.13.*
tibus item ſublimioribus ſubdi oportet,ne ordinationi
diuinæ reſiſtatur. Nec id ſolùm propter timorem, ſed
etiam propter conſcientiam. Non ſolùm bonis & mo-
deſtis.ſed etiam diſcolis. Illi autẽ rebelles lumini erãt, *1. Pet.1.*
audacter deum prouocauerunt,& de filio dixerũt:No *Iob 14.*
lumus hunc regnare ſuper nos. Sed qui ſpernit Chri-
ſtum,ſpernit etiam patrem qui miſit eum. Sed & ſpiri- *Luc. 19.*
tuſancto ſemper ſicut & patres eorum reſtiterunt dura *Act. 7.*
ceruice,fronte perfricta. Nec Romanis, quorum erant
poteſtati ſubiecti propter peccata ſua (quod oportet)
obediebant cũ timore & tremore, in ſimplicitate cor-
dis ſui ſicut deo.ſed ad oculum ſolùmodo,non ex ani-
mo & bona voluntate. Hinc ſi liceret tributum dare
Cæſari,ſubiectionem pertæſi,malitioſè percunctaban-
tur. Concordiam, pacémque veram quando obſecro
habuerunt cum proximis ſuis? quando eos conſtat pi-

Prou. 1. guiſſe pacis,tæduiſſéq; quietis?Semper cōtentioſè egiſtis, dixit Moyſes, contra dominum. Sic & his quæ ab apoſtolis dicebantur contradicebant, langueſcētes circa quæſtiones & pugnas verborum inutiles & vanas. Turbauerunt multos pacem habentes, diſſentiones & offendicula ſeminauerunt,necnon diſcordias inter fratres,quos in pace dominus vocauit,ſine qua nemo Deū videbit, in qua populo ſuo deus benedicit. Erga inferiores quàm non fuerint benefici,ſed malefactores,vel ſi dicere licet,malefici,vel cæcus videt.Dum alius alium lactat,per viam non bonam ducit,cuius extrema ad in-
Deut. 31 feros ducunt. Dum alius alium trahit infidelitatis in naſſam,detinet in errore,circumuenit in negotiis, aſtu & vafritia fraudiúmq; technis vt dolos faciant,laqueos interitus ponant,aliorum bona ſibi coaceruēt & acquirant,per nefas & fortitudinem manuum ſuarum, quis
1.Theſ 5. poteſt eos inferioribus & ſubditis beneficos dicere? Iu-
Hebr. 13. ſtitiam autem noſtram,eorum excreſcere neceſſe eſt:vt hos qui præſunt nobis in domino, abundātius habeamus in charitate,præpoſitíſq; noſtris obediamus, eíſq;
Rom. 12. ſubiaceamus:Vt quantū in nobis eſt,cum omnibus pa-
Iacob. 2. cem ſeruemus. Subueniamus item neceſſe eſt neceſſitatem patientibus,non ſolum ore & lingua, docendo, conſolando,compatiendo,&c.ſed opere & veritate,quæ cis neceſſaria ſunt beneuolo, prompto & hilari animo dando. Sibi ipſi iuſtitia tria tribuit:Munditiam cordi, cuſtodiam ori,diſciplinā carni & conuerſationi. Munditia cordis expertes fuerunt ſcribæ & phariſæi, cū iuſtitiam eorum extrinſecam,non intrinſecam, apparentem & non ſolidam verámq; fuiſſe conſtat.Mundabant quod de foris erat,non quod intus. Ideo ſepulchris depictis,parietibus dealbatis,veritas ipſa & veritatis idoneus præco,ſimiles eos eſſe dicit.Quid ita? Ipſa ſepulchra & parietes,pulchra foris colorum varietate manu figurata artificis,oculos hominum paſcebant, pietatis ſpeciem habebant: Intus autem pleni erant omni hypocriſi,iniquitate.dolo,malitia. Ibi pleni erant vermibus inuidiæ, qui interiora eorum morſibus ſeuiſſimis
Iob 30. laniabant ſine ceſſatione. Ecce ait Iob,qui me comedunt non dormiunt.Vermis iſte non moritur. Ibi ſtercus auaritię oculos ſapientum excæcans multum erat. Ibi luxurię fœda proluuięs confluxerat, perinde ac in

ſentinam

ſentinam, & Sodomorum lacum fœtentem. Ibi puluis inanis gloriæ totam cordis latitudinem operuerat. Ibi ſtercus boum ſegniciei, quo lapidadus eſt piger, cernere erat. Ibi oſſa mortuorum ſunt, hoc eſt, impiorum, & eorum qui deo diſplicuerũt ab initio, exempla facinora & piacula horrenda recondita in memoria requieſcunt, ad imitationem eorum in malo. Nam malignantium malitiam æmulantur, & zelant facientes iniquitatem. Si vident furem currunt cum eo, & cum adulteris portionem ſuam ponunt. Odiunt diſciplinam, omnes ſermones dei proiiciunt retrorſum. &c. Per oſſa quæ corpus ſuſtentant fortitudo intelligitur. Sic oſſa piorũ, virtutes eorum ſunt, quas Dominus cuſtodit ne vna earum conteratur. Oſſa impiorum, fortitudo eorum eſt, diuitiæ, poteſtas, nobilitas, functio & autoritas, qua abutuntur ac fulciuntur ad operandum iniqua. Et quid eſt eos plenos eſſe oſſibus mortuorum, niſi eos ſcire & imitari opera prauorum, qui mortui erant in delictis & peccatis ſuis? quos in inferno poſitos iã mors depaſcit. Ecce ad perditionis ſuæ cumulum imitantur ſuperbiã Luciferi, filiorũmq; eius: inuidiam Cain: bella gigantũ: luxum ac carnis petulantiam eorũ, quos diluuij aquæ abſorbuerunt: ſcelus Cham: iniurias Nemroth: inceſtus Ammon, delicias Salomonis: oppreſſiones Pharaonis: crudelitatem Herodis, furtum Iudæ, ſimulationes Simonis, ambitionẽ Iaſonis, & id genus cæterorũ exempla malorum, quæ longum adſcribere omnia foret. Fodi parietem, & abominationes longè videbis maiores. Aperi cordium eorũ ſepulchra, ſacræ ſcripturæ clãue, & mare malorum ea eſſe conſpicies: Et corda eorũ deprehendes, plena malitia & iniquitate, & his quæ homines maculant: nempe cogitationibus malis, adulteriis, fornicationibus, homicidiis &c. Et vt vno verbo complectar omnia, ſunt corda eorum puteus abyſſi, vt Ioannes vidit & ſcripſit in Apocalypſi, cuius impietates lege ibidem. Hæc eſt radix amaritudinis, quæ ſurſum germinans per opera tenebrarũ inquinat multos, & impedit à ſalute. Caueamus proinde à fermẽto phariſæorum. Prouideamus autem bona non ſolum coram hominibus, vt ipſi faciebant, ſed etiam coram Deo: In conſcientia bona conuerſemur coram Deo & hominibus ſemper. Cuſtodiam ori non adhibebãt, ſed ex malo

Eccl. 22. *Ezec. 8.* *Apoc. 9.* *Rom. 12.*

Mat. 12. cordis ſui theſauro, eructabant verba mala. Et quomodo potuiſſent de Chriſto bene loqui, cùm ipſi eſſent mali? Impoſſibile eſt quòd arbor mala fructus bonos
Matt. 7. faciat, cùm vnaquæq; iuxta genus ſuũ proferat fructus,
Geneſ. 1. ſed his nolo longius immorari. Diſciplinã carni nul-
1. Cor. 9. lam adhibebant. Non caſtigabant corpora ſua, vt ea in ſpiritus obedientiã redegiſſent. Non crucifigebant corpora ſua cum vitiis & cõcupiſcentiis, ſicut faciunt omnes qui Chriſti ſunt. Ieiunabant quidem multùm, ſed in publico & coram aliis, in occulto autem & arbitris nullis præſentibus, niſi qui in eadem damnatione erãt, lautè reficiebantur, deliciis affluebant, curam carnis in deſideriis faciebant. Alioquin exterminatione facie-
1. Ioan. 3 rum, nihil eis opus fuiſſet. At noſtram iuſtitiam ſupereminentiorem eſſe oportet, vt nunc eſuriamus, vt poſtea ſaturemur in regno cœlorum, cùm apparuerit gloria eius, & nos cum ipſo in gloria apparebimus, configurati corpori claritatis eius, & ſimiles ei erimus. Ibi ſerui
Eſa. 65. eius comedent, & reprobi Eſaia teſte, eſurient &c. Taceo hîc quomodo iuſtitia eorum fuit propter longam
Deu. 24. vitam, pacem temporalem, diuitias huius ſeculi. At noſtra eſt propter regnum cœlorum, & portat hîc crucem, multa patitur, improperium Chriſti portat, in
Iacob. 3. multa patientia ſeipſam commendat. Taceo quòd iu-
Rom 12. ſtitia eorum erat humana & imperfecta: noſtra diuina & perfecta. Legem talionis, libellum repudij, zelotypiæ expurgationem, odium inimici, vt ipſi falsè aſtruebant, & alia multa permiſit. Noſtra autem iuſtitia malum malo non retaliat, vincit in bono malum. Quos Deus
Philip. 2. coniunxit, non ſeparat, zelum amarum & cordium contentiones prohibet & damnat, diligit inimicos, benefacit odientibus, pietatis viſcera exhibet malis & in-
Rom. 5. gratis. beneficiis demeretur perſecutores, laudibus cumulat obtrectatores, maledicentibus benedicit, temporalia derelinquit noſtra euangelica iuſtitia propter Chriſtum, ac deſpicit quaſi lutum & de-
1. Cor. trimentum: Gloriatur in tribulationibus,
12. exultat in perſecutionibus, ſibi complacet in contumeliis pro Chriſto:
Fortior fit in infirmitate, atque ſic eius virtus perficitur.

SER-

SERMO ALIVS.

IN multorum cordibus extinctum diuini amoris ignem, ſeruator noſter oriens ex alto, rurſus mittere voluit in terris, voluítque vehementer accendi. Plenitudo enim legis, eſt dilectio: Qua abſq; nihil cætera Dei dona, quantũlibet multa & magna ſint, homini vel tantillum proſunt: nihil irem eſt qui illis eſt donatus. Cum charitate verò, omnia homini cooperantur in ſalutem, nihílq; ei nocere poteſt. Charitatis autem venenum & mors, peccata mortalia comprobantur. Et inter alia, ira & indignatio, de proprio & aliorum cordium templo, ſynceram Chriſti dilectionem expellit, eliminat & deturbat. Quia ira viri iuſtitiam Dei, de qua dictum eſt, non operatur. Ideo ira & furor, vtraq; ſunt execrabilia apud Deum, qui dilectionem & pacem præcipit, mititatem & patientiam docet, concordiam diligit & comitatem. Candida pax homines, trux decet ira feras. Ait ergo: *Audiſtis* ex lege. Moyſes enim habet à temporibus antiquis in ſingulis ciuitatibus qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne ſabbathum legitur, ſicut & voces prophetarum. *quia dictum eſt antiquis.* Antiquos obſeruatores & æmulatores legis vocat. Eos ſiquidem à vetuſtate peccati liberare non potuit lex, neq; ſanare à vulneribus inflictis per latrones. In hoc infirmabatur lex, quia infirma habuit & egena elementa. Inneteraui, inquit, inter omnes inimicos meos. Chriſtus Ieſus autem, nouus homo, noua fecit omnia, & per gratiam ſuã, ſpoliat nos veterẽ hominem cũ actibus ſuis, ad nouum induit nos, qui ſecundum deũ creatur, & renouatur in agnitione Dei, ſecundũ imaginẽ eius in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Renouat nos de die in diẽ. Et hãc noſtrã Deus lætificat iuuentutẽ. Et iterũ: Renouabitur vt aquilę, iuuẽtus tua. Et hæc noua creatura ſolummodo valet in Chriſto, & fides quæ ꝑ dilectionẽ operatur. *Nõ occides.* Nõ dicit: Ego dixi, vel pater me⁹ dixit: Nã lex nõ immediatè data à deo eſt, ſed ꝑ Moyſen in diſpoſitiõe angelorũ. Vel ne ſermo ei⁹ repelleret. Citò enim dixiſſent: Quinquaginta annos nõdũ habes, & legẽ dediſti? Nõ occides, hoĩem ſcilicet, quia homo. *qui autẽ occiderit,*

Luca 1. Luca 12. 1. Cor. 13 Roma. 8. 1. Pet. 2. Iacob. 1. Eccl. 27. Roma. 8. Luca 10. Galat. 4. 2. Cor. 5. Ephes. 4. Coloſ. 3 Galat. 6. Galat. 4. Ioan 8.

iniuſtè, & vt priuata perſona, ex ira vel inuidia, aut alia
Exod. 11 mala cauſa & voluntate ductus, reus erit iudicio, hoc
Matt. 5. eſt, dignus iudicari ad mortem, ſecundum legem talio-
Levi. 24. nis, & ſecundum illud, Qui percuſſerit & occiderit ho-
Eſa. 33. minem, morte moriatur. Sed dominus & legifer noſter
in pace vocauit nos, & charitatis mandatum mandauit
Ioan. 12. nobis. Et in hoc ſolo ſigno uoluit nos cognoſci, quod
diſcipuli eius ſumus, ſi dilectionem ad inuicem habe-
mus. Vt autem pax non turbetur, charitas non franga
tur, vnitas non ſcindatur, concordia ſeruetur, & nemo
alteri quod ſibi fieri nolit faciat, perfectius mandatum
hoc explicat, dicens, Ego autem legem non ſoluens, ſed
implens, & verum eius intellectum explicans, dico vobis
hoc eſt, plus impono. Vel ſic explano. Et tria facit. Primo
motum iræ prohibet in animo. Secundo indignationis
in ſigno. Tertio vituperationis in verbo deliberato. Pri
Ephe. 4. mo motui iræ reſpondet iudicium. Secundo conſilium.
Tertio gehenna. Et ſicut culpa creſcit, ſic creſcit & pœ-
na. Et ſic Chriſtus homicidium prohibet, non ſolùm in
opere, ſed etiam in ſua radice & origine. Radix enim oc
ciſionis, ira eſt & commotio animi, Qui radicem fundi-
tus extrahit, ramos cũ fructibus deſtruit, Idipſum Apo-
ſtolus Chriſtum imitans, docet: Omnis amaritudo, &
ira, & indignatio, & clamor, & blaſphamia tollatur à vo
bis, cum omni malicia. Eſtote autem in inuicem beni-
gni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & deus in
Chriſto donauit vobis Et pulchro ordine opus legis in
cipit excedere, non diſſoluere, dicens, Omnis generali-
ter, nullo excepto. Omnes compellat. Reges terræ, &
Exo. 10. omnes populos, principes & omnes iudices terræ: iuue-
nes & virgines, ſenes cum iunioribus, ſimul in vnum di
uites & pauperes, clericos & laicos. Omnis ergo, ſine
perſonarum delectu, qui iraſcitur motu interiori furo-
ris ſiue odij, fratri ſuo, id eſt proximo. Omnes homines
fratres ſunt. Fatri ſuo, non vicio: vt ſit ira per vicium, nõ
per zelum. Quod autem in libris aliquibus additur, ſine
cauſa: nec in hebræo habetur, nec in græco, neque in la-
tinis libris correctis. Nulla enim cauſa eſt aut eſſe po-
teſt, ob quam fratribus iraſcamur, ira per vicium. reus e-
rit iudicio, & condemnatione, æque atque occidens.
Moyſes dicit, non occides. Chriſtus vero, non ſolum nõ
occides, ſed neque alicui fratri iraſcaris. Hoc charitas
exigit,

exigit, quæ non irritatur, non bile tumet, non comme-
netur, non excandeſcit, non exaſperatur, non turbatur 1.Co.13
in æternum. Quinimo, patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuf
fert, omnia ſuſtinet, & æqui bonique conſulit: Nō iraſci
tur, ſed aliorum onera portat cum omni humilitate, mã Rom.13.
ſuetudine & patientia, in charitate, vt impleat legem
Chriſti. Si occidis, expecta poteſtatis iudiciū, Dei enim
miniſter eſt, vindex in iram ei qui male agit. Si autem 1.Ioan.3
iraſceris fratri tuo, iudicium Dei non euades, etiam ſi
nullum hic dignum piaculo tuo ſupplicium pendas. A-
pelles ergo ſi non occiderit, iuſtum ſe putat. Apud Chri
ſtianos iuſtitia altior eſt, Nempe, ne quis iraſcatur fra-
tri ſuo, hoc eſt, non ſit amaro animo vel maleuolo, ex
quo fonte mors ebullire ſolet. Hinc Ioannes ait, Qui
odit fratrem ſuū homicida eſt, Longa & inueterata ira,
in odium creſcit. Inueteratum odium, libentius occide-
ret quem habet odio, quàm cum videret proſperari, &
cunctis mortalibus optata vita & ſanitate gaudere. Et
niſi poteſtatis gladium timeret, aut eius quem odit ami
cos, vel potentiam, occideret eum, & iam pridem neci
eum dediſſet. Ille, & ſi non manu, affectu tamen & volū
tate fratricida eſt. Ideo qui non diligit: manet in morte.
Hic nota, quod triplex eſt ira: vna commendatur, altera *Ira tri-*
toleratur, tertia damnatur. Ira laudibilis eſt ira per ze- *plex.*
lum, & eſt quæ vltionem expetit ſecundum Deum, ra-
tionem & iuſtitiæ ordinem. Iſte iræ affectus datus eſt
homini vt iraſcatur vitiis, prauis ſuggeſtionibus, & non
patiatur ſe trahi in conſenſum peccati, reprimatque
malos motus in ſe, & in aliis impediat vbi poteſt oppor
tunè. Vt item Dei vlciſcatur iniurias & legis eius tranſ-
greſſiones. De iſta Salomon ait Melior eſt ira riſu, quia
per triſticiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Eccle.* 7.
Et iſta nō ira ſolùm cōmēdatur, ſed & eſt neceſſaria mul
tum, Sine ea nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec
crimina compeſcuntur, ſed vicia ſeminantur, iuſtitia in
plateis corruit, veritas proſcribitur, ius faſque confundi *Matt.*12
tur, & non ſolùm mali, ſed & boni etiam excitantur ad
malum. In tali ira agnus Dei manſuetus, mitis & dulcis
Ieſus Chriſtus, circumſpiciebat in ſynagoga phariſæos,
contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum. In tali zelo *Num* 24.
& ira inhonorantes domum patris ſui, eiecit de templo 1.Co.10
vna & altera vice. In ira tali Phineea peccantes gladio

transfixit,& in ira ſua,iram Dei à populo Iſrael auertit.
In tali ira Moyſes tabulas fregit,gladium arripuit,Leui
tas armauit,xxiij.milia hominum occidit,& hoc modo
Exod.32. Leuitæ manus ſuas domino conſecrauerunt.In ea He-
3.Reg.18 lias ſacerdotes Baal peremit: Matathias idololatram in
conſpectu omnis populi, gladio trāſuerberauit. Petrus
Ananiam & Sapphiram occidit.Paulus adulterum dia-
bolo tradidit,Elymam magum excæcauit,In virga, ait,
1.Mat.2. vultis veniam ad vos?id eſt,ira & verberibus,an in ſpiri
Act. 5. tu lenitatis & in charitate?Et iterum: Prædico vobis,
2.Cor 5. quod his qui peccauerunt,& nōn egerunt pœnitentiam
Act. 13. ſi venero iterum,non parcam. Ira iſta affectum matris
1.Cor 4. oportet induat & patris,& virga ex charitate filiū ver-
2.Cor.23 beret,vt emendetur,vt ſaluetur,vt non pereat.Vt medi
ci imitetur exemplum qui ſecat,vrit,ligat, vt infirmus
curetur.Virga correctionis & baculus cōſolationis tuæ
ipſa me conſolata ſunt.Virga & manna in arca.Sic A-
poſtolus illum tradit Satanæ:poſtea conſolatur. Mater
virga puerum percutit,mox ei neceſſaria largitur. Ira
hæc duas oportet comites habeat,alioqui degenerat in
crudelitatē,& zeli pallio,ſicut lupus rapax, ouis exuuio
ſe occultat.Vnus comes eſt iuſta cauſa.Altera modera-
tio,ſicut ſcriptum eſt,Iraſcimini,& legi debet in coniun
Pſa.4. ctiuo modo.Si iraſcimini,tunc ſic zelate pro iuſtitia, &
dei honore & lege,vt non peccetis,corde.ore vel opere.
Et ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. & cum
verbo & verbere correptionis,moriatur & ceſſet com-
motio mentis.Vera ſiquidem iuſtitia,compaſſionem ha
bet,falſa autem indignationem.Ira per zelum, contra
peccatum iraſcitur:mala punit.ſcandala inſectatur: Dei
vindicat offenſas.Fratrē vero diligit,& ſic carnes putri
das abſcindit,quod ſanas non lædat.Omnia facit vt fra
trem lucretur.Sic zizania extrahit,vt nihil triticum læ
Prov.15. dat.Iniquos odio habui,ſed legem tuā dilexi,&ad eius
dilectionem & obſeruationem eos reducere ſtudui Et
hoc eſt perfectum odium,quo odiuit eos Licet illi phre
niticorum more,facti ſunt eius inimici, quia peſtilens
non amat eum qui eum corripit.Alia ira toleratur. Et
eſt ira infirmorum in fide,quæ repentina eſt et ſubita,
vt cum homo ſecundum carnem iraſcitur,nec vult face
re quod ira ſuadet et furor.De iſta dicit Iob:Non te ſu
peret ira vt aliquem opprimas,Tertia ira quæ vitupera

tur

tur eſt quæ rationem ſuperat, charitatem lædit, legis præſcripta tranſgreditur, corde, verbis, ſignis & operibus proximo iniuriatur, vt hic euangelium habet. Talem iram Herodes habuit audita Chriſti natiuitate, Iudæi in ſynagoga audita Chriſti reprehenſione. Cain cõtra fratrem Abel, Aman contra Mardochæum, Et draco ipſe iratus eſt contra eccleſiam ſponſam Chriſti. De iſta ira intelligitur verbũ Chriſti. At paulo altius iam chordam, trahet, cum dicit. *Qui autem dixerit* ex faſtu mentis ſuæ, vel inuidia vel ira, & ex contemptu & deſpectu. Vel quia pauper & ignobilis, vel quia indoctus, vel quia ignotus *fratri ſuo*, ſpirituali. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſumus & renati, vnum patrem habemus, qui eſt in cœlis, & vnam matrem ſanctam Eccleſiam catholicam & apoſtolicam. Illa Hieruſalem quæ ſurſum eſt, quia promittit, prædicat, ſapit, quærit & expectat cœleſtia mater noſtra eſt. Qui igitur fratri ſuo, qui ex Deo natus eſt, qui filius Dei eſt, & frater Chriſti, mẽbrumque corporis eius, qui crebrò acceptior & maior eſt ante oculos Dei ipſo iracundo & faſtidiẽte, *raca*, eiuſmodi *reus erit concilio*. Raca autem reſpuitium quiddam Syris ſonat, Igitur fratri raca dicere, eſt eum adſpuere, vel in veſtigia pedum eius ſpuere. Et ſeruator noſter faciem ſuam non auertit ab increpantibus & conſpuentibus in eum. Vide Vicelium in poſtilla euangelij huius. Nec tamen omnino reiicit eos qui dicunt raca ſignificare idem quod vacuus vel inanis, quaſi ſine cerebro. Vide Vicelium, ſed ſic nihil differret à tertio, de quo dicitur, *Qui autem dixerit* ex deſpectu ſecus eſt ſi faceret ex animo corrigendi & docendi, ſicut legimus feciſſe Chriſtum in Luca, & Paulum in Galatis, *fatue, reus erit gehennæ ignis*. Ecce tertia ſententia in homines, qui non ponunt ori ſuo cuſtodiam. Quorum lingua tam prodiga infræniſque eſt, vt fluat ſemper, & æſtuet colluuione verborum teterrima. At modò iſti ſermones Dei retrorſum iactantur Fatuus ſtultúſque iudicatur qui abſtinet ab opprobriis iſtis, ſcommata talia non profert, deſpectiones eiuſmodi abhorret. Sed ſpernant hæc ſuperbi, inuidi nihil pendant, iracundi lupum æſtiment, verboſi calumniatores iſta licet derideant, verbum nihilominus domini manet in æternum, nec vnũ ex eis trãſibit. Hæc omnia tamẽ eò tẽdũt & ſpectãt, vt videamus quã

ei ac-

SERMO. ALIVS.

IAm eſt pacis, vnitatis & concordiæ amator Deus, vt deus pacis dignetur appellari & dilectionis. Sic & adſertor noſter piiſſimus pax noſtra vocatur à Paulo. Ipſe nos miſericorditer in pace vocauit, vt veritatem & pacem diligamus. & ea quæ pacis ſunt ſectemur ac ſolliciti ſimus vnitatem ſpiritus ſeruare in vinculo pacis Hinc Ieſus Sirach ait, In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene conſentientes. Ipſe Deus noſter & vindex piiſſimus, colligit in vnum, vnanimes habitare facit in Ecclesiæ domo ſuos electos. Spiritus autem apoſtatici, & qui ſunt ex parte eorũ, homines apoſtatæ, contra Chriſtum ſunt, rapiunt, mactant, diſpergunt, iurgia ſeminant diſſentiones & offendicula faciunt, lites incendunt. & in medio pacem habentium, immittunt inimicitias, turbant multos pacem habentes. Veruntamen fracta pace, vnitate diuiſa, læſa concordia animorum, dilectione mutua interrupta quid à nobis exigat, quid requirat, quid ante omnia factu ſit opus, iam docet magiſter bonus doctor paruulorum, virtus & ſapientia patris. Dicit ergo: Si iratus fuiſti fratri tuo, ſi ei raca dixiſti, ſignum turbati animi oſtendiſti, aut zeli amari, aut ſcommata, vituperia, ledoria, deſpectionísve in eum verba effutiuiſti: aut aliud quid feciſti aut dixiſti quod animum offendere, turbare inquietare, contriſtare, ſcandalizare potuit. Tunc ſi offers, id eſt, vis offerre munus tuum ad altare. Munus teſte Donato, id eſt quod neceſſario largimur lege, more, imperio eius qui iubendi habet poteſtatem, donum autem quod nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte propria præſtatur, nulla eſt reprehenſio, & ſi præſtatur plerúmque eſt laus, & præmium ei debetur. Donum voluntarium eſt: Oblatio autem hilari animo fieri debet, & voluntate propenſa, non ex triſtitia aut neceſſitate. Ideò dicit: Si offers munus tuum. In munere non ſolùm intelligitur agnorum, animalium, fructuum, & id genus legis oblationes, ſed quicquid ad honorem Dei, propriam ſalutem, proximorum vel ædificationem vel conſolationem facere volumus. Si vis aduerſum te iniuſtitias

[Margin notes: 1. Theſſ. 5. / Eph. 2. / 2. Cor. 6. / Rom. 14. / Eph. 5. / Eccl. 24. / Pſ. 31. / 2. Cor. 9.]

iuſtitias tuas domino & ſacerdoti confiteri,& ibi recordatus fueris,quia frater tuus habet aliquid aduerſum te & vade prius reconcialiari fratri tuo,& tunc veniens offer munus tuum,cor contritum videlicet & humiliatum,& dic iniquitates tuas primus,vt iuſtificeris(ſecundum ſepuaginta)Et tunc Deus dimittet tibi peccata tua. Si vis laudem domino dicere, & pſallere nomini domini in conſpectu angelorum,in concilio iuſtorum & congregatione,vel orationis priuatæ incenſum, intra cubiculum clauſo ſuper te oſtio, in ſpiritu & veritate domino offerre. aut ſacram ſcripturam ſcrutari, legere, interpretari,aut verbum domini & euangelium populo prædicare,vel ieiunium acceptabile domino auſpicari, vel eleemoſynas & quæcunque ſubſidia neceſſitatem

Eſaia. 58 patientibus facere,vel ſi ſacerdotio fungeris, & munia tua vis exequi,videlicet puerum baptizare, augnſtiſſimum altaris ſacrificium Deo protuis & populi delictis offerre. confitentium tibi peccata ſua, vice Dei,

2.Cor. 13 à peccatis abſoluere; Imo ſi uis pro Dei gloria & fidei defenſione corpus tuum tradere ita vt ardeas.aut quid vis ſubire pœnarum,ſufferre & ſuſtinere.Et vt laconiſmo dicam:Si quicquam boni operis auſpicari ſatagis,ſiue comedere,ſiue bibere, ſiue dormire, ſiue laboris quicquam incipere,& tunc recordatus fueris,fratrem tuum te in aliquo verbo,ſigno aut opere ſcãdalizaſſe,contriſtaſſe,offendiſſe,infirmaſſe,turbaſſe,commouiſſe Relinque ibi munus tuum,hoc eſt, noli bonæ voluntatis mutare propoſitum,noli opus bonum intermittere,negligere,quo minus non abſoluas illud. Verũ vt pacis amatori Deo placeat, concordiæ, dilectionis & vnanimitatis zelatori, & tibi profit ad ſalutem, vade

Ephe. 4. priúſquam incipias bonum opus quod facere decreueras,& reconcialiare fratri tuo,eo modo quo eum te offendiſſe recogitas:Quo facto, mature facto opus eſt, nam tunc offerre debes munus tuum, Super omnia caue ne ſol occidat ſuper iracundiam tuam, ne liuoris aut zeli amari venenum & fermentum,vel vna hora in cordis tui domo maneat,in hoc ſacroſancto quod continue celebramus paſchatis feſto Fermentum hoc concitati ſpiritus,ſi mox expurgatum non fuerit malagmate verbi Dei,in venenum odij excreſcit:quod eſt venevenenum aſpidum inſanabile prorſus. Nec te clam

eſſe

eſſe puto, quòd modicum fermentum totam maſſam corrumpit. In aprico item eſt, quàm accuratè vindex noſter, nos monuerit à Phariſæorũ Sadduceorúmque fermento cauendum. Sed & ex legis decreto, filius mortis eſt, in cuius habitaculo, vel tantillum fermenti delitescit & inuenitur. Expurgemus ergo ante boni operis noſtri oblationem, de cordis noſtri domo, vetus fermentum, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, vt ſimus noua coſperſio & azymi, & domino ſeruiamus in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus noſtris, hoc eſt, in azymis ſynceritatis & veritatis. Prolixior iuſto fui, ſed zelus domus Dei coegit me. Si offers. Ecce exuberans bonitas Dei qua diues eſt in omnes qui pie agunt & viuunt in Chriſto. Quid enim habemus quod non accepimus de manu eius liberali? quam cum aperit, omne animal ſua benedictione replet. Imo cœlum & terra, & quicquid cœli ambitu continetur, ipſius factura eſt. Ideo, quod de manu eius accipimus, illi offerimus, donis ſuis eum honoramus, muneribus ſuis eum demeremur. Quid ergo? Pater diligit nos charitate æterna, nimia & gratuita. Et charitas illa facit, vt ſua dona & bona data, etiam noſtra dici patiatur & dignetur, ſicut ſcriptum eſt: Fili', tu ſemper mecum es & omnia mea tuã ſunt. Et nos propter bonitatis eius affluentiam dicere poſſumus Deo: Pater mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt. Tuum dicis, quia de ſubſtantia pauperum, de bonis vi ablatis, aut per impoſturas acquiſitis, nemo offerre debet, ſed reſtituere ei cui eſt iniuria facta. Dona enim iniquorum non probat altiſſimus ad altare, non ſolum quod templo de lapidibus factum eſt, ſed etiam ad altare mentis tuæ, ex lapidibus precioſis virtutum Chriſti formium conſtructum & ornatum, in quo ignis diuini amoris ſemper ardere debet, de quo mihi grandis ſermo & profundus dictu & intellectu, tamen digniſſimus ſcitu, ſed non poteſtis eum portare, nec anguſtia temporis id patitur modò per ſingula declarare. Siue ad altare gloriæ, vbi Chriſtus cum electis ſuis eſt in gloria Dei patris ſedens. debet ergo oblatio eſſe ex animo, i. volũtaria, quod notatur cũ dicitur. Si offers. De proprio. quia munus tuũ nõ alienum. Loco cõgruo, quia ad altare Eccleſiæ, cordis vel

1. Cor. 5.
Mat. 16.
Exod. 12
Deut. 16
2. Cor. 6.
1. Tim. 3.
Pſ. 144.
Hec. 13.
Hie. 31.
Ioan. 16
Luc. 13.
Eccl. 34.
Prou. 15

charitatem neceſſe eſt prius proximo exoluat, qui munus ſuum Deo placere optat. Nemini quicquam debeamus, niſi vt inuicem diligamus. Omnia namq; opera noſtra in charitate fieri debent, quia ſine charitate, nec fides, nec ſcientia, nec bona opera deo placent aut nobis proſunt. *& vade prius*. Ad literam, ſi præſens eſt & eius copiam habere vales. Vel affectu & voluntate, ſi abſens eſt, *reconciliari fra ri tuo*. Si læſeris, ſatisfaciendo, vel veniam petendo. Si oderis, rancorem deponendo, ſi oderit te ſine tua culpa, ad amicitiam illum quantum in te eſt reuocando. *Et tunc* poſt reconciliationē charitatíſq; redintegrationem, *veniens* ad id quod cæperas, *offer munus tuum:* tunc enim acceptabit ſacrificiū iuſtitiæ, oblationes & holocauſta tua, tunc impone ſuper altare Dei vitulos labiorum cōfitentium ei. Quia tunc accepta ſunt opera tua Deo, ſicut Abel. Vbi ſunt, qui oblationes ad altaria ſuggillant, qui ſacroſanctum euchariſtiæ ſacrificium, donum & oblationem blaſphemant? Qui ab omnibus bonis operibus & verbis homines retrahunt? Qui bona opera peccata eſſe impiè mentiuntur? Væ, væ, væ, mundo à ſcandalis iſtis. 1. Cor. 13

DOMINICA OCTAVA POST PENTECOST. IN EPISTO. I. Roma. viij. Sermo.

FRATRES, *debitores ſumus, non carni, vt ſecundum carnem viuamus.* Vindicator noſter omnes ad iuſtitiam erudiuit, quando habitauit in nobis & cum hominibus cōuerſabatur. Docuit item nos vtilia & meliora & viciniora ſaluti, quàm vnquam hominum aliquis tradiderat, vel filiis ſuis vel diſcipulis ſuper terrā. Hinc Apoſtolus ait: Habuimus parētes eruditores iuxta legem Dei, ſicut Tobias docuit filium ſuum. Deus autē erudit nos ad id quod vtile eſt: Nempe, ad ſuam imitationem, & ambulandum ſicut ipſe ambulauit, in recipiendo ſanctificationē eius. Hoc eſt (Lyrano interprete) gratiā ſanctificantē, quæ facit bonitatē, & omnē Dei adimplet voluntatē Declinat à malo & facit bonum, & perducit ad regnū cœlorū: quia gratia Dei, vita æterna. In iſta Epiſtola doctor gentium in fide & veritate, Roma. 8. Baruc. 3. Eſa. 48. Hebr. 12. Tobia 1. Pſal. 33. Rom. 6.

Prou. 8. tradit ſalubre documentũ in principio. Deinde exprimit
Sap. 7. ſpiritnale emolumẽtũ, inde proueniẽs ibi: Quicũq;
Exordiens doctrinã ſuam, bonã, quæ melior eſt auro & argento, ait: *Fratres* in fide, quia omnes vnum patrem habemus in cœlis. Ipſe eſt pater noſter, qui fecit nos de limo terræ, quò ad corpus, & creauit nos quò ad animam de nihilo, & genuit nos, non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, ex verbo vitæ & lauacro aquæ. Ideo ex Deo nati ſumus, & ipſius genus ſumus, ſi-
1. *Pet.* 1. cut ſcriptum eſt: Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes,
Ephe. 5. *debitores ſumus*, nos qui ſpiritum ſanctum in baptiſmo
Act. 17. abundè accepimus. Ideo debitores ſpiritui ſumus, vt ei
Pſal. 81. obediamus, ex quo ab eo vitam gratiæ accepimus, & gloriam per patientiã expectamus. Vnde ſecundum in-
Ioan. 16. ſtinctum ſpiritusſancti, qui nos omnem veritatem do-
Pſal. 4. cet, & rationis lumen quod ſignatum eſt ſuper nos, viuere, mouere nos & eſſe debemus, & quæ ſpiritus ſunt
Roma. 8. ſentire. Quia prudentia ſpiritus, vita & pax eſt. *non carni*, quæ grauat animam & deprimit ſenſum multa co-
Sap. 9. gitantem, Infirma eſt ad bonum, & aduerſus ſpiritum
Mat. 26. concupiſcit, repugnátque legi mentis noſtræ (quæ legi
Galat. 5. dei condelectatur) & captiuat eam in lege peccati, quæ
Roma. 7 eſt in membris noſtris. Non carni inquam, quæ iam eũ viciis & concupiſcentiis crucifixa eſt. Alioqui deo pla-
Galat. 5 cere non poſſumus, nec legi illius ſanctæ, iuſtæ & bonæ eſſe ſubiecti. Ita videlicet, non ſumus carni debitores, *vt ſecundum carnem viuamus*, id eſt, ſecundum carnis deſideria mala. Eius ſpurca deſideria vitæ præferendo æternę, eámq; heram animæ conſtituamus. Quamuis
Eccle. 33. neceſſaria ei debeamus, iuxta illud: Cibaria, virga &
Rom. 13. onus aſino, panis & diſciplina & opus ſeruo. Curam er-
Eccle. 18. go carnis nemo faciat in deſideriis. Quod ſi fecerit, facit eum in gaudium inimicis. *Si enim ſecundum carnem*, id eſt ſecundum carnis deſideria, *vixeritis*, vita carnali
Gene. 3. & bruta, *moriemini*, ſicut Adam poſtquam fructum vetitum comedit. Nam mortem naturæ, culpæ & ge-
1. *Tim.* 5 hennę incidit. Sic vidua in deliciis, viuens, viuens
Luc. 16. mortua eſt. Et diues epulo, quotidie ſplendidè epulans, purpura & byſſo indutus, ſepultus fertur in inferno:
Galat. 6. Quia qui ſeminat in carne de carne metet corruptio-
Apo. 18. nem. Ibi loci quantum hic ſe glorificauit & in deliciis fuit, tantum ibi datur ei tormentorũ & luctus. *Si autem*

ſpiritu

ſpiritu ſancto confortati & adiuti, quia ille adiuuat infirmitatem noſtram. Vel illuminati rationis luce, *facta*, id eſt, opera *carnis*, quæ qui faciunt regnũ dei non poſſidebunt, *mortificaueritis*, abnegando impietatẽ & carnalia deſideria, & abſtinueritis à carnalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam, tunc *viuetis* in fide filij dei, & viuet in vobis Chriſtus. Viuetis ſecundum deum in ſpiritu, ſobriè, piè & iuſtè in hoc ſeculo. Sedulius exponit: Si ſpiritualibus operationibus, carnis opera ſubieceritis, viuetis: Quia non caro, ſed carnis opera & deſideria, damnatur. Opera autem carnis per fructus ſpiritus hoc modo mortificantur. Charitas eſt fructus ſpiritus, & odium opus charitatis eliminat. Ille igitur viuit deo qui per dilectionem de corde ſuo eliminat zelum amatum & odium Sic humilitas ſuperbiam, manſuetudo iram, feruor ſpiritus acediam, liberalitas auaritiam, temperantia gulam, caſtitas luxuriam, mortificare debet. Hæc opera fortia & deo digna & placita, ſi vobiſcum adſint in tẽpore incolatus veſtri, & ſuperent oppoſita vicia (vt Beda & Lyranus exponunt) non vacuos virtutibus & ſine meritis in hoc ſeculo, nec ſine fructu in futuro vos conſtituent, in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione, id eſt in eius aperta viſione, quando facie ad faciem ſicut eſt, videtur. Si ſic morimur cũ Chriſto, tunc credimus quòd etiam ſimul viuemus. Si hic ſic legitimè certamus, dubio procul coronam iuſticiæ accipiemus de manu domini quam repoſuit nobis.

Si quæris, num dei ſpiritu an noſtro facta carnis mortificentur? Profectò tam dei quàm noſtro ſpiritu hæc victoria conſummatur. Non tamen ſpiritu noſtro domeſticum hoſtem noſtrum in ſpiritus ſeruitutem perfectam redigere poſſumus, niſi ſpiritu Dei, qui datus eſt nobis, cooperante. Nihil enim niſi quod natum eſt ex deo vincit mundum. Id enim ſpiritus eſt Sicut & quod natum eſt ex carne, caro eſt. Igitur vt hic Chriſto viuamus (qui pro nobis mortuus eſt) in ſanctitate & iuſtitia, & in futuro cum ipſo in gloria, hoc interim curæ nobis ſit, dum in carne viuimus, & non ſecundum carnem militamus, quòd facta, opera & deſideria carnis mortificemus, ſicq; aſſiduè virtutis exercitio, ipſas cõcupiſcentias terrere & exterminare aſſueſcamus. Secundo loco emolumẽta huius mortificationis ex parte

Roma. 8. *Galat. 5.* *Titi 2.* *1. Pet. 2.* *Galatia.* *Titi 2.* *2. Tim. 4* *1. Cor. 9.* *1. Ioan. 5* *Ioan. 3.*

perſtringit, dicens: *Quicumque enim ſpiritu*, non legis, non ſuo, ſed *Dei aguntur*, hoc eſt, reguntur, iuxta illud: Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Vel aguntur & quodam impetu ducũtur. Sic Chriſtus agebatur in de-
Luca 4. ſertum à ſpiritu, vt Lucas refert. Matthæus dicit, ductus
Matt. 4. eſt. *hi filij Dei ſunt*, per fidem & adoptionis gratiam.

Sed obiter nota, quòd ſicut deus per influxum ſuum generalem, mouet creaturas ad ſuas perfectiones naturales, ſic per influxum ſuum ſpecialem mouet creaturam rationalem ad bonum ſpirituale. Et talis influxus à doctoribus vocatur inſtinctus diuinus, & eſt prima præparatio ex parte dei ad habitum gratiæ conſequẽdum. Hunc autem inſtinctum quidam ſequuntur, & audiunt quid loquatur in eis deus, ſequuntur tractum patris, aperiunt oſtium pulſanti filio, oblatam accipiunt gratiam ſpiritusſancti, & ſalui fiunt. Alij ſpirituiſancto reſiſtunt, aures obſtruunt inſtar aſpidis ſurdæ, deo di-
Iob 21. cunt, Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolu-
Hier. 18. mus, deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſq; prauitatem cordis ſui mali faciemus, abiiciunt gratiam dei, & ideo gratiam non conſequuntur. Et quia inſtinctus nulli deficit, ideo dicitur: Quicunque ſcilicet dei (non ſuo) ſpiritu agũtur, Quia ſpiritusſanctus non tantùm oſtendit quid ſit agendum, ſed etiam ad hoc nos mouet & vrget, ſicut animalia inſtinctu naturæ aguntur. Dictam ergo motionem & impetum ſpiri-
Ezech. 1. tus ſequendo, quo ducit illuc gradiendo, meliori reguntur motore quàm ratione, & per hoc poſſunt carnem mortificare. Et qui hoc faciunt, *hi ſunt filij Dei*, adoptiui, non ſerui. Filij autem ſpirant ac reddunt indolem paternam, iuxta illud: Quàm ſimilis eſt iuuenis ille con-
Tobia 7. ſobrino meo Tobiæ. Et alacres propenſiq; ſunt ad voluntatem & beneplacitum patris adimplendũ. Et quæ-
Ioan. 5. cunque pater facit, hæc faciunt & filij ex amore. Serui autem metu coguntur. Iſte ſpiritus agit quos replet, ſicut pater per manum paruulum filium ducit, & mater portat ad vbera lactantem infantem. Sic ventus agit nauim in mari, & fluminis impetus molendinũ. Sic nimirum & homo qui agitur ſpiritu dei, & ſi vix quippiã agere putetur, non tamen omnino nihil agit, quia arbitrij libertatem, bonæ volũtatis & ſanctorum deſideriorum ſinum cœleſti gratiæ pandit, & naucleri fungitur

officio

officio vel molendinarij. Ille expandit velum, & tenet expanſum. Quod ſi contraxerit, non agitur nauis ſicut prius agebatur, quia auræ flatum contracto velo vel ſinu mentis, non recipit. Hic viam aquæ aperit vt fluat ſuper totam molẽdini, & omnia quæ intus ſunt diſponit vt oportet labore ſuo. Quod ſi tranſitum aquæ obſtruxerit, mox ſtat molendinum. Et ſi omnia ritè non ordinauerit intus, aut bonam farinam nõ facit, aut deſtruitur totũ opus. Ergo coóperatores dei ſumus. Plus omnibus laborauit Apoſtolus. Non ille, ſed gratia dei ſecum & in eo. Filij ergo dei ſunt, quicunq; ſpiritu dei aguntur. Et tanto efficitur quis filius melior, quãto datur ei à patre quo agatur ſpiritus bonus copioſior. Porrò huiuſcemodi filij dei, virtute ſpiritus quo fortes ſunt & induuntur ex alto, & quo aguntur, carnis auerſantur voluptates, concupiſcentiis eius repugnant, deliciáſq; labentes contemnunt & proterunt, & viuunt vita filiorum dei. Viuunt dignè deo, & lux eorum lucet coram hominibus. Qui dum opera eorum bona vident, patrem qui in cœlis eſt glorificant. Sic deus glorificatur in concilio ſuorum ſanctorum filiorum. Sic in Apoſtolo Paulo electi glorificabant deum, poſtquã ex lupo agnus, & ex perſecutore vas electionis, & fidelis miniſter Chriſti fuit factus. Et deũ glorificauit & portauit in corpore ſuo. Et verè eſtis filij dei. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore*, ſicut olim in lege, vt timore ſeruiatis, *ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum* omnium bonorum datorem, per quem eſt adoptio filiorum. Hic ſpiritus vnus & idẽ eſt in ſe, ſed propter diuerſos effectus quos operatur, diuerſa nomina habet, de quibus hic aliqua depromam in ſerie alphabeti, vt citius memoriæ occurrant. Dicitur enim ſpiritus Adoptionis, Ardoris, Bonus, Benignus, Conſilij, Chriſti, Dilectionis, Directionis, Electionis, Exhortationis, Eruditionis, Filiorum Dei, Fortis & fortitudinis, Gratiæ, Gloriæ, Humilitatis, Intellectus, Iudicij. Miſerationis, Nouationis ſiue Renouationis, Oris Dei, Promiſſionis, Pietatis, Principalis, Paracletus, Quietis & Pacis, Rectus, Renouationis, Regenerationis, Sanctificationis, Sobrietatis, Scientiæ & ſapientiæ, Sanctus, Suauis, Timoris domini, Veritatis, Vitæ, Virtutis, Viuificans, Vnitatis. Habet & alia nomina multa, quorum

Marginal notes: 1.Cor.3. 2.Cor.15 Luc. 24. Ephe. 4. Matt. 5. Gala. 1. Act. 9. 1.Cor.6. Roma. 8. Eſa.4. Pſ. 142. Sap.1. Eſa. 11. Roma. 8. 2 Tim.1. Eſa.63. Roma. 8. Heb. 10. Eſa.11. Eſaia 4. Titi 3. Pſal. 38

Pſal. 50. quædam perſtringam. Dicitur aqua viua, arra & pignus
Ioan. 16. ſalutis. Adiutor in opportunitatibus, Baculus debiliū,
Pſal. 50. baptizator & ablutor peccatorum. Charitas, Conſola-
Titi 3. tor mœſtorum, Donū altiſſimi, digitus dei, doctor via-
Rom. 1. torum & ductor, Electorum inſigne, Fons viuus, flumen
Iſa 11. dei plenum aquis, fons conuallium. Gratiæ mare ma-
Sap. 16. gnum & exuberans. Hoſpes dulcis animæ hoſtis expul-
Iſa. 11. ſor Ignis conſumens, impetus fluminis lætificans ciui-
Ioan. 16. tatem Dei. Lux vera lumen cordium. Motor ad bonū.
Ezech. 1. Nubes refrigerans. Orare docens Pater pauperum, pa-
1. Tim. 1. cis dator, Paracletus, pluuia voluntaria quam deus ſe-
1. Cor. gregat hæreditari ſuæ. Refrigerium ab æſtu, ros lucis,
Iſa. requies in labore. riuus lactis & mellis, riuus olei quod
Ioan. 7. petra fundit. Solatium in fletu. Stillicidium, in quo iuſti
Epheſ. 2. lætantes germinant iuſtitiam Teſtis piorum. Vnctio
Roma. 8. ſpiritalis, Virtus debilium. His delibutis & per tranſen-
Iſa. 26. nam oſtenſis, ad inſtitutum reuertamur. Vbi & illud
Num. 10 obiter conſidera, quòd non dicit, Filij dei ſunt, qui ſpi-
ritumſanctū acceperunt, ſed, qui ſpiritu dei bono agū-
Titi 3. tur. Nā in baptiſmo omnes accipimus ſpiritumſanctū,
Galat. 3. & efficimur filij dei. Sed pauci ductum ſpirituſſancti cū
adultam veniunt ad ætatem ſequuntur. Imo tunc om-
nia dona ſpirituſſancti & ſemetipſos perdūt. Hinc du-
Pſ. 142. ctum iſtum poſcimus à deo, dicentes: Spiritus tuus bo-
Mat. 12. nus deducat me in terram rectam Et iterum: Spiritu
principali cōfirma me, ne ſpiritus malus in me redeat
olim expulſus: cum ſeptem aliis ſe nequioribus, & fiāt
1. Reg. 16 nouiſſima mea prioribus peiora. Vt in Saulē rege & Iu-
Pſal. 17. dæis perfidis, nec non reprobis apoſtatis cernere eſt. Iſti
ſunt filij alieni inueterati, mentientes domino, & clau-
dicantes à ſemitis ſuis. *in quo* ſpirituſancto, liberi facti
ex Iudæis & gentibus, *clamamus*, & deū vocamus cor-
Roma. 3. de & voce, *Abba*, quò ad Iudæos, *pater*, quò ad genti-
les. Abba pater, duo ſunt nomina idē ſignificantia. Vnū
hæbreum, aliud latinum. ad deſignandum quòd ipſe eſt
Act. 10. Iudæorum & gentium deus Et quòd non eſt apud eum
acceptio perſonarū. Sed in omni gente, qui timet deū
& operatur iuſtitiā, acceptus eſt illi. Et (vt Lyranus ait)
ad deſignandam duplicem dei paternitatem. Vna com-
munis eſt bonis & malis, qua pater eſt omnium per
creationem. Alia eſt ſpecialis, qua pater eſt iuſtorū per
gratiæ adoptionem, de qua adhuc ſubditur, *Ipſe enim*

ſpiritus

ſpiritus ſanctus quem dedit nobis, *teſtimonium reddit*, id
eſt cognoſcere nos facit, dum ductum eius ſequimur, &
iuſtitiã operamur, *ſpi itui noſtro quod filij dei ſumus*, per
gratiam adoptionis. Ecce teſtis meus eſt in cœlo, & cõ- Ioan. 16.
ſcius meus in excelſis. Hinc neceſſariũ eſt, vt patri ſpi-
rituum obtemperemus, & patris cœleſtis imaginẽ por
temus, ac ſimus cæleſtes, ſicut & ille eſt cœleſtis. Et vt Hebr. 12.
noſtra conuerſatio ſit in cœlis, & operemur opera dei. 1. Cor 15
Nam ſi ingrati cœleſti vocationi fuerimus, & ſpiritui Philip. 3.
gratiæ contumeliam fecerimus, aut eum contriſtaueri- Ioan. 6.
mus, eius tractum & ductum ſequi recuſando, & deſide- Heb. 10.
ria & opera diaboli fecerimus, tũc ipſa opera mala quæ Ioan. 3.
facimus, teſtimonium perhibent de nobis, quòd filij
diaboli, & non dei ſumus *Si autem filij* adoptiui dei ſu-
mus per habitum gratiæ, *& hæredes* dei erimus. *hæredes
quidem dei* patris. Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum
mortis, ecce hæreditas domini &c. Ibi reſtituet hære-
ditatem meam mihi, cùm dixerit: Venite benedicti pa-
tris mei, poſſidete paratum vobis regnum. Hanc hære-
ditatem iam dedit timentibus eum, qui vna ſtola in-
duti cum ipſo regnant in cœlo, non conſummandi ſine
nobis. Hæc eſt hæreditas incorruptibilis & inconta-
minata & immarceſſibilis in cœlis nobis conſeruata. in
quam per ſpem viuam regenerati ſumus Huius hære-
ditatis ſpiritusſanctus pignus eſt, quem accepimus *cohæ-
redes autem Chriſti*, cum quo beati erimus, qui eſt natu-
ralis filius dei, hæres vniuerſorum. Et ſic accipiemus
gloriam animæ & corporis ſicut ipſe. O diuitiæ boni-
tatis dei Ecce erimus hæredes cum vnigenito. Con- Luc. 22.
uiuæ in eadem menſa. Coniuncti cum eo in eodem Luc. 11.
cubili. Conregnantes cum eo, in eodem regno cum
agno. Et ibi tranſiens miniſtrabit nobis in ſecula ſecu-
lorum. Amen.

DOMINICA VIII. POST PENTECOST. IN EVANGEL. Marc. viij. Sermo.

MAGNA planè opera domini ſingula & Pſ. 110.
omnia, exquiſita in omnes volũtates eius.
Nõ enim tantũ omnia quæcunq; vult, fa-
cit in cœlo & in terra, in mari & in omni-
bus abyſſis, ſed & eo modo fiunt quo pla-
cet ei.

Iob 1. cet ei. Quia magnus dominus noſter, & magna virtus
Pſ. 146. eius,& ſapientiæ eius nõ eſt numerus Hinc noſtrã ſciẽ-
tiã vincit:Quia incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,&
Sap. 9. inueſtigabiles viæ eius. Veruntamẽ,in omnibus operi-
Attribu- bus dei,tria in lege domini meditantibus die ac nocte
ta. ſcrutãda ſe offerunt:Potẽtia, Sapiẽtia & Bonitas Dei.
Fecit enim omnia Deus potenter magna & multa: Sapienter,ordinata & mira:Miſericorditer,benignè,& ex ſola bonitate:ideo vtilia & bona omnia valde. Vtinam hæc intelligerent filij hominũ, qui ſunt ſicut equus & mulus,in quibus nõ eſt intellectus, dubio procul ſaperẽt,intelligerẽt & nouiſſima ſua prouiderẽt. Intelligerẽt Dei potentiã,corã qua & columnæ cœli contremiſcũt. Saperẽt quæ ſurſum ſunt,vbi Chriſtus in dextera paternę glorię eſt ſedẽs:nõ quæ ſuper terrã,vel ea quę carnis ſunt,Hoc mors eſt & inimicitia ad deũ:illud vita & pax Chriſti,quæ exuperat omnẽ ſenſum.Nouiſſima prouiderẽt,bonitatẽ facerent,boni facti ex malis,in bonitate permanerẽt, de domino in bonitate ſentirẽt. Viderẽt itẽ quomodo ſolus bonus deus noſter,in creatùris ſuis abũdãtes diuitias gratiæ ſuæ oſtẽdit. Ex omnibus excitarẽtur ad amorem dei,exultarẽt in cunctis operibus manuũ domini,& per iucunditatis ſpectacula,in viuificã conſurgerent rationẽ & cauſam.Contuerentur in pulchris pulcherrimum,& per impreſſa rebus veſtigia,vbiq; proſequerentur dilectũ. At vir inſipiens nõ cognoſcit, & ſtultus nõ intelligit hæc.Mãna abſcõditũ eſt,quod nemo ſcit,niſi qui accipit Nemo accipit, niſi mortuus ſit mundo,& vita eius abſcondita ſit cum Chriſto in deo.Niſi cũ Apoſtolo dicere poſſit in veritate:Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem mihi mundus crucifixus eſt:& ego
Galat. 6. mũdo Si tales eſſemus,vt eſſe deberemus,inauditæ deuotionis affectu.fontalẽ illã bonitatẽ,in creaturis ſingulis,tamquam riuulis deguſtaremus,& quaſi cœleſtem concentũ perciperemus in cõſonantia virtutũ & actuũ eis datorũ à deo.Vicẽ deniq; redderemus Deo,quo ad facere poſſemus, & eum fortiter, ſapienter & dulciter diligeremus: quia potens, ſapiens & bonus atque ſuauis eſt, & deſiderabilis totus omnibus exquirentibus eũ in veritate, & in cordis ſimplicitate Id ex euãgelio hodierno luce clarius omnibus bonis & rectis corde

eluceſcit,

eluceſcit,in quo viſceralis Chriſti pietas & miſericor-
dia deſcribitur.Secundo inſinuatur diſpenſatio incom-
prehenſibilis eius ſapientiæ,quantum ad mirificentiam
refectionis ibi:Et reſponderunt.Tertiò effectus poteſta
tis ob oculos ponitur,quia omnia quæ vult facere po-
teſt.ibi:Et accipiens ſeptem panes.Omnem proinde ſol
licitudinem proiiciamus in eum,quoniam ipſi cura eſt
de nobis.Sint mores ſine auaritia , contenti præſenti-
bus.Ipſe enim dixit:Non te deſeram neque derelinquã,
ita vt confidenter dicamus,Dominus mihi adiutor, nõ
timebo quid faciat mihi homo. Suadeo igitur vobis
nunc bono animo eſſe,iactare curam veſtram in domi-
num, quia tunc ipſe vos enutriet:Quia bonus eſt , ergo *Pſ. 117.*
vult.Potens eſt,ergo valet.Scit item quia talibus indi-
gemus.Noſtrum eſt,vt primùm quæramus regnum Dei
& iuſtitiam eius,& tunc ipſe omnia hæc adiiciet nobis.
Age rancidulum quiddam balba de nare ructemus , de
abyſſali miſericordia Dei, & Chriſti Ieſu. Per viſcera *Miſericor*
quippe miſericordiæ ſuæ viſitauit nos, oriens ex alto. *dia Dei.*
Neque ex operibus iuſtitiæ quæ feciſſemus nos, ſed ſe-
cundum miſericordiam ſuam magnam , ſaluos nos
fecit à peccatis noſtris ,& eripuit de poteſtate tenebra-
rum,& tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo
habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum,
Et hoc vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus,abun-
dãtes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chri
ſto Ieſu.Nunc Chriſti verba breuiter diſcipiamus. Pri-
mò miſerendi notatur oportunitas,cum ait,*Cum turba
multa eſſet cum Ieſu*.Turba hæc humilium erat,cum qui-
bus eſt ſermocinatio eius.Illis ſua ſecreta pater reuelat.
Paruulis dat intellectum.Vbi enim humilitas,ibi & ſa-
pientia eſt,ibi gratia exuberat,& gloria certiſſime ſeque
tur Pauperes erant & abiecti quibus Chriſtus à patre
miſſus erat euangelizare.Omnibus prædicauit ſine de-
lectu,bonis & malis.electis & reprobis, mitibus & exa-
ſperatoribus,duris facie & indomabilibus corde.At, in
ſola bona & optima electorum terra,receptum eſt ver-
bum gratiæ illius humiliter,cuſtoditum ſollicite,& fru-
ctum multum attulit in patientia.Iſti Chriſto adhære-
bant eum ſequebantur,& corporis greſſibus,& vita ope-
rúmque conformitate ex eo omnes pendebant.Ex prin
cipibus autem & phariſæis nemo credidit in eum. Tur-

inter multa ſic ait: Metuentes dominum ſuſtinete miſe ricordiam eius. Multa hic de triduo multiplici tranſeo. Væ autem illis qui perdunt ſuſtinentiam, & derelinquunt vias rectas. Hos enim dominus adducet in obligationes cum operantibus iniquitatem. Omnes iuſtitiæ eorum quas fecerant non recordabuntur. *nec habent quod manducent*. Hinc colligitur quanta fuit turbæ huius deuotio, & feruor quantus ad Christum. Fuit enim facies eius plena gratiarum, ſpecioſa præ filiis hominum. Nec mirum quòd homines ad ſui amorem & videndi deſiderium attraxit, quando & angeli in eam deſiderant aſpicere. Gratia etiam diffundebatur in labiis ſuis. Sermo eius bonus erat de bono cordis ſui theſauro prolatus, ideo ædificationem fidei & gratiam audientibus dedit. Secunda ratio miſerendi fuit defectus futurus, vnde dicit, *Et ſi dimiſero eos ieiunos in domũ ſuam, deficient in via* quod apertius dicitur in Mat Et dimittere eos ieiunos nolo, quia bonus ſum, ne deficiant in via. Imo eos reficere volo. Aperiam manum meam, & implebo omnes animas iſtas benedictione mea. Hoc enim vtile eſt & neceſſarium hominibus. Hoc gloriam patris mei, quam quæro maximè exaltat. Sic enim potentia, ſapienta & bonitas, quæ mihi cum patre & ſpirituſancto vna eadéque eſt, hominibus manifeſtatur, & pater in filio manens, & opera mira faciens, glorificatur O miſericordiæ viſcera Dei noſtri. O pietas affectuoſiſſima. O bonitatis abyſſus exuberans vndiquaque. Si dimiſeris nos, moriemur in peccatis noſtris. Tribus iſtis digitis tuis domine, molem terræ appendis: Potentia videlicet, ſapientia & bonitate tua: Et quos contempta maieſtatis tuæ poteſtas vltricibus flammis deberet punire, illos bonitas tua abyſſalis expectat ad pœnitentiã, vt eis miſereatur, nolens aliquos perire. O bonitatis diuinæ diuitiæ indeficientes, patientiæ ſimul & longanimitatis. Bonus es tu, & in benitate tua non ſolum diſſimulas peccata hominum impiorum erecto collo audacter aduerſum te currentium & te prouocantium, ſed & longanimiter eos expectas, benigne reuocas, gratiam offers, pulſas ad cordis oſtium, trahis in funiculis charitatis, beneficiis obruis, reples bonis, pro malis bona reddis, & vt verũ dicã, omnes tibi demereri ſtudes & re conciliare. Nam gaudes propter bonitatem tuam domine

Pſ. 124. Ezec. 18. 1. Pet. 1. Mat. 15 Pſ. 144 Ioan. 14 Rom. 2. Pſ. 13.

mine,qui bonorum noſtrorum non eges,de reditu no-
Iob 33. ſtro,de pœnitentia noſtra perinde ac iuſtitia noſtra tibi
emolumenti aliquid conferret. At in aprico eſt quod ſi
peccamus,nihil tibi nocumenti aut damni facimus,etiã
ſi multiplicatæ fuerint iniquitates noſtræ,nihil contra
te proficimus molitionibus noſtris peſſimis Porrò,ſi iu
ſte egerimus,quid donamus tibi,aut quid de manu no-
ſtra accipies? Nihil prorſus Confitemini proinde domi-
no quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia
eius. Ecce in bonitate ſua,tam lęta facie,iucundo animo
reuertentem filium perditum recipit,ei occurrit, eum
Pro. 18 amplexatur,oſculatur & tractat, vt nemo ſanæ mentis
3. Re. 21 de miſericordia eius iam deſperare queat, etiam ſi ve-
Rom. 9. nerit in profundum,& ſupra modum peccando peccaſ-
ſet & venditus ſub peccato, Achab inſtar,fuiſſet,vt face
Rom. 5 ret malum. Tanta denique eſt ſapientiæ eius altitudo,
vt ex vaſis iræ,vaſa miſericordiæ faciat,electionis et gra
tiæ,vt vbi prius delicta abundauerunt,poſtea gratia exu
beret,fiántque ex teſteis,vaſa auri ſolida, omnigenum
lapidum precioſorum Chriſtiformium virtutum,ſcilicet
gloria & apparatu adornata: Vtilia domino et ad om-
nia opera bona parata. Iſtis tribus digitis tuis te obte-
ſtamur domine,propter magnam miſericordiam tuam,
tene nos ne impingamus in legem tuam, vel lapidem
viuum angularem,probatum à Deo,et ab hominibus re
probis reprobatum,pedem noſtrum. Et ſi ceciderimus
1. Pet 2. (ſicut in multis offendimus omnes)erige nos tribus iſtis
Pſ 90. digitis tuis,vincula noſtra dirumpe,et deduc nos ſuper
Iacob 3. ſemitas iuſtitiæ propter nomen tuum. Non dimittas
Pſ. 113 nos ſecundum deſideria cordis noſtri peſſima, vt ſicut
oues errantes,& quæ perierunt,eamus in adinuentioni
bus noſtris. Noli rogamus nos in ſceleribus noſtris di-
mittere,ſicut dimiſiſti matrem noſtram. Sed ſicut fuiſti
cum Moyſe ſeruo tuo et amico,ſic ſis nobiſcum. et no-
li nos in via dimittere ieiunos,ſed tua deſtitutos gratia.
Eſai. 50 Alioqui deficiemus deficientes, quemadmodum ſumus
deficit. Paſce nos digne pane vitæ in huius vitæ via, at-
Pſ. 36. que tunc erimus perfecti et integri,in nullo deficientes.
Eſai. 60. Et ad huius pleniorem intellectum iuxta literam et tro
Pſ. 118 pologiã,tertia nũc ſubiicitur cauſa *Quidam enim illorum*
de longe venerant,ex lõge diſtãtibus locis à loco iſto. Fi-
lij tui de lõge veniẽt,et filiæ tuæ de latere ſurgẽt. Sed
iu-

iuxta tropũ,lõge à peccatoribus ſalus,i Chriſtus.Et filius iunior in regionem longinquã profectus eſt à patre miſericordiarum;nõ locũ mutãdo,ſed animũ: nõ terras permutãdo,ſed mores,affectus & vitã in deterius. Lõ ge enim eſt dominus ab impiis.Hinc David cantat: Appropinquauerũt perſequẽtes me iniquitati.Vel vt il le trãsfert,Magno conatu egerũt qui perſequũtur me, vt ſcelerata deſignarent:à lege autẽ tua, tali ſtudio & opera,ſed & à te,lõge facti ſunt.Sic crebrò legimus q. cor præuaricatorum lõge eſt à Deo.Et iterũ;Audite, q longe eſtis.Et iterũ, Audite me duro corde,qui longe eſtis à iuſtitia.Sed nunc eo quod benigna eſt miſericordia eius in Chriſto Ieſu,omnes qui de longe veniunt, & in toto corde ſuo ad ipſum conuertuntur,prope ſiũt in ſanguine eius,qui emundat conſciẽtias ab operibus mortuis:vel vt Ioannes ſignificãtius dicit,ab omni iniquitate,ad ſeruiendum deo viuenti.Sic miſerator & miſericors dominus,ſuauis & mitis. multæ miſericordiæ eſt & verax,& præſtabilis ſuper malitia,omnibus qui relicta malitia ad ipſum reuertuntur. Chriſtus dupliciter miſeretur,& diuinitatis clementia, & humanitatis affectu,ideóque differenter:Nã ſecundum humanam naturam(qua caro & frater noſter eſt,caro de carne noſtra, & os de oſſibus noſtris,& nos membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius)ſic noſtri miſeretur,quod etiam compatitur.Ipſe pro nobis doluit. Sic videns ciuitatem,fleuit ſuper eam. Non fleuit ruinam domorum,ſed obſtinationem & perditionem perfidorũ Ipſe verus David eſt, qui dolet ſuper morte fratris Ionathæ.Eius anima compatitur pauperi peccatori. Sic vni dictũ eſt.Miſeres & miſerabilis,cæcus nudus & pauper Nec id abſonum cuiquam videri debet,aut alienũ à veritate.Sicut ipſe deus noſter eſt per diuinitatis naturam ſic & frater noſter eſt per humanæ naturæ vnionẽ.Quid autẽ tã rationi cõſonum,quàm quòd frater fratri, aut caput mẽbris cõpatitur?Igitur conſequẽs eſt,quòd Chriſtus ſicut gaudet cum gaudentibus in domino, ita flet cũ flentibus,infirmatus eſt cũ infirmis,vrebatur pro ſcãdalizatis,& commota ſunt viſcera eius,ſuper his quos parturiuit, quos per aquam,verbum& ſpiritumſanctum genuit,donec ipſe in eis formaretur. Hoc atteſtatur quod libentiſſime ſua nobis impendit, & ſuperimpendit

Marginalia: Prou.15 · Pſ. 118 · Eſai. 29 · Eſai. 46 · Heb 6. · 1.Ioan.1 · Gen. 39. · Eſa 33. · Luc. 19. · 2.Reg.1. · Apo.3. · 1.Co 12 · Gala. 4.

dit ſeipſum pro animabus noſtris in ara ſanctæ crucis. Licet multum & ſupra modum nos diligens, minus diligatur à nobis. Aſtruit idipſum quod omne quod vni ex minimis eius vel beneficij datur, vel nocumenti in-
Mat. 19. fertur, ſibi fieri dicit. Diuinitatis vero clementia, ita miſeretur, quod tamen non compatitur. Eius miſericordia actus eſt. non affectus. bonorum ſuorum communicatio
Mal. 3. non animi mutatio, Ergo Deus. ait ipſe per prophetam,
Iacob. 1. & non mutor. Et diuus Iacobus: Apud deum non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, ſed ſemper idem ipſe eſt. Eſt autem miſericordia Dei magna, quia menſuram eius nec intellectus vllus creatus comprehēdit, nulla ratio capit, nulla attingit opinio, nulla cogitatio aſſequitur, calamus nullus poteſt deſcribere, nulla lingua etiam ſi angelica fuerit, verbis poteſt æquare loquendo. Puteus altus eſt, & nos in quo hauriamus aptum vas non habemus. Obtuſi ſunt ſenſus noſtri vſque
1. Cor. 13 in hodiernum diem. Ex parte cognoſcimus, ait de ſeipſo Apoſtolus, qui in cœlum raptus, audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et euangelium quod prædicauit, non accepit aut didicit ab homine aut an-
Gal. 3. gelo aliquo, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Si ex parte fuit cognitio Pauli & apoſtolorum, qui primitias ſpiritus habuerunt, quid noſtram cognitionem dixerim
Rom. 8. de diuinis rebus, niſi vaporem fumi quendam, & ſcintillam ignis paruam in eo lucentem? Vani proinde ſunt
Gala. 6. omnes filij hominum; quos ſcientia inflat, ſeu vana extollit æſtimatio, vt putent ſe aliquid eſſe aut ſcire, cùm
Miſericordia Dei. nihil ſint, aut prope nihil ſit de quo ſenſu carnis ſuæ fruſtra ſunt inflati. Attamē de magna dei miſericordia pro captu moduloque noſtri intellectus. ſicut dominus dederit, pauca delibemus, altiora eis relinquentes diſcutienda, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus in
Pſ. 116. literis arcanis. Eſt autem miſericordia Dei magna, alta, profunda, lata & longa. Eſt inquam: Magna, quia magnus Deus noſter. Hinc Dauid, qui magnum peccatū
Pſ 50. commiſerat, ſic precatur, Miſerere mei deus, ſecundum
Eccl. 17. magnā miſericordiā tuā: Et iterū, Miſericordia tua magna eſt ſuper me. Et Ieſus Sirach Quā magna miſericordia domini & propitiatio illius cōuertentibus ad ſe. Et
Heb. 4. iterū, Patiēs eſt dominus, & effundit ſicut flumina miſe-
Eſai. 54 ricordiā ſuā ſuper oēs q̄ ad thronū gratiæ eius à facie

tribu-

tribulantis,confugiunt.Hinc ad electos per Eſa. dominus ait:Ad pūctum in modico reliqui vos:ſicut & Chriſtus à patre ſuo (nō ad inſipientiā ſibi,ſed ad ſalutē noſtrā operandam in medio terræ) ſe in pœnis cauſatur derelictum,& in miſerationibus magnis congregabo vos in regnum meum cœleſte.In momento indignatio- *Gen.4.*
nis abſcondi faciem meam parumper à vobis,& in miſerationibus ſempiternis miſertus ſum veſtri. Miſericordia hæc,obſtinatos allicit,duros corde emollit,vt fluant *Pſ.31.*
ſicut cera à facie ignis,peccantibus dat ſpem veniæ, puſillanimis fiduciam, timidis conſtantiam, pœnitentibus indulgentiam,conuerſis gratiam,ſtantibus robur, laborantibus ac ſalutem ſuam cum metu & tremore operantibus,refrigerium,certantibus victoriam perſeuerantibus coronam vitæ,quam deus promiſit diligentibus ſe. *Ioan 5.* *Pſ.30.*
Magna hæc Dei miſericordia ſi nō eſſet, nullus deum diligeret,quia potius inſtar Cain in ſuis peccatis deſperantes fugerent à facie eius.Nullus peccata ſua confiteretur aduerſum ſe domino,cum veniam non ſperaret, nullus bene operari ſtuderet.Hæc ſi non magna eſſet, ne puncto quidem temporis mundus ſubſiſteret,quia totus in maligno poſitus eſt,& peccata ſuper peccata facit Sed & fruſtra deus paradiſum feciſſet & cœlum , nam excluſa miſericordia,nulli pateret introitus in regnūdei æternum.Ipſa eſt refrigerium tentatis,cōſolatio mœſtorum,periclitantium anchora tuta & firma ſalutis:Et aſylum damnatorum,quos rea conſcientia addicit morti, ciuitas refugij,his qui per malitiam occiderunt animas ſuas,aut ore mentiendo, aut odiendo proximum , aut generaliter mortaliter peccando. Iſtis homicidis, iniquis & malis,ſecura ciuitas refugij eſt magna miſericordia dei,ſicut ſcriptū eſt:Saluū me fac propter miſericordiā tuā.Itē ſaluū me fac minima tua.Obiter hic attēde, & quaſi appenſum quoddā & ſignum verſetur hoc ante oculos cordis tui ſemper,nempe Sperātem in domino, miſericordia circundat. O dulce verbum & plenum conſolationis.Et vos rogo,conſolamini inuicem in verbis iſtis.Ipſa intra hominem viuificatrix eſt.iuxta illud: In miſericordia tua viuifica me.Sed & iuxta vel extra hominem ad omnem poſitionis differētiam ſedem ſuā collocat.Supra eſt quia eleuat eū in cœlū: quia in miſericordia & miſerationibus Deus hominem coronat. *Pſ.30.* *Pſ.31.* *2.Theſ.4* *Pſ. 118.*

& quemadmodum fumus deficientes deficiunt. Quis Eccleſ. 2.
inuocauit eum & deſpexit eum? Et vt verū fatear: An
tequā clamemus ipſe audit, & nobis adhuc in oratio- Eſa. 59.
ne loquentibus, ipſe audit. Et dicit: Quid vis vt faciam
tibi? quia miſericors ſum, multæ miſericordiæ & verax.
Clamemus ergo ſinguli, clamemus omnes: Fac mecum
ſecundum miſericordiam tuam, & non ſecundum pec- Pſ. 103.
cata mea retribue mihi. Imò, ne memineris iniquitatū Pſal. 18.
noſtrarum antiquarum, ſed citò anticipent nos miſeri-
cordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Et iterum:
Aſpice in me (clama ad deum) & miſerere mei. Et hoc
fac ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Vel Eſa. 26.
vt Campen. legit: Quomodo miſereri ſoles eorum, qui
amātes ſunt nominis tui. Miſericordiam enim qua mi-
ſereris deſertorum, & quos proiicis à facie oculorum
tuorum, nolo domine. Atteſtantur magnam miſericor-
diam & multitudinem miſerationum eius, qua miſere-
tur peccatoribus & delet iniquitates eorum, ac proiicit Ezec. 18.
in profundum maris omnia peccata eorum, nec eorum
amplius recordatur, nec ea improperat. Atteſtātur in-
quam quòd tam benignè remittit pœnitentibus pecca-
ta grauiſſima, multiplicia, quotienſcūq; reiterata, quā-
tumcunq; diurna. Item quòd remittit tormenta æter-
na quæ debentur peccatis, & verè pœnitentibus dat
munera precioſiſſima diuinæ virtutis ad vitam Chri- 2. Pet. 1.
ſtiformem & pietatem neceſſaria, per quæ diuinæ con-
ſortes naturæ efficiūtur. Sed & gloriam pollicetur. Sed
obſtas forſitan ſic inquiens: Si Deus vult miſericor-
diam, & tam magna eſt miſericordia eius, atq; omnium
miſeretur, ſitque in poteſtate eius punire ſecundum iu-
ſtitiam, & ſaluare per miſericordiā, miſereri cuius vult,
& indurare quos vult, quare tunc tam pauci miſericor-
diæ eius ſunt participes, & tam pauci ſaluantur? Reſpō-
deo, vult quidē deus omnibus miſereri, vult omnes ſal- 2. Tim. 2
uos fieri. Sed pauci, heu, volūt vt eorum deus miſerea-
tur. En offert omnibus ſicut gratiam, ita & miſericor-
diam ſuam. Trahit, vocat omnes vt veniant ad eū, vult
eos reficere, vult eis miſereri. Foris in plateis clamitat
& prædicat dicens: Conuertimini ad correctionē meā.
En proferam vobis ſpiritum meum. Sed miſericordiam
dei deſpiciunt, qui vocantem Chriſtum ſequi renuūt,
qui extenſam manum eius ad miſerendum per prioris

vitæ mutationem, veteris Adæ depoſitionem, ac noui hominis induitionem aſpicere nolunt, qui conſilia dei deſpiciunt, & increpationes eius ſurda aure audiunt, aſpernantũtq;, & per receſſum à malo & operationẽ boni non ea obſeruant, ſed negligunt. Omnes ergo qui carnis ſuæ deſideria faciunt, qui auaritiæ ſtudẽt, qui ſuperbia tumidi & inflati ſunt, omnes item qui diligunt malum, & odio habent bonum, & iacent & manent & inſumũt in peccatis ſuis, quamdiu tales ſunt, miſericordiam dei deſpiciunt. taceo quòd deſiderent aut quærãt. Omnes qui in peccatis ſuis manent, operibus licet nõ verbis, deo dicunt: Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Non ſperant in miſericordia, ſed in iniquitate. Et mendacium ponunt ſpem ſuam. Sperant item in malitia. Confidunt in cogitationibus ſuis, ideo impiè agunt, in ſenſu ſuo & ſua ſcientia. Et nihilominus putant ſe tenebras nõ viſuros, & impetu aquarum inundantium non opprimendos. Non miſeretur deus omnibus qui operãtur iniquitatem. Hinc per Hierem. dominus ait: Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc: oblatã videlicet gratiam & miſericordiam, & peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. Non ergo ex immiſericordia vel inclementia dei totus mundus in maligno poſitus eſt & damnatur, & tam pauci ſaluantur, ſed ex ſua malitia. Et deus iniuſtè ageret ſi tales ſaluaret: Nã ſicut deſiderare miſericordiam, eſt relicta malitia conuerti ad dominum, ita in malitia manere, eſt miſericordiam dei contemnere, & dãnare ſeipſum. Et ſicut deus, ſi miſericordiam ſuã deſiderantibus denegaret, crudelis diceretur, ſic ſi miſericordiam ſuam non deſiderantibus præſtaret, iniuſtus eſſet. Sed abſit à Deo impietas.

Iob 34 Fidelis etenim eſt deus in omnibus verbis ſuis, & ſan-
Pſ. 144. ctus in omnibus operibus ſuis. Eſt ergo magna miſericordia dei, quod vlterius oſtenditur, eo quòd eſt alta, inſtar arboris illius magnæ, quam vidit in viſione rex
Dan. 4. profanus. Et ſcalæ illius in modũ quam electus dei vi-
Gen. 28 dit in ſomnis, cui dominus erat innixus. Cœlos vtique miſericordia Dei attingit: Imò intrat, dum homines ex participibus ad cœlum euehit, & ruinas eius implet, omnes præmiat & coronat. Hoc Dauid aſtruit dicens:
Pſal. 35. Domine in cœlo miſericordia tua. Et iterum: Quàm magnificata eſt vſq; ad cœlos miſericordia tua. Et rurſus

ſus: Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.
Et dũ electus ille miſericordias dei ſecum reputauit, ac *Pſ. 102.*
quicquid in ſe gratiæ, meriti & bonitatis deprehendit,
miſericordiæ eius acceptum retulit, ſic eructans de bo-
no cordis theſauro, ait: Miſericordias domini in æternũ *Pſal 88.*
cantabo. Nec id ſolummodo in vita futura, ſed & in vi-
ta quæ nunc eſt faciam In generatione & generationẽ,
annunciabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam di-
xiſti, In æternũ miſericordia ædificabitur in cœlis, ſed
& veritas tua, hoc eſt, impletio promiſſionum tuarum
præparabitur in eis Iſtas coronas gloriæ & honoris, vel
præmia iuſtorũ, miſericordias domini vocat, iuxta illud:
Gratia dei vita æterna: licet ad Timotheum eas dicat *Rom. 6.*
coronas iuſtitiæ. Ipſi etiam ciues Vranici, quantis lau-
dũ encomiis miſericordiã dei efferant, quæ vox obſe-
cro & quæ poterit lingua retexere? Eſt itẽ profunda, in-
ſtar profundi maris iuxta illud: Quoniam miſericordia *Pſal. 85.*
tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animã meã ex infer-
no inferiori. Palã eſt infernũ pro damnatorũ loco cre-
brò poni, ſicut diuitẽ illum legimus ſepultũ in inferno.
Sic Datan cũ ſuis cõplicibus viui terra dehiſcente ce- *Luca 6.*
ciderunt in infernũ. Et alteri dicitur: Ad infernũ detra *Num. 6.*
hẽris, in profundũ lacũ. De quo rurſus dictũ eſt; Cõuer- *Eſa. 14.*
tantur peccatores in infernũ, omnes gentes quæ obli-
uiſcũtur deũ. Ibi autẽ eſt miſericordia dei, iuxta illud: *Pſal. 9.*
Ego profundũ abyſſi penetraui Nã ſi aſcendero in cœ *Eccl. 24.*
lũ, tu illic es, & ſi deſcendero ad infernũ, ades. Adeſt ibi *Pſ. 138.*
inquã abyſſalis dei miſericordia, dũ ipſi puniuntur citra
condignũ. Iuſtitia ſiquidẽ dei exigit, vt ſicut pœna eorũ
eſt maxima extenſione quia æterna, iuxta illud: Ite in *Iacob. 2.*
ignẽ æternum: ſic etiã intenſione maxima eſſe deberet, *Thren. 3.*
vt in nihilũ impios redigeret. Sed miſericordia domini
iudicium exaltat, dũ eos in eſſe cõſeruat. Vnde vox illa
nõ inconcinnè eis adaptari poteſt Miſericordia domini *Pſal. 85.*
eſt, quòd cõſumpti nõ ſumus, quia nõ defecerunt miſe-
rationes eius. Poteſt & Dauidis ſententia de viuis in-
telligi, qui reſipuerunt à diaboli laqueis, & dignos fe-
cerunt pœnitentiæ fructus, modo qui ſequitur: Eruiſti
animã meã ex inferno inferiori Nõ quòd in eo actu eſ- *Iob 10.*
ſem, ſed quia dignus eo erã. Dũ enim anima mea malis
repleta erat, vtiq; vita mea inferno appropinquauit. Et
in puncto mortis meæ ad inferiora terræ, terrã miſeriæ *Pſal. 59.*

& tenebrarum deſcendiſſem, cum operantibus iniquitatē, niſi dominus per miſericordiā ſuam miſertus mei fuiſſet, atq; deleuiſſet iniquitatem meā. Hinc ſcriptum
Pſ. 144. eſt: Niſi quia dominus adiutorio fuiſſet mihi, per miſericordiā ſuam liberando captiuum, abſoluendo reum, ſanando egrotum, iuſtificando impium, dimittēdo vniuerſum debitū, paulominus habitaſſet in inferno anima mea. At tu domine miſerator & miſericors, patiēs
Pſal. 77. & præſtabilis ſuper malitia, propter temetipſum & mi-
Pſal. 30. ſericordiam tuā magnā, ſaluaſti de neceſſitatibus iſtis
Pſ. 115. animam meā. Nec cōcluſiſti, vel concludi me permiſiſti in manibus inimici, & ſtatuiſti in loco ſpacioſo, Eccleſiæ catholicæ, vel charitatis, pedes affectionum & operum meorum. Dirupiſti vincula mea, eduxiſti ab inferno animā meā, ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum,
Roma. 9. Lætabor proinde, & exultabo in miſericordia tua. Nec
Gen. 25. taliter facis omni nationi, dum quibus vis miſereris, & quos vis induras. Iacob elegit, Eſau reprobauit, antequā nati eſſent aut quicquam boni aut mali egiſſent: Vt abyſſum iudiciorum eius timeas, non temere diſcutias: quia ſunt incompræhenſibilia. Poteſt & infernus pro limbo accipi ſanctorum patrum. Et tunc vllā citra con-
Gen. 38. trouerſiā, verum eſt, quod miſericordia Dei magna eſt in inferno & limbo patrum. Infernus pro limbo accipitur, Sed hunc profunda miſericordia dei penetrauit, quando noſtræ redemptionis conſummato opere ſpiritum emiſit. Tunc enim omnium orthodoxorum patrū calculis, anima illa benedicta in æternum, illuc vnita diuinitati deſcendit, & electos in gaudio vultus ſui lætificauit. Tunc in pace redemit deus de manu inferi
Oſea 13 electos ſuos. Tunc impletum eſt iſtud Oſeæ de Chriſto elogium: Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne. Eſt & longa, quia miſericordia domini ab æterno in
Epheſ. 1. æternum, ſuper timentes eum. Fuit ab æterno miſericordia dei, quia ab æterno ordinata eſt, & præparata, vt prædeſtinatis in tēpore diſtribueretur Sic elegit nos ex ſola miſericordia ante mundi conſtitutionem, vt ſancti eſſemus & immaculati in conſpectu eius in charitate, Prædeſtinauit itē nos in adoptionē filiorum ab æterno
Pſal. 90. ex ſola miſericordia & gratia ſua, nō ex operibus iuſtitię noſtræ. Laudate proinde nomen Domini, quoniam
Pſ 116. ſuauis eſt dominus, in æternū miſericordia eius, offertur

tur & præſto eſt omnibus citra delectum, & vſq; in generatione & generationem veritas eius. Sed & confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas domini manet in æternum. Cōfitemini igitur domino, quoniā bonus, quoniam in æternum miſericordia eius. Confiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius, filiis hominum. Hæc eſt miſericordia dei ſempiterna, in qua noſtri miſeretur, benignè facit in bona voluntate ſua Sion. Expectat vt miſereatur, dat locum pœnitentiæ, peccata diſſimulat, nolens aliquos perire. Sed heu has diuinæ bonitatis diuitias, longanimitatis & patiētię, in reprobum ſenſum dati aſpernantur, & abutuntur in ſuperbia ſua benignitatē dei. Poſtremò eſt etiam lata adeò vt omnium deus miſereatur. Et vir ſecundū cor dei: Miſericordia domini plena eſt terra, vt nemo etiam in vltimis terrę receſſibus habitans ſe abſcondat à calore eius: Tu domine ſuauis & verus es, & in miſericordia diſponis omnia. Vela contrahenda ſunt in præſentiarum, & hæc modò de abyſſali miſericordia dei dicta ſufficiant, aliàs plura de hac eadē dicturi. Videſ quomodo Chriſtus adhuc miſeretur ſuper turbam, quæ eū ſequitur, triduo expectat, & patitur neceſſitatē.

Pſ. 105.
Eſa. 57.
Iob 24.
Roma. 2.
Pſ. 181.

ALIVS SERMO IN EVANGELIVM EIVSdem dominicæ.

ET reſponderunt diſcipuli eius, vbi ſuprà: Conſiliū & ſenſum domini, hoc loco diſcipulos conſtat nondum cognouiſſe. Et quis hæc poterit inueſtigare? quando nemo ſcit quid agatur in homine, niſi ſpiritus hominis qui eſt in homine. Quātò magis ſenſum Chriſti nemo ſcit, niſi ipſe reuelauerit ei. Boni quippe & recti corde erāt apoſtoli, ſed in loco iſto vaſtę ſolitudinis tātę multitudinis refectionem aut vix, aut nullo modo fieri poſſe credebant. Chriſtus autē potens erat oīa facere ſuperabundātius, quàm illi vel petere audebāt aut intelligere poterant, ſecundū virtutē diuinam, qua operatur etiā mira & ſtupenda abſq; numero fidelib. ſuis. De9 enim oīa bona operatur, in omnib. Reſpōderunt ergo ei diſcipuli ei9 ignari cōſilij ei9 & volūtatis: *Vnde iſtos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine*

1. Cor. 2.
Sap. 9.
Iob 5.
1. Cor. 12.
Pſal. 77.

Nunquid,& panem poterit dare Deus aut parare menſam populo ſuo? Mira eſt diſcipulorum ſimplicitas. Vi-
Matt.14 derunt in paſchate precedenti, quomodo ex quinque panibus & duobus piſcibus quinque milia hominū cibauit, mulieribus paruuliſque exceptis, & xij ſportas
Ioan 2. collegerant fragmentorum, quæ ſuperauerunt. Viderunt item quomodo vinum optimum fecit ex aqua pura. Et
Mat.15. quod plus eſt, vt cætera omnia taceam, viderūt hic quomodo omnes morbos curauit, dæmones expulit, & tanta quæ nemo alius fecit. Et quaſi horum vidiſſent nihil nec famam eius audiſſent, nec doctrinam & verba eius
Exo. 16. umquam audiſſent, dicunt: Vnde iſtos quis poterit.
Sap. 16. &c. Vel non audiſtis ex lege, quomodo annis xxxx patres angelorum eſca nutriuit in deſerto? Bis aquam dedit ex duriſſima petra? Recogitate obſecro tempora
3 Reg.17 priora. Deus qui per coruum alitem cibauit Heliam, poterit ne per filium ſuum dilectum turbam hanc ſaturare panibus? Dicite mihi, ſcientibus enim legem Dei loquor, quam ab incunabilis in templis & ſcholis audiuiſtis, Deus oleum in lechyto, & farinam multiplicauit in hydria: poterit ne modo in manibus filij ſui ſeptem
3 Reg.17 panes & paucos piſciculos multiplicare, vt ſatientur homines iſti? Poteſt planè, qui omnia fecit ex nihilo, etiam de paruis facere magna. Nunquid abbreuiata eſt manus domini, vt ſaluare nequeat & de quibuſlibet eripere periculis? Nunquid manus domini modò inualida eſt, o
Num.11 apoſtoli? Vt qui exaſperanti murmurantíque populo carnes dedit vſque ad nauſeam, & donec exiuit per nares eius, iam non poſſit de paucis panibus & piſcibus, eum corde ſimplici ſequentes, reficere in hoc deſerto? Sed conſidera altitudinem ſapientię dei. Antequam eos reficeret, infirmos eorum curauit. Hoc ſignante ſpiritu ſancto, quòd nemo ad menſam domini accedere, & panem cœli accipere debet, niſi prius ab animæ ſuæ infirmitatibus fuerit per contrarium & humiliationem ſpiritus confeſſionem ſacramentalem, & dignos pœnitentiæ fructus ſanatus. Alioqui iudicium ſibi manducat
1 Co.11 & bibit, reus fit corporis & ſanguinis domini De hoc aliàs plura. Sed & illud ſapientiæ ſalutaris hîc latet, & pijs ſacramentum apparet, quòd ocioſis & delitijs carnis affluentibus aut vitijs alijs quæ in ciuitate cōmorantibus exuberant, panis angelorum & cœli non datur

tur, ne ſanđa proijciantur ante canes & porcos, ſed eis qui relictis omnibus Chriſtum ſequuntur, quatenus eis impedimento ſunt in via ſalutis, qui cum Abraham egrediuntur de terra ſua &c. Qui in terra deſerta, inuia & inaquoſa ſic in ſancto apparent coram Deo, vt videant virtutem eius & gloriam eius *& interrogauit eos*, non ignorãs cordium eorum cogitationes, quæ vanæ erant, ſed vt ex eorum reſponſione, per ſapientiæ ſuæ lumen eos illuminet *quot panes habetis?* Sed panum paucitas ex eorum reſponſione elucet, cùm ſubditur. *Qui dixerunt: Septem.* Sed hi quid ſunt inter tantos? Simile eſt quid dixit ille qui panes attulit Heliſeo. Cũm enim dixiſſet Heliſeus: da populo vt comedat. Reſpondit ei miniſter: Quantum eſt hoc vt apponam coram centum viris? *Et precepit turbæ diſcumbere, ſuper terram*, in alia refectione, de qua omnes loquũtur euangeliſtæ, ſuper fœnum diſcumbunt. Quia hoc in paſchate, quando propter loci illius & regionis calores fœnum colligebatur, factum eſt miraculum. Illud vero poſt pentecoſtẽ, quando fœnum iam erat collectum. *Et accipiens ſeptem panes*, ergo parum quid ad tantam turbam ſatiandam, *gratias egit*, patri luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit. *Fregit*, ſcilicet vt abundaret, *& dabat diſcipulis ſuis*, vt cooperatores dei eſſent, vt ſuo exemplo alijs diſcerent miniſtrare, vt gratis beneficia dei & multiplicem gratiam dei, ſicut boni diſpenſatores, quam gratis acceperant, dare diſcerent & diſpenſare. *vt apponerent*, non vt venderent, aut ſibi retinerent, aut in ſudario ligarent & abſconderent in terra, & ſicut filij obedientiæ & boni diſpenſatores gratiæ dei & donorum eius, *appoſuerunt turbæ.* Non cuilibet turbæ, ſed ei, quæ ipſum fuerat ſecuta, & ex eo tota pendebat, quam prius ſanauerat, non tam à corporum quàm à languoribus animarum. Eis eſcam in dulcedine ſua iſtam parauerat Chriſtus. *Et habebant piſciculos paucos.* Quid hic de carnibus, varijs ferculis opiparè conditis vino abundanti adfertur in medium? Nihil prorſus. Chriſti menſa ſobria, parca frugi, paucis contenta, neceſſarijs ad vitæ ſuſtentationem, & Dei famulatũ conuiuæ Chriſti contenti ſunt: His amplius nihil quærunt, nihil accipiunt, etiam ſi liberè offertur aut apponitur. Accumbunt in terra, terram & cinerem ſe eſſe cogitant,

Gen. 12

4.Re.4.

Ioa.6.
Luc.9.

Iaco.1.

2.Cor.4
Titi.1.

Sap.15.

tant,& mox in terram ſe recogitant reuerſuros. Vt homines frugi cibo vtuntur, gemunt antequam comedant, nullam carnis curam in deſiderijs faciunt. Mortificant membra ſua quæ ſunt ſuper terram. Corpus ſuum caſtigant, in ſeruitutem ſpiritus redigunt, carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs crucifigunt, ne reprobi fiant. Animas ſuas odiunt, odio bono, quo deſideria praua, carnalia & noxia, fugiunt, ea tanquam à facie colubri cauent, & morſum ſurdæ aſpidis. Et abhorrent inſtar veneni mortiferi. Nam luxus ciborum, vinum flaueſcens ſplendénsque in vitro, blandè quidem ingreditur, ſed in nouiſſimo mordet vt coluber, & ſicut regulus venena diffundit. Auerſantur deſideria carnis ſicut inimicum, corpus & animam perdentes in gehennam. De quo ſcriptum eſt: Odio habebis inimicum tuum. Iſte inimicus animam perſequitur. Huic non eſt credendum in æternum, quantumlibet indulcet in labijs ſuis & oculis lachrymetur. Sic dixi: Iſti animas ſuas odiunt in hoc mundo, & hęc opera in vitam æternam cuſtodiunt illas. Non præſtant animæ ſuæ concupiſcentias eius, alioquin facerent eos in gaudium inimicis eorum.

Rom. 8. *Gala. 5.* *Eccle. 28.* *Prou. 23* *Matt. 3.* *Eccle. 12.* *Matt. 16.* *Eccle. 18*

At contra in menſam diaboli vinum fluit, in quo eſt luxuria. Ibi ebrietas regnat. Ibi ciborum magnus eſt apparatus. Ibi quotidie epulatur ſplendidè. Ibi vinum bibitur in phialis, optimo vnguento conuiuæ ſe delibãt, agnos de grege, & vitulos de armentis ibi comedunt, & canunt ad vocem pſalterij. Ibi laſciuiunt in ſtratis ſuis, dormiunt in lectis eburneis. Ibi omnia quę oculi deſiderant non negantur eis, nec cor prohibetur quin omni voluptate fruatur, vt carnalis factus Salomon ſcribit de ſeipſo, poſtquam deprauatũ eſt cor eius per mulieres, & iam ſenex eſſet, & fecit quod non placuit coram domino. Ibi ſacerdos & propheta legem neſciunt præ ebrietate abſorbentur à vino, errant præ ebrietate, neſciunt Deum, ignorant iudicium. Omnes in viam ſuam declinant, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſimum. Venite, aiunt, ſumamus vinum impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius. Vt multa taceam, videlicet illud: Væ vobis qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendas ebrietates. Vt taceam quod Chriſtus docuit nos ſobriè piè & iuſtè viuere. Et contra diabolus

Amos. 6. *Eccle. 2.* *Eſai. 28.* *Eſai. 56.* *Eſaie. 5.*

bolus docet edere,bibere,requieſcere,epulari,crapulari,inebriari, impiè & iniuſtè viuere. Vide Sap.ij. & epiſtolam Iudæ.Sodomitarum vita iſta eſt,& auertentium ſe à Deo, qui non Deo, ſed ſuo ventri ſeruiunt.Qui ſunt inimici crucis Chriſti &c.Iſte populus ſedet manducare & bibere,& ſurgunt ludere,choreas ducere,impudicitias exercere,Ecce paucis, quis conſenſus menſæ Chriſti cum menſa Belial? qualis conuentio iuſtitiæ cum iniquitate?lucis & tenebrarum filijs? Sequitur:*& ipſos benedixit.* Sic filij Dei adhuc antequam cibum ſumant,benddictionem exemplo Chriſti,qui cepit facere & docere,dicunt. Omnis enim creatura Dei bona eſt, ſanctificatur autem per verbum Dei & orationem.Filij verò huius ſeculi,beſtiarum inſtar,quibus non eſt intellectus, & deum ignorant, abſque benedictione præuia, auidè menſæ irruunt,ſe ſe effundunt ſuper omnem eſcam,ad nauſeam comedunt,donec vomuerint bibunt, & fiunt ſicut dormiens in medio mari.Et dicunt:Quando euigilabo,& rurſus vina repetam?Nec ſemel vomētibus datur requies,ſed quinquies oportet vinum & ſiceram colare vel potius ſuffundere per collum.Adeo vt teſte Eſaia omnes menſę,adde & cubilia, repletæ ſint vomitu & ſorde,vt nullus ſit locus non pollutus.Sic tenent tympanum & cytharam,& gaudent ad ſonum organi.Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt. Væ ergo vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis & guttam aquæ petetis,nec accipietis.At contrà: Serui dei tunc comedent,gaudebunt & exultabunt.Sequitur:*Et iuſſit apponi.*Non iuſſit cogi ad comedendum & bibendum vltra neceſſitatem,ſed ſicut in menſa regis Aſſueri,vnuſquiſque ſumpſit quod & quantum voluit Et *manducauerunt* de panibus & piſcibus,*& ſaturati ſunt* ad neceſſitatem & ſobrietatem, non ad ſuperfluitatem & nimietatem, ſicut illi de quibus ſcriptum eſt: Manducauerunt & ſaturati ſunt nimis,& deſideriū eorum attulit illis.Et de alijs:Saturati ſunt & leuauerunt cor ſuum. & obliti ſunt mei.Et Hiere. Saturaui eos, & mœchati ſunt,in domo meretricis luxuriabantur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ.Talis anima fauum(verbi Dei, conſolationis ſpiritusſancti, internæ lætitiæ, auditam patrię cœleſtis dulcedinem) calcat, nec illi facit, ducit pro nihilo.De ſaturitate bonorum ſcriptum eſt: Beati

Titi.1. Luc.12. 1 Pet.2 Exod. 32 2 Cor. 6. Prou.23 Eſa. 28 Iob.21. Luc.16. Eſai. 65. Heſt.2. Pſal. 77. Oſea.13

qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſatura-
Mat. 5. buntur. quia eſurientes implet bonis Ecce pauperes
Prou. 15 dũt & ſaturãtur. Sic iuſti in diebus famis ſaturãtur. Iu-
Pſal. 16. ſtus comedet, ait Salomõ, & replet animã ſuam, venter
autem impiorum inſaturabilis. Nec hoc in vita pręſenti
tantùm, ſed etiam ſatiãtur cum apparuerit gloria eius
in vita æterna. Hinc illud Dauid. impletũ eſt. Pauperes
Pſal. 131. eius ſaturabo panibus, *& ſuſtul. rũt ſeptem ſportas, quod ſu-*
4 Reg. 4. *perauerat de fragmẽtis.* Sic & Heliſ. dixit: Comedẽt & ſu-
pererit. Poſuit itaque miniſter corã eis. Qui comederũt
& ſuperfuit. iuxta uerbũ domini *Erant autem qui man-
ducauerãt quaſi quatuor milia.* Matt. addit, extra mulieres
& paruulos. *& dimiſit eos* (ſicut ſenex Simeõ. orauit) in
pace. Et ſicut ad Magdalenã dixit: vade in pace.

De miſericordia Dei pauca in homiliarima diſſerp-
uimus. De ſapientia & potentia mixtim in hac quo ad
eius breuitas paſſa eſt diſſerui. Potentia dei, tam in hac
ſecunda parte emicuit apertè, vt ne Momum quidem
refragaturum crediderim Sapientia autem dei, vt pau-
cis me abſoluam in hoc vel maximè adparet, quod mo-
dum & formam participandi dignè menſæ domini ſub
externo opere tam luculenter expreſſit, vt iſta turbæ
refectio typus & vera forma oſtendatur quomodo di-
gnè & meritoriè panem qui de cœlo deſcendit, & vitam
dat mundo, debemus accipere, & nos ad eius dignam
ſuſceptionem præparare. Hoc autem ſapientiam dice-
rem ſummam & Chriſto dignam, Prima ergo doc-
trina eſt, vt panem angelorum à Chriſto inſtitutum, &
de manibus ſacerdotum, quaſi de manibus apoſtolorum
accepturi, mundum, & ea quæ in mundo ſunt deſera-
mus & Chriſtum per vitæ conformitatem imitemur. Et
hoc tribus diebus eum ſuſtinendo, eo quòd charitas
omnia ſuſtinet. Tres dies nihil noctis vel tenebrarum
1 Co. 13 admixtum habentes, vera eſt electorum Fides, Spes fir-
ma, ac Charitas dei proximíque ſyncera, de corde puro,
conſcientia bona, & fide non ficta. Item triduum pœni-
tentiæ ſuſtinemus: Nempe contritionem, confeſſionem,
& ſatisfactionem. Per tria iſta, tenebræ peccatorum de
corde expelluntur, & lux euangelij, gratię & ſanctitatis
intus exoritur in corde. & foris eluceſſit & diffunditur in
urat & cõuerſatione. Cætera tranſeo. Oportet ſecũdò
vt prius Chriſtus ſanet aĩas noſtras qui peccauimus ei.

Tertium documentum eſt, vt panem cœli accepturi ſedeamus per mentis quietem, pacem veram, mutuam concordiam & vnitatem. Quartum eſt, vt ſedeamus ſuper terram, terrena vt ſtercora & detrimentum deſpiciendo, terrenum Adam & hominem veterem crucifigendo, vt prius. Quintum vt non ſecus ex ſacerdotum manibus, quàm ſi Chriſtus ipſe hoc nobis porrigeret, accipiamus hoc auguſtiſſimum ſacramentum. Sextum eſt, vt cautus ſis in diebus iſtis malis, nec non ad hoc munus ſacerdotale electis, vocatis, & eccleſiaſtico ritu ordinatis ab epiſcopis catholicis, accipias. Sacerdotibus vel apoſtolis dixit Chriſtus: Hoc facite in meam commemorationem Apoſtolis & epiſcopis presbyteríſque, qui locum & officium tenent apoſtolorum in eccleſia dei, non turbæ aut alicui de turba Chriſtus benedictũ panem dedit, turbis diſtribuendum Sed populi & externi, qui hoc munus temeritate damnabili præſumunt, nihil agunt, non conſecrant, ſe & alios conſentientes dãnant. Hos ſchiſmatici, Hieroboam imitantes in malo, contra legem, ius, fas & vſum Eccleſiæ vocant. vt ſoli non pereant, habeántque qui eos lactent & beatificent in malo atque decipiant De his modò ſatis Septimum documentum eſt vt mirabilem conſonantiam, vel magis verborum Chriſti identitatem hic attendas, & in vltima eius cœna. Octauum eſt, vt ſic vtaris hoc viuo pane, quod ſaturitatem accipias ex eo: Nempe, gratiæ plenitudinem, virtutum vniuerſitatem, vt omnia bona veniant. ibi cum eo: vt dicere poſſis cum Apoſtolo: Habeo omnia, & abundo. Vt & tu abundes in ſpe & in virtute ſpiritusſancti. Nam bonis & rectis corde, deus hic omnia præſtat abunde. Potens quippe eſt omnem gratiam abundare facere in nobis per ſpiritumſanctũ, quem effudit in nos abunde, per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt in omnibus omnem ſufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum. Et vt alibi dicit: Abũdemus in omni opere domini ſemper, vt ſic ambulemus & menſæ domini participemus. quòd abundemus magis in charitate & gratiarum actione. Nonum documentum eſt, vt & tu omnem lapidẽ moueas, omnes neruos intendas vt ſeptem ſportas plenas ex menſa Domini colligas tibi fragmentorum. Iſtas intellige in vita iſta ſeptem virtutes gratuitas. Fides videlicet, Spes & Charitas,

Gala. 5

Luc. 22.

3. Re. 12.

Rom. 15.

Tit. 3.

1. Co. 15

dit ſeipſum pro animabus noſtris in ara ſanctæ crucis
Licet multum & ſupra modum nos diligens,minus diligatur à nobis.Aſtruit idipſum quod omne quod vni
ex minimis eius vel beneficij datur,vel nocumenti in-
Mat. 19. fertur,ſibi fieri dicit.Diuinitatis vero clementia, ita mi
ſeretur,quod tamen non compatitur.Eius miſericordia
actus eſt.non affectus.bonorum ſuorum communicatio
Mal. 3. non animi mutatio,Ergo Deus.ait ipſe per prophetam,
Iacob. 1. & non mutor.Et diuus Iacobus: Apud deum non eſt
tranſmutatio,nec viciſſitudinis obumbratio,ſed ſemper
idem ipſe eſt.Eſt autem miſericordia Dei magna, quia
menſuram eius nec intellectus vllus creatus comprehē
dit,nulla ratio capit,nulla attingit opinio, nulla cogita
tio aſſequitur,calamus nullus poteſt deſcribere, nulla
lingua etiam ſi angelica fuerit,verbis poteſt æquare lo-
quendo. Puteus altus eſt,& nos in quo hauriamus ap-
tum vas non habemus.Obtuſi ſunt ſenſus noſtri vſque
1.Cor.13 in hodiernum diem. Ex parte cognoſcimus,ait de ſeip-
ſo Apoſtolus.qui in cœlum raptus.audiuit arcana ver-
ba,quæ non licet homini loqui. Et euangelium quod
prædicauit,non accepit aut didicit ab homine aut an-
Gal. 3. gelo aliquo, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Si ex
parte fuit cognitio Pauli & apoſtolorum, qui primitias
ſpiritus habuerunt.quid noſtram cognitionem dixerim
Rom. 8. de diuinis rebus, niſi vaporem fumi quendam, & ſcintil
lam ignis paruam in eo lucentem? Vani proinde ſunt
Gala. 6. omnes filij hominum,quos ſcientia inflat,ſeu vana ex-
tollit æſtimatio,vt putent ſe aliquid eſſe aut ſcire, cùm
Miſericor nihil ſint,aut prope nihil ſit de quo ſenſu carnis ſuæ fru
ſtra ſunt inflati.Attamē de magna dei miſericordia pro
dia Dei. captu moduloque noſtri intellectus.ſicut dominus dede
rit,pauca delibemus,altiora eis relinquentes diſcutien-
Pſ. 116. da,qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus in
literis arcanis,Eſt autem miſericordia Dei magna,alta,
profunda,lata & longa.Eſt inquam: Magna, quia ma-
gnus Deus noſter Hinc Dauid, qui magnum peccatū
Pſ 50. commiſerat,ſic precatur,Miſerere mei deus, ſecundum
Eccl. 17. magnā miſericordiā tuā:Et iterū,Miſericordia tua ma-
gna eſt ſuper me.Et Ieſus Sirach Quā magna miſericor
dia domini & propitiatio illius cōuertentibus ad ſe. Et
Heb. 4. iterū,Patiēs eſt dominus.& effundit ſicut flumina miſe
Eſai. 54 ricordiā ſuā ſuper oēs q ad thronū gratiæ eius à facie
tribu-

tribulantis,confugiunt.Hinc ad electos per Eſa. dominus ait:Ad pūctum in modico reliqui vos:ſicut & Chriſtus à patre ſuo (nō ad inſipientiā ſibi,ſed ad ſalutē noſtrā operandam in medio terræ) ſe in pœnis cauſatur derelictum,& in miſerationibus magnis congregabo Gen. 4.
vos in regnum meum cœleſte.In momento indignatio nis abſcondi faciem meam parumper à vobis,& in miſe rationibus ſempiternis miſertus ſum veſtri. Miſericordia hæc,obſtinatos allicit,duros corde emollit,vt fluant Pſ. 31.
ſicut cera à facie ignis,peccantibus dat ſpem veniæ, pu Ioan 5.
ſillanimis fiduciam, timidis conſtantiam, pœnitentibus indulgentiam,conuerſis gratiam,ſtantibus robur; laborantibus ac ſalutem ſuam cum metu & tremore operantibus,refrigerium,certantibus victoriam perſeuerantibus coronam vitæ,quam deus promiſit diligentibus ſe. Pſ. 30.
Magna hæc Dei miſericordia ſi nō eſſet, nullus deum diligeret,quia potius inſtar Cain in ſuis peccatis deſpe Pſ. 30.
rantes fugerent à facie eius.Nullus peccata ſua confite- Pſ. 31.
retur aduerſum ſe domino,cum veniam non ſperaret, 2. Theſ. 4
nullus bene operari ſtuderet.Hæc ſi non magna eſſet, ne puncto quidem temporis mundus ſubſiſteret;quia totus in maligno poſitus eſt,& peccata ſuper peccata facit Sed & fruſtra deus paradiſum feciſſet & cœlum, nam excluſa miſericordia,nulli pateret introitus in regnūdei æternum.Ipſa eſt refrigerium tentatis,cōſolatio mœſtorum,periclitantium anchora tuta & firma ſalutis:Et aſylum damnatorum,quos rea conſcientia addicit morti, ciuitas refugij,his qui per malitiam occiderunt animas ſuas,aut ore mentiendo, aut odiendo proximum, aut generaliter mortaliter peccando. Iſtis homicidis, iniquis & malis,ſecura ciuitas refugij eſt magna miſericordia dei,ſicut ſcriptū eſt:Saluū me fac propter miſericordiā tuā.Itē ſaluū me fac minima tua.Obiter hic attēde, & quaſi appenſum quoddā & ſignum verſetur hoc ante oculos cordis tui ſemper,nempe Sperātem in domino, miſericordia circundat. O dulce verbum & plenum conſolationis.Et vos rogo,conſolamini inuicem in verbis iſtis.Ipſa intra hominem viuificatrix eſt.iuxta illud: Pſ. 118.
In miſericordia tua viuifica me.Sed & iuxta vel extra hominem ad omnem poſitionis differētiam ſedem ſuā collocat.Supra eſt quia eleuat eū in cœlū: quia in miſericordia & miſerationibus Deus hominem coronat.

& quemadmodum fumus deficientes deficiunt. Quis *Ecclеſ.2.*
inuocauit eum & deſpexit eum? Et vt verũ fatear: An
tequã clamemus ipſe audit, & nobis adhuc in oratio- *Eſa.59.*
ne loquentibus, ipſe audit. Et dicit: Quid vis vt faciam
tibi? quia misericors ſum, multæ misericordiæ & verax.
Clamemus ergo ſinguli, clamemus omnes: Fac mecum
ſecundum misericordiam tuam, & non ſecundum pec- *Pſ.103.*
cata mea retribue mihi. Imò, ne memineris iniquitatũ *Pſal.18.*
noſtrarum antiquarum, ſed citò anticipent nos miſeri-
cordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Et iterum:
Aſpice in me (clama ad deum) & miſerere mei. Et hoc
fac ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Vel *Eſa.26.*
vt Campen. legit: Quomodo miſereri ſoles eorum, qui
amãtes ſunt nominis tui. Miſericordiam enim qua mi-
ſereris deſertorum, & quos proiicis à facie oculorum
tuorum, nolo domine. Atteſtantur magnam miſericor-
diam & multitudinem miſerationum eius, qua miſere-
tur peccatoribus & delet iniquitates eorum, ac proiicit *Ezec.18.*
in profundum maris omnia peccata eorum, nec eorum
amplius recordatur, nec ea improperat. Atteſtatur in-
quam quòd tam benignè remittit pœnitentibus pecca-
ta grauiſſima, multiplicia, quotienſcũq; reiterata, quã-
tumcunq; diurna. Item quòd remittit tormenta æter-
na quæ debentur peccatis, & verè pœnitentibus dat
munera precioſiſſima diuinæ virtutis ad vitam Chri- *2.Pet.1.*
ſtiformem & pietatem neceſſaria, per quæ diuinæ con-
ſortes naturæ efficiũtur. Sed & gloriam pollicetur. Sed
obſtas forſitan ſic inquiens: Si Deus vult miſericor-
diam, & tam magna eſt miſericordia eius, atq; omnium
miſeretur, ſitque in poteſtate eius punire ſecundum iu-
ſtitiam, & ſaluare per miſericordiã, miſereri cuius vult,
& indurare quos vult, quare tunc tam pauci miſericor-
diæ eius ſunt participes, & tam pauci ſaluantur? Reſpõ-
deo, vult quidẽ deus omnibus miſereri, vult omnes ſal- *2.Tim.2*
uos fieri. Sed pauci, heu, volũt vt eorum deus miſerea-
tur. En offert omnibus ſicut gratiam, ita & miſericor-
diam ſuam. Trahit, vocat omnes vt veniant ad eũ, vult
eos reficere, vult eis miſereri. Foris in plateis clamitat
& prædicat dicens: Conuertimini ad correctionẽ meã.
En proferam vobis ſpiritum meum. Sed miſericordiam
dei deſpiciunt, qui vocantem Chriſtum ſequi renuũt,
qui extenſam manum eius ad miſerendum per prioris

vitæ mutationem, veteris Adæ depoſitionem, ac noui hominis induitionem aſpicere nolunt, qui conſilia dei deſpiciunt,& increpationes eius ſurda aure audiunt, aſpernantűrq;,& per receſſum à malo & operationẽ boni non ea obſeruant, ſed negligunt. Omnes ergo qui carnis ſuæ deſideria faciunt, qui auaritiæ ſtudẽt, qui ſuperbia tumidi & inflati ſunt, omnes item qui diligunt malum,& odio habent bonum, & iacent & manent & inſumũt in peccatis ſuis, quamdiu tales ſunt, miſericordiam dei deſpiciunt. taceo quòd deſiderent aut quærãt. Omnes qui in peccatis ſuis manent, operibus licet nõ verbis, deo dicunt: Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Non ſperant in miſericordia, ſed in iniquitate. Et mendacium ponunt ſpem ſuam. Sperant item in malitia. Confidunt in cogitationibus ſuis, ideo impiè agunt, in ſenſu ſuo & ſua ſcientia. Et nihilominus putant ſe tenebras nõ viſuros, & impetu aquarum inundantium non opprimendos. Non miſeretur deus omnibus qui operãtur iniquitatem. Hinc per Hierem. dominus ait: Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc: oblatã videlicet gratiam & miſericordiam, & peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. Non ergo ex immiſericordia vel inclementia dei totus mundus in maligno poſitus eſt & damnatur, & tam pauci ſaluantur, ſed ex ſua malitia. Et deus iniuſtè ageret ſi tales ſaluaret: Nã ſicut deſiderare miſericordiam, eſt relicta malitia conuerti ad dominum, ita in malitia manere, eſt miſericordiam dei contemnere,& dãnare ſeipſum. Et ſicut deus, ſi miſericordiam ſuã deſiderantibus denegaret, crudelis diceretur, ſic ſi miſericordiam ſuam non deſiderantibus præſtaret, iniuſtus eſſet. Sed abſit à Deo impietas.
Iob 34. Fidelis etenim eſt deus in omnibus verbis ſuis,& ſan-
Pſ. 144. ctus in omnibus operibus ſuis. Eſt ergo magna miſericordia dei, quod vlterius oſtenditur, eo quòd eſt alta, inſtar arboris illius magnæ, quam vidit in viſione rex
Dan. 4. profanus. Et ſcalæ illius in modũ quam electus dei vi-
Gen. 28 dit in ſomnis, cui dominus erat innixus. Cœlos vtique miſericordia Dei attingit: Imò intrat, dum homines ea participibus ad cœlum euehit, & ruinas eius implet, omnes præmiat & coronat. Hoc Dauid aſtruit dicens:
Pſal. 35. Domine in cœlo miſericordia tua Et iterum: Quàm magnificata eſt vſq; ad cœlos miſericordia tua. Et rurſus

ſus: Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.
Et dũ electus ille miſericordias dei ſecum reputauit, ac *Pſ. 102.*
quicquid in ſe gratiæ, meriti & bonitatis deprehendit,
miſericordiæ eius acceptum retulit, ſic eructans de bono cordis theſauro, ait: Miſericordias domini in æternũ *Pſal 88.*
cantabo. Nec id ſolummodo in vita futura, ſed & in vita quæ nunc eſt faciam In generatione & generationẽ, annunciabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixiſti, In æternũ miſericordia ædificabitur in cœlis, ſed & veritas tua, hoc eſt, impletio promiſſionum tuarum præparabitur in eis Iſtas coronas gloriæ & honoris, vel præmia iuſtorũ, miſericordias domini vocat, iuxta illud; Gratia dei vita æterna: licet ad Timotheum eas dicat *Rom 6.*
coronas iuſtitiæ. Ipſi etiam ciues Vranici, quantis laudũ encomiis miſericordiã dei efferant, quæ vox obſecro & quæ poterit lingua retexere? Eſt itẽ profunda, inſtar profundi maris iuxta illud: Quoniam miſericordia *Pſal. 85.*
tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animã meã ex inferno inferiori. Palã eſt infernũ pro damnatorũ loco crebrò poni, ſicut diuitẽ illum legimus ſepultũ in inferno. Sic Datan cũ ſuis cõplicibus viui terra dehiſcente ceciderunt in infernũ. Et alteri dicitur: Ad infernũ detra- *Luca 6.* *Num. 6.*
hẽris, in profundũ lacũ. De quo rurſus dictũ eſt; Cõuer- *Eſa. 14.*
tantur peccatores in infernũ, omnes gentes quæ obliuiſcũtur deũ. Ibi autẽ eſt miſericordia dei, iuxta illud: *Pſal. 9.*
Ego profundũ abyſſi penetraui Nã ſi aſcendero in cœ *Eccl. 24.*
lũ, tu illic es, & ſi deſcendero ad infernũ, ades. Adeſt ibi *Pſ. 138.*
inquã abyſſalis dei miſericordia, dũ ipſi puniuntur citra condignũ. Iuſtitia ſiquidẽ dei exigit, vt ſicut pœna eorũ eſt maxima extenſione quia æterna, iuxta illud: Ite in *Iacob. 2.*
ignẽ æternum: ſic etiã intenſione maxima eſſe deberet, *Thren. 3.*
vt in nihilũ impios redigeret. Sed miſericordia domini iudicium exaltat, dũ eos in eſſe cõſeruat. Vnde vox illa nõ inconcinnè eis adaptari poteſt Miſericordia domini *Pſal. 85.*
eſt, quòd cõſumpti nõ ſumus, quia nõ defecerunt miſerationes eius. Poteſt & Dauidis ſententia de viuis intelligi, qui reſipuerunt à diaboli laqueis, & dignos fecerunt pœnitentiæ fructus, modo qui ſequitur: Eruiſti animã meã ex inferno inferiori Nõ quòd in eo actu eſ- *Iob 10.*
ſem, ſed quia dignus eo erã. Dũ enim anima mea malis repleta erat, vtiq; vita mea inferno appropinquauit. Et in puncto mortis meæ ad inferiora terræ, terrã miſeriæ *Pſal. 54.*

& tenebrarum deſcendiſſem, cum operantibus iniquitatẽ,niſi dominus per miſericordiã ſuam miſertus mei fuiſſet,atq; deleuiſſet iniquitatem meã. Hinc ſcriptum
Pſ. 144. eſt:Niſi quia dominus adiutorio fuiſſet mihi, per miſericordiã ſuam liberando captiuum, abſoluendo reum, ſanando egrotum,iuſtificando impium,dimittẽdo vniuerſum debitũ, paulominus habitaſſet in inferno anima mea.At tu domine miſerator & miſericors, patiẽs
Pſal. 77. & præſtabilis ſuper malitia,propter temetipſum & mi-
Pſal.30. ſericordiam tuã magnã, ſaluaſti de neceſſitatibus iſtis
Pſ. 115. animam meã. Nec cõcluſiſti,vel concludi me permiſiſti in manibus inimici,& ſtatuiſti in loco ſpacioſo, Eccleſiæ catholicæ,vel charitatis,pedes affectionum & operum meorum. Dirupiſti vincula mea, eduxiſti ab inferno animã meã,ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum,
Roma. 9. Lætabor proinde,& exultabo in miſericordia tua. Nec
Gen. 25. taliter facis omni nationi,dum quibus vis mifereris, & quos vis induras.Iacob elegit,Eſau reprobauit,antequã nati eſſent aut quicquam boni aut mali egiſſent: Vt abyſſum iudiciorum eius timeas,non temere diſcutias: quia ſunt incompræhenſibilia. Poteſt & infernus pro limbo accipi ſanctorum patrum.Et tunc vllã citra con-
Gen.38. trouerſiã,verum eſt, quod miſericordia Dei magna eſt in inferno & limbo patrum.Infernus pro limbo accipitur, Sed hunc profunda miſericordia dei penetrauit, quando noſtræ redemptionis conſummato opere ſpiritum emiſit.Tunc enim omnium orthodoxorum patrũ calculis, anima illa benedicta in æternum, illuc vnita diuinitati deſcendit, & electos in gaudio vultus ſui lætificauit. Tunc in pace redemit deus de manu inferi
Oſea 13 electos ſuos.Tunc impletum eſt iſtud Oſeæ de Chriſto elogium:Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne.Eſt & longa,quia miſericordia domini ab æterno in
Ephe.1. æternum, ſuper timentes eum.Fuit ab æterno miſericordia dei,quia ab æterno ordinata eſt,& præparata,vt prædeſtinatis in tẽpore diſtribueretur. Sic elegit nos ex ſola miſericordia ante mundi conſtitutionem,vt ſancti eſſemus & immaculati in conſpectu eius in charitate. Prædeſtinauit itẽ nos in adoptionẽ filiorum ab æterno
Pſal. 90. ex ſola miſericordia & gratia ſua,nõ ex operibus iuſtitiæ noſtræ.Laudate proinde nomen Domini,quoniam
Pſ 116. ſuauis eſt dominus, in æternũ miſericordia eius,offertur

tur & præſto eſt omnibus citra delectum,& vſq; in generatione & generationem veritas eius. Sed & confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius,& veritas domini manet in æternum. Cõfitemini igitur domino,quoniã bonus,quoniam in æternum miſericordia eius. Confiteantur domino miſericordiæ eius,& mirabilia eius,filiis hominum.Hæc eſt miſericordia dei ſempiterna, in qua noſtri miſeretur, benignè facit in bona voluntate ſua Sion.Expectat vt miſereatur, dat locum pœnitentiæ,peccata diſſimulat,nolens aliquos perire. Sed heu has diuinæ bonitatis diuitias,longanimitatis & patiẽtię,in reprobum ſenſum dati aſpernantur, & abutuntur in ſuperbia ſua benignitate dei.Poſtremò eſt etiam lata adeò vt om nium deus miſereatur. Et vir ſecundũ cor dei: Miſericordia domini plena eſt terra,vt nemo etiam in vltimis terrę ſeceſſibus habitans ſe abſcondat à calore eius: Tu domine ſuauis & verus es, & in miſericordia diſponis omnia. Vela contrahenda ſunt in præſentiarum,& hæc modò de abyſſali miſericordia dei dicta ſufficiant,aliàs plura de hac eadẽ dicturi.Videiã quomodò Chriſtus adhuc miſeretur ſuper turbam, quæ eũ ſequitur,triduo expectat,& patitur neceſſitatẽ.

Pſ. 105.
Eſa. 57.
Iob 24.
Roma. 2.
Pſ. 118.

ALIVS SERMO IN EVANGELIVM EIVSdem dominicæ.

ET reſponderunt diſcipuli eius,vbi ſuprà. Conſiliũ & ſenſum domini,hoc loco diſcipulos conſtat nondum cognouiſſe. Et quis hæc poterit inueſtigare?quando nemo ſcit quid agatur in homine,niſi ſpiritus hominis qui eſt in homine. Quãtò magis ſenſum Chriſti nemo ſcit,niſi ipſe reuelauerit ei.Boni quippe & recti corde erãt apoſtoli,ſed in loco iſto vaſtę ſolitudinis tãtę multitudinis refectionem aut vix, aut nullo modo fieri poſſe credebant. Chriſtus autẽ potens erat oĩa facere ſuperabundãtius, quàm illi vel petere audebãt aut intelligere poterant,ſecũdũ virtutẽ diuinam, qua operatur etiã mira & ſtupenda abſq; numero fidelib. ſuis.De⁹ enim oĩa bona operatur,in omnib. Reſpõderunt ergo ei diſcipuli ei⁹ ignari cõſilij ei⁹ & volũtatis: *Vnde iſtos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine*

1. Cor. 2.
Sap. 9.
Iob 5.
1. Cor. 12.
Pſal. 77.

Nunquid,& panem poterit dare Deus aut parare menſam populo ſuo? Mira eſt diſcipulorum ſimplicitas. Viderunt in paſchate precedenti, quomodo ex quinque panibus & duobus piſcibus quinque milia hominũ cibauit, mulieribus paruuliſque exceptis, & xij ſporras collegerant fragmentorum, quæ ſuperauerunt. Viderunt item quomodo vinum optimum fecit ex aqua pura. Et quod plus eſt, vt cætera omnia taceam, viderũt hic quomodo omnes morbos curauit, dæmones expulit, & tanta quæ nemo alius fecit. Et quaſi horum vidiſſent nihil nec famam eius audiſſent, nec doctrinam & verba eius umquam audiſſent, dicunt: Vnde iſtos quis poterit. &c. Velnon audiſtis ex lege, quomodo annis xxxx patres angelorum eſca nutriuit in deſerto? Bis aquam dedit ex duriſſima petra? Recogitate obſecro tempora priora. Deus qui per coruum alitem cibauit Heliam, poterit ne per filium ſuum dilectum turbam hanc ſaturare panibus? Dicite mihi, ſcientibus enim legem Dei loquor, quam ab incunabilis in templis & ſcholis audiuiſtis, Deus oleum in lechyto, & farinam multiplicauit in hydria: poterit ne modo in manibus filij ſui ſeptem panes & paucos piſciculos multiplicare, vt ſacientur homines iſti? Poteſt planè, qui omnia fecit ex nihilo, etiam de paruis facere magna. Nunquid abbreuiata eſt manus domini, vt ſaluare nequeat & de quibuſlibet eripere periculis? Nunquid manus domini modò inualida eſt, o apoſtoli? Vt qui exaſperanti murmurantique populo carnes dedit vſque ad nauſeam, & donec exiuit per nares eius, iam non poſſit de paucis panibus & piſcibus, eum corde ſimplici ſequentes, reficere in hoc deſerto? Sed conſidera altitudinem ſapientię dei. Antequam eos reficeret, infirmos eorum curauit. Hoc ſignante ſpiritu ſancto, quòd nemo ad menſam domini accedere, & panem cœli accipere debet, niſi prius ab animæ ſuæ infirmitatibus fuerit per contrarium & humiliationem ſpiritus confeſſionem ſacramentalem, & dignos pœnitentiæ fructus ſanatus. Alioqui iudicium ſibi manducat & bibit, reus fit corporis & ſanguinis domini. De hoc aliàs plura. Sed & illud ſapientiæ ſalutaris hîc latet, & pijs ſacramentum apparet, quòd ocioſis & delitijs carnis affluentibus aut vitijs alijs quæ in ciuitate cõmorantibus exuberant, panis angelorum & cœli non datur

Marginal notes: Matt. 14 · Ioan. 2. · Mat. 15. · Exo. 16. · Sap. 16. · 3 Reg. 17 · 3 Reg. 17 · Num. 11 · 1 Co. 11

tur,ne ſancta proijciantur ante canes & porcos,ſed eis
qui relictis omnibus Chriſtum ſequuntur,quatenus eis
impedimento ſunt in via ſalutis, qui cum Abraham *Gene. 12*
egrediuntur de terra ſua &c. Qui in terra deſerta,inuia
& inaquoſa ſic in ſancto apparent coram Deo,vt vide-
ant virtutem eius & gloriam eius *& interrogauit eos*,non
ignorãs cordium eorum cogitationes,quæ vanæ erant,
ſed vt ex eorum reſponſione, per ſapientiæ ſuæ lumen
eos illuminet *quot panes habetis?* Sed panum paucitas ex
eorum reſponſione elucet, cùm ſubditur. *Qui dixerunt:*
Septem. Sed hi quid ſunt inter tantos? Simile eſt quid
dixit ille qui panes attulit Heliſeo. Cùm enim dixiſſet
Heliſeus:da populo vt comedat. Reſpondit ei miniſter:
Quantum eſt hoc vt apponam coram centum viris? *Et* *4.Re.4.*
præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram, in alia refectione,
de qua omnes loquũtur euangeliſtæ, ſuper fœnum diſ-
cumbunt. Quia hoc in paſchate, quando propter loci *Ioa.6.*
illius & regionis calores fœnum colligebatur, factum *Luc.9.*
eſt miraculum. Illud vero poſt pentecoſtẽ, quando fœ-
num iam erat collectum. *Et accipiens ſeptem panes*, ergo
parum quid ad tantam turbam ſatiandam, *gratias egit*,
patri luminum, à quo omne datum optimum, & omne
donum perfectum deſcendit.*Fregit*, ſcilicet vt abunda- *Iaco.1.*
ret,*& dabat diſcipulis ſuis*, vt cooperatores dei eſſent,vt
ſuo exemplo alijs diſcerent miniſtrare,vt gratis bene-
ficia dei & multiplicem gratiam dei,ſicut boni diſpen- *2.Cor.4*
ſatores, quam gratis acceperant,dare diſcerent & diſ- *Titi.1.*
penſare.*vt apponerent*,non vt venderent,aut ſibi retine-
rent, aut in ſudario ligarent & abſconderent in terra,
&ſicut filij obedientiæ & boni diſpenſatores gratiæ
dei & donorum eius, *appoſuerunt turbæ.* Non cuilibet
turbæ, ſed ei, quæ ipſum fuerat ſecuta, & ex eo tota
pendebat,quam prius ſanauerat, non tam à corporum
quàm à languoribus animarum Eis eſcam in dulcedine
ſua iſtam parauerat Chriſtus.*Et habebant piſciculos paucos.* *Sap.15.*
Quid hic de carnibus, varijs ferculis opiparè conditis
vino abundanti adfertur in medium? Nihil prorſus.
Chriſti menſa ſobria,parca frugi, paucis contenta,ne-
ceſſarijs ad vitæ ſuſtentationem, & Dei famulatũ con-
uiuæ Chriſti contenti ſunt:His amplius nihil quærunt,
nihil accipiunt, etiam ſi liberè offertur aut apponitur.
Accumbunt in terra, terram & cinerem ſe eſſe cogi-
tant,

tant,& mox in terram ſe recogitant reuerſuros. Vt homines frugi cibo vtuntur. gemunt antequam comedant, nullam carnis curam in deſiderijs faciunt. Mortificant membra ſua quæ ſunt ſuper terram. Corpus ſuum caſtigant, in ſeruitutem ſpiritus redigunt, carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs crucifigunt, ne reprobi fiant. Animas ſuas odiunt, odio bono, quo deſideria praua, carnalia & noxia, fugiunt, ea tanquam à facie colubri cauent, & morſum ſurdæ aſpidis. Et abhorrent inſtar veneni mortiferi. Nam luxus ciborum, vinum flaueſcens ſplendénsque in vitro, blandè quidem ingreditur, ſed in nouiſſimo mordet vt coluber, & ſicut regulus venena diffundit. Auerſantur deſideria carnis ſicut inimicum, corpus & animam perdentes in gehennam. De quo ſcriptum eſt: Odio habebis inimicum tuum. Iſte inimicus animam perſequitur. Huic non eſt credendum in æternum, quantumlibet indulcet in labijs ſuis & oculis lachrymetur. Sic dixi: Iſti animas ſuas odiunt in hoc mundo, & hęc opera in vitam æternam cuſtodiunt illas Non præſtant animæ ſuæ concupiſcentias eius, aliòquin facerent eos in gaudium inimicis eorum.

Rom. 13. *Gala. 5.* *Eccle. 28.* *Prou. 23* *Matt. 5.* *Eccle. 12.* *Matt. 16.* *Eccle. 18.*

At contra in menſam diaboli vinum fluit, in quo eſt luxuria. Ibi ebrietas regnat. Ibi ciborum magnus eſt apparatus. Ibi quotidie epulatur ſplendidè. Ibi vinum bibitur in phialis, optimo vnguento conuiuæ ſe delibāt, agnos de grege, & vitulos de armentis ibi comedunt, & canunt ad vocem pſalterij. Ibi laſciuiunt in ſtratis ſuis, dormiunt in lectis eburneis, Ibi omnia quę oculi deſiderant non negantur eis, nec cor prohibetur quin omni voluptate fruatur, vt carnalis factus Salomon ſcribit de ſeipſo, poſtquam deprauatū eſt cor eius per mulieres, & iam ſenex eſſet, & fecit quod non placuit coram domino Ibi ſacerdos & propheta legem neſciunt præ ebrietate abſorbentur à vino, errant præ ebrietate, neſciunt Deum, ignorant iudicium. Omnes in viam ſuam declinant, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſimum. Venite, aiunt, ſumamus vinum impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius. Vt multa taceam, videlicet illud: Væ vobis qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendas ebrietates. Vt taceam quod Chriſtus docuit nos ſobriè piè & iuſtè viuere. Et contra diabolus

Amos. 6. *Eccle. 2.* *Eſai. 28.* *Eſai. 56.* *Eſaie. 5.*

bolus docet edere, bibere, requieſcere, epulari, crapulari, inebriari, impiè & iniuſtè viuere. Vide Sap. ij. & epiſtolam Iudæ. Sodomitarum vita iſta eſt, & auertentium ſe à Deo, qui non Deo, ſed ſuo ventri ſeruiunt. Qui ſunt inimici crucis Chriſti &c. Iſte populus ſedet manducare & bibere, & ſurgunt ludere, choreas ducere, impudicitias exercere. Ecce paucis, quis conſenſus menſæ Chriſti cum menſa Belial? qualis conuentio iuſtitiæ cum iniquitate? lucis & tenebrarum filijs? Sequitur: *& ipſos benedixit.* Sic filij Dei adhuc antequam cibum ſumant, benedictionem exemplo Chriſti, qui cepit facere & docere, dicunt. Omnis enim creatura Dei bona eſt, ſanctificatur autem per verbum Dei & orationem. Filij verò huius ſeculi, beſtiarum inſtar, quibus non eſt intellectus, & deum ignorant, abſque benedictione præuia, auidè menſæ irruunt, ſe ſe effundunt ſuper omnem eſcam, ad nauſeam comedunt, donec vomuerint bibunt, & fiunt ſicut dormiens in medio mari. Et dicunt: Quando euigilabo, & rurſus vina repetam? Nec ſemel vomētibus datur requies, ſed quinquies oportet vinum & ſiceram colare vel potius ſuffundere per collum. Adeo vt teſte Eſaia omnes menſę, adde & cubilia, repletæ ſint vomitu & ſorde, vt nullus ſit locus non pollutus. Sic tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad ſonum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Væ ergo vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis & guttam aquæ petetis, nec accipietis. At contrà: Serui dei tunc comedent, gaudebunt & exultabunt. Sequitur: *Et iuſſit apponi.* Non iuſſit cogi ad comedendum & bibendum vltra neceſſitatem, ſed ſicut in menſa regis Aſſueri, vnuſquiſque ſumpſit quod & quantum voluit. *Et manducauerunt* de panibus & piſcibus, *& ſaturati ſunt* ad neceſſitatem & ſobrietatem, non ad ſuperfluitatem & nimietatem, ſicut illi de quibus ſcriptum eſt: Manducauerunt & ſaturati ſunt nimis, & deſideriū eorum attulit illis. Et de alijs: Saturati ſunt & leuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. Et Hiere. Saturaui eos, & mœchati ſunt, in domo meretricis luxuriabantur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ. Talis anima fauum (verbi Dei, conſolationis ſpiritusſancti, internæ lætitiæ, auditam patrię cœleſtis dulcedinem) calcat, nec illi facit, ducit pro nihilo. De ſaturitate bonorum ſcriptum eſt: Beati

Titi. 1. Luc. 12. 1 Pet. 2 Exod. 32 2 Cor. 6. Prou. 23 Eſa. 28 Iob. 21. Luc. 16. Eſai. 65. Heſt. 2. Pſal. 77. Oſea. 13

Tertium documentum eſt: vt panem cœli accepturi ſedeamus per mentis quietem,pacem veram, mutuam concordiam & vnitatem. Quartum eſt,vt ſedeamus ſuper terram,terrena vt ſtercora & detrimentum deſpiciendo,terrenum Adam & hominem veterem crucifigendo:vt prius Quintum vt non ſecus ex ſacerdotum manibus,quàm ſi Chriſtus ipſe hoc nobis porrigeret, accipiamus hoc auguſtiſſimum ſacramentum. Sextum eſt,vt cautus ſis in diebus iſtis malis, nec non ad hoc munus ſacerdotale electis,vocatis, & eccleſiaſtico ritu ordinatis ab epiſcopis catholicis,accipias. Sacerdotibus vel apoſtolis dixit Chriſtus: Hoc facite in meam commemorationem Apoſtolis & epiſcopis presbyteríſque, qui locum & officium tenent apoſtolorum in eccleſia dei,non turbæ aut alicui de turba Chriſtus benedictũ panem dedit,turbis diſtribuendum Sed populi & externi,qui hoc munus temeritate damnabili præſumunt, nihil agunt,non conſecrant,ſe & alios conſentientes dãnant.Hos ſchiſmatici, Hieroboam imitantes in malo, contra legem,ius,fas & vſum Eccleſiæ vocant. vt ſoli non pereant,habeántque qui eos lactent & beatificent in malo atque decipiant De his modò ſatis Septimum documentum eſt vt mirabilem conſonantiam,vel magis verborum Chriſti identitatem hic attendas, & in vltima eius cœna. Octauum eſt,vt ſic vtaris hoc viuo pane,quod ſaturitatem accipias ex eo:Nempe, gratiæ plenitudinem,virtutum vniuerſitatem,vt omnia bona veniant ibi cum eo vt dicere poſſis cum Apoſtolo: Habeo omnia,& abundo. Vt & tu abundes in ſpe & in virtute ſpiritusſancti.Nam bonis & rectis corde, deus hic omnia præſtat abunde. Potens quippe eſt omnem gratiam abundare facere in nobis per ſpiritumſanctũ, quem effudit in nos abunde,per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum,vt in omnibus omnem ſufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum.Et vt alibi dicit:Abũdemus in omni opere domini ſemper,vt ſic ambulemus & menſæ domini participemus,quòd abundemus magis in charitate & gratiarum actione.Nonum documentum eſt,vt & tu omnem lapidẽ moueas, omnes neruos intendas vt ſeptem ſportas plenas ex menſa Domini colligas tibi fragmentorum. Iſtas intellige in vita iſta ſeptem virtutes gratuitas.Fides videlicet,Spes & Charitas,

Gala. 5 · Luc. 22. · 3. Re. 12. · Rom. 15. · Tit. 3. · 1. Co. 15

ritas, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iuſtitia. Quibus in vita æterna tres dotes animæ, & quatuor corporis correſpondent. Vel ſunt ſeptem beatitudines, aut ſeptem dona ſpiritusſancti. Aut ſeptem fructus ſapientiæ illius, quæ deſurſum eſt à patre luminum deſcendens. Quæ eſt pudica, pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordiæ & fructibus bonis, ſine ſimulatione. His copiis obtentis & cœleſtibus diuitiis ad tua cum gratiarum actione repedare curato. Tua dixi: Nempe domum cœleſtem. Nã hic aduena es & pere-
Heb. 11. grinus, ſicut & patres noſtri. Illam igitur cœleſtem patriam inquire, quam deus ſe diligentibus parauit,

DOMINICA NONA POST PENTECOST. IN EPIST.

1. Cor. x Sermo.

1. Co. 10 FRatres, non ſimus concupiſcentes malorum. Antiquè dictum eſt, & trito in omnium ore prouerbio, Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Hinc vir ſecundũ cor dei, cùm horribiles auditu malorũ perſtrinxiſ-
Pſ. 56. ſet animaduerſiones diuinas, quibus eos in furore ſuo ar
Deut. 32 guit, & in ira ſua corripit Deus, ſubiungit: Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam (quia Deus vltionem reddit
Pſ. 93. inimicis ſuis, & his qui oderunt eum retribuit. Quia reddit illis iniquitatem in caput ipſorum, & in malitia eorũ eos diſperdit) & lauat manus ſuas in ſanguine pec
Aba. 2. catorũ. Quia ex dãnatione & punitione ſceleratorũ, ipſe ſollicitius cũ deo ambulat, ſtudioſius ſuper cuſtodiã
Pſ. 124. ſuã ſtat, cautius ab omni via mala pedes ſuos prohibet, & in viis iuſtitiæ ambulat. Nã declinãtes à mãdatis dei in obligationes peccatorũ, & non reſipiſcentes à diaboli laqueis, quãtũlibet iuſti, ſancti, & innocẽtes prius fue-
Act. 6. rũt, adducet dominus cum operantibus iniquitatẽ in eãdem foueam damnationis. Vt in Salomone & Aſa regi
Sap. 7. bus Hieruſalem cernere eſt, & in Nicolao diacono, huic nihil profuit, poſtquam retro poſt Satanam abiit, quod prius in ſua electione vir boni teſtimonij fuit, plenus ſpi
Ezec. 18. ritu ſancto, & ſapientia, quæ amicos dei & prophetas cõſtituit. Omnium iuſtitiarum illius, & eorum qui in eadẽ
damna

damnatione ſunt,deus amplius non recordatur. Quia
ſicut actores & factores operũ deo odibilium,ſic & no-
mina eorum de libro viuentium deleantur. Hinc rurſus. Pſ.68.
ſcriptum eſt,Cùm pro malis auſibus occideret deus fi-
lios ſceleratos,graues iniquitate.ſemen nequam , tunc
ſuperſtites quærebant eum,& reuertebanrur ad eum di Pſ.77.
luculo,& apprehenderunt ſemitas vitæ.Sic à timore & Eſ.26.
à facie dei conceperunt & pepererunt ſpiritum ſalutis. Pſ.82.
Et in anguſtia quæſierunt eum,& in tribulatione mur Luc. 17.
muris,ipſe eis doctrina fuit.Et ideo imple facies eorum Eſ.14.
ignominia,& tunc quærent nomen tuum domine. Ad
hoc exhortans nos ſeruator noſter,ait:Memores eſtote
vxoris Lot.Recordamini caſum angelorum,præuarica-
tionem & maledictionem protoplaſti,dierum.Noe. Re-
cogitate ſubuerſionem Sodomę & Gomorrhæ,& id ge
nus omnium malorum qui rebelles fuerunt lumini , &
audacter deũ prouocauerũt.Nonne omnes exterminati Gene. 3.
ſunt,& ad inferos deſcenderunt?Nonne omnes ſubmer
ſi ſunt in perditione,ſicut Pharao cũ exercitu ſuo in ma Gene. 7.
ri rubro?Nonne operuerunt eos abyſſi?Nonne deſcen- Gene.19
derunt in profundum quaſi lapis?Et ſi angelis peccan ti
bus nõ pepercit deus,nec protoplaſtis.nec originali mũ
do,dubio procul nec nobis parcet,ſi ambulauerimus ei
ex aduerſo.Imò niſi pœnitẽtiam egerimus,omnes ſimul Bar.3.
peribimus abſque vlla ſpe.Hæc iræ dei exempla ſecum
reputãt prędeſtinati in adoptionẽ filiorũ dei,per Ieſum
Chriſtum,& electi ante mundi cõſtitutionem , vt ſint
ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate, & ti Exod.14
meant à Dei iudiciis,quæ ſunt abyſſus multa , & pur- 1.Pet. 2.
gentur. Atque ab omnibus inquinamentis carnis & Luc. 13,
ſpiritus ſe emundent & lauent in ſanguine agni,ac ſan- Ephe.1.
ctificationem ſuam perficiant in timore Dei. Verean- 2.Cor.7
tur omnia opera ſua, ſcientes quod non parcit delin- Apoc.1.
quentibus.Neſciũt enim odio an amore digni ſint, Sciãt Iob.9.
inſuper,quod illud quod eſt altum coram hominibus, Luc. 16.
abominatio ſæpius eſt ante deum.In reprobum verò
ſenſum dati,venditi ſub peccato vt faciant malum , in
arcum prauum conuerſi,proiecti à Deo,derelicti & di- Rom. 1.
miſſi ſecundum deſieria cordis ſui,vt eãt in adinuentio Iob. 21.
nibus ſuis.Qui nolunt intelligere vt bene agãt,ſed deo
dicunt,recede à nobis,ſcientiam viarum tuarum nolu- Prou.18
mus.Illi poſtquam venerunt in profundum malorum,
&

& poſtquã deſperant ſemetipſos, tunc peccant abſque timore glorjantur in malitia. & quod potentes ſunt iniquitate. Lætantur cum malefaciunt, in rebus peſſimis
Iob. 21. exultant. Illudunt peccata, per riſum operantur ſcelera. Aſtant omni viæ non bonæ, & dicunt in corde ſuo, non mouebimur à generatione in generationem ſine malo, Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei? et quaſi nihil poſ
& 32, ſit omnipotens, æſtimant eum, cum ipſe omnia dederit. in manus eorum. Hinc rurſus dicunt: Deſperauimus. poſt cogitationes noſtras ibimus. vnuſquiſque prauitatẽ
Mala. 3. cordis ſui mali faciemus Vanus eſt qui ſeruit Deo, nullum emolumentum eſt iis qui ſeruant mandata illius, & ambulant coram eo triſtes. In ventum locuti ſunt
Hier. 5. prophetæ, & reſponſum domini non fuit in eis Vnde dicunt: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores,
Eſai. 30. auferte à nobis viam arctam, declinate à nobis conſiliorum ſemitas, ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Sic dicunt inſipientes non ſolum in corde ſuo ſed etiam ore.
Pſ. 12 & opere, non eſt Deus. Vel ſi eſt circa cardines cœli pe-
Iob 22. ambulat, nec noſtra conſiderat. Talis erit filius perditio
2, Theſ. 2 nis Antichriſtus. Talis fuit ſuperbus Nicanor, blaſphe-
1. Ma. 1. mus Sennacherib, inflatus rex Tyri, tumens Herodes Agrippa & radix perditionis Antiochus magnus. Nec Balthaſar recogitauit quomodo Deus patrem ſuum Na
2. Mac. 9 buchodonoſor (ſiue auum eius dixeris) humiliauit, ideo
Dan. 5. propter tumorem ſuum Deus & ipſi locum gentem & vitam tulit & in profundum infernum præcipitauit Hęc etiam omnia ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam in via Dei, & conſolationem ſcripturarum
Rom. 15. ſpem vitæ æternæ habeamus. Et hoc fiet, ſi imitatores ſanctorum fuerimus, qui fide & patientia hæreditarunt promiſſiones Dei Et bonos ſemper imitati fueri-
Heb. 6. mus in bono, Cauendo etiam ne participes efficiamur, & ſimiles malis in malo ſicut ſcriptũ eſt Nolite iugũ ducere cũ impiis, ſceleratis & obſtinatis, Quia quicquid omnium deus operatus eſt circa bonos & etiam malos, omnia in figura noſtri facta ſunt. Nempe: *Vt non ſimus concupiſcentes malorum*, quorumcũque, quæ deus auerſatur,
Gal. 4. odit & damnat *ſicut & illi concupierunt* concupiſcentiam
1. Cor. 6. in deſerto. Et tria prohibet in epiſtola Apoſtolus, Nempe, peccata cordis, oris & operis. Cordis peccatum eſt, concupiſcentia, oris murmuratio, operis idololatria.

Et ante

Et ante omnia aduerte hic, quod figuratum & veritas ac gratia quæ per Ieſum Chriſtum facta eſt, multum per omnem modum figuram excedit & vmbras legis. Nam nemo tam mentis inops eſt inter fideles, qui ignoret, quòd panis noſter qui nouus de cœlo deſcendit & dat vitam mundo, longe maior eſt pane angelorum, quem patres quadraginta annos manducauerunt in deſerto. Sic regnum cœlorum excellit terram promiſſionis. & lex noua, fidei, libertatis perfectæ. regalis, ipſum euangelium regni & gloriæ Dei, magis excellit legem mortis, ſeruitutis & damnationis, quàm cœlum diſtat à terra, & oriens ab occidente. Ita in tranſgreſſione & pœnis & malis, pœnæ illorum præuaricatoribus inflictæ figuræ ſunt pœnarum, malorum & perditionis quæ nos manent. ſi tantam neglexerimus ſalutem Irritã quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione, duobus aut tribus teſtibus conuictus, moritur, quãto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, eos qui filiũ dei rurſus cruc. figunt, oſtentui habẽt cõculcant, inhonorant euangeliũ eius præuaricantur. & ſpiritui gratiæ, in quo ſignati ſunt, & qui pignus eſt hæreditatis noſtræ contumeliam faciunt? Ideò illis temporales pœnæ, nobis æterna tormenta interminata ſunt. Quapropter non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut illi fuerunt. quaſi dicat: Nos illorum ſuppliciis eruditi, ſi nolumus incidere in grauiora. non ſimus concupiſcentes malorum ſicut illi fuerunt, propter quod & grauibus malis affecti ſunt. Vnde ſub concupiſcentia malorum, omne genus malignitatis concluſit & expreſſit, Et hanc prohibens omnium malorum malam radicem (ne ſurſum germinans, fructificet morti, & per eam inquinetur corpus anima & ſpiritus noſter, & alij per ſcandala noſtra) eam euellit & extrahit de cordis noſtri terra, dicens, Nõ ſimus concupiſcentes malorum. Nam carnales & ingrati nauſeabant angelorum eſcam, panem cœli ſuauiſſimum, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem, flagrabant deſiderio carnium. & viliſſima Ægypti eſculenta, porra cæpas pepones &c. Exauditi ſunt, & deſiderium eorũ attulit eis. Sed adhuc eſca erat in ore eorũ, & ira dei aſcẽdit ſuper eos, & occidit pingues eorum. Concupiſcentia Adam & Euã proſtrauit, originalem mundum corrupit, Sodomam cum aliis

Ioan. 1.
Ioan. 6.
Exod. 19.
Sap. 16.
Pſ. 102.
Heb. 10.
1. Cor. 1.
Eph. 1.
Heb. 12.
Num. 11.
Pſ. 103.
Gen. 3.
Gene. 6.
Gen. 19.
Gen. 34.

aliis ciuitatibus damnauit. Ex concupiſcentia Sichem filius Emor Dinę vim intulit. Vxor Phutifari procaciſ-
Gen.39. ſima Ioſeph ad nefarium concubitum ſollicitauit. Filij
Num.25 Iſrael cum Madianitibus fornicati ſunt Dauid in altam
2.Re.12 adulterij foueā cecidit. Salomon impiè egit, maculámq;
3.Re.11 in gloriam ſuam poſuit. Ammon ſororem polluit. Ruben
Marc.6. ben patris ſui thorum maculauit. Herodes fratris ſui
Luc.16. vxorem rapuit & habuit. Hæc damnauit epulonē di-
Luc.15. uitem,& filium iuniorem,vt patre deſerto diabolo ad-
Luca 6. hæreret, porcos eius paſceret, protraxit blandiciis la-
Roma.6. biorum & oſculis. Væ ergo ſaturatis, quia eſurient. Væ
Apoc.18 ridētibus, quia flebunt. Væ omnibus qui carnis ſuę curam in deſideriis faciunt, quia quantum in delitiis fuerunt, tantum datur eis luctus & tormentorum. *neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis.* Hic dehortatur peccatum mali operis triplex. Nēpe: idololatriæ, fornicationis, & diuinæ tentationis. De primo ait: Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, qui mutauerunt gloriam Dei in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Alij talpas coluerunt & veſpertiliones & volucres cœli & quadrupedia & ſerpentia, atque id genus mile portenta. Alij dixerunt, non eſt Deus. Alij dixerūt, non videbit Deus. Sed & ſi fateantur ſe noſſe Deum, factis tamen negant: Quorum vitam et mortem, ego
Rom.7. iuxta æſtimo. Imò, expediret eos magis eſſe mortuos quàm viuere, quia mortui non augerent ſibi damnationem æternam, ſicut modò faciunt ſupra modum pec-
1 Timo.6 cantes peccata. Hæc idololatria, auaritia eſt, & cupiditas iis malis diebus, radix omnium malorum. Quam quidā appetentes inſerunt ſe doloribus multis, multis itē curis & ſollicitudinibus noxiis, & incidunt in laqueum diaboli & deſideria multa inutilia & noxia, quæ eos in
Rom.2. interitum & damnationem mergunt, Errant inſuper à
Iſa.25. fide, & ita viuunt, quòd deus per eos blaſphematur in-
Oſea 8. ter homines. Hi ſanè argentum ſuum & aurum faciunt idola ſua, dicētes intra ſe: Hi ſunt dij tui, qui te ab omni inopia liberatum, fœlicem reddunt & ſecurum. Beatus cui hæc ſunt. His idolis mutis quotidie animas ſuas & corpora ſua immolant. His filios ſuos & filias ſuas ſacrificant, dum ſeipſos & proles ſuas quibus malè partas diuitias relinquunt, perdunt & damnant. His ludunt, his gaudent, his fidem accommodant, in his præ-
cipuè

cipuè ſpem ſuam conſtituunt. Hæc ſuper omnia ex toto corde ſuo, ex tota anima ſua & mente, & ex omnibus viribus ſuis diligunt, honorant & venerantur. Ea videre, audire, numerare delectantur. Libentius de lucro quàm de Deo ſermonem audiunt, libentius florenum, quàm auguſtiſſimum corporis & ſanguinis Christi vident ſacramentum. Vbi eſt theſaurus eorũ, ibi & cor eorum eſt. & Dei diebus innumeris obliuiſcũtur, obliuiſcẽdi viceuerſa ab eo, ne guttam aquæ recipere poſſint in tormentis ſuis quibus cruciantur, & cruciabuntur, in ſecula ſeculorum. *quem admodum* de ingratis & exaſperatoribus Iudæis *ſcriptum eſt: Sedit populus* ſtultus & inſipiens, *manducare & bibere*, in honorem idoli, *& ſurrexerunt ludere*, coram vitulo. & facere ludos in vituli honorem. Quia in honorem vituli cãtabant in choro. Sic ſimiles facti ſunt vitulis & iumentis inſipientibus quæ fecerunt & coluerunt, & in quæ ſperauerunt. Nihil iumentis amplius habuerunt, & iumentorum inſtar in ſtercoribus peccatorum ſuorum computruerunt. Alia alteri ſermoni reſeruemus. *Matt.6.* *Exod. 32* *Pſal. 48.* *Eccleſ 3.* *Ioel 1.*

HOMILIA SECVNDA DE EADEM LECTIONE.

SOLET abyſſus abyſſum inuocare: quia peccatum quod per pœnitentiam nõ deletur, mox ſuo pondere in aliud peccatũ trahit. Sic Dauid cõmiſſo adulterio, mox ſcelus obumbrare voluit, Vriam vocando ex prælio: vt dum ille cum vxore dormiuiſſet, natus infantulus ex eo prognatus putaretur. Qua ſpe fraudatus, proditoriè iuſſit eum in prælio occidi, vbi & multi alij eius occaſione gladio interempti ſunt. Vertex apoſtolorũm Petrus primò ſimplici verbo Chriſtum negauit, deinde cum iuramento, tertiò cum anathematizationibus, deteſtationibus & iuramentis dixit ſe nunquã nouiſſe Chriſtũ. Ex vna ſcintilla augetur ignis, & morbus cui non medetur in principio, quotidie augetur, fit incurabilis, & necat hominem ante ſuum tempus. Sic idololatria ad fornicationem viam parat. Imò infandorum idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt & initium finis. Nam dum deus neſcitur, à iudiciis eius iuſtis nõ *Pſal. 41* *2. Re. 11* *Mat. 26.* *Marc. 14* *Luc. 22.* *Eccl. 11.*

Sap. 14. timetur Et tunc homo ad quæ ab adoleſcentia propē-
ſus eſt.ſequitur cordis deſideria,& carnis curam in ma-
Gene. 6. lo facit. Ideo hîc poſt idololatriam, manducationem
& 8. & potationem,item poſt luſum fornicatio,ad quā præ-
dicta viam parant,proximo loco ponitur. Venter bene
Eccl. 33. paſtus & vino madens,in libidinem ſpumat. Maximè ſi
otio torpet, quod multam malitiam docet. Sic Dauid
2.Re.11. domi manens deſidioſus,factus eſt adulter, ſicut Ægi-
ſtus. Sic Sodoma & Gomortha ex ocio & abundantia
panis in profundum venerunt malorum. Salomon in
abundantia & pace, femora ſua mulieribus inclinauit.
Ideo hic dicitur. *Neque fornicemur.* nec poſt carnis con-
cupiſcentias in immundicia ambulemus, quia fornica-
tores regnum dei non poſſidebunt,neq; adulteri, neq;
molles, neq; maſculorum concubitores. *ſicut quidam ex
illis* filij deſertores alieni & exaſperatores, *fornicati ſunt*,
cum Madianitibus mulieribus. & Moyſe,cum Phinees
aliiſq; zelum Dei & legis habentibus,vltionem faciē-
tibus in præuaricatores, *ceciderunt*, in gladio *vna die*
Num. 25 *viginti tria millia*. In Numeris dicitur vigintiquatuor
milia,Nec diſſonat hoc ab illo,quia minor numerus in
maiore continetur. Hoc ſcandalum,hanc doctrinā car-
nis,Balaam ſceleſtus & auarus dedit,vt auro potiretur
Apoc. 2. à rege impio promiſſo Et multi vſq; hodie hāc doctri-
nam,qua docuit edere & fornicari tenent.Quorum no-
uiſſima & doctoris & fornicantium Iudæorum, ſimilia
Prou. 14 erunt. Quia extrema gaudij carnalis, luctus occupat
æternæ damnationis. Vide in Numeris ſeriem huius
ſceleris & pœnam.Nā ibi dicitur, quòd præcepit Deus
principes populi ſuffigi in cruces,eò quòd populū ſub-
ditum à crimine iſto nō arcebant. Sed heu,hodie prin-
1.Eſdr. cipes terræ & reges populi,& quicunque regunt popu-
10. los,& complacent ſibi in turbis nationum,in hac trāſ-
Abac. 1. greſſione ſunt primi. Ideo lacerata eſt lex,& non per-
Eſaia. 9. uenit ad finem iudicium.Sed & caudę poteſtate prædi-
Mat. 25. torum.in malitia laudant reges(vendunt eis oleū,bea-
Eſa. 30. tos eos dicunt. loquuntur eis placentia, lactant eos in
Oſea 7. iniquitatibus ſuis,& in mendaciis ſuis principes bene-
dicunt & decipiunt. Tertiò deterret à peccato tenta-
Mat 77. tionis.quo iudęi exuberabant ab initio vſq; os, & ſan-
Mat. 12. ctum Iſrael exacerbauerunt Vnde ait: *Neque tentemus
Chriſtum*, ſicut Iudæi volentes ſignum de cœlo ab eo
videre.

videre. Non diffidamus de eius potentia aut de veritate doctrinæ illius, *ſicut quidam eorum tentauerunt* deum, Vel Chriſtum in Moyſe qui eius figura fuit. Vel Chriſtum Deum tentauerunt Iudæi, qui eſt heri & hodie, & in ſecula. *& à ſerpentibus* igneis quos miſit in eos deus *perierunt*. Sic omnes tentatores dei à ſerpentibus infernalibus perimuntur. Quia ſerpẽti puluis panis eius, hoc eſt, homines aridi, à rore gratię dei ſteriles & fructum bonorum operum non adferentes, incompacti & in charitate cum aliis non conglutinati, inſtabiles in bono, quos ventus ſuperbiæ proiicit à facie terræ viuẽtiũ. Eo quòd ſunt ſine pace & fœdere. Nec ſolliciti ſunt ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. In lutum luxurię citò per admixtionem aquę carnalis concupiſcẽtię condenſabiles. Demum deterret nos à peccato oris, eo quòd de omni verbo otioſo oportet nos rationem reddere in die iudicij. Quoniam ſermo obſcurus, in vacuum non tranſit. Et auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. Maximè tamen murmuratio deteſtatur cùm dicitur: *Neque murmurueritis* contra Deum. Eſt autem murmuratio querela irrationabilis de iis quę ferenda ſunt patienter. Quia charitas patiens eſt, omnia ſuffert & omnia ſuſtinet. Impatiens autem, ſtatim culmo percuſſus, in crine læſus, vmbra offenſus, exaltat impatientiam & ſtultitiam ſuam. Et ex perfidia & diffidentia de Deo, procedit, dum non credunt, quod Deo cura eſt de nobis, & quod omnia fiunt propter electos vt ſalutem conſequantur cum gloria æterna. Nec item credunt quod Deus flagellat omnes filios quos recipit, ne cum hoc mundo dãnentur, qui vocati ſunt æternę hæreditatis. Cuſtodite ergo vos à murmurationib *ſicut quidam eorum* qui nõ propoſuerunt Deũ ante cõſpectum ſuum, & ignorantes quod diligentib. Deũ omnia cooperãtur in bonum, *murmurauerunt* contra Deum & Moyſen crebris vicib. *& perierunt ab exterminatore*. Nã in ſeditione Core, perierunt quatuordecim milia hominũ, exceptis his quos terra viuos dehiſcẽs abſorbuit, Hæc ſunt immiſſiones, iræ & indignationes per angelos malos,

Murmurantib. autẽ omnia mala duplo ſuperueniunt Vt in Dathan & Core & Abirõ eſt cernere. Itẽ in Maria ſorore Moyſi. Itẽ in Iudæis cũ voluerunt redire in Ægyptum.

[Marginal notes: Heb. 13. — Num. 21 — Ioan. 3. — Eſa. 63. — Pſal. 1. — Mat. 12. — Sap. 1. — 1. Cor. 13. — Prou. 14 — Sap. 16. — 1. Pet. 5. — 2. Tim. 2. — Hebr. 12. — Apoc. 3. — Prou. 3. — Pſal. 53. — Roma. 8. — Num. 16 — Pſal 77. — Num. 15. — Num. 12. — 1. Re. 8]

Ægyptũ. Quando flagrabant eſũ carnium,& panẽ cœli nauſeabant, Quãdo voluerũt habere regẽ &c. Cõtingit autẽ contra Deũ murmurare per diſplicentiã & ſuperbiam,cõtra prælatum per inobedientiam,contra proximum per inuidiã. Grande autẽ nefas eſt,& morte piandũ cùm Deus de mundi regimine arguitur,cũ iu-
Pſ. 144. ſtus ſit & iuſtitiã diligat , cùm omnia in vero iudicio &
Deut. 32. bene faciat Iuſtus in omnib. viis ſuis, & ſanctus in om-
Sap. 16. nib.operib.ſuis,fidelis & abſq; vlla iniquitate. Nã cum tranquillitate iudicat,& cũ magna reuerentia diſponit nos. *Hæc autem omnia contingebant illis in figura* noſtri.
Rom. 15. Primùm quidẽ propter peccata eorum puniẽda. Deinde etiã propter nos,vt ſciremus quid proſequendum &
1. Ioan. 8 quid fugiendũ. *ſcripta ſunt autem propter correptionem noſtrum* & doctrinã,vt dicit ad Rom. *in quos fines ſeculorum deuenerunt*, quia nunc nouiſſima hora eſt. Viſa Iudæorũ punitione & punitionis ratione,iã concludit,quòd exẽplo eorũ debemus declinare à malo,quaſi à facie colubri fugere peccata,& omnẽ viam iniquam odio habere. Monet ergo caſum vitare,docet vitandi modũ,promit-
Rom. 11. tit Dei adiutoriũ. Dicit ergo: *Itaque*, videte nunc bonitatẽ & ſeueritatẽ Dei. Bonitatem erga omnes,& beni-
Roma. 5. gnitatẽ ſuper bonos & malos,gratos & ingratos. Omnes de Ægypto eduxit,& vnus pro omnib. mortuus eſt, & oẽs in libertatẽ gloriæ filiorũ dei aſſeruit , quos Adã
Roma. 2. damnauit Vide etiam ſeueritatẽ dei,in eos qui diuitias bonitatis illius contẽnunt , beneficia accipiunt diuina,
1. Tim 5 & poſt Satanã abeunt,& deũ prouocant ad irã ſcelerib.
Roma 3. ſuis,quorũ damnatio iuſta eſt. Nulli enim beneficia Dei proſunt,niſi ei qui gratus eſt largitori,& facit eius voluntatẽ. *Itaque qui ſtat* in fide,in ſpe,in charitate,in iuſtitia. Vel qui ſe exiſtimat ſtare , quia certitudinaliter nemo ſcit vtrũ odio vel amore dignus ſit, *videat ne cadat*, vitet præſumptionẽ: Non putet ſe aliquid eſſe cùm nihil ſit. Videat ne cadat à ſe,quia in multis offendimus oẽs. A Deo autẽ habet omnis homo quod ſtat in iuſtitia & in omnib. proſperis & aduerſis perfectꝰ, & reſiſtit diabolo fortis in fide,in dieb. malis. Nec deſpiciat infir-
Rom. 14 mos in fide, nec iudicet nec dãnet, nec ſibi ipſi placeat, ſed in ſpiritu lenitatis inſtruat eos , onus eorũ portet,
Galat. 6. conſoletur eos,& ſeipſum inſpiciat,ne tentetur,& pro-
Ephe. 5. pter præſumptionẽ ſuam , cadat in horrenda peccata.

Videte

Videte ergo quomodo cautè ambuletis. Videat vnuſque,ne baptiſmo fretus,aut vocatione ſua,ſibi promittat ſalutem,niſi vitam Deo & vocatione ſua dignã adiungat. *Mat. 10.* Non ſaluauit Iudã apoſtolatus functio,nec Nicolaũ diaconatus ardor, *Act 6.* nec Ananiam & Saphyrã, vocationis cœleſtis participatio, *Act.5.* eo quod digna vocationis ſuæ opera nõ fecerunt. Et tanto grauius dãnati ſunt,quanto ab altiori gradũ ceciderunt. Beatus homo *Prou.28.* qui ſemper eſt pauidꝰ,& omnia opera ſua veretur. *Iob 9.* Tutiſſimũ proinde eſt, ſemper in gratia proficere,nec vlli gradui fidere. Multa incidunt calliditate Satanę, quæ nos ſeparant à Chriſto,& protrudũt in foueam culpæ.

Docet conſequenter modum vitandi caſum, dicens: *Tentatio vos non apprehendat, niſi humana.* In medio laqueorum ambulamus. Et vita hominis ſuper terram, *Eccleſ. 9.* nihil aliud eſt quàm tentatio & militia. *Iob 7.* Humana tentatio, leuis eſt,parua eſt, ſanabilis eſt, qualis eſt culpa venialis,ſiue qua teſte Ioanne Apoſtolo, vita præſens non tranſigitur. *1.Ioan.1.* Conſenſus autem in peccatum mortale,longè ſit à vobis,& omnis præuaricatio mandatorum Dei. Et ne quis deſperet de diaboli vel poteſta- *Pſal.90.* te vel dolis,conſolatur nos per paratum adiutoriũ Dei, dicens: *Fidelis Deus* & verax in omnibus verbis ſuis,qui promiſit ſe nobiſcum futurum in tribulationibus, *qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis*, ſi fideliter ad ipſum recurritis,dicentes: Et ne nos inducas in tentationem. *Matt.6.* Nam nobis adhuc clamantibus, ipſe dicet:Ecce adſum. *Luc. 11.* *ſed faciet cum tentatione*, ſi patitur incidere in *Eſa 65.* malum, *prouentum*, in gratia & virtutibus, & auxilium vobis præſtando de cœlo, vt ipſa tentatio cooperetur vobis in bonum,& ad meritum per eius auxilium:Nam poſtquam probati eſtis,legitimè certaſtis, fidem ſeruaſtis,dat vobis coronam iuſtitiæ & vitæ, diligentibus ſe præparatam.Et hunc etiam prouentum vobis faciet, *vt poſſitis ſuſtinere*, eis præualẽdo,& humiliter aduerſa tolerando. Angeli enim eſt non peccare; diabolicum in peccato manere,& indurari, & contra Deum ſuperbè murmurare, quaſi iniuſtum. Humanum in leuibus cadendo, reſurgere, & flagella Dei patienter tolerare. Ipſe dedit humili Dauid victoriam contra Goliã, quia *1.Re.17* in Deo fiduciam habuit.Ipſe Iudæ Machabæo, crebrò angelos ſanctos contra hoſtes in adiutorium miſit.Ipſe

dat laſſo virtutem,& his qui ſunt fortes fortitudinem &
Eſaia. 40 robur multiplicat. Deus ergo refugium noſtrum & vir-
Pſal. 40. tus,adiutor in tribulationibus quæ inueniũt nos nimis.
Propterea non timemus dum turbatur terra, id eſt, homines formati de terra, nec dum montes, id eſt, ſuperbi dæmones transferuntur in cor maris: Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam co-
Pſal. 90. gnouit nomen meum. Clamauit ad me, exaudiam eũ, cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam
2. *Cor.* 3 illi ſalutare meum. Has ergo promiſſiones & tantam ſpem habentes, multa fiducia vtimur, ſcientes quòd quęcunque promiſit, potens eſt facere, & non derelinquit ſanctos ſuos.

DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN, IN EVAN, *Matt. vij. Sermo.*

Hebr. 1. VIdete obſecro, qualem charitatem erga nos habeat Deus, & grati eſtote. Nam cùm pater in filio nobis in plenitudine temporis locutus fuiſſet, ac filius aperiendo os ſuum, legem regalem, perfectæ libertatis,
Galat. 4. clementiæ, fidei & iuſtitiæ nos docuiſſet in monte, mox ne aurem præberemus ſeductoribus, à via ſalutis, quam operibus & doctrina nobis monſtrauerat, auertere vo-
Eccle. 9. lentibus, admonuit. In via hac qua ambulamus, in medio laqueorum ingredimur. Hîc ſuperbi dæmones inſidiantur vitæ noſtræ. Hîc laqueos interitus nobis abſcondunt. Nec id facit per ſeipſum ſolummodo diabolus, quamuis ſemper circumeat quærẽdo quos deuoret, ſed falſos prophetas ſiue doctores ad hoc ipſum multos ſubornat, qui ſpeciem pietatis prętendunt, ouium ſe exuuijs obumbrant, & ſub bonitatis prętextu, imponũt multis, ſeducũt multos ſeruos dei aſtucia ſua, inſtar ſerpentis ſenſus eorum corrumpunt, vt excidant à ſimpli-
Galat. 5. citate, quæ eſt in Chriſto Ieſu, hoc eſt quod ad Gala. Apoſtolus conqueritur, dicens: Currebatis bene: (viam, videlicet mandatorum dei,) quis vos impediuit veritati non obedire? Et exquo uenient multi pſeudo Chriſti & falſi doctores, ideo periclitamur omni hora. Et quid

ni periclitemur omni hora, cùm tam multos ſeducant,
vt etiam electos ſi poſſibile eſſet in erroris ſui naſſam 1 Cor. 15
inducant? Sed iam euangelij verba diſpiciamus. *Attendite* inquit vobis, *à falſis prophetis*. Multis modis propheta Mat. 24
accipitur in ſacra ſcriptura, de quibus non eſt modo
dicendum per ſingula. Nonnunquam & id crebrius ſumitur pro actu incerta & occulta ſapientiæ dei, quæ futura ſunt prædicendi, vt illud: In tempora longa iſte
prophetat. Vel pro actu occulta præterita narrandi, &
talis propheta eſt Moyſes. Vel pro actu præſentia remota cernendi, vt Heliſeus. Aliquando accipitur pro actu Eze. 1 e.
prophetias recitandi. Vel pro actu laudandi Deum: vt Gen. 1.
Saul inter prophetas. Accipitur & pro actu ſcripturas
interpretādi, vt ſæpius habes ad Corinthios. Aliquando pro actu verba loco alterius proponendi. Aaron erit 1 Re. 19
propheta tuus, dixit Deus. Tu loquéris ei, & ille loquetur Pharaoni &c. Hoc loci autem accipitur propheta 1 Cor. 14
pro predicatore, verbum Dei proponente, declarante & Exod. 1.
docente: ſed falſè, ſed adulterante, ſed ad auditorum
perniciem damnationemque trahente. Et iſti nonnunquam ſpiritum futura prædicendi ſe habere iactant, reuelationes ſibi factas dicūt, venas ſuſurrij dei quaſi furtiuè gloriantur aures ſuas ſuſcepiſſe, incerta & occulta
ſapientiæ dei ſibi mentiūtur maniſeſtata, vnctionem ſe
habere à ſancto ſpiritu oganniunt, quæ eos docuit omnia, & ſcire omnia: Sed & ad hoc dilabuntur inſaniæ,
adeò ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe, vt
ſe pluſquàm meretricali impudentia, Chriſtos dicant,
& Chriſtum ipſum. Velle ſe dicunt in humilitate & religione angelorum ambulare, transfigurāt ſe in apoſtolos Chriſti, & more patris eorum Satanæ in angelos 1 Co. 11
lucis, perinde ac miniſtri iuſtitiæ forēt. Et iuſto dei permittente iudicio, ſigna magna faciunt, & prodigia mendacia, fulti & adiuti in hoc operatione Satanę, ſecundum cuius operationem & ipſi mittuntur in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quòd veritatem 2 Teſ. 2.
charitatis non receperunt, vel receptam non retinuerunt vſque in finem, vt ſalui fierent. Ideo mittit illis Rom. 2.
deus operationem erroris, vt credant mendacio, & conſentiant iniquitati, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Non ſolùm Rom. 1.
enim qui malè agunt, ſed & qui conſentiunt malefaci-

entibus,digni ſunt morte.Hos graphice nobis depinxerunt ſuis coloribus & moribus Primùm ſeruator noſter in euangelio hodierno, & Matthæi vigeſimoquarto: Deinde Apoſtolus 2.Corin.12.Teſſa.1.Timo.4.Titi.3. Actu.20 2. Petri 2.& in epiſtola ſua apoſtolus Iudas.

Nomina eorum multa ſunt quibus in ſacris literis appellantur, quorum hîc aliquot adſcribam. Vocantur pſeudoprophetæ, ſeductores, caudæ,garrulæ,clamoſæ,
*Iob.*13. impudicæ meretrices Prouerb.ij.v.vj. Item adulteræ, extraneę,vagę vij.ix.In Iob vocãtur fabricatores men-
Hiere. 5. daciorum,& cultores peruerſorũ dogmatum. In Hiere. dicuntur inſidiari vt aucupes.Sunt vulpes doloſæ,vineam domini depaſcentes.Muſcæ morientes,quæ perdũt vnguenti ſuauitatem. Apri de ſylua/ſingulares feræ. In nouo teſtamenro etiam vocantur pſeudoprophetæ,
*Matt.*7. pſeudoChriſti, pſeudodoctores,magiſtri mẽdaces, ductores cęci hæretici,ſeminatores zizaniorũ,ſeductores, apoſtoli Satanæ Iſta ſufficiant ad pręſens. Sed verba Chriſti expendamus,oleum ſugamus de petra,& mel de duriſſimo ſaxo.Prima eius doctrina eſt,vt attendamus, caueamus,proſpiciamus nobis à contubernio & doctrina falſorum doctorum,contubernium eorum imprimis uitandum: Quia ſicut homo cum ſancto ſanctus eſt, ſic
Pſa. 105 peruertitur cum pernerſo Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus
*Eccle.*1. eorum. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea & qui
Prou 16. communicauerit ſuperbo,induit ſuperbiam. Vir iniquus lactat amicum ſuum,& ducit eum per viam nõ bonam. Qui cum ſapientibus graditur,ſapiens erit,amicus ſtultorum ſimilis eis efficietur Ne ergo ęmuleris viros ma-
Pſal 16. los,nec deſideres eſſe cum eis.Hoc Dauid fecit:Non ſedi cum conſilio vanitatis,& cum iniqua agentibus non introibo.Odiui eccleſiam malignantium & cum impijs non ſedebo.Hinc Apoſtolus, cùm eorum ſcelera enar-
2.*Tim.*3. raſſet ex parte,dixit Timotheo: Et hos deuita. Et ad
*Tit.*3. Titum:Hæreticum hominem poſt vnam & alteram correptionem deuita. Adeo,vt ne Aue dixeris ei: nec in
1*Cor.* 5. domũ eum recipias,nec cibum cum eo ſumas Nec minus vigilanter attendendum eſt nobis à doctrina eorum maledulci.Per dulces enim ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentum,trahunt ſuos ſequaces ſecum in foueam æternæ damnationis. Hæretica prauitas,

tas, meretrix illa Apocalyptica eſt, de cuius vino proſtitutionis bibũt omnes reges terræ. Fauus diſtillans labia eius, & nitidius oleo gutture ius. Attendendũ eſt à colloquijs & doctrina eorum ſicut à veneno mortifero & inſanabili. Acuunt enim linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum. Sicut diaboli ipſi eſt eis reſiſtendum, nec vllus locus eſt eis dandus, cùm ſint eius & filij: Sicut ab inimico capitali, qui dolos fabricat & ſubuerſionẽ, ideo in æternum non eſt eis credendum. Sicut à laqueo mortis. Sicut à gladio bicipiti & mortis & maligno. Sicut à peſte & peſtifero. Sicut à lepra & leproſorum conuictu. Et quid dico, quòd inſtar lepræ contagioſę, aut peſtis, aut veneni, aut gladij, aut laquei mortis nobis attendere debemus à doctrina hęreticorum. Minus dixi. Eiuſmodi enim ſolũmodo corpus occidunt, quod aliàs eſt obnoxium mortis. Sed eorum aconita, corpus & animam perdunt in gehennam. Animas quæ non moriantur paradoxis ſuis occidunt & doctrinis. Multo ergo nocentior eſt hęreticorum doctrina quàm quodcunque adferens mortem. Eſt doctrina eorũ melle linitus gladius, dulce venenũ, calix proſtitutionis & iræ Dei, rete diaboli, laqueus mortis, gladius vtrinque ſcindens, corpus & animam perimens: Eſt calix furoris Domini, de quo qui bibunt, turbantur, inſaniunt, mentíſque patiuntur, alienationem: Eſt falſa moneta quam non nouit & reprobat deus. Igitur attendite à falſis prophetis, hoc eſt à deceptoribus hæreticis, qui ab euangelica veritate, in errorum ſuorum labyrinthos mendaciorum ſuorum cuniculis atque technis fraudium trahere vos cupiunt & conantur. Qui à uia veritatis, euangelicæ perfectionis, à ſanctitatis tramite, à meę imitationis pulchritudine, à virtutum vſu, à bonorum operum luce & fructibus, vos abducere ad deuia viciorum, ad latam viam quæ ducit ad infernum, ad præcipitia deſperationis & obſtinationis, à ſummo culmine ſanctitatis, profeſſionis ac perfectionis moliuntur. Diligunt ipſi omnia verba præcipitationis, lingua doloſa. Sic ducunt hęretici, (quos capiunt labiorum ſuorum caſſibus, funibúſque peccatorum conſtringunt ac compedibus alligant, manicíſque ferreis, ſiue vinculis ferreis, vinciunt,) ad prętupta petrarum, ac eos de ſummo in præceps pręcipitant. Atque ſic inſtar Iudæ proditoris

Apo. 17.
Hier. 25.
Matt 7.
Pro. 1.
Pſal. 149

omnes crepant, omnia interiora ſua merita, omnes gratias,omnes virtutes,omnia vota, pia deſideria,bona propoſita,diffundunt,relinqunt,abijciunt, & pereunt & moriuntur in peccatis ſuis, laqueo deſperationis ſuſpenſi.Sic tria moliuntur hæretici:vt intellectum erroribus,fide electorum exploſa,quæ veritas ipſiſsima & lux eſt,obtenebrent:Vt voluntatem malitia & nequitia inficiant: Vt diligant malum, & odio habeant bonum. Tertiò vt vitam,conuerſationem,mores bonos & virtutes, contaminent, abominabiles reddant, pro bonis operibus mala,pro virtutibus vicia,ſtatuant,ſubornent, perſuadeant.Hæc tria tam ſunt abunde per Lutheri conatum impijſſimum diſperſa & perſuaſa uiæ ſuę viris & mulieribus, vt videantur à vino ſuo in furorem verſi, iudicio & ratione priuati, in reprobum ſenſum dati, malitiam diligere ſuper benignitatem,iniquitatem magis quàm loqui & operari æquitatem.Inſuper & vita ſiue conuerſatio eorum adeo eſt deteſtabilis,vt inferno, hoc eſt diabolo & damnatis appropinquet & ſimilis ſit. Cùm ſint abominabiles & dicto non audientes, & ad omnia opera bona reprobi. Ex his tribus ſequitur quòd omnes hac nota inuſti,iſto fermento corrupti.vino iſto iræ Dei inebriati, tenebris iſtis incluſi, cathèna iſta diaboli conſtricti,errant vt cęci, viam ciuitatis habitaculi non inueniunt:Dicunt bonum malum, & malum bonum,ponunt tenebras lucem,& lucem tenebras, aſtruunt dulce amarum,& amarum dulce.Ex tribus iam iſtis,vindex noſter pijſſimus,has peſtes nocentiſsimas, hos hoſtes periculoſiſsimos & diaboli filios apoſtolóſque cognoſci debere & poſſe ſequenter docet. Et eos deſcribit tripliciter. Quantum ad exteriorem cõuerſationem,interiorem affectionem,& operationem ſequẽtem. Conuerſatio exterior plena eſt ſimilitudinis et diſsimulationis. Affectio, plena eſt doli et fraudis. Operatio ſequens,plena abominationis,perditionis et turbationis.Dicit ergo,eos conuerſatione externa deſcribens: *Qui veniunt ad vos*,decipiendos,non miſſi à me vel à patre meo: Nec à catholicis paſtoribus rectoribúſque admiſſi,ſeu vocati. Ideo fures ſunt et latrones, quãuis in verbis pacem vobis denunciẽt,cùm nõ ſit pax, et ſub amicorũ voce,occidant ut Ioab, er proditionem peragant vt Iudas.Vnde ſubdit,*in veſtimẽtis ouium*.O uiũ appellatio-

Pſal. 87. *Eſaia. 5.* *Ioan. 10.*

appellatione atteſtantibus apicibus euangelicis, fideles, ſiue Chriſtiani, Chriſtum imitantes intelliguntur, iuxta illud: Ego mitto vos ſicut oues in medio luporum: Item Ego cognoſco oues meas. Item paſce oues meas. Nos autem populus eius & oues paſcuæ eius. Sed ouium iſtarum veſtimenta non ſunt byſſus & purpura, qualibus indutus erat diues ille damnatus: non melota, non tunica pellicia Adæ formata à deo: Nec alia veſtis ex lana, aut lino, aut purpura, aut caprarum pilis, aut pilis camelorum contexta, qualem Ioannes Baptiſta portauit, Nec aliud quicquam quo corpus tegitur, hic ouium veſtimẽtorum nomine intelligi debet à quoquam. Quis ergo ſatis mirari hoc loco Lutheranorum ſtultitiam vel temeritatem poteſt, qui cum inuidia tabeſcente iter habentes, ex mera malitia, hunc paſſum exponunt de habitu religioſorum. Sapien. ſexto. Eſt cõcinna expoſitio reuera, quaſi ſoli religioſi de lana ouium veſtiantur. Et ſi nihil prohibet dicere Chriſtũ & apoſtolos laneis fuiſſe veſtitos, quod facile ex tunica Chriſti inconſutili perſuaderi poſſit, Ioannis decimonono Eſſent ergo Chriſtus & eius diſcipuli iuxta Lutheranorum falſiſſimum gloſſema, pſeudoprophetæ. At impium eſt hoc vel cogitare vel dicere. Apageſis ergo iſta. Veſtimenta ouium virtutes ſunt, & ipſi Dei & hominis filius Ieſus Chriſtus. Induimini, inquit apoſtolus Paulus ad Romanos decimotertio, Dominum Ieſum Chriſtum. Et iterum: Quotquot baptizati eſtis, eſtis in Chriſto Ieſu, Chriſtũ induiſtis, Gal. 3. De iſta veſte grandis nobis eſt ſermo, ſed non poteſt declarari, modò. Vt tamen breuiter quid dicam: Ille veſtimento ouium eſt veſtitus in veritate, qui virtutes, & quicquid Chriſtus eſt, & ſcriptura teſte dicitur, in ſe habet & oſtendit in vita, conuerſatione, in moribus & operibus bonis. Chriſtus autem lux eſt, bonus eſt, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, excelſior cœlis factus: Pax, charitas, via, veritas, vita. Et tu ſi lux es in Domino, ſi luceſcorã hominibus videant opera tua bona, ſi ambulas vt filius lucis, & fructus lucis facis, expers tenebrarum, Chriſtum induiſti Chriſto es veſtitus. Si es ſeruus bonus & fidelis, & multos exemplo bonæ conuerſationis & doctrinæ ſanę Domino lucraris, Chriſtum induiſti, quia Chriſtianè viuis. Si ſanctus es interius in virtutum decore, quo ad Deum,

Matt. 10
Pſ. 94.
Gene. 2.
Veſtis chriſtiana.
Eph. 5.
Matt. 5.
Matt. 25

Deum,& eius obſequiis addictus, innocens manibus, quo ad proximum,adeò vt nihil habeat contra te. Im-
Col.5. pollutus ad teipſum,mundatus ab omni inquinamento carnis & ſpiritus: ſi es actu,conuictu, affectu ſegregatus à peccatoribus,diſſimilis eſt vita tua,abſtineſque te ab
Pſ.33. eis tanquam ab immundiciis,vt habes ſuperius: Si excelſior cœlis es hoc eſt,ſi alios iuſtos (qui cœli ſunt , in quibus Deus ſedet,habitat & videtur) excellis in gratia,in vita,in bonitate,in humilitate,in manſuetudine, & id genus virtutibus aliis,tunc veſtitus es ouium veſtimentis,ſicut ſcriptum eſt: Induire vos ſicut electi dei, ſancti & dilecti,viſcera miſericordiæ,benignitatem, humilitatē,modeſtiā patientiam &c.Hæc ſunt ouium veſtimenta.amplius,ſi es pacificus, ſi pacem perſequeris & inquiris.Si ambulas in dilectione. Si via aliis es ad Deum,per bonæ conuerſationis exemplum, vt dicere poſſis,Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti,Si veritas es aliis,per ſanam doctrinam fidei,ac dictorum con
1.Cor.4. uentorúmque firmitatem ac immutabilitatem, Si vita es pauperum & egenorum,per neceſſariorū eius beneuolam elargitionem Nam ſicut qui aufert egenis neceſſaria,vir ſanguinum eſt,quia panis egenorum vita ipſorum eſt , ſic qui neceſſaria, neceſſitatem patientibus
1.Cor.1. ſuppeditat,vita eorum rectè dici poteſt quia in vita eos cuſtodit.Qui facit hæc,Chriſtum induit,ouium eſt veſtimento veſtitus.Chriſtus etiam eſt nobis factus ſapiētia à Deo,& iuſtitia & ſanctificatio & redemptio. Ecce virtutes quatuor cardinales, Sapientia pro prudentia, ſanctificatio pro temperantia,redemptio pro fortitudine accepta.Sic ergo Chriſtus eſt nobis ſapientia, docēs prudentiam:& iuſtitia,donans peccata,ſanctificatio , in exemplum temperantiæ,continenter viuens,& redemptio,in exemplum patientiæ,fortiter moriens.Dic amabo,vbi nam eſt vera prudentia iuſtorum,niſi in Chriſti miſericordia?Vbi vera temperantia,niſi in Chriſti vita?Vbi vera fortitudo niſi in Chriſti morte? Ergo prudens es,ſi eius doctrina es imbutus:Iuſtus:ſi de miſericordia eius veniam peccatorum es conſecutus Temperans,ſi vitam eius imitari ſtudes.Fortis,ſi patientiæ eius exēpla & documēta fortiter in aduerſis tenens.Si facis hæc,Chriſtum induiſti,veſtimentis ouium indutus es & ornatus,Volens tranſeo multa, de quibus alio in loco ſi

co ſi dominus voluerit, diſſeremus. Eiuſmodi veſtimentis iuſti, qui piè viuunt in Chriſto, boni & recti corde induti ſunt & ornati. Pſeudo autem apoſtoli, vt ſub ſpecie pietatis quam prætendunt (licet virtute eius exortes ſint) melius imponant incautis, illudat ſimplicibus ſeducant inconſtantes, in errorem inducant penè omnes, malitiam diſſimulant, pietatem, veritatem, euāgelij ſynceritatem, germanum ſcripturæ intellectum. Eccleſiæ reformationem, ſalutem animarum ſe zelare, quærere toto que adniſu velle pro mouere fingunt. Hoc modo virtutes etiam ſimulant, Chriſti ſe perfectos dicunt imitatores Sic fictis verbis, ſimulatis virtutibus fraude & dolis adoriuntur & promouent rem ſuam. Veniunt hæretici & lupi rapaces, in veſtimentis ouium, qui verbum dei portant in veſte, ore diſſeminant, auribus audiunt, oculis legendo vident: Ecce veſtis ouina, vt putes eos agnos & oues viuere, & eſſe ſimplices & innocentes: Sed ſi introſpicis: ficta omnia inuenis, & ſpeciem ſolam pietatis. Nam intus pleni ſunt omni dolo & malitia, inimici omnis iuſtitiæ, & nunquam non ſubuertunt vias Domini bonas & rectas Actuum 13. Ecce lupus rapax. *Intrinſecus autem* in corde & intentione, quæ ſoli deo nota ſunt *ſunt lupi rapaces.* vt tritum eſt in vulgo prouerbium, Lupus mutat pilum, ſed non dimittit vitium, quia eas oues rapit, diſpergit, mactat & perdit, quarum lana ſe obtexit. Magni periculi res eſſet, ſi lupi ouium exuuiis ſe induere poſſent, quia agnoſci non poſſent, & ex improuiſo in caulas irruerent. Pari modo periculoſius nihil, cum malitia ſub ſpecie ſanctitatis latet, & inimicus, vt Simon ille Græcus, amicum ſe fingit. Si ſciretur eſſe inimicus, caueretur, præualet, dum ignoratur. Lupi rapaces ſunt, quia rapiunt veritatem ab intellectu, charitatem ab affectu, ſanctitatem ab effectu, ſiue conuerſatione. Contra horum nocentiſſimam irruptionem luporum, primores in Epheſo tam diligenter monebat vigilare Apoſtolus, vt nihil ſupra. Lupis autem concinnè multum hæreticos comparauit: Nam ſi prius hominem videt loquendi eum facultate priuat. Sic, ſic, ſi hæreticus prius hominē videt, ſua illi ſi paradoxa perſuadet in erroris ſui naſſam eum trahit, mutum eum reddit, vt non poſſit, etiam ſi ab infantia ſacras literas didicerit, in doctrina ſana exhortari fideles, & ſpeculatoris iſtar vigilatiſſimi, pericu-

2. Aeneidos.

Actu. 20

1. *Tim.* 3

la im

la imminentia populo annunciare, & eos qui veritati & ſanæ doctrinæ, quæ eſt ſecundum Euangelium beati Dei, aduerſantur & contradicunt, arguere: Sed canes
1.Tim. 1. muti fiunt omnes eiuſmodi non valentes latrare, ſpeculatores cæci, damnati mercenarij, videntes lupum graſſari, mactare, perdere & diſpergere & oues dimittũt
Eſai. 56. Quia quærunt ea quæ ouium ſunt, non ipſas oues: Quæ
Ioan. 10. ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. & non pertinet ad eos de ouibus. Diabolus animas cætera, ipſi tol-
Phili. 2. lunt. Tum etiam lupis comparantur, propter implacabile odium, inſatiabile nocendi deſiderium, feſtinum impetum & nociuum morſum. Et ſingulariter propter mirabilem, ſi angariatur, vel comprehenſus putatur, elapſum: Et propter fictionem humilitatis, pacis & innocentiæ, ſi in foueam ceciderit, & fuerit loris constrictus. Deum immortalem, quàm innocenter tunc ſe habet, agnum non lædit in pilo vno, ſi ad eum mittitur in lacũ. At ſi euaſerit, iugulãdi, & pdẽdi ſi opportunitas acciderit ei, nullus numer' eſt aut modus. Ideo veniũt in ve
Matt. 7. ſtimentis ouiũ, quia prætendunt ſimplicitatem, zelũ
Rom. 14. animarum fingunt, ſimulant manſuetudinem, oſtendunt humilitatem, vtilitatem pollicentur & ſalutem, cùm ſint nocentiſſimi hoſtes, animarum corporúmque peremptores pariter & damnatores. Sed ne aliquis di-
Phil. 1. ceret abſque vtilitate vlla hæc verba dixiſſe Chriſtum, cum cordium eorum noſſe ſecreta, Dei ſolius ſit, & nos ea ſolùm ſcire quæ foris patent. Et cùm ouium ſint veſtimentis operti, quid niſi omnia bona nobis perſuadere debemus de illis? Atque ille ipſe ne iudicemus vel condemnemus proximos, ſub iudicij & damnationis interminatione prohibuit nobis. Anguſtiæ proinde nobis ſunt vndique. Credere hæreticis, damnationi approximat, & periculi res plena eſt, Iudicare autem & damnare eum, qui pacem loquitur, ſanctitatem oſtendit, optima pollicetur, charitas non ſinit, omnis ſcriptura prohibet. Sic quid eligamus ignoramus. Coarctamur enim è duobus, deſiderium habentes obedire Chriſto, & time-
Ioan. 15. mus peccare in Chriſtum. Sed hac nos triſtitia Chriſtus leuat, dum ſequitur: *A fructibus eorum* qui ſequuntur ex eorum doctrina, non ex cordis intentione, non ex verborũ ſuauitate, non ex mentito ſanctitatis, bonitatis & iuſtitiæ fuco & prætextu. Et dicit: A fructibus eorũ,

non

non patris mei,qui omnem palmitem in me fructum faciente m,purgat,vt fructum iuſtitiæ,qui permanet in vitam æternam,plus afferat Hos fructus,ſine Chriſto, ſine patre eius,ſine ſpiritusſancti gratia ferre non poſſumus.Deus in nobis operatur velle horum & perficere. Omnia opera noſtra bona in nobis operatus es Domine.Hæreticorũ autẽ opera,fructus eorũ ſunt,non dei q impios & impietates eorũ atq; oẽs operatores iniquitatũ odit.Fruct⁹ iſti patris eorũ diaboli, cui⁹ apoſtoli ſunt & membra & ſerui,deſideria ſunt & opera.Sicut Nicolaitarum & omnium hæreticorum facta, deus odit & abominatur.A fructibus igitur eorum, non meis, quos nullos habent,cum patre ſuo diabolo contra me,cognoſcetis eos.Ergo ergo operibus conſeri debent finaliter, Nemo poteſt diu ferre perſonam fictam, cito in naturam ſuam recidunt,quibus veritas non ſubeſt. Qui autem ex ſolido naſcuntur,tempore proficiunt in melius. Lupus agni vellere tectus,copia accepta genuinum morem ſequitur,genuinum infigit,mactat,perdit.Vnaquæque arbor iuxta genus ſuum fructum facit. Cito apparuit dolus Sinonis,quando eadem nocte victor, incendia iactauit.Cito molimina peſſima Antiochæ,duciſque illius Iudæis innotuerunt.Loquebatur enim eis verba pacifica in dolo, quibus cum credidiſſent, ſubito irruit ſuper ciuitatem omnia vaſtauit,percuſſit & occidit Sic Bachides & Alchimus,vaſa iniquitatis bellantia,pacem iurant Ecce veſtis ouium.Et mox ſexaginta viros interfecit Alchimus qui crederunt ei.Ecce fructus ex quibus cognoſcitur doloſus Eiuſdẽ farinæ facinus legis de Demetrio eodem libro Saul crebro beneficiis Dauid victus.& innocentia pacem ei iurat & felicitatem : Ecce ouis exuuium.Mox mortem ei intentare ſtudet, Ecce fructus. Abimelech ſpurius fratrum ſuorum ſeptuaginta eos ſubliniuit, placentia dixit, oris ſui laqueo cepit. in ſuam ſententiam ſubdole traxit, Ecce agni vellus.At primatus adepta functione, ſtatim valida iniquorum manu adiutus,ſeptuaginta fratres ſuos ſuper vnum lapidem occidit. Ecce fructus doloſi cordis eius. Simonem Magum nihil hic prohibet adducere,qui ficte conuerſus,ſtatim ad vomitum rediit ingratus Multa ad hoc inſtitutum ex Iuſtino cœteriſque chronographorum libris exempla poſſem adſcribere.

Eſa.26. Sap. 14. Pſ.5. Ioan.8. Apo.2. Oſea. 9. Tit.1. Gene. 1. 2. Aeneidos 1.Ma. 7. 1.Ma.11 Iudicũ 9. act.8.

ſi tempus pateretur.Hæc tamen de his dicta ſunt, qui
Mat. 10. corpus occidunt,vel ſubſtantiam huius mundi auferunt
Sed nunc de fructibus dicamus pſeudoprædicatorum.
A fructibus,inquam,qui naſcuntur ex doctrina eorũ.
Quamuis lupus vellus innocuæ ouis induat,non tamẽ
ouis.ſed lupus eſt & manet Nec ouis,ſed lupi opera fa-
Eccl. 32. cit.Qui autem fructus illi ſunt ſiquæris,audi tacens Se-
parare fideles:Matthæi 12.Vel ſic:Diſpergere quæ Chri
ſtus collegit.Luc.x1.Vel diſſenſiones & offendicula fa-
Rom.16. cere.Hæreſes in eccleſiæ agro,optimo ſemine ſeminato
Mat.13. euangelicæ doctrinæ,perinde ac zizania inter triticum
iactare,ſchiſmata ſuſcitare Omnes hoc moliti ſunt hæ
retici,vt pacem Eccleſiæ turbarent,vnitatem ſciderent,
concordiam rumperent,excluderent charitatem: Vt ab
Eccleſia fideles ſepararent. A fructibus iſtis hæreticos
cognoſcite. Iſti ſunt fructus eorum primi, principales
& quaſi radices malorum innumerabilium pullulantiũ
ex eis. Ecce cùm ipſi ſint,non per naturam,ſed malitiã,
dolum,crudelitatem,occiſionem,lupi rapaces,generãt
per doctrinam ſuam lupos Et quod mirabile dictu &
horrendum eſt verbum auditu,ipſi ex agnis,damnabili
metamorphoſi,de ouib. mitiſſimis innocẽtiſſimiſq;,lu-
pos faciunt ſæuiſſimos. De filiis dei,atq; ipſi ſunt,filios
diaboli,de bonis malos, de continentibus incontinen-
tes, de piis impios, de iuſtis iniuſtos,de innocentibus
ſentinas ſcelerũ & colluuies mariáq; malorũ. Sed fru-
ctus iam ſummis labiis tetigimus, qui tam maledicta
prodeunt ex radice,quibus pſeudoprophetæ & eorum
affectatores exuberant & redundant circũquaque. Qui
habet aures audiendi,audiat.Diſſenſionibus iam & of-
2 Tim. 6. fendiculis inter fideles factis,nunc prædicant opportu-
nè,importunè:Et quia bonos non habent,peſſimos, vt
diabolus ipſe facit, apoſtatas & homines mẽte corrup-
tos, circa fidem reprobos,in partem ſolicitudinis vo-
cant Illos mittunt ad ſeducendum,ſuapte malicia alio-
qui ad omnia mala propenſiſsimos. Sic tractant omnes
verbum dei, quod ad ſalutem, vt ſit illis velamen mali-
ciæ excuſatio peccatorum,adiutorium peſſimi conatus
eorum. Sic prædicant, quòd verbum Dei ſit omnibus
bus bonitatis horror, conſcientiæ excluſio, ſanctitatis
deſpectus,ſimplicitatis deriſio,bonorum operum dam-
natio,virtutum exterminium,morum corruptio,errorũ,
ſcatebra

ſcatebra, maliciarũ hortus, impietatis vena, impugnatio agnitę veritatis, indurationis anſa, deſperationis fomentnm, odij fraternę gratiæ occaſio, finalis impœnitentiæ tutela. Quid plura? Si ſumpſerit principatum, vt Antiochus, legis euãgelicæ ritus cultúmq; Dei prohibent, cogunt bonos ad ritus ſuos damnabiles, eccleſias ſpoliant, ſancta prophanant, omnes dies feſtos ceſſare faciunt, ſua cantica hæreſibus plena pro pſalmis, hymnis & cãticis ſpiritualibus in locis ſanctis reboant, vocibus magnis & altis, ſuas inſanias magnificãt, verba ſua vt oracula venerari, haberi, credique volunt & mandant: Et ſi qui ea non amplectuntur, ſanctificant ſuper eos bellum, eos perſequuntur de ciuitate in ciuitatem, ponunt eos in neruum, pane tribulationis & aqua anguſtiæ ſuſtentant, aut morte turpiſſima condemnant eos. Et hæc dum faciunt, innocentes manibus adhuc ſunt & mundo corde, ac Deo gloriantur ſe obſequium feciſſe. Sic ſic, conatus eorum cõducit nulli, officit omnibus. Bonos ad vomitum reuocant, malos *2 Petr. 2* peſſimos faciunt, deuotionem extingunt, fidem ſubuertunt, ſpem in præſumptionem cõmutant, dilectionem ſynceram, in carnalę & libidinoſam transferunt. Quod vitæ, quod morũ, quod honeſtatis, quod pudoris, quod diſciplinæ, quod religionis, quod bonæ famæ, quod pacis eſt, eorum ſtudio deſtruitur, relegatur, probro datur, damnatur. Sacris vaſis abutuntur & veſtibus. Vanum dicunt, qui ſeruit Deo & mandata eius cuſtodit: Gloriantur in malitia, & quod potentes ſunt in iniquitate. *Malac 3.* *Pſal. 51.* Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicant, & non abſcondunt Lætantur cum malefecerunt, & in rebus peſſimis exultant. Iſti ſunt homines ſeipſos amantes, non *Eſaie 3.* Deum: cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus immorigeri, ingrati, ſceleſti, ſinę affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, voluptatum magis amatores quàm Dei. Sunt item omnes hæretici & eorum fermento corrupti, pleni omni iniquitate, malitia, *2. Tim. 3* *Rom. 1.* fornicatione auaritia, nequitia, pleni inuidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate Sunt ſuſurrones, detractores, deo odibiles, contumelioſi, ſuperbi, elati, inuentores malorum, inſipientes, incompoſiti, ſine miſericordia. Omnes declinant in verba maliciæ, ad ex-

cuſandas excuſationes in peccatis Declinant à mandatis Dei, in obligationes culpæ & pœnæ æternæ. Omnes declinant à lege dei, vnuſquiſque in viam ſuam, ſimul inutiles fiunt, non eſt in eis qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum. Sepulchrū patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agunt. venenum aſpidum ſub labiis eorum. Os eorū maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & infęlicitas in viis eorum, viam pacis non

Prou. 15 cognoſcunt, nec timor Dei, per quem omnis homo de-

Eccle. 15. clinat à malo & facit bonum, eſt ante oculos eorum.

Eccleſ. 8. Ideo ſine omni timore perpetrant mala, & dicunt in

Pſal. 9. cordibus ſuis: Non mouebimur à generatione in generationem ſine malo Hanc etiam ob cauſam, inquinatæ ſunt viæ illorum in omni tempore Venduntur ſub peccato vt faciant mala, & impleant peccata ſua ſemper. Hæc de fructibus eorum per quos cognoſci debent, perſtricta ſufficiant ad præſens.

HOMILIA SECVNDA DE

EODEM EVANGELIO.

Hier. 12. OCCVLTO, ſed iuſto Dei iudicio, via impiorum proſperatur in hoc mundo, & bene eſt omnibus, qui præuaricantur & iniquè agunt. Plantat eos deus, & mittūt radices amariſſimas, & proficiunt ſemper (non in gratia & ſapientia vera apud deum & homines ſicut puer Ieſus) ſed in peius errantes & alios ſecum in

2. Tim. 3. errores mittentes. Et iſti ſunt fructus quos faciunt, de quibus dictum eſt ex parte in homilia præcedenti. Hæc radix amaritudinis eſt, quæ ſi ſurſum germinauerit, in-

Heb. 12. quinat multos. Seruator ergo pergit verorū & pſeudodoctorum diuerſos fructus, per quos cognoſci debent, retexendo. Et duobus id exemplis probat in particulari modo, qui ſequitur: Spinę & vitis, tribuli & ficus, cognoſcuntur diſtinctè ex fructibus diuerſis, ergo & homines Dicit ergo, *Nunquid colligunt de ſpinis vuas aut de tribulis ficus?* q. d. Non. Et ſi vitis inter ſpinas creſcat nōnunquam, vuę tamē non de ſpinis, ſed de vite prodeūt

Canti 2. & colliguntur. Pari modo, boni in vita præſenti inter

Mat. 13. malos mixti ſunt, ſicut liliū inter ſpinas. Et ſagena fidei

bonos

bonos piſces trahit & malos. Triticum & zizania ſimul in eodem agro creſcunt. Bonus tamen fructus, quem pater expetit, qui in cœlis eſt, quem Chriſtus in arbore quæſiuit, qui permanet in vitam æternam, non de malis, ſed de iuſtis colligitur, & Deum diligẽtibus ſyncero amore. Et obiter aduerte, quod fructus bonorum vuæ comparauit & ficui. Vua quidẽ plura continet grana cõnexa, cuius liquor in dei ſeruitio & ſacrificio vtitur, atque cor hominis lætificat, cùm ſit creatum in iocunditatem. Et ſobriè potatum, ſanitas eſt corporis & animæ. Sic opera bona iuſtorum, deo placent, acepta ſunt eius munera & oblationes, corda iuſtorum exhilarant, ac animam & corpus ſaluant. Fructus verò ficulneæ, dulcedinem habet & ſanitatem, ſic opera electorum in manſuetudine perficiuntur. Quaſi libanus odorem ſuauitatis habent, dum tollunt ſuaue iugum Chriſti ſuper ſe. Et Chriſti bonus odor ſunt in omni loco, his qui ſalui fiunt. Ac ſeipſos exhibent in omnibus ſicut Dei miniſtros, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta. Quod ficus ſanent corporis apoſtemata, expreſſa id ſacræ ſcripturæ geſta atteſtantur. Atque iiſdem Ezechias bona opera ſua coram Deo allegans, vitæ obtinuit prorogationem in annos quindecim, & mortis imperium euaſit. Hinc irrefragabiliter colligitur: *Sic omnis arbor bona bonos fructus facit.* In confeſſo eſt arboris bonæ, hominem bonum, & nomine arboris malæ, in ſcripturis & crebrò deſignari hominẽ malum, vt hic in Matt. cap. xij. Pſal. ij. Matt iij. xxj. Lucæ iij. vj. xiij. Iudæ. Et Hieremias ait: Vir qui confidit in Domino benedictus eſt, & erit quaſi lignum quod transplantatur ſuper aquas &c. Symbola multa ſunt ad hoc, quæ tráſeo gratia breuitatis. Arbor bona bonus homo, bona voluntas eſt. Hæc ſeminatur per verbum Dei & timorem domini ſanctum, rigatur per gratiam, moritur per dolorem, radicat per fidem, germinat per deuotionem, oritur per compunctionẽ, creſcit per deſiderium, roboratur per charitatem, viret per ſpem, frondet per circumſpectionem, floret per diſciplinã, fructificat per virtutum intentionem, matureſcit per patientiam, carpitur ſiue abſcinditur per mortem, cibat per contemplationem. E contra *mala autem arbor, fructus malos facit,* De fructibus malorum diſſeruimus prius Iam ordo ex-

Pſ 103. *Eccl.* 31. *Eccl.* 19. *Mat.* 11. 2. *Cor.* 2. 4. *Re.* 20 *Eſa.* 30. *Hier.* 17.

uotio,feruor,pudicitia, rigor,amicitia, perfectio,ordo, modus,ſpecies, ſanctitas, bonitas pietas & timor Dei cõcipiatur,creſcat & perficiatur. Si hos fructus facis, cũ aliis quos breuitatis gratia neglexi, arbor bona es: & eſto ſollicitus vt maneas in bonitate,vt perſeueres vſq; in finem. Ad hæc, & gratus eſto ei à quo omnia bona fluunt,& ſeruũ inutilẽ teipſum reputa. Nec tibi,ſed nomini Domini da gloriã. *Non poteſt à bor bona,malos fructus facere.* Ecce quantæ felicitatis ſecuritatiſque eſt ſtatus bonorum:Nã quicquid faciunt,bonũ eſt,fructus vitæ eſt In Deo opera eorum fiunt. Pater in eis manens, opera eorum facit. Ex diametro cum iſtis pugnat,quod Lutherani iuſtos in omni opere bono peccare deblaterant. Eorum opera abominabilia, beſtialia, carnalia, impia, diabolica, nefaria, odibilia; ſcandaloſa eſſe, catholicorum dubitat nemo. Vnde hortor bonos & moneo, vt abundent in omni opere Domini ſemper, ſciantque quòd labor eorum non eſt inanis in Domino. Sed retribuet illis Dominus ſecundum iuſtitiam ſuam, & ſecundũ puritatẽ manuum eorum, retribuet illis. *Nec arbor mala, fructus bonos facere.* Quicquid faciunt mali,& ſi pietatis & bonitatis ſpeciẽ habeat,nõ tamen bonum,ſed malũ eſt. Nã ſi radix mala, & rami & fructus pariter. Si oculus neq̃ eſt,totum corpus tenebroſum erit. Sic reprobatur malorũ ieiunia, orationes prolixę,eleemoſynę. Prædicatio eorũ reprobatur,eo quòd dicunt & nõ faciunt,alios docẽt,ſeipſos nõ docent. Et, quod plus eſt,& ipſum martyrium eorum abominatio eſt apud Deũ; dũ exortes ſunt charitatis. Iã tecũ reputa precor,quàm miſer, q̃ infelix,quàm deniq; dãnabilis ſit ſtatus malorũ. Tollitur enim eis bene operandi poſſe, Tollitur eis & ſcire; dũ nollunt intelligere vt bene agant. Tollitur & velle bene operari, dũ dicunt in corde ſuo,& ſtatuunt firmiſſimè,quod nolunt moueri à generatione in generationẽ ſine malo. Sciant ergo & videant precor, q̃ malũ, q̃ amarũ, quàm deniq; periculi plenũ & dãnationi proximum ſit eis relinquere dominũ,& timorẽ eius nõ eſſe apud eos. Nã bonos fructus facere nec poſſunt,nec ſciunt,nec volũt: patris virtute & fortitudine deſtituti, ſapientia filij, & gratia ſine vnctione ſpiritusſancti expertes. Tollit quippe peccatũ libertatẽ,vt homo qui ſuapte, vel infirmitate,

Luca 17.

Ioan. 14.

1. Cor. 13

Rom. 11.

1. Cor. 15

Pſal. 9.

tate,vel ignorantia, vel malitia cecidit in peccatum, à
1. Cor 3. ſeipſo nec bonum cogitare,nec velle,nec perficere,nec
Philip.2. à peccatis reſurgere valeat. Vt meritò qui cecidit Deo,
Pſal.10. dicere neceſſe habeat:Miſerere mei domine,quoniã infirmus ſum,quoniã nõ eſt mihi auxiliũ in me: ſana me Domine,quoniã turbata ſunt omnia oſſa mea:Et anima mea turbata eſt valde.Nam iraſcibilis infirmata,rationalis excæcata,cõcupiſcibilis malitia eſt infecta,iuxta
Hier. 11. illud:Si dereliqueritis Dominum, derelinquet vos, ij. Mach.xv. Si ergo poteſt Æthiops mutare pellem ſuam,aut pardus varietates ſuas,& peccator poteſt be-
Oſea 13 neſacere,cũ didicerit malum. Ex nobis perditio noſtra, ex Deo ſolũmodo auxiliũ,ſalùſq; noſtra. Et ideo quod impoſſibile eſt apud homines,poſſibile eſt apud Deum. Cuius miſericordia & gratia, arbor mala in bonã mutari poteſt, & tunc facere fructus iuſtitiæ. Sic Paulus, Magdalena,Zachæ',& id genus innumeri,de vaſis iræ, vaſa electionis,gratiæ & miſericordiæ, de manu Do-
1. Tim. 2 mini facta ſunt.In eius poteſtate eſt & manu, vas fictũ
Rom. 9. frangere, & aliud ſicut voluerit fingere. Et eiuſmodi ſunt mali in hac vita,quæ ad pacẽ eſt eis, in qua Deus dimittit eos ſecundũ deſideria cordis eorum, vt eãt in
Luca 19. adinuentionibus ſuis. Iam ſubſtituit ſtatum malorũ in
Pſal.80. futuro,qui eſt mortis ineuitabile imperium:de quo dicit: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur*, per mortem naturalem ab hac vita mortali. Moriũtur & boni, ſed non mittuntur in ignem, ſed tranſeunt à
Ioan.5. morte in vitã. Vnde ſubditur de malis *& in ignem mit-*
Mat.22. *tetur* æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Si tanta pæna eſt arboris ſterilis quæ fructum bonum non facit,ad cœnam venire negligit, oleum charitatis in lampade bonorum operum ſuorum non habet, miſericordiam proximo non fecit,vt diues frumẽti,& diues epulo,quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia arbores malas,malos fructus facientes? Non eis dicetur: Succidite infructuoſas arbores, vt quid enim terrã occupant? Sed magis in ira ſua loquetur ad eos: Succidite pernitioſam, veneñoſam & contagioſam vt quid etiam terram vitiat, inficit, contaminat & polluit fornicationibus ſuis, & filios Dei ſeducit? Et illud quàm diligentiſſimè hoc loci aduerte: Geminam videlicet eſſe pœnam malorum futuram: Vna eſt

exciſio, altera miſſio eſt in ignem. Exciſiones malorum, quinque ſunt, Vna in morte eſt naturali, per quam exciduntur à vita præſenti, vt non liceat eis diutius frui ipſius mundi voluptatibus, carnis illecebris, honore & dominatu, & quas cum labore multo & erumnis parauere, diuitiis. Præciſa eſt velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me. Hæc exciſio amara eſt, malæ ſibi conſciis, quando relinquunt alienis diuitias, regna & honores, & nudi reique exeunt de corporibus ſuis. O mors, quàm amara eſt memoria tua, multo autem amarior guſtus mortis eſt, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, viro quieto &c. Secunda exciſio peccatorum eſt, qua exciduntur à conſortio beatorum: Quamuis enim in hoc mundo triticum ſit cum paleis in eodem horreo, triticum cum zizania in eodem agro, virgines ſtultæ cum prudentibus in eadem domo, ſeparantur tamen in morte, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis Et iſta ſeparatio, priore amarior eſt. Videntes enim peccatores, quòd iuſti in refrigerio ſunt, quòd in ſinu Abrahæ fouentur, turbantur timore horribili &c. & dicēt, Ecce quomodo cūputati ſunt inter filios Dei &c. Sic excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur. O qualis luctus, quantus dolor, terror & conſternatio, quàm expaueſcenda erit tunc filiis deſertoribus, cùm viderint, Abraham, Iſaac & Iacob, & omnes iuſtos in regno Dei ſedentes, edere & bibere ſe autem expelli foras, eſurire, ſitire, & in miſeriis non ſubſiſtere. *Eſa.* 38. *Eccl.* 41. *Matt.* 5. *Matt.* 12 *Sap.* 4. *Sap.* 5. *Eſa.* 10. *Mat.* 8.

Tertia exciſio eſt amariſsima, qua exciduntur impij & tolluntur ne videant gloriam dei. Hæc, Chryſoſt. teſte, maior eſt omni pœna Multi gehennā ſolùm abhorrent, inquit, ego autem exciſionem illam gloriæ multo amariorem gehenna iudico, quod apparet ex pœna quā Abſalon habuit, quod faciem patris ſui Dauid videre non potuit. Quarta exciſio eſt etiam miſerrima, quia abſcinditur à reprobis tempus & locus veniæ, miſericordiæ & bonæ operationis. Ideo quodcunque poteſt manus tua modo inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia ſunt apud inferos, quò tu properas. Venit nox mortis, in qua nemo poteſt operari meritoriè. In die vero ſalutis & accepto tempore ſalutem noſtram cum metu & tremore operari debemus. Hinc dicitur, vel potius præcipitur de eo qui non *Eſa.* 26. *Eccl.* 9.

erat indutus veſte nuptiali, quòd ligatis manibus ac pe-
Ioan 9. dibus proiici deberet in tenebras exteriores, Ligatur,
Mat. 21. quia impoſsibile eſt vt amiſſam gratiam recuperet. Manus ligantur, quia impoſsibiles erunt ad benefaciendum. Pedes, id eſt, affectiones ligantur, quia impoſsibiles erunt, ad bene volendum. Quæ nunc in vicio ligantur voluntate obſtinata, in ſupplicio ligabuntur iuſta Dei ſententia. Vt qui nolunt benefacere dum poſſunt, poſtea non poſſunt dum cupiũt. Nec ſtultę virgines ſunt intro-
Vide Augusti de triplici habitaculo, miſſæ nec edones illi & bibones ſunt exauditi, nec diues ille aquæ guttam potuit obtinere, Quinta abſciſio eſt terribiliſsima, qua abſcinditur ab eis ſpes omnis veniæ & ſalutis, vt nunquam ſperent ſe boni aliquid aut conſolationis habituros, Deſtruxit me vndique & pereo, & quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam. Et illud,
Thre. 3. Ego dixi, periit finis meus, & ſpes mea à Dominó. Sic re-
Eſai. 28. penditur eis qui hic non ſperant in Domino, ſed po-
Mat. 25. nunt mendacium ſpem ſuam, & mendacio ſe protegũt. Etenim grando diuinæ vltionis, ſeueritatis ac iuſtitiæ, qua dicturus eſt ite maledicti in ignẽ æternũ, ſubuertet ſpem mendacij & protectionis. *Igitur ex fructibus cognoſcetis eos.* de quibus dixi prius. Soli Deo honor & gloria.

DOMINICA DECIMA POST PENTECOST. IN EPIST.

1. Cor. xij Sermo.

Luc. 5. *Fratres, ſcitis quoniam cum gentes eſſetis.* Chri-
1. *Tim.* 1 ſtus Ieſus qui in hunc mundũ venit pecca-
tores vocare ad pœnitentiam & ſaluare in regnum ſuũ cœleſte, tam dulciter eis lo-
Sap. 11. quitur, ſicut mater vteri ſui paruulo blã-
diens alludit. Tam comis eis fuit & affabilis, quam vn-
Eze. 18. quam pater eſſe potuit filio ſuo vnigenito, qui egreſſus eſt de vtero ſuo: Et hoc fecit, quia amat animas, & non vult mortem peccatorũ, ſed vt conuertantur, & vi-
2 *Pet.* 5. uant. Ideò parcit omnibus, expectat longanimiter, diſſi-
Ioel. 2. mulat peccata, iram ſuam continet in miſericordia ſuã,
Eſaia 30 nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam con-
Rom. 2. uerti, Verũm, ſi has diuinæ bonitatis diuitias & patientiæ & longanimitatis in arcum prauum conuerſus homo

mo contemnit,& peccata addit, omne conſilium Dei ſpernit,increpationes eius negligit,merito ſine vlla excuſatione damnatur & perit Iuſte æterna patiũtur tormenta,qui noluerunt reuerti, dignos pœnitentiæ fructus facere, Dei euãgelio digne ambulare,glorificare,& portare Deum in corpore ſuo, & oblatam ſpreuerunt gratiam ſpirituſſancti.Hortor igitur & moneo, ne tantam negligatis ſalutem,ſed magis ſecundum eum qui vocauit vos ſanctum,& vos,in omni conuerſatione veſtra ſancti eſtote,vt Deus in vobis glorificetur, qui vos propria gloria & virtute vocauit per euangelium ſuum in acquiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti, Verùm,omnium bonorum fontem viuum,mare exuberans & datorem liberaliſsimum oportet nos noſſe ſpiritumſanctum,& ei omnia bona noſtra accepta referre, Quia ex ipſo eſt omnis ſufficientia noſtra,& ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Ideo in lectione iſta tria notat Apoſtolus circa gratiam ſpirituſſancti conſideranda, Vnum eſt gratiæ neceſsitas.Aliud eſt gratiæ multiformitas.Tertium eſt originalis gratiæ indiuiſa vnitas. *1.Pet. 2.* *2.Theſ.2.* *2.Cor.3* *Heb.2.* *Rom.11.*

Doctor & magiſter gentium de rebus magnis eructaturus ſermonem bonum de bono cordis ſui theſauro:Nempe,de ſpiritualibus donis ſpirituſſancti,quaſi dicendorum titulum præmittit,dicens: De ſpiritualibus autem donis,nolo vos fratres ignorare veritatem, vt non ſint ſchiſmata inter vos,ſed pax & concordia. Sed ſpiritumſanctum vnicum & ſufficientiſsimum omnium ſpiritualium donorum fontem eſſe firmiſsimo corde ad iuſtitiam credite,& profitemini ore ad ſalutem.

Verùm intereſt plurimùm inter gratiam gratum facientem,& gratiam gratis datam.Illa eſt forma ſpiritualis & decor animæ à Deo nobis datus, gratum faciens habentem,& opus eius dignum vita æterna.Sed gratia gratis data,quodlibet donum eſt à Deo homini conceſſum,naturæ facultatem excedens, quo vnus alteri ad ſalutem cooperatur. Per hoc non iuſtificatur homo, nec dignus æterna vita efficitur,ſed ad ea diſponitur. *Rom.10.*

Probat autem tuba euangelij neceſſariam eſſe gratiam gratum facientem. Tum,quod ſine illa homo ſeducitur.Tum quòd ipſius ſequẽdo ductũ nemo in peccatũ labitur, tũ ꝙ ſine ea nemo bene operatur nec meretur. Primùm videlicet,quòd homo ſine iſta gratia ſeducitur,

oſtendit cum dicit: *Scitis* vt experti, *quoniam cum gentes eſſetis* ſine Chriſto, hoſpites teſtamentorum, promiſsionis ſpem non habentes, ſine Deo vero in hoc mundo ad *ſimulachra muta prout ducebamini euntes* in quo aſsiduitas erroris innuitur, cui nihilominus impietati ratio repugnat eratis ſine magiſtro omnis veritatis ſpirituſancto, ideo prout ducebamini à magiſtris mendacibus, à ſpiritibus erroris, qui non ſteterunt in veritate, à propria concupiſcentia illecti, quæ ſpiritui aduerſatur, & ſemper ab adoleſcentia ad malum prona eſt. Ducebamini autem ad infanda idola, multa & vana, quibus ſeruiſtis potius quàm creatori: qui eſt benedictus in ſecula & iuſto dei iudicio in reprobum ſenſum dati fuiſtis, & per malitiam excæcati, adeò quòd feciſtis ea quæ non conuenit, & turpe eſt dicere. Nam homo gratia dei deſtitutus eſt ſicut gubernator in tempeſtate ſine clauo, ſicut ſedens in equo indomito, ſine freno, ſicut miles amiſsis armis in bello, ſicut artifex ſine ſuis inſtrumentis, ſicut corpus humanum viribus & ſanitate carens. Prout ducebamini euntes, prout ſpiritus diffidentiæ vos agebat & vrgebat ad carnis deſideria, ad Deo odibilia opera adimplenda, & ducebamini ad veſtram perditionem. Sicut dæmones porcos impulerunt in mare ſe præcipitare curſu rapido, & ſicut cæcus dux ſe ſequentem cœcum ducit in foueam, & carnifex ſibi traditum ducit ad mortem & miniſtri Aſſueri Aman ad patibulum, & rex Nabuchodonoſor periurum & exoculatum, vinculiſque ligatum & compedibus ad carcerem in Babylonem duxit Ioachim regem. Accuſatores Danielis in lacum leonum, & ſenes Suſannam traducentes ad mortem. Probat deinde quòd inſtinctum gratiæ ſequendo & ductum ſpirituſſancti, nemo in peccatum labitur, dicens: Ideo notum vobis facio filiis meis dilectiſsimis, quos per euangelium genui, & nunc iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Erant inter eos filij Belial nonnulli, qui os ſuum poſuerunt in cœlum, & malè loquebantur de Deo, dicentes eum omnium malorum authorem, ſicut & Lutherus his malis diebus blaſphemauit. Non attendentes, quòd Deus non volens iniquitatem ipſe eſt. Sed & aliis maliciis os eorum abundauit, alia mendacia fabricabant, alia peruerſa dogmata concinnabant, & alios dolos,

Eph. 2. — Rom. 1. — Eph. 2. — Ephe. 2. — Matt. 8. — Matt. 15 — Heſt 7.

quibus illibatam fidem maculabant,faſcinabant inſtabiles,ſeducebant ſimplices. imponebant innocentibus Pſ.5 1.
& impugnabant atque deprauabant veritatem euangelicam,Chriſtum blaſphemabant,quaſi peccatorum miniſter eſſet & author,ac falſitatis adſertor. Deus odit & punit peccata.odio illi ſunt impij & impietates eorum. Ideo hic docet, quòd per ſpiritumſanctum declinatur ab omni malo,vitatur omne peccatum,omnis via iniqua odio habetur vnde ait:Ideo ne & vos per dulces ſermones & benedictiones antichriſtorum ſeducamini, Iean.1 3.
Notum vobis facio veritatem,vos dicens, *quòd nemo in ſpiritu* Dei ipſum inhabitante &,monente loquen s,locutione perfecta,videlicet corde ſentiendo, ore proferendo & opere conteſtando,dicit aut facit *anathema Ieſum*, id eſt,quodcũque ſeparatiuum à Chriſto,hoc eſt,quodcunque peccatum.Peccata namque ſeparant nos à deo Quia longè à peccatoribus ſalus,Vel aliquam blaſphemiam in Ieſum. Sed contra, Deus operatur in bonis omnem bonitatem,iuſtitiam & veritatem, ideo ait: *Et nemo poteſt dicere* verè,corde,ore & opere.Corde de eo Sap. 1 4.
ſentiendo in bonitate Ore confitendo eum ad iuſtitiam.Opere,in omnibus bonis fructificando, in quibus ipſe glorificetur,*dominus Ieſus*,hoc eſt,Ieſus eſt dominus meus,& ego ſum ſeruus,eius & ego illius mandatis obtempero, quod eſt ſerui boni,& quæ odit & prohibet, abhorreo & deuito, *niſi in* ſpiritusancto, qui in bonis & rectis corde,cogitare,velle & operari bonum, operatur pro bona ſua voluntate.Sicut ſcriptum eſt, Omnia opera noſtra bona,operatus es nobis.Et ſtatim hic ſequitur.Deus operatur omnia in omnibus Ideo dicitur ſpiritus virtutis.Quia virtutem & fortitudinem operãdi,iuſtitiam,faciendi bonitatem & omnem Dei bonam, beneplacentem & perfectam voluntatem abſoluendi his quos replet,ducit & inhabitat,tribuit. Et nihil qui eiuſmodi eſt mente,lingua aut opere peragit,quo Chriſti nomen inhonoretur, deus blaſphemetur & euangelij doctrina deſpiciatur. Quod autem dæmones dominum Ieſum confeſsi ſunt & nominauerunt,coacti fecerunt & timore,non bona voluntate Nec fecerũt quæ dixit,ſicut et alij multi, ei dicunt. Domine, quos nunquã nouit,Falſa eſt & ficta confeſsio,qua vocatur dominus,& ore nonnulli confitentur ſe noſſe Deum,& operi

bus

bus eum negant. Cum interim ſunt abominabiles & increduli, & ad omnia opera bona reprobi. Iſti *ſoli labiis deum honorant*, & cor eorum longe eſt ab eo. Doloſe agunt in conſpectu eius, ideo iniquitas eorum inuenitur ad odium. Rurſus conſiderandum quod nemo poteſt declinare à malo & facere bonum niſi per ſpiritum ſanctum. Dupliciter autem aliquid eſt à ſpirituſancto Vno modo ſpirituſancto mouente & non habito. Et hęc motio eſt duplex, Vna per generalem influxum, vnde dicit Ambro Omne verum à quocunque dicatur, eſt à ſpirituſancto. Alia per ſpecialem influxum & maxime in his, quæ excedunt facultatem naturæ, et hoc modo Balaam multa vera prædixit, & Caiphas prophetauit. Alio modo dicitur aliquid eſſe à ſpirituſancto ipſo monente & per gratiam habitanti in mente, & ſic loquitur hic Apoſtolus vt eſt prius dictum. Nam diabolus confeſſus eſt eum eſſe filium Dei viui, et apoſtoli eius, miniſtri ſubdoli, ſeductores populi magiſtri mendaces, Ieſum prædicant, euangelium efferunt, fidem obganniunt, gratiam reboant, ſed non vt animas lucrentur, ſed vt decipiant, ſeducant, perdant et damnent. Nec ſic agendo loquitur in ſpirituſancto; ſed in ſpiritu malo, et attendunt ſpiritibus errorum et doctrinas effutiunt dæmoniorum et in hypocriſi loquuntur mendacia, mendaces ſicut pater eorum diabolus eſt mendax et pater mendacij Tractat deinde vas electionis de gratiæ multiformitate, dicens: *Diuiſiones gratiarum ſunt*. Hoc commune eſt omnibus, quod nemo poteſt diligere et operari iuſtitiam, et odire ac vitare iniquitatem, niſi per ſpiritũ ſanctũ. Nihilominus nõ omnes parem gratiã habẽt, ſed vnus ſic, alius vero ſic, gratiã accipit à ſpirituſancto: Vnuſquiſque ſecũdum propriam virtutẽ, prout ille vult et diſtribuit, *idem autem ſpiritus* qui gratiã diſtribuit. Riuuli multi, fons et puteus aquarum viuentium iſtarum vnus eſt. *Et diuiſiones miniſtrorum ſunt* id eſt, diuerſi effectus gratiæ reſpectu aliorum, *idem autem Dominus* filius et verus hæres, dãs ſingulis pro arbitrio ſuo adquẽ pertinet miniſtratio. Quia non venit miniſtrari ſed miniſtrare, et etiã poſt iudicium tranſiẽs miniſtrabit electis ſuis in æternũ. *Et diuiſiones operationum ſunt*, id eſt diuiſi effectu gratiæ quantum ad ſe, *idem verò deus* parter dato om

Marginalia: *Iſ.29.* — *Mat.15.* — *Num.24.* — *Ioan.11.* — *Mar.5.* — *Mat.8.* — *Luc.4.* — *1.Tim.4.* — *Ioan.8.* — *1.Cor.7.* — *Matt.25* — *Mat.20.* — *Luc.22.*

omnium qui eſt principium & origo totius diuinitatis: Et cui appropriatur potentia, à qua exit operatio bona. Deſignat hîc Apoſtolus vnitatem in eſſentia, dicendo, idem ſpiritus, dominus, deus. Et trinitatem in perſonis in hoc, quòd tribus nominibus vocat eos, *qui* deus trinus & vnus *operatur omnia in omnibus:* Non omnia in ſingulis, quia non omnia in ſingulis, ſed omnia ſunt in omnibus, vt quod non habeat in alijs. Vt nec quiſquam infletur aduerſus alium, alieni enim eſt muneris quod habet. Si autem accepit, quid gloriatur aut tumet, quaſi non acceperit illud: *Vnicuique* fidelium in Chriſto renato, *datur manifeſtatio ſpiritus*. id eſt, gratia. per quā ſpiritusſanctus ſe manifeſtat habitare in nobis, & nos eſſe templa ſua. Quia deus in domibus ſuis cognoſcitur, ex fructibus bonis & operibus, quæ in deo facit homo, in quibus deus glorificatur *ad vtilitatem* & ſalutem propriam cum ea operandam, cum metu tremore, & aliorum. Alioqui quid prodeſſet mihi ſi totum mundum domino lucrarer & ſaluarem, ſi ipſe detrimentum animæ meæ ſuſtinerem, reprobus fierem & damnarer. Ad vtilitatem ait & ædificationē propriam & eccleſiæ non ad deſtructionem. Ad erogandum non ad fodiendum ſub terra. Ad negotiandum & dandum ad vſuram. non ad otium ſectandū: Non ad carnem in voluptatibus paſcendam. Vnuſquiſque ergo ſicut accepit: gratiam in alterutrum illam adminiſtrare conetur, ſicut bonum & fidelē diſpenſatorem multiformis gratię dei oportet. Hîc iam quæritur inter diſpenſatores. vt fidelis quis inueniatur. Vide iam diuitias bonitatis diuinę. Confert enim & diſtribuit dona ſua, communiter ſine perſonarum acceptione, quia vnicuique. Liberaliter, ſine venditione, quia datur. Euidenter, ſine ſimulatione, quia manifeſtatio ſpiritus. Vtiliter, ſine deordinatione. Gratias deo ſuper omnibus qui retribuit nobis. Proſequitur deinde diuiſionem gratiarum in ſpècie dicens: *Alij quidem per ſpiritum* ſanctum *datur* gratis *ſermo ſapientiæ*. Non ſolūm ſapientia, id eſt. de diuinis intelligentia *Alij ſermo ſcientiæ*, quæ eſt de humanis, *ſecundum eundem ſpiritum*. Quia eorum ſermo eis datur, vt alijs eam poſſint eloqui ſapientiam, hanc Paulus loquebatur inter perfectos Et Ioannes præiuit ante faciem Chriſti parando vias eius, & dando ſcientiam ſalutis ſanctorum & dei, plebi eius in remiſſionem

1 Cor 4. 1. Cor. 3. Pſal. 47. Philip. 2. Mat. 16. 2 Co. 13 Luc. 19. Mat. 25. 1 Pet. 4. 1 Cor. 4. 1 Cor. 2. Luc. 1.

remiſſionem peccatorum eorum Hæc ſunt duo lumi-
Gene. 1. naria magna. Sapientia ſol eſt,& ſcientia luna in eccle-
ſiæ Dei domo lucentia. *Alij fides datur in eodem ſpiritu.*
Hæc eſt conſtantia fidei,quæ certitudo de rebus inuiſi-
bilibus eſt,quæ ſupponuntur,vt principia catholicę do-
Heb. 11. ctrinæ.Vnde Apoſtolus ait: Fides eſt ſubſtantia ſperan-
darum rerum,argumentum non apparentium, hoc eſt
certitudo non euidentiæ,ſed inhærentię *Alij gratia ſa-
nitatum*,id eſt,curandi infirmos,datur *in vno ſpiritu. Alij
operatio virtutum*,id eſt,miraculorum, quæ ſunt ſupra
naturam Sapientia & ſcientia pertinent ad vitæ re-
gimen. Sapientia ad vitæ contemplatiuæ , ſcientia ad
regimen vitæ actiuæ,Alia tria pertinent ad fidei confir-
mationem,Nempe,fidei conſtantia,ſanitatum collatio,
miraculorum operatio. Quę ſequuntur pertinent ad
vtrúmque.*Alij prophetia*,ad explicanda futura,vel incer-
ta & occulta ſapientiæ & voluntatis diuinæ *Alij diſcre-*
Pſal 50. *tio ſpirituum*,vt probet ſpiritus vtrum ex Deo ſint,quia
& Satanas in angelum lucis ſe transfigurat,& bona a-
liquando dicit, vt poſtea mendacijs ſuis fides detur, &
1 Ioan. 3 decipiat.*Alij genera linguarum*,vt varijs linguis loquan-
1 Cor. 11 tur.*Alij interpretatio ſermonum*,id eſt,cognitio &elucida-
tio arcanarum literarum. Vel viſionum , & ſomniorum
vt Ioſeph & Danieli. *Hæc autem omnia* , quamuis varia
dona & in diuerſis *operatur* vbi vult,quando vuult,quo-
modo vult,quantum vult *vnus* in ſubſtantia, natura &
eſſentia, *atque idem* inuariabilis *ſpiritus* ſanctus *diuidens
ſingulis.* non ipſe diuiſus , *prout vult*,ſicut qui Deus eſt.
Gratis, non ex merito. Non ergo ex fato aut ex con-
ſtellatione ſicut falſè fingunt Priſcillianiſtæ hęretici.Ille
diuidit ſicut cuique videt & nouit expedire.Vt ob mu-
tuam inter nos charitatem ſingulorum dotes ſint om-
niū cōmunes.Per hoc etiam tollitur error gẽtiliū, qui
diuerſas gratias attribuebãt diuerſis dijs. Vt ſapientiã
Ioui,locutionẽ Mercurio &c.& nõ diuinę bonitati.Tol-
litur & error eorũ qui dicebant,deum non habere co-
gnitionem rerũ , niſi in genere &non ſingula noſſe.Sed
mẽtitur iniquitas ſibi.Illi cura eſt de nobis.Omnia nuda
& aperta ſunt oculis eius.Ipſe conſiderat vias noſtras,&
cunctos greſſus noſtros numerat Imò,ipſe cauſas ſingu-
lorũ intuetur. Ipſe diſcretor cogitationũ & intentionũ
cordis eſt.& nulla creatura inuiſibilis eſt, & nulla crea-
tura

tura inuiſibilis eſt ante eum. Hoc patuit in Abel ad cuius munera aſpexit &c.

DOMINICA DECIMA POST PENTECOST. IN EVAN.

Luc xvj. Sermo

MVlti vſque in hodiernum diem errant, eo quòd ſcripturas non intelligunt, vel patrem ſuum diabolum malunt imitari, quàm lucem ſequi veritatis: Falſò ſiquidem rerum quas habent, ad vſum neceſſarium datarũ ſibi. & cenceſſarum à Domino, ſe dominos æſtimant. Et ſicut Satan omnium rerum, & totius mũdi ſe mentiebatur coram ſaluarore noſtro dominum, & tradita ſibi, ac cui voluerit ea tradere pro ſua voluntate & beneplacito ſe mentiebatur habere poteſtatem. Sic multi heu, à Deo ſe auertentes, nec vnde flumina beneficiorum Dei veniant attendentes, rerum ſuarum ſe dominos eſſe non ſolum arbitrantur, ſed etiam damnabili temeritate gloriantur & iactant. Hinc damnãbili inſania eis abutuntur ad luxum vitæ, ad ſuperbiam mundi. Sed & eam cum meretricibus crebro profundunt & hiſtrionibus, nihil interim dantes pauperculo Lazaro, aut patientibus neceſſitatem, Sed toto cœlo à veritatis ſcopo aberrant. Serui ſunt & diſpenſatores magni patrisfamilias, qui hæc eis ad tempus conceſſit, rediturus tempore & hora, qua ſeruus malus, nequam, piger, & inutilis ignorat, rationémque ſtrictiſſimam exacturus. Tunc oportet vnumquemque pro ſeipſo rationem reddere villicationis ſuæ. Tunc nihil inuenient omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Tunc exiguo conceditur miſericordia, potentes verò potenter tormenta ſuſtinebunt. Hæc recogitemus dum adhuc tempus eſt acceptabile & dies ſalutis lucent. Iam operemur ſalutem noſtram. Modo faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis. Diſpenſatio nobis credita eſt. Hoc curemus omni qua poſſimus diligẽtia, vt boni fideléſq; diſpenſatores dei ſimus, & in hora mortis inueniamur, Propter quod chariſſimi ſatagite immaculati & irreprehenſibiles inueniri in vita & actionibus veſtris, vt digni habeamini in regno dei. Si autem hæc ſpernimus, & luſum

vitam

vitam iſtam putamus,&conuerſionem compoſitam vitę ad lucrum, oportere vndecũque etiam ex malo acquirere Si dixerimus.prophetas inuentũ locutos,nihil mali manere ſceleratos:& eos qui operantur iniquitatem, qui de induſtria recedunt à deo,ſcientię dei nolunt habere,nec volunt in vijs eius ambulare.illis dies domini ſicut fur in nocte ita veniet.Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, & ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient Sic ſit qui ſeminant in carne,de carne metent corruptionem.
Prou. 21 Iuxta illud tritum vulgi prouerbium,Vt ſementem feceris,ita & metes,Fugite ergo à facie gladij,qui ex ore
Luc 13. procedit vtráque parte acutus, hoc eſt,à ſententia dura nimis,qui dicet, Diſcite à me omnes operarij iniqui-
Pſal. 95. tis &c.Quoniam vltor iniquitatum,gladius eſt. Et ſcitote eſſe iudicium in quo iudicabit dominus orbem terrarum & in iuſtitia, ſpopulos in æquitatę & veritate
1 Pet. 4. ſua. Vbi ſi iuſtus vix ſaluabitur, vbi impius, obſecro, & peccator parebit? igitur pater miſericordiarum &
Pſal. 94 luminum in iſto nos docet euangelio appoſito pulchróque paradigmate,quomodo fugere debemus à vẽ-
Dan. 4. tura ira,faciem eius in confuſione præueniendo,peccata noſtra eleemoſinis redimendo,& iniquitates noſtras miſericordijs pauperum.Ait ergo *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis*, qui tunc cum eo erant,& nobis omni-
Rom. 13. bus,iuxta illud:Quod vobis dico omnibus dico Omnes
Ioan. 13. enim nos diſcipuli eius ſumus, ſi charitatem habuerimus ad inuicem,& abnegamus nos, tollimuſque crucẽ noſtram & ſequamur eum.*parabolam iſtam*,ſcitu dignam & quæ memoriæ commodetur neceſſariam multũ. Væ nobis,ſi hanc cordis noſtri tabulis non inſcribimus Væ
Luce. 8. nobis ſi, ſemen hoc benedictum,aure corporis tantùm
Rom. 4. audimus,& auditum ſinimus diabolum de cordis noſtri agro per iocuriam,vel deſpectum tollere,ne credentes fide electorum, & operando, ſalui ſiamus. *Homo quidam*
Pſl. 109 *erat diues*.Hic homo, Chriſtus Ieſus eſt,Deus ex patris vtero ante luciferum genitus,homo verus ex Maria in temporis plenitudine propter nos natus. Homo natus eſt in ea de ſpirituſancto, & ipſe fundauit eam altiſſi-
Pſal. 86. mus.Quidam diſcretiuè dicitur,quia nullus eſt ei ſimilis in legiſlatoribus,ſed nec eſt ei ſimilis in diis, quibus numinis aliquid ineſſe putauit ſtulta gentilitas, neque

poteſt

ta gentilitas, neque poteſt imitari quiſquam opera eius. Et quis verbis aſſequi poterit, quã ſingularis Chriſtus Ieſus in omnibus operibus ſuis fuit? Similem ſibi non habet in æterna generatione à patre. In obumbratione & temporali conceptione in virgine. In egreſſione inſtar ſpõſi de thalamo ſuæ matris clauſa & illæſa manente porta vteri ſui. Nunquam ſic homo locutus eſt vt ipſe, plenus gratia fuit & veritate. Ipſe opera fecit inter homines conuerſando, quæ nemo alius fecit. Et vt laconiſmo loquar: Nemo ei ſimilis in gratiæ plenitudine, in peccati immunitate, in doctrinæ, in poteſtatis plenitudine, in morte, in reſurrectione, in aſcenſione, in ſpiritusſancti miſſione, in miſericordiæ multitudine. *erat diues.* Sed cur non dicit, Eſt diues? quando diuitem eſſe conſtat Deum & eius diuitias nec augeri poſſe nec minui. Sed erat diues, & cùm diues eſſet, eſt & ſemper maneat, nihilominus propter nos egenus factus eſt, in carnis aſſumptione, dicẽte Dauid in perſona eius: Egenus & pauper ſum ego. In ſua conuerſatione: quia non habuit vbi caput ſuum reclinaret. Ipſe pauper, ait Zacharias, ſedens ſuper aſinã. In ſua paſſione, iuxta illud: Recordare paupertatis meæ, cùm eſſet diues in bonis ſpiritualibus, in omnes qui inuocant nomen eius in veritate, & corde puro. Vt nos illius inopia in temporalibus, diuites eſſemus in gratia & diuitiis ſupernis. Sic ergo paupertatem aſſumpſit, quòd diuitias non amiſit. Intus diues, foris pauper. Latens Deus in diuitiis, apparens homo in paupertate. Simul in vnum diues & pauper. Omnes diuites facti ſunt, in pauperem Chriſtum credentes. Pauper in cella, diues in conſcientia Omnia ſimul in Chriſto fideles habent & abundant in ſpe & in virtute ſpiritusſancti, in omni opere domini ſemper, nemóq; inter illos egens eſt Eſt autem Chriſtus diues in miſericordia, & has habet apud ſe pro peccatoribus reconditas. Eſt diues in ſapiẽtia: Et has copias pro ignorantibus habet Eſt diues in gratia, in bonitate, in patientia, in longanimitate, & hos theſauros pro iuſtis, nã peccatores eos contemnunt Diues item eſt in magnitudine gloriæ, has beatis ſolus oſtẽdit. In hac enim vita oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor cuiuſquam hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Illis oſtendit diuitias gloriæ regni ſui, ac ma-

2. Cor. 8
Pſal. 69.
Matt. 8.
Zach. 9.
Thren. 3.
Diues Chriſtus.
Epheſ. 2.
Ephes. 3.
Epheſ 3.

3.Re.10 gnitudinem & iactantiam. Veritas glorię regni Chriſti
2.Par.9. famam vincit,& media pars bonorum tantorum,vt regina Saba Salomoni dixit, ad nos non peruenit &c. Cùm apparuerit gloria eius,& nos in eandem imaginẽ trasformati fuerimus,à claritate gratię in claritatem
2.Cor.3. glorię, tanquam à Domini ſpiritu: tunc videbimus & affluemus,& mirabitur & dilatabitur cor noſtrum.Tūc
Iſa.33. regem in decore ſuo videbimus. Tunc pauperes ſpiritu, ſuper omnia bona ſua conſtituentur. Sic pauperes elegit deus in hoc mundo,ſed diuites in fide,in gratia, in
Iacob 2. meritis,in deo.Dominus hos pauperes facit in hoc mūdo in rebus caducis,& ditat opibus ſupernis ſe diligen-
Prou.8. tes,eorúmq; theſauros replet. Beatus qui ſic eſt in deū diues, huic erit gloria æterna. O quam miſeri ſunt & infelices,qui caducas huius mundi diuitias,ſint naturę, ſint fortunę,ſint animæ, iſtis præferunt & pluris faciūt
Pſ. 143. Horum ego vitam atq; mortem,iuxtà æſtimo Filij huius ſeculi,beatum dicunt populum cui hæc ſunt. Adſer-
Luca 9. toris autem inſtitutis aliter nos edocti ſumus. Nempe; Væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. Et quod difficulter diuites intrant in regnū cœlorum.Ego igitur hūc beatum dicò,non qui aurū multum habet & argentum,in quo confidunt homines,ſed eum qui cōtentus eſt his quæ habet,& cui ſua paupertas ſufficit,eámq; diuitias computat.Et quorum altiſſima paupertas in diuitias ſimplicitatis eorum redundat. Ille vero omnium eſt ditiſſimus, qui vt reliquit omnia
Philip. 4. propter Chriſtum ita & affectum habendi penitus ab-
Matt. 6. dicauit,& nudū ſequitur crucifixum, omniaq; habet in
Cicero in Chriſto Huic totus mundus diuitiarum eſt, omnia ha-
Parado- bet & abundat,in his quæ fures furari, latrones aufer-
xis. re,tineæ demoliri,vorax ignis cōſumere non valet.Huc Biantis exemplum pertinet, qui de ſua & domo & ciuitate igne ſuccenſa hoſtili exiēs cùm nihil rerum geſtaret in manibus,ab vno ſciſcitabatur.Nū aliquid ſecū ferre vellet?Reſpondit: omnia bona mea mecū habeo, Alta mente verus rerū æſtimator,fortunæ bona deſpexit,virtutes & ſapientiam ſua bona, quæ nemo ei diripere poterat,eſſe cenſuit O dignū apophthegma,quod verſetur in ore omnium, & memoria mentéq; alta reponatur. Et hic homo diues *habebat villicum*. Villicus, villæ gubernator eſt.Vel qui præeſt pago. Et interdum

pro

pro ruſtico agricultore ponitur. Ex quo colligitur, quòd villici non ſunt domini, ſed alienarum facultatum ſunt adminiſtratores, rectores, cultores, & diſpenſatores. Villicus huius diuitis triplex eſt: in ſpiritualibus ſunt Prælati Eccleſiæ, paſtores gregis dominici. In temporalibus ſunt Principes terreni, quib. ſicut tributa pēdunt ſubditi, ita ipſi eos ab omni iniuria vindicare, & diligere debent. In vtriſq; autem, quilibet eſt Chriſtianus. Ecce homo ille diues, talenta ſua partitus eſt. Vni quinq;, alteri duo, tertio vnum dedit. Vnicuiq; ſecundum propriā virtutem. Sic ergo vnuſquiſq; proprium donum habet ex deo, alius quidem ſic, alius verò ſic. Vnicuiq; noſtrū data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti. & hoc differenter. Sunt enim diuiſiones gratiarum, miniſtrationū & operationum. Idem verò ſpiritus, idē dominus, idē & deus, qui operatur omnia in omnibus. Videant poteſtate præditi, quos conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt ſint fideles diſpenſatores multiformis gratiæ dei. Videat vnuſquiſq; quomodo lucrum faciat cum talento ſibi dato à deo. Recepit enim vnuſquiſq;, ſed differenter, bona mundi, bona corporis, bona animæ, & de his ratio ab vnoquoq; exigetur, eáq; ſtrictiſſima. Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens? Fidelis in ſpiritualibus, prudens in temporalibus, hunc enim deus ſuper omnia bona ſua conſtituet in vita futura. Iſte magis ſollicitus eſt acquirendis amicis & theſauro theſauriſando in cœlis, quàm de falſis coarceruandis diuiciis in terris. Imò vt ſtercus eas deſpicit ac detrimenta facit, vt lucrifaciat Chriſtum. *Et hic diffamatus eſt coram illo.* Ecce periculum villici idque multiplex: diffamationis, citationis, repræhenſionis, reddendæ rationis, depoſitionis. Ecce operarius iniquitatis, diffamatur apud Deum infidelitatis ſcilicet, crudelitatis, ſegniciei. Infidelitatis, eo quòd non diſtribuit bona domini ſui pauperibus, ſed cum meretricibus ea conſumpſit, perdit iſque hominib. ipſa vita indignis ea erogauit. Crudelitatis, quia cœpit ille ſeruos percutere & ancillas, edere, bibere & inebriari. Segnicei alius inculpatur, qui noluit quicquam operari, neque talentum poſuit ad vſuram, *quaſi diſsipaſſet bona ſua.* Paſtor eccleſiaſticus, quòd corrumpit ſubiectos ſuo malo exemplo, aut colloquiis prauis, aut doctrina inſyncera, principes

Mat. 15.
Hebr. 4.
Rom. 12.
1. Cor. 12.
1. Cor. 4
Luca 12.

& iudices terrę bona aliorum rapiēdo. Quilibet Chriſtianus, vel male cōgregando, male exponendo, vel gratiam negligendo, & tempus bonis operibus non redimēdo. Bona enim veſtra, dei ſunt auctoritate: Quia domini eſt terra & plenitudo eius, ſed veſtra ſunt vſu & vtilitate. Et obſerua quod dicit, quaſi diſſipaſſet bona illius, & non abſolutè quod diſſipaſſet. Eſt enim diſſipare hoc loco, non ad honorem Dei & vtilitatem ſuam & proximorum vti rebus conceſſis, ſed ad profanos, malos & deo odibiles vſus ea detorquere. Verùm, quantumlibet eis abutantur impij, nihilominus ad aliquem boni-

Pſal. 36. tatis ordinem dilapidationem iſtam reducit deus. Tu ergo, ſi ęmulatus fueris malignātes, & malignus fueris, & zelaueris facientes iniquitatem, ac bonis illius non in adiutorium vſus fueris ſalutis, ſed ad cumulum perditionis tuæ & aliorum fueris peſſimè abuſus, tunc tuā diſſipationem ad iuſtitiæ ordinem deus ordinat, & diuidet animam ſeparando à corpore, partémq; tuam cū infidelibus ponet. Sed qui ſint diffamatores vel accuſatores iſti, pulchrum eſt indagare & ſcitu vtiliſſimū. Accuſatur peccator apud deum ab angelis ſanctis. Cura-

Hier. 15 uimus inquiunt Babylonem, & non eſt curata vel ſanata. Derelinquamus eam &c. Vide Gloſ. ordinariam, &

Iob 20. Lyranum. Reuelabunt cæli iniquitatem eius. Per cælos autem angelos accipe. Et dominus in euangelio: Vidētes conſerui ingrati ſerui crudelitatem, contriſtati ſunt valdę, & venerunt & narrauerunt domino omnia quæ facta fuerant Conſerui autem noſtri, angeli ſāncti ſunt, vt vnus eorum Ioanni dixit. Angeli ſancti narrant Deo

Tob. 12. noſtras culpas, vt hic. Noſtras iuſtitias, vt in Tobia. No-

Iob 33. ſtras miſerias, vt in Iob: Si fuerit pro eo angelus loquēs.

Apoc. 12 Secūdò accuſatur ab angelis malis, ſiue diabolo. Vnde & accuſator fratrum dicitur in Apocalypſi, die ac nocte accuſantes ante conſpectum Dei noſtri. Ipſi referunt ſcelera noſtra, vindictam expetunt & celerem mortem. Ne ſi vita in longum protrahatur, quos funibus peccatorum conſtrictos tenēt, à laqueis eorum reſipiſcant, & dignis pœnitentiæ fructibus vitam mereantur æternam. Si tantæ fuit impudentiæ Satan ipſe vt

Iob 1. ſanctum Iob, virum vtique cui non erat ſimilis in terra, ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo, quem Deus ipſę commendauit, accuſare non erube-

ſceret

ſceret ante conſpectum Dei noſtri, quid non allegabit *Eſaiæ 5.*
contra ſceleſtos & filios deſertores,qui trahunt iniqui-
tatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri
peccatum? Tertiò accuſantur à ſanctis defunctis.No- *Ioan. 5.*
lite putare, dixit Ieſus.exaſperatoribus Iudæis, quòd
ego vos accuſaturus ſim apud patrem, eſt qui accuſat
vos Moyſes, in quo vos ſperatis. Deum immortalem,
quot theſes ex vna iſta authoritate inferri poſſent. Sic
ſancti(vt exempli gratia dicam) in quorum vota iura-
uimus,quorum regulas profeſſi ſumus,nos accuſabunt
coram Deo &c.Sic & in Apoc.ſancti dicunt Vſquequo *Apoc. 6.*
Domine,ſanctus & verus, non iudicas & non vindicas
ſanguinem noſtrum,de his qui habitant in terra? Ma-
gnus hic expaciandi campus foret, ſi alas extendere,&
occulta vellem producere in lucem. Quartò à ſanctis *Hiere. 11.*
in vita hac exiſtentibus.Tu domine ait Hiere.ſabaoth,
qui iudicas iuſtè. & probas renes & corda,videam vl-
tionem tuam ex eis.Tibi enim reuelaui cauſam meam.
Eadem verba alio in capite repetit idem vates.Et Da- *Pſal. 73.*
uid ait:Memor eſto huius, inimicus improperauit Do- *& 78.*
mino,& populus inſipiens incitauit, vel execratur no- *& 80.*
men tuum.Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi, &
animas pauperum tuorum,ne obliuiſcaris in finē. Re- *Pſ. 118.*
ſpice in teſtamentum tuum &c.Et iterum:Vide humi-
litatem meā & eripe me. Vide ad hoc textum pulchrū.

Quintò accuſatur à propria conſcientia, quæ huius
rei gratia,millè teſtes dicitur.Et Apoſtolus: Teſtimo-
nium illis reddente conſcientia ipſorum,& inter ſe in-
uicem cogitationū accuſantiū aut etiam defendentiū.

Sextò accuſatur ab opere malo quod patrat. Arguet
te malitia tua, & auerſio tua,increpabit te. Sic tradu-
cēt ſceleſtos ex aduerſo iniquitates eorum. In fine ho-
minis denudatio operum eius.Et in Apoc. Opera eorū *Apoc. 14*
ſequuntur illos,ſicut vmbra corpus. Opera iuſtorū ſe-
quuntur eos ad defendēdum.ſed opera malorum per-
ſequuntur & accuſant eos. Nam ſicut cœli reuelāt ini- *Iob 20.*
quitatem prauorum.ſic & terra conſurgit aduerſus eos.
Hinc & Moyſes ait:Teſtes inuoco hodie cœlum & ter- *Deut. 36.*
ram &c. Et Abacuc ait: Lapis de pariete clamabit ad *Abac. 2.*
Deum contra te,& lignum quod inter iuncturas ædifi-
ciorum eſt,reſpondebit. Præcipuè tamen quatuor pec- *Geneſ. 4.*
cata clamant in cœlum; Innocentis ſanguinis effuſio

videlicet, Pauperum oppreſſio, vt obſtinatus Pharao
Exod. 4. pauperes grauauit Iudæos. Sodomia. Detentio merce-
Gen. 19. dis debitæ. Secundo loco ponitur diffamati citatio: Nã
Iacob 5. ſicut Romani neminem condemnabant, priuſquam ac-
cuſatus præſentes haberet accuſatores, locúmque de-
fendendi acciperet, ad abluenda crimina, quæ ei obii-
ciebantur. Sic & Deus quamuis nouerit omnia, nihilo-
Ioan. 6. minus accuſatum vocat, delicta ei proponit Ideo ſequi-
Apoc. 3. tur, *Et vocauit illum*, inſpirationibus internis: pater tra-
hendo, filius ad oſtium cordis pulſando, in ſcripturis
ſanctis ſpiritusſanctus clamat. Vocauit Deus prædica-
tionibus externis, mittens diſcipulos vt dicant inuitatis
Esa. 55. vt veniant. Dicens illud: Derelinquat impius viam ſuã
&c. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Conuertimini ad
Dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors
eſt. Vocat beneficiis. Sic tota die gratiæ, expandit ma-
nus ſuas, eáſque aperit beneficia largiendo innumera,
Hier. 5. omnéque animal benedictione implendo. Et id faciat
ad populum non credentem, ſed contradicentem ei.
Saturaui eos & mœchati ſunt. & in domo meretricis lu-
Psal. 77. xuriabantur. Vocat multiplicibus flagellis. Cùm occi-
deret eos, quærebant eum. Et iterum: Imple facies eorũ
ignominia, & quærent nomẽ tuum Domine. Multipli-
catæ ſunt infirmitates eorũ, poſtea accelerauerunt Vo-
cat inſuper timorem incutiendo æternæ damnationis.
Hoc terribili modo vocatus eſt ille cui dictũ eſt: Stulte
hac nocte dæmones animam tuã repetent à te. Et hic
in euangelio hodierno. Et iterum: Eſtote parati, quia
qua hora non putatis filius hominis veniet. Vocat &
Eccl. 38. iudicatorum damnatorúmque voce. Ipſi enim dicunt:
Memento iudicij mei ſic erit & tuum. Mihi heri, & tibi
6. Aenei- hodie. Et illud: Diſcite iuſtitiam moniti, non temne-
dis. re diuos, Et illud: Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ
Sap. 5. lumen non luxit nobis &c. Et alibi: Rogo mitte Lazarũ
Luca 16. ad quinque fratres meos, vt teſtetur illis ne & ipſi ve-
Apoc. 16. niant in hunc locum tormentorum. Et illud: Comman-
ducauerunt linguas ſuas præ dolore, & blaſphemaue-
runt Deum cœli, præ doloribus & vulneribus ſuis, ne-
que egerunt pœnitẽtiam ex operibus ſuis. Et illo quid
Mat. 25. terribilius? Domine, Domine, aperi nobis. Et ille reſpõ-
dens, dicet Amen dico vobis, neſcio vos vnde ſitis. Di-
ſcedite à me omnes operarij iniquitatis in ignẽ æter-
num.

num. Quid tam eſt timoris plenum & horroris, quàm vox iſta dura & omnis ſpei in æternum excluſiua? Verè, verè. Quē tonitrua illa non excitant à ſomno mortis, eius ſalus deſperanda eſt. Ego autem cùm horū recordor, pertimeſco, & concutit carnem meam tremor. *Iob 21.*
Huius citationis primum edictum eſt in ſanitate. Et ſi tunc corda noſtra obduramus, inſtar lapidis adamantis & ſpernimus conſilium Dei, increpationéſque eius negligimus, tunc vocat nos infirmitate & aduerſitate: Et ſi nec ſic ad cor reuertimur, & à diaboli laqueis nō reſipiſcimus, tunc tertiò vocat in morte perinde ac peremptorio edicto: Et hoc periculi plenum eſt, eouſque pænitentiam differre, eo quòd pœnitentia ſera, rarò eſt vera. Et hac animaduerſione communiter percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dū ſanus erat & incolumis, oblitus eſt dei. Quartum eſt poſt mortem ad iudicium. Media nocte clamor fiet: Ecce ſponſus venit, ſurgite obuiam ei. Omnes nos tunc manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Ibi nulli miſericordia concedetur, ſed vnuſquiſque referet propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Primo edicto vocatus eſt Dauid à Nathan, poſt adulteriū & numerationem populi, ad pœnitentiam. Eo modo vocauit Deus & Adam dicens: Adam vbi es? Et Cain, dicens: Vbi eſt Abel frater tuus? &c. Secundo modo vocatus eſt diues ille frumenti. Quarta erit in generali reſurrectione viuorum & mortuorum. Tertium ponitur eius reprehenſio. *Et ait illi:* vtique ſanctus & verus, cui pater omne iudicium dedit. *quid hoc audio de te?* In hoc verbo, poteſtate præditis quatuor dantur documenta ſalutis, cum primis neceſſaria eis. Vnum, vt manifeſta peccata & exceſſus ſubditorum, non diſſimulent, ſed publicè arguant cum omni imperio, nec parcant virgæ, quatenus peſtilente flagellato, ſapientior fit paruulus. Hic peccauit Heli ſacerdos, ideo incidit in manus Dei viui, atque vltricem & ipſe & filij eius retulere mortem. Væ illis qui hac in re ſunt canes muti, non valentes latrare. Aut idola os habentia & non loquentia. Operantes iniquitatem in ſuis peccatis quidem inſumunt atque moriuntur, ſauguis tamen eorum de manu ſpeculatorum requiretur, eo quòd tacuerunt. Dicite ergo

Mat. 25. *1. Cor. 5* *1. Re. 12* *Geneſ. 3.* *Pſa. 38.* *Luc. 12.* *2. Tim. 5* *Prou. 13* *1. Re. 4.* *Eſa. 56.*

eis,& ſaluaſtis animas veſtras,Et primo inuuitur in hoc
Gene. 18 quod dicitur hic: At ille,non tacuit. Secundum de fama,an
verum ſit inquirendi iuxta illud: Deſcendam & videbo,vtrum clamorem opere compleuerint, an non
Iob 21. eſt ita,vt ſciam. Vt cum beato Iob cauſam quam ignorat,diligent iſſime inquirat: Ne præcipitet iudicium, nihil faciat iuxta propenſionem animi Et hoc notatur hic cum dicitur, Quid hoc audio? quaſi dicat, Feciſtin, quæ mihi dicta ſunt de te? Tertium,quòd delatores ſiue accuſatores non ſunt prodendi accuſatis Foret enim hoc magni odij ſeminarium,vel turbationis Et hoc deſignatur,cum diues ille Dominus non dicit.Ille aut iſte hæc mihi narrauit de te,ſed tantùm audio Quartũ eſt quòd articulum principalem de quo diffamatus fuit, non a-
Mat. 18. liis. quod murmurationum multarum & miſeriarum cauſa eſt,& peſſimatio rei aperuit Quid enim facit, innoteſcit exceſſus,niſi quòd frontem perfricat, & iam ſine omni timore perpetrat mala? Si autem vocatur in partem,corripitur ſeorſum iuxta euangelium, lucratur frater fama eius conſeruatur,citius ſe emendat ſi exceſſit,vel melius ſe excuſat ſi innocens erat, & nullius ſibi conſcius mali Et hoc eſt quod dicitur *Redde rationem villicationis tuæ*.Hoc eſt, dum viuis cogita qualiter debes operari Oportet enim quemque rationem reddere aut in vita aut poſt mortem.Durus eſt hic ſermo Audiui e-
Aba. 31. um & conturbatus eſt venter meus, à voce iſta contremuerunt labia mea. Quid dicam me excuſando? aut quid reſpondebit mihi,præuaricationis me arguendo, & peccata mea contra faciem meam ſtatuendo? In multis
Oſeæ 13. heu offendi.peccatis peccata addidi,Ideo non poſſum ei
Iob.9. reſpondere vnum pro mille.Nihilominus de omni ver-
Matt. 12. bo ocioſo oportet me reddere rationem in die iudicij, Imò cuncta quæ fiunt,adducet Deus in iudiciũ. Et quis tunc ſtabit ſecurus in iſto examine? quando Deus mani
1.Cor. 4. feſtabit conſilia cordium,& illuminabit abſcondita tenebrarum.Omnia in lumine iſto manifeſtabuntur, Exigitur à quolibet villico ratio,maximè ab eis qui poteſtate præditi ſunt,& præſunt populis,continentque mul
Sap 16 titudines.Exigitur ab eis ratio, quomodo ſint ingreſſi,
Mat. 22. Primò de ingreſſu quomodo intrauit in prælaturam vel eccleſiam,iuxta illud: Amice quomodo huc intraſti? id eſt, Quis te introduxit? veritas an falſitas? amor

meus

meus an tuus?gloria mea an tua?an vt mihi ſeruires,an tuo ventri?Deus an diabolus?gratia vel munus?caro an ſpiritus te traxit?Redde rationem,Si intraſti per diabolum in locum Dei,ſi intraſti per fraudulẽtiam,in locum ſanctitatis,ſi per violentiam in locum libertatis, ſi per carnem & ſanguinem,in locum ſpiritualitatis,ſi per pecuniam in locum gratiæ & gratuitatis. Secundo de progreſſu,quomodo videlicet vixit in prælatione, iuxta illud:Quid tu hic aut quis hic? Qualiter ergo vixiſti? ſicut filius Dei an ſicut filius diaboli? Vt filius tenebrarum,an vt filius lucis?Vixiſti ſacerdotem, an ruſticum? religioſum an ſecularem,vel ſcurram,aut mimum leuẽ? hominẽ an beſtiam?angelum an diabolum? Tertiò interrogabit opera veſtra,& cogitationes veſtras ſcrubitur,quomodo videlicet ſubditos rexiſtis,& dicet:Vbi eſt grex tuus qui datus eſt tibi?Qualiter ergo eos rexiſti? ſicut paſtor,an ſicut fur & latro & lupus rapax?Hoc eſt periculum reddendæ rationis.Exigetur etiam ratio de multis à ſingulis hominibus,quæ in his verſibus continentur,nempe:

Mente,bonis,carne,natura,tempore redde.
Fortuna,factis & omiſſis,dote vel arte.

Sed hos verſus in præſentiarum nõ declaro gratia breuitatis.Quintum eſt periculum depoſitionis. *Iam enim non poteris villicare* Hac nocte animam tuam repetent à te,quorum deſideria & opera feciſti,hoc eſt in proximo eſt,vt de hac vita tollaris,& tempore beneficiisque Dei ad meritum vti diutius non queas, quia poſt mortem non eſt tempus merendi , ſed remunerandi Ergo dum tempus acceptabile & dies ſalutis habemus , operemur bonum,quodcunque poteſt manus noſtra. Venit enim nox mortis, quando nemo poteſt operari,Tunc à ſeruo pigro,malo & inutili talentum auferetur,& dabitur alteri vt abundet magis.Tunc implebitur illud, expellam te de ſtatione tua,& de miniſterio tuo deponam te,Attende ergo propinquitatem quia iam,quaſi dicat,in proximo eſt,vel erit,Impoſſibilitatem,quia villicare, Venit enim improuiſe mors,& tollit omnes, vt in diluuio & Sodomorum ſubuerſione.Venit Dominus in die , qua homo non ſperat,& hora qua neſcit,& diuidit eũ, partemque eius cum hypocritis ponit & infidelibus. Sic præſcindit ſæua mors,velut à texente vitam hominum

1.Cor. 6

Eſaiæ 12

Gen. 6

Eſai 33

dum

dum adhuc ordiuntur,ſuccidit eos Sic confitentur & ip
Sap.5. ſi,qui dies ſalutis neglexerunt,& dicunt ea verba , quæ
in libro Sapientiæ ſunt digeſta: Errauimus à via verita
tis &c.Idque gementes & præ anguſtia ſpiritus claman
tes.Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, in-
quiunt,ambulauimus vias difficiles,viam autem Domi
Gala.6. ni ignorauimus.Quod nobis prodeſt nunc ſuperbia no
ſtra,qua inflati & diſtenti,nos aliquid eſſe putabamus?
Aut diuitiarum iactantia quid iam confert nobis? Tran
ſierunt omnia hæc tanquam vmbra &c Et illud : Dies
mei velocius tranſierunt,quàm à texente tela ſuccidi-
Iob 7. tur,& conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. Ideo ſemper ſi-
mus parati,vt nos vigilantes inueniat cum venerit Do
minus.Quia qua hora non putamus filius hominis ve-
Luc. 12. niet,& non effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutē.
Ad quod nos adiuuet virtus & ſapientia Dei patris,
Chriſtus Ieſus.cui cum patre & ſpirituſancto laus ho-
nor & gloria eſt ſemper Amen.

HOMILIA SECVNDA

IN EVANGEL.

Pſ.57. LÆtatur iuſtus cum videt vindictam, zelo
Iob 22. iuſtitiæ diuinæ,non vindictæ,dicente Iob.
Prou.19 Videbunt iuſti & lætabuntur,& innocens
Iob 41. ſubſannabit iniquos Sicut flagellato pe-
Deut.31. ſtilente,ſtultus, id eſt, peccator ſapientior
erit.Et de diabolo ſcriptum eſt:Cum ſublatus fuerit, ti-
mebunt angeli,& territi purgabuntur. Sed quotuſquiſ-
que eſt,qui Principis mundi iudicio terreatur,vel villici
Eſai.17. huius exemplo ſibi prouideat de futuro? Gens heu ſu-
mus abſque conſilio,non præcauendo malum,& abſque
prudentia,quia non eligimus bonum.Nec ea quibus prę
pedimur ab his quibus adiuuamur ad finem vitæ æter-
næ conſequendum,diſcernimus.Malum non reproba-
mus,bonum non eligimus cum paruulo Emmanuelo no
ſtro.Vtinam vt villicus iſte aliquando ſaperemus per
nos,præterita,& intelligeremus per ſcripturas,quæ eſſet
Rom.12. voluntas Dei bona,beneplacens & perfecta, in iſtis die-
bus ſalutis.Dubio procul nouiſſima noſtra prouidere-
mus,tormenta deriſoribus pręparata,& præmia videli-
cet electis repromiſſa.Sed verba hæc euãgelij beati dei

aut deridemus impie. aut pro nihilo habemus obſtinate aut deliramentis ſimilia nobis videntur erronea. Alioqui relicta malitia & diabolo ſtatim prouideremus domui noſtræ, reuerteremur ad Dominum, amicos nobis faceremus, vt noſtri vice verſa Deus miſereretur. Et hoc eſt quod dicitur. Ait autem villicus, ad cor reuerſus, timore perterritus, anguſtiis vndiq; vallatus, intra ſe, quia nullum in caſu iſto inuenire potuit quem cōſulat. Omnis enim amicus fraudulenter incedit, & vir fratrem ſuū deridet. & rarus eſt valde, qui det conſilia ſalutis, & mōſtret viam alicui quæ ducit ad vitam. Quid faciam, non ait quid dicam, aut quid reſpondebo: Quia apud iuſtum iudicem non ex uſant verba compoſita, ſed facta meritoria. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute: eſt enim regnum Dei iuſtitia & pax, & gaudium in ſpirituſancto. Sic alius dixit: Magiſter bone, quid faciendo vitam æternam poſſidebo: Ideo dixit illi Chriſtus, hoc fac & viues. et iterum: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Sic factor legis beatus eſt in facto ſuo. Nec qui dicit Domine Domine, ſed qui facit voluntatem patris cœleſtis, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Nec dicit, quid aut quomodo credā, quia fides ſine operibus inanis eſt, & mortua in ſemetipſa. Quia Dominus meus auferet à me villicationem. His verbis oſtendit malus villicus iſte, quod non tantùm timet diffamationem. aut citationem, aut reprehenſionem, aut rationis redditionem. quantum depoſitionem, quæ fit in morte. Tunc enim nullum reſtat remedium, eo quòd mortuo homine impio, nulla eſt vltra ſpes, & vbicunque ceciderit lignum, ibi erit, ſiue ad auſtrum ſiue ad Aquilonem. Quaſi dicat male ſibi conſcius villicus: Dominus meus in ſpiritu ſuo duro meditatur per diem æſtus me de functione mea deponere. per immaturam mortem, & ex tūc nullum reſtat remedium, Hinc conſilium puto, & maximè è re fore ac operæ precium, mihi vt mihi prouideā ante mortem. Operabor proinde iuſtitiam ante mortem, & ante iudicium parabo iuſtitiam mihi. Hoc inter eſt inter fidelem diſpenſatorem & inutilem malum & pigrum ſeruum. Fidelis diſpenſator ſperat in morte ſua ſuper omnia bona domini ſui conſtitui, & cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto, Mali vero tunc venient in cogitatione peccatorū ſuorū timidi, accuſante eos ex aduerſo ini ſui-

Hier. 2. 1. Cor. 4. Luc. 10. Mat. 19. Iacob 1. Matt. 3. Prou. 11 Eccl. 11. Eccle. 4. Philip. 1

patris cœleſtis manſiones multæ ſunt. Et ſicut hic eſt diuerſitas in gratia, in donis & meritis, ſic ibi ſtella differt à ſtella in claritate & retributione. In has domos nullus poteſt ingredi, niſi per oſtium miſericordiæ, vel corporalis vel ſpiritualis. In cuius typum Salomon ad ſancta ſanctorum, fecit duo oſtiola de lignis oliuarum. Oliua autem ſymbolum eſt pietatis, miſericordiæ & pacis, vt in Geneſi videre eſt. Sic peccata eleemoſynis redimuntur, & iniquitates miſericordiis pauperum. Sequitur excogitati conſilij executio: Conuocatis itaque ſingulis ſingillatim tamen debitoribus Domini ſui, hoc eſt pauperibus, qui quantumlibet iuſti ſint, tamen debitores ſunt Dei. In multis enim peccatis venialibus offendimus omnes. Pro quorum remiſſione quotidie rogamus dicentes: Dimitte nobis debita noſtra, Vt filius huius ſeculi villicus iſte fuit, ſic aſtutè ſingillatim debitores vocat & alloquitur: cùm ne apud dominum per eos de fraude poſſit conuinci quia quilibet eorum ſingularis eſſet in teſtimonio ſuo: tum vt quilibet reputaret ſibi factum beneficium ſpeciale, ignorans quòd alteri etiã relaxatio facta eſſet: Tum ne malè aliquem eorum haberet, quòd plus alteri quàm ſibi remitteretur. Nec dat, ſed condonat debita Nec relaxat ex toto, ſed ex parte, vt magis latere poſſet dominum ſuum, *dicebat. primo, Quantum debes domino meo, At ille dixit:* Centum cados olei. Cadus genus menſuræ maximum eſt liquidorum. *dixit illi, Accipe cautionem tuam.* Cautio charta vocatur, in qua ad cautelam forma contractus vel debitum ſcribitur, & alio nomine chyrographus vocatur, vt legimus in Tobiâ *ſede cito* Tum quòd ſubitò ipſe à functione ſua erat deponendus: Tum vt doceat nos quòd ſicut hilarẽ, ſic & celerem datorẽ diligit deus. Teſte enim Aurelio, & rẽ perdit & meritum, qui pauperem moleſta mora ſuſpendit. Et Ieſus Syrach ait: Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datũ anguſtianti. Et iterum, Ne dicas amico tuo vade & reuertere, & cras dabo tibi cùm ſtatim poſſis. *Et ſcribe quinquaginta.* Huic dimidiam partem dimitit, in quo notatur abundans perfectio Chriſtianorum, qui cùm alij dant decimas, vt phariſæi, ipſi dimidium bonorum ſuorum dant pauperibus: cum Zachæo, Imò, aliqui totum dant cũ apoſtolis, & in paupertate volũtaria Chriſtũ ſequũtur. Ex corde autẽ ſemper debita inimicis

3. Re. 6. Gen. 8. Dan. 4. Iacob. 3. Iob 4. 2. Cor. 9. Eccl. 5. Prou. 3. Luc. 19. Mar 10. Luc. 18.

micis donant & dimittunt patris qui in cœlis eſt in hoc
exemplū imitātes. Qui duobus debitoribus vnde ſolue
rent non habentibus vtriſque totū donauit. *Deinde alij*
dixit. tu verò *quantum debes. Qui ait: Centum choros tritici*,
Chorus vel cor, maxima menſura aridorū eſt apud He-
bræos ſiue frumentorū. *Et ait illi: Accipe literas tuas & ſcri*
be octoginta. Huic quintā parte dimittit: Demus & nos o-
leū compaſſionis miſericordiæ pacis lenitatis & dile-
ctionis, Oleum ſiquidem prudentū virginū, charitas eſt.
Rom. 14. Nos verò nemini quicquam debeamus, niſi vt inuicem
diligamus. Qui proximum diligit legem impleuit. Tali
hoſtia, talique eleemoſyna promeretur Deus. Demus
Col. 1. triticū proximo, hoc eſt, verbi Dei ſyncerum intellectū
Luc, 12. Vt doceamus eum in omni ſapiētia, quatenus exhibea-
mus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu. Hinc
ſcriptum eſt, Fidelis diſpēſator & prudēs ad hoc cōſtitu-
tus eſt, ſuper familā dei, vt det illis in tēpore accepto tri-
tici mēſurā. Et è regione: Qui abſcōdit frumēta maledi-
cetur in populis: benedictio autē domini ſuper caput vē
dētiū, multo magis, diſtribuētiū in manus pauperū. Iu-
ſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, cornu eius exal-
Prou. 31 tabitur in gloria. Obiter diſce nūc modū verū eleemo-
ſynas largiēdi ex villici huius iniqui facto, Vt enim ma
leuoli & peſtilentes in bonorū hominum optimis operi
bus virtutibuſque Chriſtiformibus ſcandaliſantur, &
peiores fiūt, ſic pie viuētes in Chriſto boni & recti cor
de, ex caſu malorū & ſceleribus, meliores fiūt & cautio
res, atque omnia eis cooperātur in bonū. Multo magis,
proficiūt, ſi quas in eis virtutes deprehēdūt. Vide ergo
quā largitus eſt liberaliter nō rogatus, nō iuſſus, nō co
actus. Conocatis ait, quaſi nō vocatus ab eis & rogatus
ſed vocās eos, Cum facis conuiuium, voca pauperes, de-
Luc. 4. biles, claudos &c. Miſit ancillas ſuas æterna ſapien-
Prou. 19 tia, vt vocarēt ad arcē. Sic apoſtoli Chriſtum, & Loth
Luc. 24. angelos compulerunt. & Abraham obnixe angelos pre-
Gene. 19 cabatur, vt ad eos diuerterent, cum eis manerent, co-
mederentque. Secundo generaliter multis, non vni ſo-
li benefecit quia ſingulis conuocatis. Sic diſperſit dedit
pauperibus. Et Zachæus dixit, Do pauperibus Tertiò
prudenter, quia pauperibus, quod innuitur ibi, debito-
ribus, non diuitibus, qui vnde refundant habent af-
Matt. 6. fluenter. Sic Deus debitoribus donauit. Et nos pro
debito-

debitorum dimiſſione humiliter ei, illius inſtitutione formati, ſupplicamus in dominica precatione, Quartò abundanter, quod notatur in hoc, quòd medietatem olei vni, alteri quintam partem tritici donauit, iuxta illud: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue quo modo potueris. *Et laudauit Dominus villicum iniquitatis.* Dupliciter iniquus fuit: tum quod bona domini ſui diſſipauit, Tum quòd de reſiduo furatus fuit. Laudauit, inquam, illum, non de fraude quam fecerat, ſed de prudentia, per quam ſibi proſpexerat. Et hoc notatur cùm dicitur *quia prudenter egiſſet.* Reuerà prudenter egit, & memorando culpam commiſſáque, & intelligendo Domini ſui iuſtitiam, & per prudentiam ſibi prouidendo, ne pateretur pœnam æternam Iam vnuſquiſque noſtrum abundans diuitiis bonitatis & gratiæ Dei, obſecro ſecum reputare non negligat, & quàm diues ſit in miſericordia ſuper omnes, apud ſe recogitet. Profectò, ſi dominus villici huius iniqui paſſus diſpendium, laudat nihilo ſecius eius prudentiam, non quòd fraudulenter contra dominum, ſed quòd prudenter egerit: Multo magis Chriſtus, qui nullum damnum ſuſtinere poteſt, & propenſiſſimus eſt ad clementiam, laudabit diſcipulos, ſi in ſibi creditis, conceſſis & datis, miſericordes fuerint. *Quia filij huius ſeculi*, id eſt amatores mundi, mundi opera facientes, cuius rei gratia filij eius dicuntur. Cuius enim opera & deſideria quis facit, eius filius, per imitationem dicitur in ſcriptura Sic alij filij Dei dicuntur, quia voluntatem Dei faciunt Alij filij lucis & diei, quia fructus lucis faciunt. & honeſtè ambulant ſicut in die, Alij filij Abrahæ, filij ſanctorum, filij ſponſi. M ix. quia opera Abrahæ, opera ſanctorum & ſponſi faciunt, eóſque imitantur. Nominantur & filij olei. filij obedientiæ, filij ſapientiæ, filij altiſſimi. Alij verò dicuntur filij diaboli, filij nequam. filij ſcelerati, filij huius ſeculi. Generatio peruerſa & infideles filij, filij Belial filij tenebrarum, filij mortis filij ſuperbiæ, *prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua.* Hoc vſu venit duplici ex cauſa. Vna eſt ſenſus noſtri obſcuritas, per peccatum contracta. Altera eſt ſubtilitas rerum ſpiritualium. Spiritualia enim non videntur, nec præſtò ſunt. ſed per ſpem expectantur, ideo difficulter cognoſcuntur, etiam in die gratiæ in

Tob.4.

Matt.4.
Eph.5.

Eſa.5.

qua

qua iam ſumus. Secularia verò videntur, habentur, oblectant carnem, ideo facillimè cognoſcuntur etiam in nocte. Nota etiam quòd mali, filij huius ſeculi vocantur, & id appoſitè multùm. Tum quòd huic ſeculo ſe
Filij hui' ſeculi. conformant contra Apoſtolum, vbi ait: Nolite conformari huic ſeculo. Deinde, quòd in ſecularibus ſe occu-
Rom. 12. pant, contra illud: Nemo militans Deo, implicat ſe ſecularibus deſideriis. Aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum huius mundi, ſecundùm principem poteſtatis aeris huius. Tertiò quia in hoc ſeculo hæreditatem deſiderant. Hanc partem ſuam eſſe, aſtruunt & ſortem, cũ
Sap. 2. tamen non habeamus hîc manentem ciuitatem. Ideo
Heb. 11. iuſti futuram inquirant, cuius artifex & conditor eſt Deus: Ac ſe peregrinos cenſent ſuper terram. Vnde
Titi 2. Apoſt ait: Abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentũ gloriæ magni Dei & ſal-
Coloſ. 3. uatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quartò quòd ea quæ in hoc ſeculo & ſuper terram ſunt, ſapiunt, concupiſcunt, amant & quærunt, obliuiſcentes quæ in cœlis ſunt & æterna. Imò pro nihilo terram iſtam deſiderabilem habent, in qua nõ ſolum mel & lac fluit, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei omnes ſuper omnipotentem delitiis affluunt, omnium bonorum affluentia perfruuntur, timore malorum ſublato. Diligunt hoc ſeculũ, nec
Prou. 1. pili interim faciunt illud Ioan. Nolite diligere mundũ
1 Ioan. 1 neq; ea quæ in mundo ſunt, &c. Et illud: Quicũque vo-
Iacob. 4. luerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus dei conſtituitur. Boni verò, electi & dilecti Dei, filij lucis, multiplici
Ioan. 12. de cauſa appellantur. Tum quòd opera lucis faciunt,
Rom. 13. quæ ſunt in omni bonitate & iuſtitia & veritate. Tum
Ioan 3. quod habent conuerſationem lucis, ambulant vt filij lucis in luce, induti ſunt armis lucis. Tum quòd diligũt lucem. Qui autem malè agit, odit lucem. Sunt lux in
Philip 2. Domino. Sunt filij lucis. Credunt in lucem. Sunt lumi-
Coloſ. 1. naria in mundo, & lux mundi. Sunt denique hæredes lucis, iuxta illud Apoſt. Deus nos dignos fecit in partẽ ſortis ſanctorum in lumine. Luce enim fulgida lucet ciuitas cœleſtis, quia lucerna eius eſt agnus. Sed & iuſti fulgebunt ſicut lux in conſpectu Dei. Ideo Chriſtus cũ patre eſt in ſplendoribus ſanctorum *Et ego dico vobis,*
Apoc. 21 q.d Dominus, ille, de quo ſermonem teximus laudauit

villicum

villicum ſuum de prouiſione in futurum,per condonationem,iniuſtam licet & iniquam, quia prudenter feciſſet, hoc eſt ſagaciter. Sed alta hoc conſideratione penſandum,quod non laudauit eum de fraude & dolo, ſed prouidentia: Nam ſerui dominis ſuis ſubditi eſſe *Titi 2.* debent,in omnibus placere,non contradicere,nõ fraudem facere, ſed in omnibus, etiam minimis,bonam,id eſt fidelitatem oſtendere, tam verbis quam factis ſuis: Vt doctrinam ſaluatoris Dei ornẽt in omnibus dictis, *Ephes. 6.* factis & moribus ſuis.Et iterum:Serui obedite per omnia dominis carnalibus,ídq; non tantum bonis & modeſtis,ſed etiam diſcolis,cũ timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri,ſicut Chriſto, cum bona voluntate ſeruientes,ſicut domino &c. In cõfeſſo autem eſt, quòd qui fraudem facit,ſimplicitatem cordis & bonam voluntatem non habet: Nec ſeruit homini ſicut Chriſto & Domino omniũ retributori.Contrario ergo ſenſu,vt D.dicit Auguſt ſimilitudo hæc intelligenda eſt:Si enim laudari potuit, qui cum fraude prudenter egit, *Prou. 3.* multo magis laudem & gloriã iſte meretur apud deũ, qui de ſua ſubſtãtia honorat dominum in pauperibus, & de ſuo labore partis opibus, diſpergit & pauperibus hilariter largitur,& ampliter ſumptum facit.Aut ſic intelligi debet locus iſte:non commendauit dominus abſolutè prudentiam villici iniquitatis, ſed in comparatione,ſanctorum tepeſcentium in amore Dei.Nam ille prudentior fuit ad fraudem, quàm iuſti ſunt ad iuſtitiã & ſalutem ſuam operandam. Et hoc,ſequentibus Domini verbis eluceſcit, quibus dicit: Filij huius ſeculi, prudentiores,hoc eſt,ſagaciores,aſtutiores, & diligentiores ſunt filiis lucis:non abſolutè & ſimpliciter,ſed in generatione ſua, hoc eſt, in ſecularibus. Attendamus quomodo carnaliter prudentes,ſapientia huius mundi inflati, & omnes qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti ſapiant & ſunt prudentes. Ecce ſapienter *Roma.8.* opprimunt ſubiectos,ſimplices callida fraude decipiũt, *Philip. 2.* quaſi nouacula acuta faciunt dolum: Sapientes ſunt vt *Hiere. 4.* faciant mala,bene autem facere neſciunt,& intelligere nolunt.Prudentiores ſunt ad lucra ſectanda, & diuitias *Mat 23.* caducas cumulandas,quàm iuſti ad vſuram cum domini *Luca 19.* ſui talento faciendam,vt ſint diuites in Deo.Maiori ſollicitudine filij Belial,carnis delicias procurant, quã

filij lucis intendant vt ſpiritus eorũ exultet in deo ſalutari ſuo,& ſuper omnipotente poſſunt delitiis affluere ab omnimoda gloria eius: Diligẽtiores ſunt filij huius ſeculi vt gloriã futilem laudẽ hominum,gratiã poteſtate præditorũ accipiant,quàm filij dei ſunt,vt gloriam verã,quæ eſt teſtimoniũ conſciẽtiæ bonæ in deo, & laudem,honorémque per patientiã boni operis,gratiámque dei quæ vita æterna eſt,poſſunt aucupari quæ ſunt à deo ſolo. Ecce apoſtoli graui ſomno preſſi dormiunt, quando Iudas diſcurrit, milites colligit, & vt Chriſtũ tradat,venit atq; vigilauit.Quis militũ Chriſti tã ſollicitè armis ſe munit ſancti ſpiritus,tã diligenter hoſtium infernaliũ technas fraudiũ eludit,tã viriliter eis in fide reſiſtit,traducit & triũphat, quàm accuratè talia contra hoſtes homines, homines faciunt & explent? Quis tantã adhibet curã,vt animã ſuam ornare poſſit gratia dei & omnigeno virtutum apparatu & cultu,quantã faciunt mulieres vt ſe ornent ad placendum hominibus & mundo? Deinde cãtaturus receptui, ſalubre conſilium tribuit ſiue documentum,dicens. *Et ego* magiſter veſter & dominus,qui doceo vtilia & viam dei in veritate, *dico vobis*, amicis meis,quos nolo perire,ſed ſaluos fieri,& ad agnitionẽ nominis mei venire, *facite vobis amicos*, ſecundũ quod poteſtis pauperib. ſubueniendo: Facite itẽ vobis amicos, perſonas diuinas, peccata veſtra eleemoſynis redimendo,deo vos reconciliando, in toto corde veſtro cũ filio prodigo ad Deũ redeundo. Tali opere & angelos amicos facimus, qui gaudent de pœnitẽtia peccatorũ, ſimiliter & homines omnes piè viuentes in Chriſto. Hos amicos, inquã,vobis,facite,maximè pauperes *de mãmona iniquitatis*. Mãmona,diuitiæ ſunt. Id tamen hic obiter eſt attendendũ,quòd dominus nõ præcipit hic eleemoſynas facere de malè partis diuitiis: Iſtæ enim reſtituendæ ſunt,& ſi nõ in quadruplũ,vt Zachæus fecit,tamẽ iuxta menſurã defraudationis,At hoc modo eius amicicia redintegratur,qui per vſurã, rapinas,aut iniuſtas leges fuerat depauperatus & exulceratus. Dona enim iniquorum non probat altiſſimus &c. Vocãtur nihilominus mammona iniquitatis ipſæ diuitiæ, & hoc propter cauſas multas: Vna,quòd nõ ſunt veræ diuitię,imò paupertate plenæ, & ſemper caſib. obnoxiæ. Si enim veræ diuitiæ eſſent-

Margin: Pſa.66. — 1. Pet. 1. — Roma.6. — 1. Tim. 2. — Eccle.44 — Prou.15

ſaturita

ſanitatem præſtarent. Ideo fallaces & deceptrices di-
uitiæ vocantur à Chriſto. Altera, quòd iniqui in eis ſpẽ *Epheſ. 5.*
ſuam conſtituunt & gloriantur. Tertia, quòd teneant *Coloſ. 3.*
animas hominũ vt eis ſeruiant, quod eſt ſeruitus ido-
lorũ. Quarta, quòd vt plurimũ acquirũtur iniquè & ex
malo. Tũ quod iniquè retinentur. Diues etenim dũ di- *Eccl. 14.*
uitias indigentibus nõ largitur, ſeipſum occidit per cul
pam & egenos Qui autẽ ſibi nequam eſt, cui alij bonus *Ezec 34.*
erit? Sexta, quòd iniquè expẽduntur in luxuriis, in co-
meſſationibus & potationibus, in veſtimentis & ædifi-
ciis ſuperfluis. Septima, quòd propter diuitias plurima
fiunt iniqua: Nempe, periurationes, doli, fraudes Cũ om-
nium malorum radix cupiditas ab Apoſtolo dicatur. Et *1. Tim. 6*
nihil ſceleſtius eſt auaro & pecuniarũ amore. Eiuſmo-
di enim animã ſuam venalẽ habet. Octauò, quòd ipſos *Eccle. 10.*
diuites faciũt iniquos, vt cernere eſt in diuite epulone,
vt ſemper plura deſiderent, quia auarus non impletur
pecunia, ſemper dicit, Affer, affer. Nonò vocantur ini-
quitatis, id eſt, inæqualitatis, quia inæqualiter poſſidẽ-
tur. *Vt cùm defeceritis* à præſenti vita per mortẽ. Homo
enim cùm moritur deficit à vita, deficit mundus, defi-
ciunt amici & conſanguinei, deficiunt opes & deliciæ,
deficit tempus gratiæ & poſſe bene operari. Sed ſola
miſericordia comes eſt defunctorum, & vnicuique locũ
facit, ſecundũ meritum operum ſuorũ. Sic pietas pro-
miſſionem vitæ habet, quæ nunc eſt & futuræ. *recipiant*
vos in tabernacula ſua. ipſi pauperes, Hoc eſt, in cœleſte
regnum, quod pauperum eſt. Nam eleemoſynæ paupe-
ribus datæ, cauſa ſunt vt regnum Dei percipiatis. Cu-
ius nos cohæredes faciat Chriſtus. Amen.

DOMINICA XI. POST PENTECOST. IN EPISTO. I. Corinth. xv. Sermo.

NOTVM *vobis facio fratres, &c.* In epiſtola hodierna, vas electionis commendat doctrinam euangelicam in communi. Deinde oſtẽdit ea quæ nos credere oportet & ſentire de reſurrectione Chriſti, ibi, Tradidi enim vobis. De rebus magnis locuturus Apoſtolus, in quibus cardo ſalutis noſtræ ſita eſt, dicit. Notũ vobis

Galat 1. facio fratres(ego magiſter & doctor gentium in fide & veritate,eo quòd mihi creditum eſt euãgelium præputij)fidei noſtræ maximum ſacramentum & creditu fer-
1.Cor. 15. mè difficilimũ,quod eſt reſurrectio Chriſti,qui eſt primitiæ reſurgentium.Et quæ in fine mundi fiet,omnium
Iob 5. hominum electorum & reproborum. Et tunc illi procedent in reſurrectionem vitæ,hi verò in reſurrectionẽ
Mat. 25. iudicij. Illi ibunt in vitam æternam, hi in ſupplicium æternum. Tunc vnuſquiſque ea quæ ſeminauit metet.
Galat.6. Quoniam qui in carne ſua ſeminauerunt,de carne ſua
Prou.22. metent corruptionem,ſicut ſcriptum eſt. Qui ſeminat iniquitatẽ, metet mala, Qui autem ſeminat in ſpiritu,
Prou.11. de ſpiritu metet vitam æternam, Quia ſeminanti iuſtitiam, merces fidelis.Et hæc nobis reducit in memoriã dum dicit,Notum vobis facio fratres,myſterium reſur-
1.Cor. 15. rectionis.Quoniam omnes quidem reſurgemus,ſed nõ omnes immutabimur in angelicam vitam.Vel nõ om-
Philip.3. nes configurabimur corpori claritatis Chriſti. Quia
Pſ.149. gloria hæc omnibus & ſolis eſt electis eius, *euangelium*. In commendatione autem euangelij gloriæ Chriſti, ſermonibus deficit omnis homo, etiam ſi linguis hominum loqueretur & angelorum.Nam euangelium eſt ſapientia ſapientiæ,verbum verbi,veritas veritatis, lux lucis.vapor virtutis dei,& emanatio quædam clarita-
Sap.7. tis dei ſyncera. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula dei maieſtatis & imago bonitatis illius. Circa commendationem euangelij,cuius ipſe miniſter & præco fuit quatuor facit,vel ſi malueris,quinq;. Primò ex nomine eius bonitatem & conſolationem oſtẽdit.Nam euangelium, bona, læta & deſiderata cunctis gentibus annunciatio dicitur. Nã bonis omnibus exuberat euangelium Chriſti,& lætis nunciis,quæ dum ij qui in luctu & triſtitia fuerunt,audiunt, in hilaritatem
2.Cor 9. gaudiúmq; conuertuntur. Et gaudẽtes in domino,gra-
2.Theſ.2 tias deo agunt pro inenarrabili dono eius & conſolatione æterna,quam dedit in euãgelio toti mundo. Iſtis bonis partim nunc fruimur,partim promiſſa & reſeruata ſunt nobis in cœlis.Bona iſta ex parte Eſaias in vno
Iſa.61. loco perſtringẽs,ait:Spiritus domini ſuper me,eo quòd
Luc. 4. vnxit me,euangelizare pauperibus miſit me,inueſtiga-
Ephes 3. biles diuitias bonitatatis diuinæ.Sanare contritos corde,prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum,di-

mittere

mittere confractos in remiſſionem, prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Hæc latè extendi poſſunt. Secundò euangelij excellentia oſtenditur ex eius prædicatoribus apoſtolis & aliis Chriſti diſcipulis, qui fuerunt lumina mundi, ſal terræ, amici Chriſti, filij altiſſimi templa viua ſpiritusſancti. Legati Chriſti, iudices ſeculi. Per eos Chriſtus exhortabatur, per hos ſpiritusſanctus verba veritatis loquebatur. Horum prædicationem deus ſequentibus ſignis cõfirmauit, qui in nomine Ieſu fecerunt. Ideo ait: *quod* euangelium regni cælorum, ego & alij apoſtoli coopetatores dei. pro Chriſto legatione fungentes, ſyncere, *prædicaui vobis*. Duplicẽ poteſtatẽ dedit ſeruator noſter apoſtolis. Vnam ſuper corpora, qua omnes infirmos curabant & obſeſſos liberabant. Aliam ſuper animas, remittendi & retinendi peccata, aperiendi & claudendi cœlum. Deinde ſermo Apoſtolorum credibilis factus eſt nimis, propter vitæ illorum integritatem, doctrinæ ſynceritatem & inculpatam conuerſationem. Nã ſanctè iuſtè & inculpatè omnibus aderant. Facere cœperunt & docere. Non quærebant quæ ſua erant, ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti & aliorum, vt ſaluos eos facerent. Nemini vllam dabant offenſionem, omnibus placebant in bono. Quæ ædificationis ſunt, vbique ſectabãtur. Nec ſolummodo à malo, ſed & ab omni ſpecie mala abſtinebant ſe. Auaritiam execrabantur, ſuperbiam damnabant, delicias carnis exhorruerunt, poteſtatem ſecularem & honorem fugiebant cum Chriſto. Inſuper paſſionibus ſuis & morte Deum glorificauerunt, & doctrinam euangelicam confirmabant. Tertiò propter eorum in perſecutionibus, anguſtiis, neceſſitatibus & calamitatibus, conſtantiam, patientiam, complacentiam, gaudium & gloriationem. Gloriabantur in tribulationibus, & gaudebant gaudio magno valde, quando digni habebantur pro nomine Ieſu contumelias pati, virgis cædi, carcere includi, mortem perpeti. Tertiò euangelicæ doctrinæ excellentiã oſtendit apoſtolus ex auditoribus, qui cõcordi cõſenſu vnanimem & eandẽ omnium apoſtolorũ doctrinam per orbẽ terrarum vnaniter receperunt. Vnde ſubdit in lectione, dicens: *quod & accepiſtis*, ſicut dei verbũ quod etiã eſt, Vos inquã & omnes qui præordinati ſunt ad vitã, & glorificaſtis verbum,

1. Cor. 3. Mat. 10. Marc. 6. Luca 10. Ioan. 20. Act. 2. 1. Cor. 10. 2. Cor. 6. Rom. 14. 1. Theſ. 5. Ioan. 6. 2. Cor. 12. Act. 5. Roma. 5. Act. 13.

bũ. Dei, gratias agentes Deo, quòd dignatus vos fuit
2. Theſ. 1 vocatione ſua ſancta, & de tenebris infidelitatis, vos
1. Pet. 2. vocauit in admirabile lumen ſuum (quod iam lucet)
euangelicæ veritatis. Cùm prius in tenebris infidelitatis, cæci ſederetis, & lumẽ cœli nõ videretis, quod omniũ calamitatũ maximũ eſſe, nemo ſanæ mẽtis igno-
Eſaiæ 9. rat. Vnde ſcriptũ eſt: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnam, ſedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Quòd ſi filij Belial, homines peſtilentes & calũniatores, miracula negant, & cum Iu-
Mat. 12. dæis perfidis in Beelzebub principe dæmoniorum apo-
Luca 11. ſtolos miracula feciſſe dixerint, tunc nobis vnũ eſt miraculorũ omnium maximũ: Nẽpe, quod tã ardua & inaudita, ſtupenda, & ſuper omnẽ intellectũ, ſine miraculis credita & cõcorditer recepta ſunt ab omnibus, tam doctis quàm indoctis, euangelij documenta. Nec his obſtat, quòd ſpurciſſima Machometi impietas ſine miraculis ſit recepta. Aut Arrij, aut Lutheri, aut alterius alicuius veritatis inimici & ſeductoris, & viarum Dei ſubuerſoris Nã Machometi potentia & vi armorũ ſicut & hæretici faciũt, ſuas impietates dilatauerunt. Et frena peccatis laxauerunt, omnia concedentes ad quæ ex
Geneſ. 8. natura corrupta ab adoleſcẽtia proni ſumus. Quartò cõmendatur euangeliũ ex fructibus ſuis, quorũ hic vnũ & alterũ aſſignat apoſtolus. Vnus eſt quòd hominẽ ab
Matt. 7. imis ad cæleſtia eleuat. Alter quòd poſt hanc vitam, ad
Luca 6. vitam æternã perducit. De primo dicit, *in quo & ſtatis*,
Epheſ. 2. ſicut domus ſupra firmã petrã fundati, Chriſtũ Ieſum, qui eſt fundamentũ apoſtolorum & prophetarum. Ideo nec ventus ſuperbiæ, nec alluuio luxuriæ, nec pluuia
Mat. 16. auaritiæ, nec deniq; portæ inferi aduerſum vos poſſunt præualere. Statis in fide, in iuſtitia & dei timore, in charitate radicati & fundati, ſic vt arbores bonæ, altas
Luca 8. in terra humilitatis radices habẽtes, & fructũ verbi dei centuplũ afferentes in patientia omniũ bonorum operũ,
Rom. 11. in quibus deus glorificatur. Statis perſeuerantes in bonitate vſq; in finẽ, ſicut ſtellæ in cœlo fixę lumen ſuum diffundentes & lucentes cũ iocũditate ei qui fecit eos.
Baruc. 3. Alij verò cadũt: Nẽpe, incõſtantes, leues, ſtudia permutantes, animóq; nutantes, qui voluntatẽ ſuã nondũ in bono firmauerunt. Cadunt, qui inceperũt ædificare ſeipſos ſuper Chriſtum, & non poſſunt, quia nolunt con-
ſummare.

ſummare. Atque ſi opprobriũ hominũ fiunt & abiectio Luc. 14.
plebis. Cadunt deſperantes cũ Cain & Iuda, & diffidẽ- Pſal. 21.
tes de miſericordia Dei. Similes ſtultis, qui cũ poſſent Geneſ. 4.
cum Dei adiutorio hoſtib. reſiſtere, hoſtes fugare, ſup- Mat. 27.
plantare, traducere & triumphare in ſemetipſis, vecor-
des arma deponunt, capi, ligari & in ſeruitutem diaboli
ſponte ſe permittunt trahi. Cadũt à peccato ſuperati, Iacob. 1.
abſtracti & illecti à ſuis concupiſcentiis. Ibi ceciderunt Pſal. 35.
omnes qui operantur iniquitatem Sic etiam ſtellæ nõ-
nunquam ceciderunt de cœlo Sic cecidit Dauid & Sa-
lomon. Ille adiecit vt reſurgeret, hic cõputruit in ſter-
core ſuo. Sic (vt alios taceam) ceciderunt apoſtoli relin- Mat. 26.
quentes Chriſtum in horto. Sic adhuc in retiaculum Ioel 1.
diaboli dum ſcelerata deſignant, cadunt omnes pecca- Pſ. 140.
tores terræ. De ſecundo ſiue quinto fructu euãgelicæ
doctrinę, quę eſt vita ęterna, in quam vocati ſuimus,
ait: P*er quod* euangelium *& ſaluamini*, iam ex certitu-
dine ſpei, & in futuro in veritate rei & ſpeciei Nã per
euangeliũ liberamur à malo culpę, & ditamur in Chri- 1. Cor. 1.
ſto omnibus bonis, ſic quod hîc nihil nobis in vlla gra-
tia deeſt, & poſt fata ſoluimur & introducimur in re-
gnum eius cæleſte. Verùm adhoc quòd per Chriſti
euangelium ſaluemur duo requiruntur. Vnum, vt
abſtineamus ab omni peccato, vnde ait: *qua ratione
prædicauerim vobis, ſi tenetis*. q. d. Saluamini dubio
procul, ſi tenetis, qua ratione id eſt, quo fine, prę-
dicauerim vobis: Nempe, vt abſtineatis vos ab om-
nibus peccatis, vt digni ſitis, reſurgere in ſorte iuſto-
rum per reſurrectionem Chriſti, de qua re impium eſt
ambigere. Hoc fecerunt faſcinatores eorum, homi 2. Tim. 3
nes mente corrupti & reprobi circa fidem, qui & mul 1. Cor.
torum fidem corruperant circa articulum de reſur- 15.
rectione mortuorum: Nam dum eam negabant, ho-
mines ad omnia mala propenſiſſimos reddebant &
peccabant ſine omni timore & pudore. Sic verita- Eccleſ. 8
tem euangelij quam prædicauerat eis apoſtolus, ſe-
ductores eorum conuerterunt in mendacium. Verùm
charitas omnia credit. Vnde negans articulum reſur- 1. Cor.
rectionis Chriſti, communem omnium in fine ſeculi, 13.
fidem non habet, & eſt infideli deterior. In iſto articulo 1. Tim. 5
oportet intellectum noſtrum in obſequium fidei ca- 2. Cor.
ptiuare, & credere quòd deus plura poteſt facere. q̃ nos 10.

poſſumus intelligere. Sicut & Abraham gloriam deo
Epheſ. 3. dedit(cùm filium occidere iuſſus eſt, in quo omnes gẽ-
Gen. 17. tes erant benedicendæ) firmiſſimè credens quòd Deus
Galat. 3. potuit eum à morte ſuſcitare, vt promiſſio Dei in eo
Roma. 4. impleretur. *Niſi fruſtra credidiſtis*, factis fidem negando,
Titi 1. quam ore confitemini. Superuacuè Chriſtum dominũ,
Matt. 7. vocando,cuius iuſſa & voluntatem non facitis. Fruſtra
Luca 9. locum arboris bonæ occupando,quando fructum bonũ
Luca 13. non facitis.Fruſtra reuera terra excolitur & ſeminatur
Hebr. 6. etiam optimo ſemine,quæ cultori fructum non profert
2. *Cor.* 3. in tempore ſuo.Imò eſt proxima maledicto.Dei autem
Mat. 11. agricultura ſumus,Dei vinea ſumus,arbores illius,ſecus
decurſum aquarum plantatæ. Ergo qui fructum ſuum
in tempore ſuo cultori nõ reddit,excidetur, eradica-
bitur,in ignem proiicietur. Iſti vanè credunt,inanis eſt
1.*Cor.* fides eorum, ſpes eorum fruſtrabitur. Verùm quid de
15. ſeruatore noſtro & reſurrectione eius tenendum ſit,
Iob 40. ſpecificat dicens, *Tradidi enim vobis*, ego apoſtolus &
doctor gentium,legatus Chriſti,tuba euangelij, *in pri-
mis* inter præcipuos fidei articulos: Quia articuli fidei
principia ſunt,ex quibus alia credenda deducuntur tã-
quam concluſiones,ex principiis & concluſionibus per
*Galat.*1. ſe notis elicitę, *quod & accepi*, per reuelationem Ieſu
2.*Cor.* Chriſti, quando in tertium cœlum & Dei paradiſum
12. raptus fui. Ideo qui hæc ſpernit, non me ſpernit, ſed
1.*Theſ.*4 Deum patrem,& Ieſum qui per me loquitur,qui etiam
2.*Cor.* dedit ſpiritum ſanctum ſuum in nobis, & loquitur in
13. nobis, *quoniam Chriſtus* Ieſus agnus Dei,verus Deus &
Luca 10. homo, mediator Dei & hominum ex amore & obe-
1.*Tim.*2. dientia patris *mortuus eſt pro peccatis noſtris*, non ſuis
1.*Pet.*2. tollendis,quia peccatum non fecit, innocens manibus
& mundo corde fuit, candor lucis æternæ & ſpecu-
*Sap.*7. lum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis
illius. In quo princeps mundi nihil habuit. Quem
& omnes aduerſatij eius de nullo peccato arguere po-
1.*Ioã.*14 tuerunt, *ſecundum ſcripturas* ſanctas, quæ hæc de eo
*Ioan.*8. prædixerunt, quarum grandis ſylua eſt, ideo hic ad-
ſcribi commodè non poſſunt, gratia prolixitatis vi-
tandæ. *Et quia ſepultus eſt* à Ioſeph, Nicodemo,& aliis
qui aderant noſtræ redemptionis myſterio conſum-
mato, *& quia reſurrexit*, & viuit ex virtute, qui mor-
tuus fuit ex infirmitate, *tertia die ſecundum ſcripturas*, vt

typum

typum Ionæ adimpleret,& iuxta illud: Tertia die ſuſcitabit nos. *Et quia viſus eſt Cephæ*,id eſt,Petro, vt Lucas refert,quamuis modum & horam apparitionis huius ſubticeat.Inter viros primo apparuit Petro, & inter mulieres Mariæ Magdalenæ,ne vllus peccator deſperet,ſed omnes ad thronum miſericordiæ confugiant cũ fiducia,& ibi miſericordiam conſequantur & gratiam in auxilio oportuno.Quia benignus eſt & miſericors & præſtabilis ſuper malicia,*& poſt hæc vndecim.Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus*,id eſt,diſcipulis,& fidelibus,*ſimul*,vt teſtatur Matthæus,*ex quibus multi manent vſque hodie* in vita, ſi quis dubitet de fide narrationis, *quidam autem dormierunt* ex eis in Domino,morte corporali,iuſtorum,quæ dormitio dicitur,propter ſpem reſurrectionis ad gloriam.& aliorum ad pœnam, Sicut enim qui dormit,ita qui vita exceſſit,ſurrecturus eſt,cũ Chriſtus apparuerit in gloria & venerit cum poteſtate magna & maieſtate glorificari in ſanctis ſuis. *Deinde viſus eſt Iacobo* Apoſtolo,in die reſurrectionis, vt dicunt doctores qui dicitur frater Domini,& fuit primus Hieroſolymorum epiſcopus.ſcripſitque epiſtolam canonicã, & magis angelum vixit & cœleſtem conuerſationem habuit in terra,quàm humanam.Iuraſſe aſtruitur in paſſione Chriſti,ſe non guſtaturum panem,donec vidiſſet Chriſtum reſurrexiſſe,& gloria & honore coronatum à patre. *Deinde viſus eſt apoſtolis omnibus* in die aſcenſionis ſuæ admirabilis,ſuper omnes cœlos aſcendens vſque ad dexteram Dei patris,vt ibi appareat vultui Dei patris pro nobis.Ibi ipſum aduocatum habemus,qui omnes in multis deliquimus:Ibi eſt propiciatio pro peccatis noſtris,& totius mundi. *Nouiſsime autem omnium*, poſt aſcenſionem Chriſti in cœlum,decimo menſe poſt paſsionem domini,octauo Calendas februarias,*tanquam abortiuo* Ecce humilitas eius profunda.Sic humiliter ſenſit de ſeipſo,dũ ſe ſuo pede & modo metiebatur. Quod autem ſe plus omnibus laboraſſe aſtruit, gratiæ Dei & miſericordiæ acceptum refert. Sic etiam minimum ſe vocat ſanctorũ & maximũ peccatorẽ.Vocat autẽ exmagna humilitate ſe abortiuum. Abortiuum autem vocatur,quod aut extra debitum tempus naſcitur. Aut quod cum violentia de vtero matris extrahitur. Aut quod non,quod non producitur ad debitam quanti-

Mat. 12.
Oſea 6.
Luc. 14.
Matt. 28
Mar. 16.
Heb. 4.
Ioan. 2.
Ioan. 20.
Matt. 28
Ioan. 4
Luc. 24.
Actu. 1.
Rom. 8.
Heb. 7.
1. Ioan. 2
1. Co. 15

tatem. Sic Paulus extra tempus vocationis Apoſtolo-
Act. 9. rum ad Chriſtum aſcitus eſt: Nempe, poſt Chriſti aſcen
ſionem. Deinde non ſpontanea deuotione vt cæteri
Gal. 1. Apoſtoli conuerſus eſt, ſed quaſi violenter de vtero ma
tris ſuæ eſt in euangelium ſegregatus, quando minas ſpi
Act. 26. rabat & cædes. & lupi inſtar rapacis, mactauit. perdidit
& in oues Chriſti graſſabatur ſupra modum inſaniens
& ſæuus. Tunc virtute Dei proſtratus & excæcatus, in
Coloſ. 1. partem ſortis ſanctorum in lumine eſt vocatus. Demum
non reputat ſe ad aliorum Apoſtolorum perfectionis
culmen perueniſſe Vnde humiliter de ſeipſo ſentiens
Mat. 4. dicit *Ego enim ex meipſo ſum minimus Apoſtolorum*, quia vl-
timus vocatione, ſicut & Iacobus frater Domini, minor
Iacobus dicitur, quia in vocatione alter eum præceſſit.
Act. 8. Non fuit tamen Paulus aliis apoſtolis inferior, vel mi-
9. 22. 26. nor dignitate, vel merito, vel gratia, vel labore, ſed ſo-
lummodo, ſi ſtatus eius ante vocationem attenditur. Il-
lum ſtatum attendens, *quia non ſum dignus vocari apoſto-
lus ex me, quoniam perſecutus ſum* vſque in vincula & mor-
tem *eccleſiam Dei* quam Chriſtus Ieſus acquiſiuit ſangui
ne ſuo. tradens ſeipſum pro ea, vt illam ſanctificaret,
mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Hic hu-
Eph 5. militatis ſeipſum & omnium bonorum operum exem-
plum ſimul præbet apoſtolus. Nam antequã dicit, quòd
abundantius aliis omnibus laborauit, & quòd gratia
Dei in eo vacua non fuit, minimum apoſtolorum ſe di-
cit. Profectò pulcherrima commixtio eſt. humilitas pro-
funda & altitudo meritorum magna Nam quanto ma-
Eccle. 3. ior homo eſt in gratia & meritis, tanto plus humilis eſ-
Luc. 14. ſe debet in oculis ſuis. Et tunc coram Deo & homini-
bus habet gratiam, laudem & gloriam. Quia qui ſe hu-
miliat, exaltatur Quanto altiores arbor radices figit in
terra, tanto firmius ſtat & longior eſt à caſu. Sic quanto
Pſ. 24. homo ſibi magis diſplicet, tanto magis placet Deo vn-
de apoſtolus hic delicta iuuentutis ſuæ, & ignorantias
comminiſcitur, vt quanto magis ſeipſum deprimit &
Act. 9. tenet in imo humilitatis, tanto amplius gratia Dei in
eo mirabilior & copioſior glorificatur, qua Deus eum
de filio iræ fecit filium gratiæ, de vaſe contumeliæ, vas
1. *Time.* electionis & in honorem ſanctificatum, vtile domino,
& ad omne opus bonum paratum. Sic etiam in eo Ie-
ſus Chriſtus oſtendit omnem patientiam, ad informa-

tionem eorum,qui crediturí ſunt in vitam æternam.Sic oppoſita peccatorum Pauli,& diuitiarum gratiæ Chriſti,iuxta,ſe poſita,magis eluceſcunt.Quare autem dixerit,ſe non eſſe dignum vocari apoſtolum, quum tamen ſeipſum apoſtolum Ieſu Chriſti nominare ſolitus ſit, aſtruit dicens.Gratia autem dei, & non meis meritis ſum id quod ſum, videlicet vas electionis, apoſtolus Ieſu Chriſti,magiſter & doctor gentium in fide & veritate.Sic ſibi peccata & mala ſua adſcribit, diuinæ verò gratiæ merita, officia & virtutes accepta refert. Quia per liberum arbitrium gratiæ cooperabatur. Sic non ſibi ſed Deo dat gloriam.Primùm enim ſola gratia ſua,ſine operibus iuſtitiæ noſtræ, dona ſua nobis communicat Deus.(Alioqui gratia non eſſet gratia ſi ex meritis) cum non præcedant merita in nobis gratiæ Dei,niſi mala.Sed accepta gratia (cum operamur iuſtitiam,fructificamus in omni opere bono, imus de virtute in virtutem,ſeminamus in ſpiritu, exemplum noſmetipſos aliis præbemus in omnibus operibus bonis)tunc incipiunt merita noſtra,libero arbitrio gratiæ acquieſcente & cooperante,Vnde ſubdit dicens: Et gratia eius multiformis & exuberans in me vacua non fuit vel otioſa,Non fodi eam in terram,Nō habui eam apud me in ſudario inuolutam. Iuxta illud : Hortamur vos ne in vacuum gratiā Dei recipiatis.Et ne quis deſit gratię Dei.Et iterum ad Timotheum:Noli negligere gratiam Dei quæ in te eſt,quæ data eſt tibi. Vnde rurſus ait de ſeipſo, Non abiicio gratiam Dei, qua ſum apoſtolus Chriſti,ſed abundantius illis omnibus laboraui ſingillatim:Et in tot populis, in quot non illi : Et quia de labore manuum ſuarum vixit: nec ſumptus ſicut cæteri apoſtoli fecerunt.ſumpſit,ſicut etiam Criſtus ordinauit Vt qui euangelium annunciant,de euangelio viuant. Il lo priuilegio non eſt vſus, nec tamen euangelio minus fecit. Vnde ait in actis Argentū & aurum nullius concupiui.ſicut ipſi ſcitis.Quando ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum ſunt,miniſtrauerunt manus iſtæ. Et iterum: Non fuimus inquieti inter vos nec gratis panem manducauimus ab aliquo,ſed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Et iterum, Fui in laboribus plurimis. Vult etiam nos operari. Nam qui non vult operari non debet mandu-

Actu. 9.
1.Tim.1.
2 Tim.1.
Pſ. 113.
Rom.12.
Eph.2.
Tit.3.
1.Tim.4
Gala.6.
Mat. 10.
1.Cor.9.
Actu, 20
2.Theſ.3.
2.Co.11

manducare, Laboret vnuſquiſque, operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitarem patienti. Et alibi. Audiuimus inter vos quoſdam am
2.Theſ.1 bulare inquietè, nihiloperantes, ſed curioſè agentes. His autem qui eiuſmodi ſunt denunciamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Quia homo naſcitur ad
Eph.4. laborem, ſicut auis ad volandum. Illi autem qui in labo
2.Theſ.3 re hominum non ſunt & cum hominibus non flagellan
Iob 5. tur, ſuperbiunt vt tauri, operiuntur iniquitate & impietate ſua, vt Sodomitæ otio vacantes. Prodit quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſeunt in omnem malum affe-
Pſ.77. ctum cordis. Cogitant & loquuntur nequitiam, iniquitate in excelſo loquuntur. Ponunt in cœlum os ſuum, malè loquuntur de Deo, & lingua eorum effrenis tranſit in terra, & malè loquentes de proximis &c. Multam mali-
Eccle.33 ciam docet ocioſitas & eſt malorum omnium mare & ſentina.

DOMINICA VNDECIMA POST PENTECOST. IN EVANG. Luc.xix. Sermo.

2.Pet.2. PRudentiæ gradus eſt, ſi quis poſt caſum ſuum & damnum oculos aperit, cautius incedit, & ſe obſeruat in qua prius impe-
Prou.26 gerat, ab iniquitate ſua qui oculum ſcan-
Eccle. 3. daliſantem eruit, dexteram manum & pedem abſcindit, nullam occaſionem aduerſario vel opportunitatem tribuit, qua eum in naſſam ſuam trahere poſſit, vel ipſe rurſus peccatis implicari valeat ſuperatus. ac
Pſ.37. ad vomitũ redire ingratus inſtar canis, & ſuis poſt lotionem ad volutabrum luti, Nam qui periculum amat, vel non euitat, quo ad poteſt & poſſibile eſt, vtique perit in illo. At ille prudentior cenſendus, quem damna corrigunt aliorum, manuſque ſuas lauat in ſanguine peccatorum. Hoc ſeruus malus & piger non fecit, ideo li-
Danie. 5. gatis manibus ac pedibus proiectus eſt in tenebras exteriores. Hoc Baltaſar facere noluit: Nempe, attendens quomodo deus patrem ſuum regno & rationis vſu priuauit, ideo regno ſimul & vita orbatus fuit. Sic in malis hominibus & eorũ punitione, ſeueritatẽ dei cõſiderare debemus, & non altũ ſapere, ſed timere ſicut ſcriptum
eſt

eſt, Cùm occideret rebelles deo, qui manſerunt ſuperſti
tes, quærebant eum, & reuertebantur ad eum diluculo.
Sic repentina morte ſublatis Anania & Saphira ex hac
vita, factus eſt timor magnus in vniuerſa Eccleſia, & in *Pſ. 77.*
omnes qui audierunt Omnium autem ſapientiſſimus
eſt, qui nullis damnis affectus, nullis pœnis prauorum ex
territus, ſola præuentus gratia & Dei miſericordia, pro-
penſa voluntate ductum ſequitur ſpiritusſancti, & dat
locum Deo in corde ſuo. paratus ad omne opus bonũ.
Hic dicit ad Deum, Loquere domine quia audit ſeruus
tuus. Et cum Apoſtolo: Domine, quid me vis facere? Et
illud: Paratum cor meum & non eſt turbatum, vt cu-
ſtodiat mandata tua Sic & Flaccus ait, Oderunt pecca-
re boni virtutis amore. Oderunt peccare mali, formidi- *Pſ. 58.*
ne pœnæ. Volens ergo Chriſtus vos corrigere, reuoca-
re à malo, timorem incutere, qui nos retrahat à malo,
vrgeárque ad bonum: paradigma deſtructionis Hieruſa-
lem ciuitatis electæ à deo & ſanctæ, fidelis olim & ple-
næ iudicij, nobis hodierno in euangelio proponit. Vt ſic
eius pœna aſpecta & rememorata reſipiſcamus à diabo *Eſai. 1.*
li laqueis, & dignis pœnitentiæ fructibus, commiſſa pia-
cula deleamus. Caueamus item, ne nos rurſum Chri-
ſtum crucifigamus & oſtentui habeamus; Ne contriſte-
mus ſpiritumſanctum, aut ei voluntate obſtinata reſiſta-
mus. ne eum extinguamus, aut eũ ad iracũdiam prouo
cemus, aut ne eum contumelia afficiamus, quoniam vin
dex horum eſt Deus. Reuera, ſi deus naturalibus ramis
non pepercit, dubio procul nec nobis parcet, ſi non per-
manſerimus in bonitate Irritam quis faciens legem
Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus,
moritur, quanto magis putandi ſunt deteriora mereri
ſupplicia, qui filium Dei conculcant, legem eius præua-
ricantur, ſanguinem eius pollutis labiis bibunt & acci-
piunt, & corpus eius indignè? Væ autem illis, quos dei
charitas non accendit, quos gratia eius non illuminat, *Heb. 10.*
qui euangelij documenta aſpernantur, qui bonis exem *Rom. 1.*
plis non apprehendunt vias vitæ, eorum bonitatem nõ
æmulantur, vel tandem iniquorum pœna horribili non
emolliuntur vel emendantur, vel deterrentur à malo. Iã
Euãgelij textũ inſpicere tentemus Hoc vno præmiſſo,
ꝙ hiſtoria huius euãgelij in ramis palmarũ cõtigit, dũ
Chriſtus ſuper pullũ aſinę ſedẽs, Hieroſolymę appropin
quaret.

quaret. Igitur omnia applaudente populo, oſannæ filio Dauid canente in excelſis, *Cum appropinquaret Ieſus Hieruſalem*, non tam corpore quàm affectu cordis & pieta-
Eſai. 1. te, *videns ciuitatem*, in qua paſſurus erat in breui. Ciui-
Ezec. 9. tatem, inquam, famoſiſſimam laudibus, potentiſſi-
Na. 3. mam ciuibus, firmiſſimam munitionibus, ſpecioſiſſimam ædificiis, opinatiſſimam Dei cultu, affluentem deliciis, abundantem diuitiis, ſecuram pace, obſtina-
Eſa. 59. tam in malo, rebellem Deo. Vidit eam oculis corpo-
Sap. 7. ris, vidit eam etiam oculo diuinitatis & imminentem eius ſubuerſionem. Ciuitatem, inquam, per ciuium vnitatem localem, non ſpiritualem, in qua olim habitauit iuſtitia, tunc autem homicidæ, vel potius ſi dicere liceat, Deicidæ. Hęc ciuitas plena erat iniquitate. Vnde ciuitas ſanguinum vocatur, de qua rurſus ſcriptum eſt: Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, die ac nocte circundabat eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniuſtitia. Vidit præuaricantes, & contabuit maximè quòd mandata patris ſui cœleſtis non cuſtodierunt. *fleuit ſuper eam.* Exitus aquarum, lachrymas largiſſimas deduxerunt oculi eius, eo, quòd incolę eius, non cuſtodierunt legem eius. Ecce pietas viſceroſa cordis Chriſti, compaſſio eius affectuoſa. Commouebantur viſcera eius ſuper malis quæ ventura erant illis. Verè ſuper amorem matrum amabat eos. Legitur autē quatuor vicibus fleuiſſe Adſertor noſtēr. Primò in natiuitate, quādo primam vocem ſimilem omnibus emiſit plorans. Secundo in ſuſcitatione Lazari. Tertiò in proceſſione. In cruce vero expanſis brachiis, cum
Dan. 13. clamore valido & lachrymis orationem offerebat, & exauditus fuit pro ſua reuerentia. Hæc ſunt quatuor flumina de paradiſo cordis Chriſti procedentia vniuerſam terram Eccleſiæ alluentia. quam irrigant, fructuoſam faciunt, abluunt, refrigerant. Modo autem non ſolū fleuit, ſed & cordis ſui erga eos amorem verbis expreſſit, dicens, Quia ſi cognouiſſes ea mala quæ te manent, & ego ſuper te ventura, cognoſco, qui ſcio omnia. Vnde & Suſanna dixit, Tu noſti omnia antequàm fiant. & tu
Iacob. 4 ſcilicet fleres mecum, quæ modò lætatis in male factis tuis, & in rebus peſſimis exultas. Omnis exultatio talis maligna eſt. & extrema gaudij talis, luctus occupat. Subdit iam calamitatis futuræ improuiſionem. Et tangit

proſpe-

proſperitatis Hieruſalem primò breuitatem dicēs *In hac* præſenti videlicet & tranſitoria, in breui. Dies enim pro *Iob.7.* ſperitatis velocius tranſeunt, quàm à texente tela ſuccē ditur. Tranſiit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluitur quæ fugatur à radiis ſolis Nam nati vt ſumus, continuò deſinimus eſſe Et mali quidem nullum virtutis ſignum oſtendunt, ſed in malignitate *Sap.1.* ſua conſumuntur &c. Ideo exiguum quid & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ. Tangit & fulgorem apparentem *Hie.17.* dicens, die clara & proſpera, De qua Hie. ait: Diem hominis non deſideraui, domine tu ſcis. Sed potius ab altitudine diei talis ego timebo, *tua* Ecce libertas, quia in ea facis quod vis, iuxta illud, Poteſtatem habens inter *2.Mac.7* homines, cùm ſis mortalis, facis quod vis, Sic in die ieiu *Eſai. 58.* nij ait Eſa. inuenitur voluntas tua, non voluntas Dei. *Eccl. 18.* Cùm tamen ſcriptum ſit. A voluntate tua auertere. Et tunc non vocabeſis amplius terra derelicta & deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea, *quæ ad pacem tibi* Nō ad pacem veram dei & Chriſti Ieſu, de qua ſcriptum eſt *Eſai. 62.* Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Sed ad pacem tibi vt in eis liberius voluptatibus vaces ſicut in Iob legimus, Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & nō eſt virga dei ſuper illos. Et in pſalmis, Zelaui ſu *Ioan. 14.* per iniquos, pacem peccatorum videns. In iſta pace impij ſine omni timore perpetrant mala, deum prouocāt, *Iob 21.* impie, agunt: ſicut ferrum rubiginem cōtrahunt dum eſt abſque vſu, & ager zizaniis repletur dum non colitur. *Nunc autem adſcondita ſunt ab oculis tuis* mala illa multiplicia & horrenda, quę vētura ſunt tibi Via impiorū tenebroſa, neſciūt quò corruūt. Ecce futuri ſtatus improuiſio, neſcit homo finē ſuū, ſed ſicut piſces capiunt̄ hamo, *Pſ.143.* & aues laqueo cōprehēdunt̄, ſic capiunt̄ homines in tēpore malo, cū eis ex tēplo ſuperuenerit. Cum dixerint *Prou. 4.* pax & ſecuritas, tūc repētinus eis ſuperuenit interitus, ſicut dolor in vtero habētis, & nō effugient, 1 Theſſal. 2. Et benedicit, nūc, quia gaudiū hypocritæ ad inſtar puncti. Ab oculis inquā tuis, tā corporalibus quā ſpiritualibus. Nā omnia talia in futurū ſeruātur incerta. Specificat autē ſex mala, quæ Romani eis erāt illaturi Et ſunt, *Eccl.9.* circumuallatio, obſeſſio, cōcluſio deiectio, occiſio, euerſio dicit ergo, *Quia venient dies in te*, id eſt cōtra te. Veniēt *Iob.20.* nūquā, tā nquam tuis meritis vocati. Et notā quòd cum

lo-

loquitur de pace Hieruſalem,loquitur in ſingulari di-
Ephe.6. cens:In hac die idque ad denotandum illius pacis ma-
læ (quam Chriſtus dare non venerat ſed deſtruere,gla-
dio ſpiritusſanćti,quod eſt verbum Dei)breuitatem.Sed,
Prou.10 cùm de eius calamitatibus loquitur,tunc pluraliter di-
cit dies,ad innuendum tribulationis longitudinem &
Pſ.54. varietatem.Quia anni impiorum breuiabuntur, Et viri
ſanguinum & doloſi,non dimidiant dies ſuos.Dum ad-
huc ordiuntur,ſuccidit eos deus, quaſi leo ſic conterit
Eſai.38. omnia oſſa eorum.Stulte dićtum eſt vni,(qui animæ ſuæ
dixit:Requieſce,comede,bibe,epulare) hac nocte ani-
mam tuam repetent à te, Sic paucitatem dierum ipſo-
Luc.18. rum nunciauit eis Chriſtus,quæ finitur in breui. Sed
vindićta longa eſt,quam his qui non nouerunt Deum,&
qui non obediunt euangelio Domini noſtri Ieſu Chri-
2.Teſ.1. ſti,dabit iuſtus iudex.Dabunt enim pœnas in interitu
æternas à facie Domini,& à gloria virtutis eius.Sic mil
Pſ.89. le anni ante oculos dei,tanquam dies heſterna, quę prę
teriit,& ſicut aranea meditantur,& cuſtodia in nocte,
quæ pro nihilo habetur,anni noſtri ſunt.Sed non eſt re
Sap.2. frigerium in fine hominis impij.Vadunt enim & non re
Iob.10. uertuntur, ad terram tenebroſam, & opertam mortis
caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi, vm-
bra mortis,& nullus ordo,ſed ſempiternus horror in-
habitat.& circūdabūt te inimici tui,vallo Romanorum
Pſ.55. videlicet exercitus Fideles tamen hanc calamitatē non
2.Pet.2. ſunt experti,quia moniti ſunt ab angelo ante obſidio-
nem,vt Euſebius dicit in hiſtoria eccleſiaſtica 50. cap,
Et ſic tranſierunt in regnum regis Agrippæ,qui erat fœ
deratus Romanis.Dedit deus metuentibus eum ſigni-
ficationem,vt fugerent à facie arcus,ſicque liberati ſunt
Dan.3. dilecti eius Nouit deus pios de tentatione eripere vt pa
Hie.39. tet de Abraham,quem liberauit de Hur Caldæorum.
Loth Sodomis.Tres pueros de camino ignis ardentis:
Hieremiam & Abdemelech de Caldæorum furore.Ini-
quos verò, nouit in diem iudicij cruciandos reſer-
uare. Et coanguſtabunt te vndique introitum videli-
cet & exitum prohibendo neceſſariorumque adductio-
nem,vt nulla ſpes vitæ, vel euaſionis tibi ſit reliqua.
Tres calamitates ſequentes,ſecutæ ſunt ciuitatis occu-
pationem.Et ſunt in terram proſtrato,*& ad terram pro-
ſternent te*,Quinta fuit eorum occiſio, ideo ſequitur,

&

& filios ſuos qui in te ſunt, id eſt,habitatores tuos, *& non relinquent in te lapidem ſuper lapidem*, vt Ioſephus Iudæus natus,qui & ipſe à principio vſque ad finem bello iſti interfuit, iuſtis ſeptem voluminibus deſcripſit.Et poſt eum Egeſippus etiam Iudæus,ſed ad fidem Chriſti conuerſus:(quod Ioſephus non fuit) quinque libris digeſſit. Tempore nãque improuiſo, imò in die paſchali cœpta eſt vrbs oppugnari, quando erat pleniſſima ex couuentu omnium Iudæorum, à Tito Veſpaſiani imperatoris filio. Nam Veſpaſianus obſidioni & captioni Hieruſalem non interfuit. Numerum occiſorum faciūt Ioſephus & Egeſippus,vndecies centena milia. Captiuorum autem infra annos ſeptemdecim ſupra nonaginta milia. Et innumerabilis multitudo adhuc extitit eorum,qui partim venditi, partim ſunt ad metalla dãnati,partim in ſpectaculis occiſi,partim ad triumphum reſeruati.His non abſimile eſt illud apud Lucam:Cùm videritis circundari Hieruſalem ab exercitu,tunc ſcitote quia appropinquat deſolatio eius &c.Huius verò calamitatis cauſam meritoriam ſubnectit dicens: *Eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* ſcilicet tempus aduentus Chriſti in carnem & mũdum.Per viſcera enim miſericordiæ ſuæ viſitauit nos,oriēs ex alto Hoc tempus non cognouit, quia cognoſcere noluit impia gens Iudæorum,malicia excæcata,& cum inuidia tabeſcente iter habens. Viſitauit eos Chriſtus quando venit temporis plenitudo & gratiæ,ſicut paſtor oues in mõtibus errantes, vt eas in ouile colligeret Eccleſiæ ſuæ ſanctæ: Inſtar ducis, vt in malicia ſua eos erudiret & ordinaret:Inſtar magiſtri,vt eos ſapientiam veram doceret:Inſtar patris,vt filios ſuos cõſolaretur:Inſtar medici,vt languoribus animarum eorum mederetur: Inſtar regis potentiſſimi & fortiſſimi in prælio, vt eos à ſeruitute,tyrannide, & dominatu principis mundi huius aſſereret,vindicarétque in libertatem glorię filiorũ Dei. Sed ecce omnium ingratiſſimi Iudæi, paſtoris ſui vocem ne agnoſcere quidem voluerunt,nec audire,nec eius veſtigia ſequi:Neque ducis tanti volebant militię adſcribi,aut edictis eius parere.Magiſtri huius doctrinã aſpernabantur,ingrati filij & ſcelerati in patrem iſtum miſericordiarum & omnis conſolationis inſurrexerũt: Medici huius conſilia & pharmaca omnium languorũ

Euſeb.lib. iij.c.7 eccleſ.hiſtoriæ.

Luca 28

Galat.4.

Roma.8.

ſanatiua,ſed & mortis ipſius,quæ rapit omnes citra delectum curatiua,ſpreuerunt.Hunc regem gloriæ qui redemit eos ex omnibus iniquitatibus eorum, de pote-
Sap.2. ſtate tenebrarum,de manu inimicorum,& tribulantiũ,
Mat.21. noluerunt regnare ſuper ſe:Imò mortè turpiſſima con-
Iob 21. demnauerunt,ac extra vineam eiectum occiderunt Dixerunt ei,recede à nobis, ſciẽtiam viarum tuarum nolumus.Mundus eum non cognouit. In propria venit & ſui eum non receperunt.Hinc dominus eorum cæcita-
Hiere. 8. tem affectatam & maliciarum plenam, conqueritur & dolet apud Hieremiam dicens:Miluus in cœlo cognouit tempus ſuum.turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduẽtus ſui,populus autem meus non cognouit iudicium domini. De quo iudicio ipſe ſeruator dicit.In iudicium in hunc mundum veni, vt qui nõ vi-
Ioan.9. dent videant,& qui vident cæci fiant.Et iterum.Hoc eſt
Ioan.3. iudicium quia lux venit in mundum & dilexerunt ho-
Ioan. 12. mines magis tenebras quàm lucem. Erant enim mala opera eorum.Et alibi: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Sic ergo viſitatio Chriſti gratioſiſſima,& charitatis omniſq; boni allatiua bonis, ipſis Iudæis facta eſt occaſio omnium malorũ,deſtructionis & mortis.Idque propria malitia & ob-
Luca 2. ſtinatione.Sic poſitus fuit in ruinam & reſurrectionem
Pſ. 108. multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicebant. Hinc retribuebant ei mala pro bonis,odium pro ſua di-
Exod. 32 lectione. Hoc longè ante prædictum erat eis: Populus inquit deus, duræ ceruicis, ſemel aſcendam in medio tui & delebo te. Obiter hic conſidera quòd Chriſtiani Iudæos patiuntur, nec ad internecionẽ vſque eos perſequuntur. Tum ob reuerentiam Chriſti & apoſtolo-
Ioan.4. rum,quia ſalus ex Iudæis. Similiter propter reuerentiã honorémque patriarcharum, ex quibus populus iſte
Rom.11. prognatus eſt ſecundum carnẽ Radix ergo ſancta, & ſi rami aliquanti ſint inutiles & fracti, olim tamen peculium dei erant de cunctis gentibus,regnum ſacerdotale,& gens ſancta. Suſtinentur item propter reuerentiã legis, quam dominus eis dedit in monte in manu me-
Exod 20 diatoris. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua
Galat.3. non manifeſtauit eis.Adhæc ratio eſt quòd Chriſtiani
Pſ. 147. ex eis ſecundum ſpiritum & fidem nati ſunt.Rurſus,in eis ſeueritatem dei,in nobis verò miſericordiam eius &
abyſſalem

abyſſalem bonitatem conſiderare debemus & timere: Nam ſi naturalibus ramis deus nõ pepercit, dubio procul nec nobis parcet, ſi non manſerimus in bonitate. Sunt etiam confirmatio fidei noſtrę dũ ipſi habent libros canonicos, ex quibus nos fidem noſtram cõfirmamus, & teſtimonia proferimus de Chriſti diſpenſatione, ſicut ſcriptum eſt: Deus oſtẽdit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas illos, ad internecionẽ videlicet totalem, ne quando obliuiſcantur populi mei, quem redemi de manu inimici, operum meorum, quę pro ſalute eorum feci. in eis xxxiij annis habitãdo, & cum hominibus conuerſando. Poſtremo ſeruantur Iudæi, quia in fine mundi reliquiæ ſecundum electionem gratiæ Dei ſaluę fient, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet. Conuertẽtur ad veſperam mundi, interim autem famem patiuntur vt canes, & circumeunt, non intrant ciuitatem ſiue Eccleſiam Dei, & murmurant cum filio ſeniore de patris benignitate: & qua diues eſt in omnes, de miſericordię, bonitatis ac charitatis eius immenſitate. Sequitur: *Et ingreſſus templum cœpit eiicere ementes & vendentes.* Sicut prius affectum pietatis Chriſti audiuimus, ita nunc zelum rectitudinis eius hic videmus. Ecce poſt enunciata mala, tẽplum ingreditur, vendentes ejecit. Per hoc innuens, quòd ruina populi, maximè ex ſacerdotum culpa fuit. Cor & ſtomachus in corpore Chriſti myſtico, quod eſt Eccleſia eius, ſacerdotes intelliguntur. Si ſacerdotes & epiſcopi ſani ſunt in fide, irreprehenſibiles in vita, ſancti in omni conuerſatione ſua: Si abſtinent ſe à carnalibus deſideriis, quæ militãt aduerſus animã, & carnem ſuam cũ vitiis & concupiſcentiis crucifigũt: Si ſunt in moribus graues, in aduerſis patientes, in beneficiis grati, in fide ſtabiles & immobiles à ſpe euangelij, ardẽtes in dei proximíq; dilectione, abundãtes & diuites in omnibus operibus bonis ſemper: Si inſtant orationi, ſi verbum domini in illis habitat abundãter, & in omni ſapientia docent, & commonent ſemetipſos in pſalmis, hymnis & cãticis ſpiritualibus, in gratia canentes in cordibus ſuis domino: Si ſunt exemplum fidelium in verbo, hoc eſt, ſi nullus ſermo malus ex ore eorum procedit, quin potius ſermo eorũ ſemper eſt in gratia ſale conditus & bonus, qui ædificationẽ fidei & gratiã det audientibus. Item ſi ſunt exemplum fideliũ

Pſal. 58. Baruc. 3. Rom. 11. Pſal. 58. Luc. 15. Rom. 10. Titi 1. 1. Pet. 1. Galat. 5. Epheſ. 4. Coloſ. 4.

1. Tim.4. in cõuerſatione angelica & cœleſti,in charitate,in fide,
in caſtitate.In bonis operibus,in doctrina,in integrita-
te,vt is qui ex aduerſo eſt,vereatur,nihil habens malũ
dicere de eis Et ſi qui detractant de eis tanq̃ de male-
factoribus,eorum bonis operibus viſis,cõfundantur &
1.Tim.3. glorificent Deum in die viſitationis. Tales inq̃ ſi ſunt
epiſcopi & ſacerdotes, irreprehenſibiles videlicet & ſi-
ne criminibus,ſobrij,ornati, prudentes,pudici,hoſpita-
les,bene docentes,benigni,ſancti, iuſti,cõtinentes,mo-
deſti &c.Tunc oẽs eos audiunt & ſequuntur per vias
vitæ. Sic ſeipſos ſaluos faciunt & eos,qui eos audiunt.
1.Tim.4 Si autẽ epiſcopi & ſacerdotes dicunt & nõ faciunt,do-
cent alios,ſeipſos nõ docent:nec curãt à oues languo-
ribus peccatorum, ſcãdaliſant puſillos in Chriſtũ cre-
Roma.2. dentes. Si quærunt ſeipſos,ſi ſtudent auaritiæ , ſi genio
indulgent,ſi potationibus cõmeſſationibúſque vacant,
Philip.2. ſi timor dei nõ eſt ante oculos eorum,ſed ambulant vt
Hure. 6. gentes quæ Deum ignorant, vel ſicut equus & mulus,
Deut.21. quibus nõ eſt intellectus:tunc totus populus corrumpi-
tur,& abominabilis fit in ſtudijs ſuis,non eſt qui faciat
bonum nõ eſt vſque ad vnum. Fidem quam ore profi-
Roma.2. tentur factis negant.Sunt abominabiles & increduli,&
Mat.15 ad omnia opera bona reprobi : Atque cæci ducem cæ-
cum ſequentes,cum eo in foueam cadunt damnationis
æternę. Si ſal terræ ſic euanuerit ad nihilũ valet vltra,
Matt.5. niſi vt mittatur foras,& cõculcetur ab hominib.Quem-
admodum enim cùm vides arborem pallentibus foliis
marcidam intelligis quod aliq̃ cauſam habeat in radi-
ce:ita cùm videris populum indiſciplinatum,ſine dubio
cognoſce,quòd eius ſacerdotium nõ eſt ſanum.Secun-
Eccl.10. dum iudicem populi,ſic & miniſtri eius.Et qualis rector
ciuitatis, tales inhabitantes in ea.Sic qualis eis epiſco-
pus & ſacerdos,talis eſt & populus.Dũ paſtor per abru-
pta graditur.reſtat vt & grex ad præcipitium ſequatur.
Ingreſſus igitur Chriſtus eſt templum.Tum vt ſic deſi-
Eſaia 1 gnaret ciuitatis euertendę radicem.Principes enim il-
lius erãt infideles,ſocij furum: Dilexerunt munera,ſe-
quebantur retributiones. Nã egreſſa omnis eſt iniqui-
tas à ſenioribus & iudicibus, qui populum regebant.
Deinde propter noſtram inſtructionẽ,vt primum ciui-
tatem aliq̃ ingreſſi domum patris noſtri ingrediamur,
Dan. 13. quę eſt Eccleſia,Tertiò vt ſic primùm quęramus regnũ
dei

dei & iuſtitiam eius, quo facto omnia quę auſpicamur proſperantur. Eiecit ementes & vendentes de templo flagello de funiculis facto,vt dicit Ioannes. Bis quidem hoc legitur feciſſe. Vna vice elapſo anno poſt ſacrum baptiſma ſuum eodem die quo fuerat à Ioanne baptiſatus. Altera vice in die palmarum,de qua hic loquitur Lucas. Nec vnq̃ legitur Chriſtus tantũ zelum oſtẽdiſſe, quantum exercuit in inhonorantes patris ſui locum ſiue templum. *dicens illis*, atque in furore ſuo arguens eos, & in ira ſua corripiens eos. *Scriptum eſt*, in Eſaia. Vatis tamen nomen ſubticuit,quia ſcientibus legem & voces prophetarum loquebatur. *quia domus mea*, hoc eſt,meo cultui ędificata,à me electa & ſanctificata, in qua habitabo vobiſcum in terra, & inambulabo inter vos. *domus orationis eſt.* non rapinę,aut vſurę,aut circũuẽtionis,aut negotiationis,aut furti. In hoc verbo magna nobis fiducia datur impetrandi. Neque enim Dominus ibi nos vellet orare, ſi non vellet exaudire. In hoc etiam oſtendit ſe Deum eſſe:quia templum ſolius Dei eſt Domus. Sed heu nunc mutatus eſt color optimus. Ideo ſubditur. *vos autem*, qui ſpreuiſtis me,cũ ſitis gens peccatrix,populus grauis iniquitate, ſemen neq̃, filij ſcelerati,domus exaſperans,incredu li & ſubuerſores. Vos inquam,veſtra malicia & iniquitate, *feciſtis eam ſpeluncam latronum.* Sermo iſte durus eſt, dignus reuera quem duri & indurati audiant ac dati in reprobũ ſenſum. Sic peccatoribus dixit Chriſtus. Sic arguebat eos & ſtatuit ſcelera eorum contra faciem eorũ. Prius eos de templo expellit, iam arguit eos cum omni imperio, & increpat eos durè. Nec ſolùm agebat vt cui data eſſet poteſtas cuiuſq; operis,ſed & loquebatur ſicut autoritatem habẽs: Alioqui impoſſibile fuiſſet, quod manus tunc nõ iniecisſent in eum, & dentibus diſcerpſiſſent eum. Reuera ſi fecerunt tẽplum ſpeluncam latronum,& ipſi templi erant moderatores, conſequens eſt eos eſſe latrones,hoc eſt,deprædatores,ſpoliatores, & interfectores Sed vt veritas odium parit & bilem mouet,ita hic eos excanduiſſe arbitror & furore fuiſſe ſuccenſos. Et verè fuerunt latrones & fures: Latro enim à lateo deducitur. Et ille latro cenſetur, qui latet in inſidiis,ac in prætereuntes irruit ex improuiſo,ſpoliãs eos, & vulneribus inflictis ſemiuiuos derelinquit. Aut cum

Ioan. 2.
Mat. 21.
Mar. 11.
Ezec. 3.
Terẽtius.

Barabba homines occidit, ac deinde clam fugę præſi-
Pſal. 51. dium arripit, vt ignoretur, vnde venit, aut quò vadat. Et
quomodo ſpoliabant alios diripiendo bona eorum oc-
cultè, faciendo dolos ſicut nouacula acuta, quæ inſenſi-
Mat. 21. biliter barbam radunt. Erant latrones, dum vſuras oc-
Luc. 19. cultas ſub pietatis diuiniq; cultus adumbratione, emē-
Mat. 15. do & vendendo, exercebant in templo, vt hîc eis ex-
probrat Chriſtus, & hîc declarant doctores. Secūdò di-
ripiebant parentum ſubſidia neceſſaria, falsè exponen-
Mat. 23. do mandatum Dei de honore parentum. Tertiò id vicij
exercebant, domos viduarum comedendo, ſub oratio-
num longarum fuco, nihil interim aliud intendentes,
niſi vt prædam facerent, & carnis curam lautius in de-
ſideriis facerent. Nec multiplicabant aut prolongabāt
preces ad gloriam Dei, ſed vt ipſi viderentur ab homi-
Mat. 23. nibus & laudarentur. Quartò auferebant aliorum bo-
na, dicendo quòd quicunq; iurauerit per creaturas Dei,
non tenebatur nec obligabatur, ſed qui iurauit per do-
na altaris vel templi, tenebatur dona illa offerre in tē-
plo &c. Erant etiam latrones, homicidia horrenda in
templo exercentes, maximè animarum. Vel potius ani-
mas & corpora in gehennā perdentes. Homicidę erant,
dum ſeipſos per malitiam interimebant, vt ſapiens ait:
Sap. 16. Homo per maliciam, occidit animā ſuam. Et dū Chri-
1 Ioan 3 ſtum gratis odio habuerunt, vtique ſeipſos occiderunt.
Sap. 1. Nam qui odit fratrem ſuum, homicida eſt ſuiipſius. Os
item quod mentitur, animam ſuam occidit. Illi autem
viri mendaces erant in verbis Similiter erant menda-
ces in operibus & factis Quia qui dicit ſe noſſe Deum,
quod ipſi faciebant, & mandata eius nō cuſtodit, men-
1 Ioan. 2 dax eſt. Ipſi autem legem non faciebant. Similiter per
alia multa peccata ſeipſos occidębant. Nam anima quę
Ezec 18. peccat, moritur. Peccatū cum cōſummatum fuerit, ge-
Iacob. 1. nerat mortem. Quod Apoſtolus cōfirmat dicens: Eratis
Ephes. 2. mortui in delictis & peccatis veſtris Et morte iſta mo-
riuntur non ſolùm qui faciunt mala, ſed etiam qui cō-
Roma. 1. ſentiunt facientibus. Qui autem ſibi tam neq̄ & crude-
les erāt, cui obſecro boni, beneuoli & proficui eſſe poſ-
ſent? Ecce defectus veritatis vitę in latronibus iſtis. Se-
cundò homicidę erant, falsè legis verba & vmbracula,
nec nō vatum oracula exponendo, & ad diuerſum, no-
thum, falſúmque ſenſum trahēdo. Et vt exempli gratia
vnum

vnum & alterum locũ adferam: Falſè exponebant mãdatum de nõ occidendo. Item de adulterio, de iuramẽto, de dilectione proximorum, de honore parentum, de mundicia rerum externarum, vt longè eis improperat Chriſtus apud Matthæum & Lucam. Sed parua ſunt hæc, ſi conſideremus quomodo totius legis verba contra Chriſtum torquebant, quem ſciebant in lege promiſſum, & miſſum iam à Deo. Inſuper ei inuidiam cõflabant apud omnes, cui inuidebant ipſi. Et quẽ ex legis eruditione ſuſcipere debuerunt, ſub zelo legis impiiſſimè occiderunt. Et ſic expertes erant veritatis doctrinæ. in quo ſcelere eos imitantur hæretici, apoſtoli Satanæ, & ſeductores mundi, ac magiſtri mẽdaces. Hoc genus hominũ ſicut latro conſurgit cõtra fratres ſuos, & occidit animas eorum, quæ non moriuntur. Tertiò occidebant, ſcandala dando & peſſimè viuendo. Dicebant quidem, ſed nõ faciebant, onera grauia & importabilia aliis imponebant, quæ ipſi digito ſuo minimo ne mouere quidem volebant. Receſſerunt à via mandatorum dei, & ſcandalizabant plurimos in lege. Qui gloriabantur in lege, per præuaricationem legis Deũ inhonorabant. Nomen enim Dei per eos blaſphemabatur inter gentes. Tot enim mortibus digni erant, tot occidebant, quot prauitatis eorum & ſcelerum facta videbant & audiebant, & audiunt vel legunt adhuc, etiã ſi non fuerint ſcandalizati in eis. Illi quoad eorum eſt & erat, venenum quo interirent & occiderentur, parauerant, & porrexerãt gladium malignum, quo ſe perimerent, foueam mortis eis foderant, laqueos interitus iuxta vias in quibus ambulabant extenderant. Væ mũdo à ſcandalis iſtis. Tu lancea ſcandali quantum in te eſt eum transfixiſti, & niſus es cum Saul, licet Dauid & manu fortis non occidatur, & declinet malitiæ tuæ telum. Tu ſcelerate intendiſti arcum ſcandali, paraſti ſagittas tuas, quæ ſunt dicta & facta tua mala, in pharetra mentis tuæ, & poſtea ea operando, ſagittaſti clam in eos qui candido ſunt pectore & recto corde. Si non eſt læſus, ſi nõ eſt occiſus, vel captus, vel non cecidit in foueam quã paraſti, gratiæ dei eſt beneficium, & innocẽtis eſt virtus, fideiq; illius firmitas, in quo omnia tela nequiſſimi ignea extinxit. Mortiferum quod ei parau eras, videndo, legendo & audiendo, bibit, mentẽ eius intrauit

Mat. 13. *Luc. 11.* *1. Cor. 13.* *2. Pet. 2.* *Ezec. 22.* *Roma. 2.* *Eſai. 52.* *Pſal. 7.* *Ephe. 6.* *Pſal. 51.*

intrauit,& nihil ei nocuit.Te autem Deus iudicabit ſecundum opera tua mala,& deſtruet te in finem, euellet te,& extrahet te de tabernaculo tuo,& radicem tuam de terra viuentium.Vtinam hæc attenderent,qui vſque in hodiernum diem,vel male docent & viuunt. Vel bene docent,& ſcandaloſe viuunt,& domum dei faciunt ſpeluncam latronum.Væ illis, qui modò ſcandala ponunt aut offendicula,per quæ puſilli vel perduntur, vel contriſtantur,vel infirmantur in fide. vel deſtruitur opus Dei in eis. Iſtis melius foret quòd mola aſinaria ſuſpenderetur in collum eorum, & demergerentur in
Eccle. 34. profundum maris, Quarto loco homicidæ erant,bona aliorum rapiendo, Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum,quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium vita eorum, qui defraudat illũ.homo ſanguinis eſt Qui aufert in ſudore panẽ
Zach. 11 quaſi qui occidit proximum ſuum & c.Hinc Zacharias ait:Paſce pecora occiſionis,quę qui paſcebant,occidebant,Hac autem in re multipliciter rei erant poteſtate præditi apud Iudæos,qui cęteros regere & ad legis ob-
Rom. 17 ſeruationem cogere debebãt etiam nolentes. Quis verbis conſequi poterit,quod domum Dei,ſpeluncam fecerant latronum,ſicut ſcriptum eſt:Nunquid non ſpeluncã latronum facta eſt domus iſta?Verum nec ſic exube-
Hier. 3, rans eius fluere deſtitit miſericordia,Nam *quotidie erat docens in templo*,viam veritatis & ſalutis. Sed illi perire maluerunt quàm redire,ideo ſemper fiebant peiores, magis indurabantur,plus inferno appropinquabant.

ALIVS IN EVANGE.

SERMO MORALIS.

CVm omnia quæ ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinam ſcripta ſint, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus,è re fore arbitror,vt euangelium præſens ad noſtrã eruditionẽ moraliter exponam ,Hieruſalẽ igitur pacifica,vel viſio pacis interpretatur,& Eccleſiã vel animã fidelẽ ſignificat, q̃ tũc pacifica eſt,qñ legi dei eſt ſubiecta:facit bonitatẽ,ingreditur ſine macula:& operatur iuſtiam.Tũc eſt viſio pacis, quando credit,firmiter ſperat , ordinatam ſynceramque habet charitatem. Per iſta Deum nunc videt per ſpeculum

&

& in ænigmate, ambulat per fidem, poſt hoc autem viſu ra deum facie ad faciem in gloria, ſicuti eſt. Anima hęc munda & ſancta, ad modum ciuitatis Hieruſalem ædificata eſſe debet. De hac ciuitate dei, glorioſa dicta ſunt, quæ ex parte ſummis vt aiunt labiis tangemus. Ciuitas hæc ciuium vnitatem habet, pacem atque concordiam, quando caro ſpiritui, ſpiritus deo paret & ſubiicitur. Quando cogitationes, affectiones, verba & opera ſunt iuxta legem dei. Hæc fundatur in montibus ſanctis, apoſtolorum & prophetarum. Vel potius ſuper Chriſtum, firmiſſimam petram. Per fidem in Chriſtum, & charitatem, hæc fundatio fit. Portæ eius ſunt quinque ſenſus, quæ clauſæ ſunt principi huius mundi, quando peccatis aditus ad cor præcluditur, ne peccatum regnet in corpore noſtro. Hanc ſi dominus regit, tunc nihil ei deeſt in vlla gratia. Si eam Dominus cuſtodit ab omni malo, & angeli ſancti, tunc nullus ei nocere poteſt. Si Saluator in ea ponitur murus & antemurale, nullus ei hoſtis præualere valet. Habeat foſſam profundam altiſsimæ paupertatis ſpiritus, plenam aquis pietatis multiformiſque gratiæ Dei, quæ in fontem viuum excreſcunt aquarum ſalientium in vitam æternam. Atque ſic vocabitur ciuitas iuſti, vrbs fidelis. Verùm vt laconiſmo vtar, huius animæ vel ciuitatis fundator, Deus eſt altiſsimus. Lapides eius quadri & magni, virtutes ſunt cardinales, prudentia, temperantia, fortitudo & iuſtitia, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. In hac ciuitate Nazareht, Bethlehem vel Sion deus videtur in gloria ſua, dum Deum glorificat & portat in corpore ſuo, & vita Ieſu manifeſtatur in corpore eius. Sic Deus in domibus ſuis per opera lucis, quæ in Deo ſunt, cognoſcitur. Plateæ eius latiſsimæ mundiſsimæque, charitas vera eſt. Quæ dũ in multas virtutes ſe extendit, quaſi multas plateas facit, de quibus ſcriptum eſt: Plateæ eius ex auro mũdo tãquàm vitrum perlucidum. In iſta latitudine debemus ambulare, vt omnia opera noſtra fiant in charitatẽ. Eſt autem Charitas latum mandatum nimis. In hac ciuitate, omnia & in omnibus eſt Deus, & Chriſtus Ieſus ſeruator noſter. Ipſe rex regum, & dominantium dominus eſt in ea, verus pacificus, & rex pacis. Imò in ea pater regit iraſcibilem per ſpem gloriæ filiorum Dei, quam expectamus in manſuetudinis lenitate. Filius rationalẽ de lege

1. Co. 13
Eſai. 3.
1 Cor. 6.
Pſ. 47.
Apo. 22.

de lege ſua docet & erudit per fidem in omni veritate. Spirituſſanctus voluntatem inflammat per charitatem, quam diffundit in corda ſuorum electorum. Vndé meritò vna regalium ciuitatum, anima pia, ſancta & bona dici & poteſt & debet, In ea præſul ſiue pontifex magnus
2.Cor. 3. ipſe Ieſus ſacerdos dei ſummi eſt. qui eam oleo lætitiæ vngit & conſecrat, quæ ipſe eſt ſpirituſſanctus. Et vnctio hæc eam docet de omnibus, & omnem eam docet veritatem, propter quod dicitur ſpirit⁹ veritatis. Ciues eius
Iob 4. affectiones ſanctæ, cogitationes bonæ, recta deſideria, & iuſta ſunt opera. Defenſio eius ſunt & cuſtodes, ipſe deus, angeli ſancti. Templum in ea corpus eſt, Apoſtolo teſte, quod qui violat diſperdet eum deus. Idipſum &
Cant. 4. domus lutea dicitur à Iob, & terrena inhabitatio in morte deſtruenda Lex ciuitatis huius euangelium Chriſti eſt, & charitatis mandatum nouum Fons viuus fons hortorum, puteus aquarum viuentium, fons ſignatus aquæ
2.Cor.13 ſalientis in vitam æternam. Fons ſapientiæ, verbum eſt in excelſis. Ibi ſcala eſt vel charitas cum ſuis xv. gradibus ab Apoſtolo ad Corint. digeſtis. Vel ipſa crux Chri
Pſ.33. ſti, in qua eſt ſalus. vita & reſurrectio noſtra, Quæ ſtat in terris, nihilominus cacumen eius cœlos attingit, cui & dominus ipſe eſt innixus. Ludus eius eſt magnificare dominum, exaltare nomen eius inidipſum, exultare in ſpiritu in deo ſalutari noſtro. Opes eius diuitiæ gratiarum ſunt & meritorum. Gratiam à deo gratis accipiunt, in gratia theſaurizant ſibi theſaurum meritorũ quem in cœlo apud Deum reponunt. Commercia eius ſunt gratia pro gratia, fides per dilectionem operans, & quod ꝑ eſurie & ſiti, ſaturabũtur: pro luctu riſum, pro
Gala 5. mœrore conſolationem, pro cilicio & cinere, ſtolam glo rię, pro morte vitam commutant & accipient. Pax in ea
Philip. 4. Chriſti exuberat, quæ omnem ſenſum excedit. Hæc eius ſenſus cuſtodit & cor & intellectum in Chriſto. Pacem habet internã & externam, æterna m expectat cũ pa
Ioan. 4. tiẽtia. Cibus eius eſt verbum q̃ procedit de ore dei Ci
Ioan. 6. bus eius eſt facere volũtatẽ patris, q in cælis eſt. Cibus
Ioan. 21. eius ſunt opera bona, iuxta illud: Operamini cibũ q nõ
1.Pet. 5. perit, Vel exẽpla bona electorũ. Iuxta illud: Paſce oues
1.Tim. 2. meas. et paſcite q in vobis eſt gregẽ, bonis videlicet exẽ
Tit. 2. plis. vt ſitis forma gregis ex animo. Vel exemplar vitæ & morũ vt dicit ad Tim. & Titũ. Cib⁹ eſt mel diuinitatis,

&

& lac humanitatis. Panis vitæ corporis Chriſti. & vinum sanguinis eius. Arma eius ſunt, lorica iuſtitiæ, ſcutû fidei. galea ſpei, thorax charitatis. gladius verbi dei. calciamenta exemplorum procedentium, arcus orationis, lancea miſericordiæ &c. Sit in ea moneta vera virtutum Chriſtiformium. qua aſſimilatur Chriſto, & imaginem fert Adæ cæleſtis. quod pater expetit, vt dicitur ad Romanos: nec vllo modo conformetur huic ſeculo. Sint in ea agricolæ, vinitores & vineæ, aromata & pigmentarij, veſtimentorum euangelicorum ſartores. Et id genus officia omnia ſint in ciuitate Dei ſancta, quę eſt anima deo deuota, deſponſata & placens, quæ longe foret proſequi. Ac contra, ſi anima derelinquit deum factorem ſuum, peccat, & peccata ſuper peccata addit, fornicatur à deo, tunc fit meretrix, iuxta illud: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, quando pie viuebat in Chriſto nunc autem quando declinauerunt à mandatis dei & ſunt male dicti, homicidæ. Et Dauid in ſpiritu ea dicit. Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die & nocte circundabat eam iniquitas, & labor in medio eius & iniuſtitia. Qui in ciuitate iſta moritur illum comedunt canes infernales, traditur in manus regis Babylonis. Huic ciuitati Hieruſalem & Babylonis, dominus appropinquat, & olim appropinquauit, quia per carnis aſſumptionem in terris viſus. & cum hominibus conuerſatus. tunc appropinquauit redemptio noſtra. Nox item culpę & legis tunc præceſſit, & dies euangelij tunc illuxit, nec non gratiæ eius, qua diues eſt in omnes. tunc appropinquauit quia plenus gratia & veritate fuit, & de plenitudine ſua omnibus dat affluenter, iuxta magnificentiam ſuam regiam & principalem. Gratia hæc & ſalus, nunc omnibus offertur, omnes iam ad nuptias ſpirituales vocãtur, omnibus inueſtigabiles diuitiæ gratiæ Chriſti & euangelij euangelizantur Iam regnum Dei appropinquat omnibus. Appropinquat item paterna virga peccata noſtra viſitando. & in verberibus iniquitates noſtras plectendo, vt inflicta vexatio intellectum tribuat nobis. Sic deus appropinquat nobis omnibus diebus & momentis vitę noſtrę, vt & nos appropinquemus illi, per fidem electorum, per ſpem piorum illi innitamur, adhęreamus ei per chatitatem ſynceram, &

1.Co.15 Rom.8. Oſe.2. Eſai.30. Hier.3. Eſai.1. Pſ.128. Pſ.54. 3.Re.14 Baru.3. Pſ.88. Eſai.50.

& in illum tranformemur,ei ſimiles ſimus,eum perfe-
cte imaginem filij eius portantes,imitemur, ſicut ipſe
ambulauit ambulando At nos recedimus à Deo de in-
2.Co.15 duſtria.& omnes vias eius intrare nolumus, Imò quod
horrendum eſt auditu,Deo dicimus nobis appropinquã
ti:Recede a nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus,
& quaſi nihil poſſet facere omnipotens,eſtimamus eum.
Et ſi ad nos venire voluerit,cum Iudæis non recipimus
eum & inſtar Samaritanorum non concedimus ei in-
Iob 21. greſſum,in animæ noſtræ ciuitatem.Inſuper addentes
in malo,acceptum crebro cum furore extra ciuitatem
eiicimus,perſequimur ad mortẽ,contumeliis afficimus,
mortem ei intentamus, extra vineam eiectum occidi-
dimus.A deo ſalutari noſtro recedimus, non damus ei
locum in corde noſtro(licet hoc expetat,aſtruátque de-
licias ſuas eſſe cum filiis hominum)vt caput ſuum recli
Ioan.1. net.Quid ergo?Peregre ab eo proficiſcimur , ſolio ini-
Luc.9. quitatis appropinquamus,diabolo adhæremus,eius por
cos paſcimus,dum deſideria eius facimus & opera.Tam
impiè viuimus & ſceleratè,vt vita noſtra , quæ alioqui
in cœlis eſſe deberet,inferno appropinquet, & diabolos
viuimus,ne dicam beſtias,rationis ac liberi arbitrij ex-
pertes,cum quibus Apoſtolus Epheſi pugnauit.Nos au-
tem aliter edocti ſumus.Ipſe nobis appropinquat dum
Iob.8. circuit dignos ſe quærens,quibus in viis ſuis ſe oſtendit
Philip.3. hilariter.Appropinquat item vt vulnera noſtra curet,
languoribus noſtris poſſit mederi. Ipſe ſanat contritos
corde,& alligat omnes contritiones eorum. Appropin-
quat nobis.dum temporalia ſubſidia conſolationes, pro
tectiones & victorias nobis impendit. Videns eam,fle
uit ex pietate,miſericordia & cõpaſſione.Exitus aqua-
rum deduxerunt oculi eius,pro eo,quòd non cuſtodie-
runt legem altiſsimi,quos cupit ſaluare in regnum ſuũ
2.Cor.15 cœleſte Fleuit eorum obſtinationem , culpam & æter-
nam damnationem. Nec non fleuit inauditam omni-
bus retroactis ſeculis calamitatem, quæ eos manebat,
eo quòd eum erant crucifixuri,Hoc modo & ſancti le-
guntur fleuiſſe.Fleuit Samuel ſuper Saulem , eo quòd
dominus proiecerat eum.Sic fleuit Eſdras peccata Iu-
Pſ 146. dæorum.Sic Hieremias die ac nocte plorauit interfe-
1.Re.15. ctos populi ſui &c.Videt & modò peccãtes animas. Trã
ſiens per te,inquit,vidi conculcari te in ſanguine tuo.Re
ſpicit

ſpicit Dominus de cœlo ſuper filios hominum, vt videat ſi ſit intelligens & requirens Deum. Sed heu, omnes declinant à mandatis & voluntate Dei, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Videt eius deſtructionem imminentem, propter ſcelera ſua, in quibus lætantur & exultant. Ipſe autem flet, ex pietate, prolis ſuæ mortem, ſicut Dauid interitum Abſalonis. Dolet ſponſæ ſuæ raptum & proſtitutionem, eiulat de templi ſui violatione. Lachrymatur de fruſtatione paſſionis & mortis in anima peccante, & in reprobum ſenſum datæ. Sic Apoſtolus lugendum cenſuit, quod & ipſe fecit, ſuper his qui peccauerunt, & non egerunt pænitentiam de peccatis ſuis. Sic Corinthæos obiurgat, quòd luctum nō habuerunt de horrenda inter ipſos commiſſa fornicatione. Illa autem lætatur inſtar phrenetici, vt in Sapientiæ libro legimus ſcriptum. Et dicit, Si cognouiſſes & tu, videlicet gratiæ amiſsionem, peccati grauitatem, iudicij diſtrictionem, damnationis perpetuitatem, omnis deſiderij excluſionē, vtique fleres, laborares in gemitu tuo, lauares per ſingulas noctes lectum tuum, lachrymis ſtratum tuum rigares, in cinere & ſacco pœnitentiam faceres, cuſtodires vias duras. Sed non vis intelligere vt bene agas, non vis ſapere quæ Dei ſunt, non vis nouiſsima tua prouidere. Sed cur non cognoſcit? Cur pericula ſua horrenda non videt? Excæcauit eam malicia ſua. Et quia in hac die & breuiſsimo tempore Breues enim dies hominis ſunt. Et homo natus de muliere, breui viuit tempore. Breues anni tranſeunt. Paucitas dierum noſtrorum finitur breui. Verùm oculos quos culpa diuiti epuloni clanſerat, & proſperitas temporalis, aperuit pœna. Quæ ad pacem malam, quam Chriſtus non venit mittere, docere, mandare & legare, ſed potius ſeparare, prohibere & deſtruere per gladium ſancti ſpiritus vtrinque ſcindentem, qui ex ore eius procedit: quod eſt verbum Dei, veritas euangelica imò penetrabilior eſt omni gladio ancipiti Hæc pax aliud eſt nihil, quàm concordia animorum tranquilla in malo, & in his quæ Deus odit, quæ homini noxia ſunt, quæ ſuggerit Satanas inimicus homo, De iſta pace ſcriptum eſt, Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. In iſta pace anima peccatrix gaudet & exultat & ridet: tunc fletura, contriſtanda, eiulatura præ dolore cordis, & præ contritione

Hier. 9. *Eccl. 39.* *Pſ. 13.* *2. Re. 18.* *Pſ. 51.* *2. Co. 12* *Sap. 2.* *Iob 14.* *Pſ. 12.*

ne ſpiritus,quaudo iuſti ridebunt,exulrabunt in gloriæ, lætabuntur in cubilibus ſuis Tunc rixaturi ſecum,quãdo electi ſedebunt in pulchritudine pacis,in tabernaculis fiduciæ,in requie opulenta.Tunc ſubuertetur ſpes mendacij & protectio falſa Tunc delebitur fœdus cum
Eſai. 82 morte,& pactum cum inferno non ſtabit.Verum hæc iam abſcondita ſunt ab oculis eius,quando deliciis affluit,curam carnis in deſideriis facit,audacter Deum prouocat,ſine vllo timore mala perpetrat. Sed nunc operæ
Rom.13 precium eſt paucis oſtendere,quomodo peccatrix anima ſex iam habeat in culpa,in vita quæ nunc eſt & poſtea ea patietur in pœna ſine fine,poſtquam viam vniuerſæ carnis fuerit ingreſſa.In culpa enim & in vita præſenti peccator vallatur per hoſtis ſuggeſtionem exterio
Iob.12. rem Inſtar enim leonis rugientis circuit quærens quos deuoret Vnde armaturam dei induere nos oportet, vt poſſimus ſtare aduerſus inſidias diaboli in die malo,&
1.Pet. 5. in omnibus perfecti ſtare. Non enim eſt nobis lucta ſolummodo aduerſus carnem & ſanguinem , ſed aduer-
1.Ephe.6 ſus principatus & poteſtates,aduerſus mundi rectores, ſiue domines,rectores tenebrarum huius ſeculi, aduerſus ſpiritales aſtutias in cœleſtibus.Simul veniunt latrones iſti,& obſident in gyro tabernaculum noſtrum. Circundatur per interiorem carnis, quæ ſemper aduerſus
Rom.7. ſpiritum concupiſcit , impulſionem. Hæc eſt maleſuada concupiſcentia, lex membrorum , ſemper legi dei & mentis repugnans,& captiuãs nos in lege peccati vt non quod volumus bonum hoc agamus . ſed quod odimus malum illud faciamus. Tertio anguſtiatur vn-
Dan.13 dique.per delectationis inflammationem,ſenſuum pronitatem. Senſus enim & cogitatio cordis humani,ad mala prona ſunt omni tempore,etiam ab adoleſcentia Sic dixit illa beatæ memoriæ Suſanna:Anguſtiæ mihi ſunt vndique Ex omni parte anguſtię,vt olim Dauid,nos pręmunt Si halitus eius prunas ardere facit,quid tunc ardo
1.Tim 5 ris ſentit,patitur & ſuſtinet virgo in deliciis viuens aut
Ephe.6. vidua? Dubio procul,mortua eſt,licet nomen habeat ꝙ viuat.Non ceſſant miniſtri regis Babylonis fornacem accendere,fomenta ignis admouere.Nihilominus in ſcu-
Rom.7. to fidei electorum omnia iſta tela nequiſſimi ignea extingunt iuſti.Gratia Dei per Ieſum Chriſtum eos de corpore mortis huius liberat. Ipſę cum ſuis eſt in tribu-

tribulatione. Ipſe ad eos appropinquat, in fornacem ad eos intrat, flammam excutit & facit medium eius quaſi ventum roris flantem, vt ignis ille nihil eis nocumẽti adferat, ſed magis meritum augeat & gratiam, & coronam gloriæ pro legitimo certamine adferat præclariorem. Hic nobis ſicut & Apoſtolo ſufficit gratia dei. Noſtrum verò eſt quòd non negligamus gratiam, nec in vacuum gratiam Dei recipiamus, ne deficiamus gratia Dei, ſed cum ea laboremus, fructúmque plurimum adferamus, Hæc fuit colaphiſatio Apoſtoli. *Dan. 3* *2. Tim. 2.* *2. Cor. 6.* *1. Cor. 15.*

Quarta ad terram proſternitur per conſenſum interiorem. Qui non ſapit ea quæ dei ſunt, & diabolo dat locum in corde ſuo, per cogitationes quæ ſunt ſine intellectu, & prauas delectationes. Hanc mox ad conſenſum pertrahit, vt Euam in paradiſo, vt conſentiat peccato & iniquitati. Væ illis quibus Deus operationem erroris mittit, & credunt mendaciis. Nam iudicabuntur omnes qui non credunt veritati, ſed conſentiunt iniquitati. Attamẽ non ſolum qui faciunt mala, ſed & qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte. Sed diabolus & miniſtri eius, non dormiunt, niſi cùm malè fecerint, & non rapitur ſomnus ab oculis eorum, niſi ſupplãtauerint, niſi protraxerint ad conſenſum. Tunc homo terrenus efficitur & animalis, terrena ſapit, carnalia quærit & diligit, legi Dei non eſt ſubiectus, ſiquidem nec poteſt quidem, & eſt inimicus Deo, nec Deo placere poteſt, facit deo odibilia opera. Quinto filij qui in ea ſunt occiduntur dum pereunt omnia opera bona fecerat prius, Siquidem omnes iuſtitiæ eius quas operatus fuerat, apud Deũ, niſi à diaboli laqueis reſipuerit, amplius non recordantur. Hinc Slomon ait: Qui in vno peccat, multa bona perdet, fit omnium reus. Sexto, prorſus deſtruitur per peccati perpetrationem, exteriorem per bonorum exercitiorum poſtergationem Nempe: orationum, recollectionum, vigiliarum, ieiuniorum lectionum meditationum, contemplationum, & id genus multis exercitiis bonis, quę olim habuit, ſeruauit ſedulo, neglexit nunqnam. At poſtquam frontem perfricuit, timorem dei reliquit, pudori renunciauit, in rete diaboli pedes ſuos miſit, ſcandala non abhorret, damnationem non expaueſcit, diſſipantur, oſſa eius, hinc virtutes ſecus inferaum, deſtruuntur omnes munitiones *Rom. 2.* *Prou. 4* *Ezec. 18.* *eccle. 9.*

eius

eius & muri ſpirituales: Et quot prius bonis exercitiis floruit quot virtutibus emicuit totam iam ſceleribus exuberat, tot viciis, maliciis & nequitiis male ſubacta mens iam ſeruit. Ecce quomodo obſcuratur aurum, mu-
Thren.4. tatur color optimus, diſperguntur lapides ſanctuarij in capite omninm platearum Et vbi prius abundauit gratia, iam peccata abundant. Væ vobis filij deſertores, ge-
Eſaiæ 30. neratio mala, vinea degenerans, quæ expectatur quidē vt fructus bonos faciat, qui in vitam æternam permaneant, & vuas, ſed facit labruſcas. Sed iam quomodo ei retribuatur à domino, omnes audite & expaueſcite. Auferam inquit ſepem eius, & erit in direptionem. Diruam marceriam eius. & erit in coucul cationem, & ponam eā
Eſaia 5. deſertam. Non putabitur & non fodietur, & aſcendent ſuper eā vepres & ſpinæ & nubibus mandabo ne pluāt ſuper eam imbrem Expectaui vt faceret iudicium, & ec-
Eccl.27. ce iniquitas: & iuſtitiam, & ecce clamor. Sic ſtultus vt luna mutetur a bonitate in maliciam, ſemperque profi-
Pſal. 72. cit in peius, in nihilum vſque redigitur, & ignorat, ſicut æquus & mulus, quibus non eſt intellectus. Verùm quot in culpa miſer peccator, & miſerabilis, pauper, cæcus & nudus nunc habet incentores, tot in morte habebit ac
Apoc.18. cuſatores. Quanta oblectamenta in viciis, tantum datur
Deut. 25. ei tormentum & luctus Vt ſecundum menſuram delictorum, ſit & plagarum modus Ad hæc etiam miſer peccator in morte vallatur, circundatur, anguſtiatur vndique, vt effugium pereat ab eo. Vt de Dionyſio taceā & Nerone, quos maximo conſtat fuiſſe in timore, maxime quando mors erat in foribus eius. Sed profanum Cain non inſpiciamus, mali ſibi conſcium Gene 4. Impium Antiochum. 2. Marcha 9. Sedechiam de cubiculo intra cubiculū ingredientem vt abſconderet ſe Tertio Reg, 22. Inuidum Saulem quomodo coarctatur nimis. 1, Re. 28. Superbum Amam Heſter 6. & 7. &c. Superius erit iudex iuſtus & iratus, inferius inferni cahos: A dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris, infinita dæmonia ad ſupplicia trahētia Intus conſcientia vrgens & accuſans foris mundus ardens: Retro vita deteſtabilis, ante iudicium ſine miſericordia. O quàm horrendum eſt tunc
Hier. 4. incidere in manus Dei viuentis. Latere erit impoſſibile apparere erit intollerabile, & nequeunt effugere, Vtique tunc erūt ſicut mulier in vtero habens & puerpera

Hæc

Hæc videntes, & iuſtos cum Chriſto in gloria apparentes, dum cernunt impij, turbabuntur timore horribili, mirabuntur in ſubitatione inſperata ſalutis, gementes & præ anguſtia ſpiritus dicent quæ in Sapientiæ libro verba ſunt digeſta. Tunc pœnitentiam agent: ſed infructuoſam, qui tempore dato illis ad ſalutem, abutuntur in ſuperbia ſua, & in tempore gratiæ nolunt pœnitere. Verè etenim peccator in morte vndiq; coanguſtiatur, & in arcto concluditur. Inter vitam ſcilicet & mortem, inter culpam & pœnitentiã, inter dolores & pauores. Cogitur charos deſerere, delicias derelinquere, & diuitias ſuas alienis, quod eſt amaritudinis plenum. Cogitur aliud ſeculum commutare, ante tribunal Chriſti apparere, terribilem ſententiam excipere, pœnis addici, à ſpe excludi, & à gloria paradiſi. Ecce anguſtiatio vndiquaq; animæ peccatricis in morte, & inter anguſtias illas miſera anima comprehenditur. Circumdatur etiam triplici vallo ab inimicis dæmonibus Primò vallo peccatorum, reducendo ei in memoriam, quæ malè cogitauit, dixit & fecit. Tũc terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut regem qui præparatur ad prælium. Circundant etiã demónes peccatorem ſua prudentia, vt inſidientur calcaneo eius. Circueunt enim homines ſicut leones rugientes, quærentes quos deuorent. Hinc Dauid ait: Ipſi calcaneum meum, hoc eſt, exitum vitæ meæ, obſeruabunt. Profectò, ſi ad Chriſtum venit pendẽtem in cruce, vt doctores ſancti dicunt, in quo non habuit quicquam, reuera nec nos negliget, qui in multis offendimus omnes. Perſonæ triſtes apparentes, cum in varias ſe formas diaboli transfigurant, pauorem illis præſtãt. Sic legimus in vita S. Martini epiſcopi, Hilarionis, Agathonis, & aliorum plurimorum ſanctorum. Etſi non ſemper aut rarò viſibiliter apparent, inuiſibiliter tamen omnibus adſunt in morte. Hinc Dauid domino ſupplicat dicens: Erue me à circundantibus me. Et iterum: Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum, qui me afflixerũt. Inimici mei animam meã circundederunt &c. Circundederunt me mala quorum nõ eſt numerus, cõprehenderunt me iniquitates meę, & nõ potui vt viderem. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Iuſtus autẽ de

Sap. 5.

Iob 15.

Pſal. 58.

Iacob. 3.

Pſal. 31.

Prou. 12 anguſtia liberabitur, ſicut ſcriptum eſt, liberaſti me ſe-
Eccl. 51. cundum multitudinem miſericordiæ nominis tui, à ru-
gientibus præparatis ad eſcam &c. In terram etiã pro-
ſternitur, quando corpus in terram & puluerem vnde
formatum eſt, reuertitur. Omnes filij qui ſunt in homi-
ne occiduntur, quia tempus ei & ratio & ſapientia &
facultas bene operandi auffertur. Vel filij, imitatores
eius ſunt in malo, qui occiduntur, eo quòd qui mali-
Pſal. 36. gnantur, exterminabuntur, & ſimul pereunt, caput &
Eſaia 1. cauda, dux cæcus, & qui ducitur. Lapis ſuper lapidem
non manet vel relinquitur, quia omnis cogitationis
Mat 15. prauæ ſtructura, diſſipatur, qua ille ſtultus horrea cogi-
tauit ampliare, requieſcere, comedere, bibere, epulari.
Improuiſa enim mors, omnes cogitationes cordis eius
Pſ. 145. diſſipauit, quæ torquebant cor eius. In illa die pereunt
omnes cogitationes impiorum. Dum enim peruerſa
mens, peruerſæ cogitationi peruerſiorem adiicit, quid
aliud facit, quã quòd lapidem ſuper lapidem ponit? in
morte autem impij euaneſcunt in cogitationibus ſuis.
Cur autem mala hæc patiatur, cauſam ſubdit, dicens:
eo quòd non cognouiſti tempus viſitationis tuæ. Viſitatio
Dei multiplex eſt. Vna qua pater nos viſitauit in ſalu-
tari ſuo, hoc eſt, in filio, qui eſt ſalus, ſalutaris & ſalutare
noſtrum. Ipſe etiam filius viſitauit nos per viſcera mi-
ſericordię ſuę, oriens ex alto. Viſitauit inq̃ nos & fecit
redemptionem plebis ſuæ. Hæc viſitatio mirabilis fuit
& fructuoſa. Mirabilis planè & plena dignationis, dum
rex regum & Deus Deorum, nos ſeruos malos & ini-
micos, ſecundum tempus, addictos morti, viſitauit ſicut
pater ſuos filios, paſtor gregem ſuum, dominus & cul-
Pſal. 8. tor vineam ſuam. De hoc Pſalmiſta ait: Quid eſt homo
quòd memor es eius, qui tę oblitus fuit dieb. innume-
ris, aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Mirabatur
Matt. 3. Ioãnes quod Chriſtus venit ad eum, quando Ioannem
Luca 1. oportuiſſet veniſſe ad Chriſtum. Mirabatur Eliſabeth
de aduentu Marię prægnantis ad ſe, & in verba admi-
Luca 1. rationis erumpens, clamauit voce magna, dicens: Bene-
dicta &c. Sed iuſti erant vterque, Ioãnes & mater ſua,
ſecundum electionem dei & propoſitũ voluntatis eius.
Mundus verò totus in maligno poſitus erat, nec rece-
pturus nec cogniturus Chriſtum. Ideo mirabile eſt no-
mẽ Domini in vniuerſa terra. Eſt etiã vtilis, quia pater
omni

omnia bona ſua cum eo nobis dedit, per quę ab omnibus malis liberati ſumus, & omnibus bonis ditati. Venerunt nobis omnia bona cum eo, per quę diuinę cōſortes naturę efficimur. Omnibus bonis per eum repleti ſumus. Sed hoc tempus viſitationis eius ingrata gēs Iudæorum non cognouit. Viſitauit etiam ſpiritualiter, influendo, ſicut amicus amicū viſitat, dona ſua ei mittendo. Mittit enim deus nobis ſpiritumſanctum, mittit ſtrenulas gratiæ ſuæ multiformis, mittit ſpiritum deuotionis, compunctionis, & id genus xeniorum tā multa, vt numerum ſuperent & modum. Sic viſitat hominē diluculo. Et ne deſit gratiæ Dei, ſubitò probat illum, ſicut aurum in fornace, & quaſi holocauſti hoſtias accipit illum. Hæc eſt dies viſitationis ſecundum diuū Petrum, in quo Deus eſt glorificandus. Sed hoc tempus viſitationis Dei, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, in reprobum ſenſum dati, venditi ſub peccato, vt faciant mala, non cognoſcunt. Ideo ſpirituiſancto reſiſtunt, oſtium cordis aperire nolunt, ad plenam experrectámque manum eius aſpicere nolunt, nec vocem eius audire dignantur, increpationes æternę ſapientiæ negligunt, & omnia conſilia eius ſpernunt. Et ſi fidem & Chriſtum ore confitentur, factis tamen negant. Sic terram viſitat Deus id eſt, hominem, & ſi ei aperit cordis ſui ianuam, & dat locum gratię eius, inebriat eā, multiplici gratia ſua, & multiplicat locupletare eam diuitiis ſupernis, quę gratia ſunt & virtutes, per quæ fit homo in Deo diues. Tertiò viſitat corporaliter ſuccurrēdo, ſicut rex eius populum ſuum aut captum aut obſeſſum aut abductum liberans. Probaſti cor meum & viſitaſti nocte. Et iterum: Vide & viſita vineam iſtam. Sicut paſtor viſitat gregem ſuum diſperſum in montibus, ſic ille nos viſitat & viſitauit. Viſitat quartò affligendo corporaliter bonos & malos. Bonos vt in merito creſcant, & in gratia proficiāt. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Quem diligit Dominus, corripit. Sic ponit viſitationem bonorum, pacem. Malorum verò iniquitates, in virga viſitat, & in verberibus peccata eorū. Et hoc magni beneficij indicium eſt, vt emendentur. Miſericordiam enim ſuam ſic ab eis non diſpergit, ſed oſtendit magis. Et hoc modo in Oſeę dicitur: Non viſitabo filias veſtras cū fornicati fuerint. Sed & hoc tēpus

Sap. 1. *Iob 7.* *1. Pet. 2.* *Tit 1.* *Pſal. 16.* *Eze. 14.* *Iob 10.* *Prou. 3.* *Pſal. 88.* *Oſea 1.*

viſitationis heu pauci cognoſcũt. Ideo in ſcoriam vertuntur in fornace affiictionis, non expurgantur vt aurum & argentum. Quintò viſitat ſupernaturaliter, præmiando, ſicut paterfamilias laborantibus in vinea veſperi mercedem tribuit. Humiliamini ſub potenti
1. Petr. 5 manu Dei, vt vos exaltet in die viſitationis. Sextò
Eſa. 16. æternaliter damnando, quod frequens eſt in prophetis, maxime apud Eſaiam & Hieremiam. Alia tranſeo gratiã breuitatis.

DOMINICA XII. POST PENTECOST. IN EPISTO. II. Corinth. iiij. Sermo.

FRATRES, *fiduciam talem habentes per Ieſum Chriſtum ad Deum.* In hac lectione docet Apoſtolus, quòd in ſolo deo eſt hominis collocanda fiducia, quia ipſe in nobis operatur & velle & perficere bonum: poſtremò oſtendit, quanta ſit miniſtrorum noui
Mat. 13. teſtamenti dignitas & gloria, vt ſuis locis patebit. Fa-
Luca 8. ſcinatores Corinthiorum & ſeductores, qui poſt Apoſtoli diſceſſum, inter triticum & bonũ ſemen ſanę do-
Galat. 3. ctrinę quòd illis ſeminauerat Apoſtolus, zizania ſeminabant, & conturbauerant eos ne obedirent veritati, diabolum patrem ſuum in hoc imitantes, cuius miniſtri erant. Et poſtea ſibi in hoc complacebant, & gloriabãtur in malicia tam execranda, tanquam deo obſequiũ in hoc feciſſent. Aut argiuum clypeum abſtuliſſent. Inſuper ab eis epiſtolas commẽdatitias acceperunt, quos fermento ſuo corrupetant, & potauerant de vinõ ſuæ proſtitutionis, vt ad alios faciliorẽ haberent acceſſum, ad venena ſua diffundenda. Apoſtolus autem nullius mali ſibi conſcius & conſcientia ſibi reddente teſtimonium, ac deo conteſtante & confirmante vitam & ſermonem ſuum ſequentibus prodigiis & ſignis, eiuſmodi commendaticiis epiſtolis opus non habuit; Nã vera virtus alienis præconiis non eget. Quia res præclaræ per ſe placent, & ne quidem deſiderant exoticam cõmendationem, Sicut in trito eſt prouerbio: Vino vendibili ſuſpenſa hedera nihil eſt opus: & bona merx Stentoris voce nõ eget, quia ſeipſam manifeſtat & prodit. In-

ſuper ipſi Corinthij epiſtola ſua erant, quos ab infandorum idolorum cultura & errore ad Deũ verum cõuerterat,& per euangelium in Chriſto (pro quo legatione fungebatur)genuit,tanquam deo exhorrante per eum. Epiſtola inquã noſtra vos eſtis & Chriſti,Chriſti vt principalis gratię & ſalutis authoris,noſtri vt miniſtri & dei cooperatoris, ac diſpenſatoris fidelis multiformis gratiæ Dei gratis,ſicut gratis eam accepimus. Quemadmodum nãque Moyſes olim fidelis miniſter in omni domo dei extitit,in datæ legis à deo ad populum annunciatione, ſic &,ego nullum laborem ſubterfugi, quo minus annunciarem vobis & aliis nationibus,omne conſilium dei.Et vt ille tabulas,ita & nos corda veſtra inſcribimus. Lex attamento eſt inſcripta delebili, in vobis euangelium ſpiritu dei viui. Lex in lapidibus, euangeliũ in cordibus veſtris carnalibus,hoc eſt mollibus & ſpiritusſancti inſcriptionis bene ſuſceptibilibus, ſicut ſcriptum eſt: Auferam à vobis cor lapideũ,& dabo vobis cor carneum.Hæ tabulæ cordis, tres animæ potentiæ dici poſſunt. Nempe,intellectus,volũtas & memoria.Iſti ergo legem dei in tabulis cordis ſui deſcriptam habent,qui ſcrutantur teſtimonia eius per intellectum. Et in lege eius meditantur die ac nocte, per memoriam. Et diligunt legem eius ſuper aurum & topaſion Hinc Salomon ait: Miſericordia & veritas non te deſerant.Deſcribe ea in tabulis cordis tui. *Fiduciam autem talem habentes ad deum per Chriſtum* Non in homine,quia vana ſalus hominis,& maledictus qui confidit in homine. Quaſi dicat: Abſit iactantia quòd dixi vos eſſe epiſtolam noſtram.Non enim in nobis gloriamur, ſed in Deo, ſine cuius gratia & ope nihil poſſumus. *Per Chriſtum*, mediatorem Dei & hominum, cuius munere vobis annunciauimus euangelium regni, annum acceptabilem & diuitias gratiæ, miſericordiæ & bonitatis diuinæ,quas in plenitudine temporis oſtẽdit ſuper nos,vt omnes ſaluos faceret, & ad agnitionẽ nominis ſui produceret. Triplex autem fiducia in ſacris literis inuenitur,videlicet: Diabolica, humana & diuina. De fiducia diabolica ſcriptum eſt: Abſorbebit fluuium diabolus,& non mirabitur, & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Verùm ſpes eius fruſtratur in omnibus qui confidunt in domino.In omnib.

1. Cor.4
2. Cor.2
1. Pet.4.
1. Cor 3
Mat.10.
Hebr.3.
Act.20.
Exod 32
Ezec.11
Pſ.118.
Pſal.1.
Pſ.118.
Prou.3.
Pſal.59.
Hier.17.
Ioan.15.
Luca 4.
1.Tim.2.
Iob 40.

Pſal. 33. qui ſperant in deo & faciunt bonitatem. Nam ſperamẽ in domino, miſericordia circundabit, quia beatus vir qui ſperat in eo. & non delinquit. Et non delinquit om-
1. Ioan 3. nis homo, qui ſperat in eo. Vnde Ioannes Apoſtolus ait: Omnis qui habet hanc ſpem in Deum, quód ad ſimilitudinem Dei cũ ipſius gratia & ope peruenire poſſit, & ipſum facie ad faciem videre ſicuti eſt, ſanctificat ſe in præſenti, ſanctitatem Dei imitando in omni conuerſatione ſua, piè, iuſtè & ſobriè viuẽdo, omnibus pla-
Titi 3. cet in bonum. Abnegat ſecularia deſideria, & nemini dat vllam offenſionem, ſicut & ille ſanctus eſt & abſque
2. Cor. 6. vlla iniquitate: Et non admittit ad ſui viſionẽ, niſi ſanctos, innocentes manibus, & mundos corde. Vnde tol-
Eſa. 26. letur impius, ne videat gloriã Dei. De fiducia in ho-
Eſa. 30. minibus, arguuntur filij deſertores grauiſſimè, qui ſperabant auxilium in fortitudine Pharaonis, & habebãt
Pſal. 59. fiduciam in vmbra Ægypti. Dũ fortitudo Ægypti fu-
Hiere. 17. tura eis erat in confuſionem, & fiducia vmbræ Ægypti
Iob 8. in ignominiam. Vana ſalus hominis. Et maledictus qui
Eſa. 28. ſpem ſuam ponit in homine, vt à domino recedat cor eius. Quia ſicut tela araneæ fiducia eius. Væ & illuſoribus, qui mendacium ponunt ſpem ſuam, & pactum fa-
Hier. 17. ciunt cum inferno, quia non ſtabit. Tertia fiducia eſt
Dan. 4. diuina. Benedictus homo qui confidit in domino, & erit
Pſal. 1. dominus fiducia eius. Fructus huius eſt fiduciæ, quia
Roma 5. erit ſicut lignum quod transplantatur ſuper aquas &c.
Hier. 30. Hæc ſpes non confundit. Vnde ſcriptũ eſt: Erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam. Hinc
Eccleſ. 2. Sapiens ait: Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote, quia nullus ſperauit in domino & confuſus eſt. Hoc
Dan. 13. Suſanna fecit, & vindicata eſt ab opprobrio, et mortis ſupplicio. Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Sic et tres pueri ab incendio fornacis liberati ſunt. Et Dauid in domino confidit, ideo fruſtra ei dixerunt quod tranſmigraret in montes ſicut paſſer. Eo quòd perſecutores eius intenderunt arcum, parauerunt ſagit
Pſal. 16. tas ſuas in pharetra etc. Quia dominus nõ derelinquit ſanctos ſuos, ſed vt pupillam oculi ſub vmbra alarũ ſuarum cuſtodit eos à facie impiorum, qui eos affligunt,
Pſal. 26. calumniantur et quærunt mortificare. Ponam igitur ſpem meam in Deum, et ſalutare eius Chriſtum, et fiducialiter agam in eo, in omni tribulatione et anguſtia

mea.

mea. Sperandum eſt in deo,propter Dei patris miſe- 2. Cor. 1
ricordiarum,& dei omnis conſolationis,inſuperabilem Pſal. 1.
poteſtatem. Quia omnia quæcunque vult facit,in cœlo
& in terra,in mari,in omnibus abyſſis. Ipſe fortiſſimū Sap. 12.
eſt ſolatium noſtrum,dum ad eum confugimus. Subeſt
ei cùm voluerit,poſſe. Potētia patri attribuitur. Pro- Roma. 3.
pter promittentis filij immutabilē veritatem. Eſt enim Pſ. 144.
deus verax & fidelis in omnibus verbis ſuis. Quia im- Hebr. 6.
poſſibile eſt deum mentiri vel Chriſtum, cùm ipſe ſit Ioan. 16.
veritas,& veritas domini manet in æternum. Propter Luc 15.
recipientis ſpiritusſancti indefectibilē bonitatē: Quia Eacob. 1.
recipit ad ſe reuertentes benignè & cum gaudio,vt pa-
tet in filio prodigo. Et non ſolùm non improperat de-
licta iuuentutis & irritationes horribiles quibus eum Sap. 6.
prouocauerunt,ſed occurrit eis in omni prouidentia,vt
prior ſe illis oſtēdat. Inſuper,gratiam offert, miſericor- 1. Pet. 1.
diam pollicetur,benignè eos recipit,donat peccata,in-
duit eos ſtola prima Et vbi abundauit delictum, abun- Rom. 5.
dare facit gratiam, iuxta abundantes diuitias gratiæ Ephes. 2.
ſuæ in bonitate ſuper eos. Et omnium iniquitatum eo- Ezec. 18
rum amplius non recordatur. A quo autem omnis ſit
humana ſufficientia ad declinandum à malo & faciē-
dum bonum,exprimit,dicens: *Non quòd ſufficientes ſimus* Philip. 2.
cogitare aliquid boni ſaltem, *ex nobis quaſi ex nobis*, mul-
to minus & perficere: Quia quamuis omne quod agi-
mus ſit à nobis, vt à cauſa ſecundaria, non tamen ex
nobis quaſi ex cauſa primaria & principali,ſed ex Deo. Philip. 2.
Deus enim operatur in nobis velle & perficere bonū,
ſed omnis *ſufficientia noſtra ex deo eſt.* Ergo nō nobis do- Pſ. 113.
mine non nobis,ſed nomini tuo da gloriam. Vnde ipſe
ait: Perditio tua Iſrael, ex me ſolummodo auxilium Oſea 13.
tuum.quaſi dicat: Licet aliquid agam per liberum arbi-
trium, non tamen ex me,quia liberum arbitrium non
eſt cauſa ſufficiens boni operis ſine diuinā motione &
gratiæ cooperatione. Et ſic liberum arbitrium ſalua-
tur,cùm dicit: A nobis.& gratiam dei commendat,cùm
dicit: Quaſi ex nobis. Per hoc etiam duplex damnatus
error tollitur. Vnus illorum qui dixerūt nihil agere li-
berū arb. in bono opere,ſed totū eſſe à deo. In quo lu-
to etiā hæret Lutherus. Quia ſic opus bonū non eſſet
meritoriū,nec retributiōe ęterna dignū. Ali' eſt error
Pelagij dicētis,quòd inchoatio boni opis eſt ex nobis,

cõſummatio autẽ à deo. At ille error tollitur per hoc
ꝙ hic dicitur quod bonã cogitationem deus operatur.
Principiũ autẽ ſalutis ex parte noſtra, eſt cogitatio bo
na. Motio autẽ primi mouẽtis requiritur in mouẽtibus
ſecundis, qui diſponit omnia ſuauiter. Propter quod
Sap. 7. mouet omnia ad fines ſuos conſequendos, ſecundum
conditionem naturæ ipſorum, Et ideo illa quorum na-
tura eſt liberæ voluntatis, liberè mouet ad actus ſuos,
videlicet homines: alios autem non liberè. Et accipitur
liberè. prout eſt in creaturis, quia prout à Deo eſt, libe-
rè facit omnia quæcunque facit in cœlo & in terra, in
mari & in omnibus abyſſis. Ergo non eſt volentis neque
Rom. 9. currentis, ſed dei miſerentis. Quia ſine illo, nihil poſſu-
Ioan. 15. mus facere: Hoc Iudæorum euãgeliſta diſertis verbis
confitetur. dãs gloriã deo, dicens; Omnia opera noſtra
Eſa. 26. operatus es domine, omne ergo donũ optimũ, & om-
Iaco. 1. ne, datum perfectum, de ſurſum eſt deſcendens à patre
luminum & miſericordiarum. Qui etiam propter ni-
miam charitatem ſuam qua dilexit nos prior, vt in ſecu
lis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ
oſtenderet ſuper nos in bonitate, & idoneos vita & ſciẽ
tia nos apoſtolos, & cooperatores noſtros, quorum no-
mina ſcripta ſunt in cœlo in libro vitæ, fecit miniſtros,
per donationem & miſſionem ſpiritusſancti, qui nos do
Mat. 4. cuit omnem veritatem, accendit & diffudit in cordibus
noſtris ignem diuini amoris. & adiuuat infirmitatem no
ſtram ad omnia mala ſuſtinenda propter euangelium.
Imò gloriari in tribulationibus, gaudere in contumeliis
pro Chriſto, cõplacere nobis in infirmitatibus, in per-
ſecutionibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis & morti-
bus pro Chriſto noui teſtamẽti, id eſt, euãgelij regni &
gloriæ beati dei. Et dicitur nouum teſtamentum ipſum
euangelium gratiæ & verbum vitæ, quod filius dei ape-
riens os ſuum docuit, propter multas cauſas, quas alibi
fuſius iam retexui: maximè quia à nouo teſtatore factũ,
Ipſe fuit nouus Adam: Nouus homo pacem faciens. Ve
rè nouus, quia de virgine natus. Tum quòd in eo noua
facta ſunt, vt Hieremias ait c. 31. Nouum faciet Domi-
nus ſuper terram &c. Tum quòd in eo antiqua mira-
cula renouantur & ſigna immutantur. Ardet hic rubus
& non comburitur. Exodi, tertio, Virga Aaron floret.
Tũ quòd noua mandata hic dantur. Noua via initiatur.

No-

Nouæ creaturæ & noui homines hic fiunt,& gratia renouans hic cum ſpirtuſancto infunditur.Noua hæreditas promittitur & datur.Quia ipſorum eſt regnum cœlorum.Non litera quam Moyſes dedit,ſed ſpiritu adiuuante & intellectum paruulis dante & viuificante. Erant enim apoſtoli miniſtri.non ſolùm literæ docentis. ſed etiam ſpiritus viuificantis qui eorum miniſterio dabatur in ſacramentis,Nam imponebant baptizatis manus,& accipiebant ſpiritum ſanctum.Litera enim occidit.cùm ſit in ſe mortua,Occidit quidem per occaſionem,morte ſpirituali tripliciter. Peccatum,per ſcientiam augendo.Peccato ſimplici pręuaricationem legis addendo.Concupiſcentiam,rei vetitæ irritando.Item lex occidit,Quia orta luce magna.euangelij,lex quo ad ceremonialia ſeruata blaſphema eſt atque mortifera, ventu rum ſignificans Chriſtum,qui iam venit in nomine domini,& ſalutem expectatam operatus eſt in medio terræ,ac omnia conſummauit,quæ de eo in lege, in pſalmis & prophetis erant ſcripta.Spiritus autem , hoc eſt, ſpiritualis & myſticus legis intellectus(quia lex ſpirituſancto reuelata, viuificat mortuos in delictis & peccatis ſuis,eo quòd ad Chriſtum nos ducit,vt in eum credamus,qui eſt finis legis,ſalus & vita,Et ſic in fide viuimus filij Dei,Ideò ſequitur,ſpiritus autem ſanctus, quē apoſtoli dederunt,& ſpiritualis legis intellectus.viuificat per fidem Ieſu Chriſti.ſine operibus ceremonialibus legis.Lex etiam corporaliter ſine vlla miſeratione in multis caſibus occidit ſuos præuaricatores.Euangelium per fidem Chriſti viuificat mortuos;& miſericordiam omnibus offert & vitam.Lex ſine fide & gratia occidit, ſicut ſcientia ſine charitate,inflat & damnat.Quia ſcienti facere bonum & non facienti peccatum eſt illi,& vapulat multis.Verùm ſi charitas finis legis, comitatur ſcientiam,& eam vrget vt faciat bonitatem & operetur iuſtitiam,tunc fit ſcientia ſalutis & ſanctorum,per quam ſanati ſunt quotquot deo placuerunt ab initio,Hæc ſcientia deo magis accepta eſt,quàm holocauſta:ſicut è contra omnis homo ſtultus fit à ſcientia ſua inflante,& reprobatur à deo.Sic lex bona eſt,iuſta & ſancta,cum fide & fide & gratia Chriſti.Tunc viuificat,iuſtificat & ſaluat.Et ſine fide Chriſti mors eſt,iram operatur, auget peccatum & damnat.Ergo lex domini cum fide Chri-

Act. 8. & 19. *Rom. 7.* *Matt. 21* *Luc. 19.* *Pſ. 73.* *Luc. 2.* *Rom. 7.* *Ioan. 6.* *Rom. 10.* *Heb. 10.* *1. Cor. 8.* *Iacob. 4.* *Sap. 7.* *Oſea 6.* *Hier. 10*

ſti & charitate,immaculata,irrepræhenſibilis,iuſta, ſancta & bona eſt,conuertens animas,fideli,ſapientiã præſtans paruulis,lætificans corda recta, lucida, & oculos
Pſ. 18. cordis illuminans.Et ſine his inutilis eſt,lex peccati & & mortis;& virtus peccati.Non tamen ex ſe lex hæc operatur,cùm ſancta ſit,iuſta & bona,ſed homo infidelis, qui non vult in Chriſtum credere,neque eum diligere,
Rom. 7. & in viis eius ambulare,ſeipſum occidit per malitiam occaſionaliter autem per legem, dum eam non vult ſpiritualiter intelligere,& ſuapte malicia facit ſibi ex ea excuſationes in peccatis,& impugnationes euangelicæ veritatis. Sic & lex vitæ fidei & libertatis euangelicæ, ipſe gladius ſpiritusſancti,verbum Chriſti perfidis hære
Ephe. 6. ticis,illud adulterantibus & deprauantibus, mors eſt, iram operatur,eos lux eius excæcat,gladio illo peccata ſuapte malicia augent.Et ſeipſos & eos qui ſe duces eorum ſequuntur,damnant.Abſit tamen à deo impietas,
1.Cor. 2. & euãgelio iniquitas.Abſit à verbo vitæ,mors, abſint à luce euangelica tenebræ Abſit à bono verbo dei malitia.Eſt vita bonis & mors malis, in reprobum ſenſum
2.Pet. 3, datis,in arcum prauum conuerſis,ipſis inimicis & impu
Ioa. 34. gnatoribus veritatis,qui ex malitia diabolica, bonum dicunt malum,dulce ponunt in amarum,& tenebras in lucem.Sic eſt & corpus Chriſti & ſanguis eius precioſus mors malis & vita bonis. Conſequenter ex ſuperioribus arguit maiorem eſſe gloriam euangelij & miniſtrorum eius,quàm fuit legis antiquæ & miniſtrorum eius,
Eſaj. 1. dicens. *Quod ſi miniſtratio mortis*,lex vetus mortem inferens tranſgreſſoribus,*literis deformata in lapidibus*,id eſt,tabulis lapideis Moyſi datis,quæ gratiam nõ conferebat
Heb. 10. ſed ſolummodo peccatum oſtendebat *fuit in gloria* id eſt
Exod. 32 in reuerentia,& in tam excellenti gloria, ita *quod filij*
Rom. 7. *Iſrael*,duri & indomabili corde,increduli & murmuratores,*non poſſent intendere in faciem Moyſi*,cùm deferret tabulas aut loquebatur ad eos *propter gloriam vultus eius*, id eſt propter claritatem vultus eius,*quæ euacuatur*,quia illa gloria non diu manſit in Moyſe,nec in ſucceſſoribus
Exod. 34 eius.Illa autem claritas ſignificabat eum clarè videre ea ad quæ illi non poterant accedere.Glorificata & clarificata enim erat facies Moyſi,ex conſortio ſermonis dei. Alia tranſlatio habet,faciem ſplendidam. Apparebant enim in facie Moyſi quidam radij procedentes ſurſum

an

angulariter in figuram cornuum. Ita ergo facies Moyſi fuit in gloria, quòd filij Iſrael non poſſent intendere in eam, hoc eſt, non poterant capere ſpiritualem intelligentiam legis, quia Chriſtum in lege promiſſum non comprehenderunt, nec receperunt, ſed magis negauerunt. Et hoc propter gloriam vultus eius, id eſt, legales ceremonias, quæ propter Chriſtum ſignificandum fiebant. At illi carnales & occidenti literæ inhærentes in eis Chriſtum non intelligebant, quod velamen ſuper Moyſi faciem poſitum ſignificabat. At illud euacuatur, quia vmbra euaneſcit luce & ſole iuſtitiæ exorto. Sic vetuſtatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat. *Quomodo non magis miniſtratio ſpiritus*, id eſt miniſterium nouæ legis, in quo datur ſpiritus ſanctus per manuum impoſitionem, quod commiſſum eſt apoſtolis. In qua etiam vita æterna datur, erit in gloria, id eſt in honore & reuerētia. Vnde ſubdit, *Nam ſi miniſtratio damnationis*, hoc eſt, veteris teſtamenti quæ damnare potuit, ſaluare non potuit, *in gloria eſt*, vt prius eſt dictum, *multo magis abundat* id eſt, abunde dat gloriam *miniſterium iuſtitiæ*, id eſt, in nouo teſtamento, in quo datur ſpiritus ſancti gratia iuſtificans in *gloria*, id eſt, dat abundantem gloriam miniſtris & omnibus obſeruatoribus ſuis. Quia qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ fulgebunt in cœlo. Et veteris teſtamenti gloria viſibilis erat & tranſitoria, quia euacuabatur. Noui eſt inuiſibilis, ſpiritualis & æterna. Quia iuſti intrabunt in vitam æternam. Amen.

Luc. 19. *Ioan. 19.* *Act. 8. & 19.* *Dan. 12.* *Matt. 25*

DOMINICA XII. POST PENTECOST. IN EVANG. Luc. xviij. Sermo.

Multi eo labuntur inſaniæ, vt ibi impingant, damna ſuſtineant, & Deo diſpliceant, vbi Deum placare & demereri, beneuolum facere, obſequiiſque delinire putabant, & vitam mereri æternam. Sic futurum prædixit apoſtolis, quòd interfectores eorum obſequium arbitrarentur ſe facere Deo. Hinc Apoſtolus ait de ſeipſo: Et ego quidem æſtimaueram me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere, quod &

Ioan. 16. *Act. 26*

& feci Hieroſolymis. Rex Ozias munus ſibi ſacerdotale vſurpauit,atque incenſum adoleuit in templo,ſenſu carnis ſuæ inflatus,vindex autem ira dei. ſtatim tumorem eius ad nihilum valde redegit,miſeranda eum horrendaque lepra percutiendo Et ſicut veſica vento diſtenta ſi acu pungitur paruo,lenteſcit & contrahitur,ſic Ozias manum Domini ſuper ſe ſentiens,in humilitate didicit ſentire de ſeipſo Diſplicet imprudens,ait Poeta , vnde placere ſtudet.Sic inſipiens iſte phariſæus orando Deo diſplicuit,& templum aſcendendo,vnde Deo placere debuerat Offendit.vbi mereri ſe putauit Væ ergo eis qui iuſtificant ſe corā hominibus,dū cor eorū non eſt rectū
Eſai.1. cū Deo :ſed plenū potius hypocriſi,nequitia malitia'& impietate.Vel faſtu ſuperbiæ,aut inuidiæ veneno. Dona iniquorum non probat altiſſimus Et ſi extenderint mali manus,auertit Deus faciem ſuam Et ſi multiplica
Hier.4. uerint orationes ſuas peccatores,nō exaudit eos.Quid
Eſai.1. ergo?Hoc requirit Deus à te,hoc bonum eſt ante con-
Tob.4. ſpectum oculorum eius Offer & da prius teipſum deo, deinde tua,hoc eſt,ante omnia laua à malicia cor tuū
Pſ.23. aufer malum cogitationum tuarum,quieſce agere peruerſè,diſce benefacere,Deum dilige & proximum , ſuperbiam in ſenſu tuo aut in tuo verbo nunquam dominari permitte,eſto innocens manibus & mundo corde, ſerua mandata Dei & teſtimonia eius.omnem viam ini
Eccl.25. quam odio habe.Tunc Deo accepta erunt opera tua, eo quòd ſacrificium iuſti acceptum eſt. Verùm phariſæus iſte ſuperbus erat,non iuſtus,gloriabatur in ſe,non in Domino &c.Sic & oratio, ieiunium & eleemoſynæ, quæ laudis venandæ fiebant propoſito , abominabiles
3.Reg.8. ſunt in oculis dei. Sed & ædificatio monumentorum prophetarum probro datur à Chriſto, quando oculus eorum hac in re non ſimplex,ſed nequam fuit,Deus enim cor intuetur Sed & cogitationum & intentionum cordis diſcretor eſt.Ideo Deus non irridetur, Deo nullus imponere poteſt.Hinc eſt,quòd ſæpe quod Homini-
Gal.6. bus altum eſt,abominatio eſt apud Deum.Et quod ho-
Lu.16. minibus diſplicet & vile reputatur nulliuſque momenti,acceptum,altum & corona vitæ æternæ dignum cenſetur ante Deum.Hanc ob cauſam rectè docuit Apoſto
1 Cor.4. lus dicens:Nolite ante tempus iudicare , quouſque veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum:

rum:

rum, & manifeſtabit conſilia cordium,& tunc laus erit vnicuique iuſto à Deo, qui iam deſpicitur, perſequitur, maledicitur, malè audit & exprobratur, propter Chriſtum in hoc mundo, ab immundis amatoribus labentis fallentiſque mundi huius, qui totus eſt poſitus in maligno. Malorum verò iſtorum radix, maledictus amor ſui eſt; & ſuperbia, quemadmodum omnium bonorum mater, radix & fons indeficiens eſt, amor Dei ſyncerus & humilitas. Hanc ob cauſam vindicator noſter piiſſimus in hodierni euangelij ſerie, ſuperbiam nos maximè docet fugere, quæ etiam bona quæ facimus inquinat, Deo abominabilia facit, & perdit cum operante ea. Perit omne quod agitur, ſi non ſollicitè in humilitate cuſtoditur. At contra ſub publicani paradigmate, humilitatem nos docet amplecti, ſeruare & tenere in omnibus quæ cogitamus, loquimur & facimus. Nam hæc de ſtercore peccatorum, peccatorem ſuſcitat: errantem ad viam ſalutis reducit, auerſum reuocat, ad thronum gratiæ comitatur accedentem, confortat trepidantem, ſpem ei de miſericordia promittit, & veniam obtinet, & ſalutem promeretur. Quid plura? Humilitas vera inimicum Deo reconciliat, pro addicto morti ſupplicat, nec à prece ceſſat, donec ſe exauditam ſenſerit ad votum. Grandis hic de ſuperbia & humilitate ſermo texendus foret, ſed temporis anguſtia non patitur. Ideo ad textum conatus noſtros, quales ſint, extendamus. Ieſus ergo poſtquā de orationis inconſtātia docuerat electos, dixit ad quoſdam, qui & bonis operibus dediti, & vicio ſuperbiæ inflati: vt ſic doceat non ſolam fidem ad ſalutem ſufficere, ſed & operibus bonis fidem oportere adornare atque oſtendere. Nec fidem & bona opera deo placere, ſine vera humilitate. Dixit ergo ad quoſdam. Non dicit ad omnes. Sunt enim multi qui diuites ſunt in operibus bonis, qui ſeruant mandata dei & teſtimonia eius, & non ſibi, ſed domino dāt gloriam. Cùm enim fecerint omnia quæ eis præcepta erāt, ſeruos inutiles ſe eſſe & ſentiūt & dicūt. Sed ad quoſdam ſingulares, typo ſuperbiæ turgidos, qui ſe aliquid eſſe putabant, cū nihil eſſent: qui ambulabāt in magnis & in mirabilibus ſuper ſe, & ſe ſua æſtimatione aliis meliores, ſanctiores ac perfectiores eſſe putabāt & dicebāt. Sed oculus ſuperbus in propriis cæcus eſt. in rebus operibuſque

Pſ. 111. Gal. 6. Pſ. 139.

ribuſque alienis perſpicacior lynceo. In alterius oculo feſtucam intuetur, in proprio nec trabem videt. Tota via & cœlo, à veritate & tramite ſalutis aberrant hac nota inuſti, ſicut ouis quæ periit, & nihilominus via ſua eis recta videtur, nihil penſi habentes quod ducit ad mortem, triplici enim defectu eodémque maximo gra-

Prou. 14 uiſſimo laborabant Phariſæi, quorum hic meminit ſeruator. Primus fuit quòd de ſe confidebant. Vnde ait euangelium: Ieſus dixit ad quoſdam, qui plus cæteris aliquid eſſe ſe putabant, qui ſoli erant ſapientes, ſed in oculis ſuis, & coram ſemetipſis, quod periculi & damnationis plenum eſt, & cum quibus moritur ſapientia, qui in ſe confidebant, Si parum aut nihil debet quis, confide-

1. Re. 13 re in aliis, multo minus confidere debet de ſeipſo, aut altum ſapere, ſed potius timere. Nam teſte experientia experitur homo quòd decipitur ſæpius à ſeipſo, quàm ab alio. Hinc illud Chryſoſtomi apophthegma, Nemo læditur, niſi à ſeipſo. Hoc verò hanc ob cauſam vſu venit, quia minùs proprios defectus cognoſcimus, quàm aliorum. Dauid vir ſecundum cor dei, à Saule inimico nihil nocumẽti pertulit, in tam longa & periculoſa per-

2. Re. 11 ſecutione: A ſe autem habuit, quòd factus fuit adulter. proditor & homicida: Periurus item dum hæreditatis Miphiboſeth medietatem peſſimo adulatori Sibæ dedit, ac poſtea populum, plenus dierum numerauit, Ex no

Oſee 13 bis perditio eſt, ſolummodo ex deo auxilium noſtrum,

2. Cor. 2. gratia, ſalus & bonitas noſtra eſt, Sine eo nihil boni cogitare, velle & perficere poſſumus: multo minus in bono vſque ad finẽ ſine eius ope valemus peſeuerare. Hoc Dauid non ignorauit, verùm in abundantia conſtitutus cum deuotionis, tum diuitiarum ſupernarum, tum temporalium, humanum quid paſſus eſt, & plus debito confidens de ſeipſo, dixit in corde ſuo: Non mouebor in æternum, à iuſtitia ad iniquitatem, à Deo ad diabo-

Cant. 4. lum, à bono ad malum. Domine, ait, præſtitiſti decori

2. Cor. 4. meo virtutem, interno videlicet & externo. Internus decor, virium animæ per multiplicem Dei gratiam & virtutes, ornatus eſt & pulchritudo, ſoli Deo notus. De quo in Canticis dicitur, Abſque eo quod intrinſecus latet. Hæc eſt interni hominis renouatio de die in diem, à claritate in claritatem, ad imaginem eius qui fecit eum, qui creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

ritatis Externus decor, ſancta eſt, innocens, cæleſtis & Chriſtiformis conuerſatio inter homines, quia lucent pie viuētes in Chriſto ſicut luminaria in hoc mundo. Huic igitur decori eius, Deus præſtitit virtutem, id eſt, ſtabilitatem gratiæ, & firmitatē in bona operatione, interim quod humiliter ſentiebat de ipſo, ſicut ablactatus ſuper matre ſua. Interim quòd vilis fuit in oculis ſuis. Interim quòd graitæ Dei & bonitati eius acceptum referebat quicquid in ſe boni habuit: & de ſe nihil præſumpſit, in nullo gloriabatur niſi in Domino, & infirmitatibus ſuis. Sed cum in abundantia mea inconſultè ac incaute plus æquo & iuſto de me præſumerem, mox adfuit medicans timori meo, medicans manus tua: Nā auertiſti faciem tuam, hoc eſt, pium conſolationis tuæ ſubſidijque reſpectum à me. Iuxta illud, Ad punctum & *Eſa.* 54
in modico dereliqui te. Ego autem ope tua deſtitutus, factus ſum conturbatus. Quia ſenſualitas & caro, quæ inferior eſſe deberet, rationem traxit in adulterium, aliáque peccata multa. Sicut aqua mota turbatur, ac immundiciæ quæ in fundo eius erant eleuantur, aquā totam immundam, turbidam, abominabilem, impotabilemque reddunt, ſic totus homo turbatur, derelictus à Deo. Oſſa virtutum eius franguntur, ſenſualitas do- *Eſa.* 5
minatur rationi, caro ſpiritui, peccatum voluntatē trahit in conſenſum, ratio obtenebratur, dicit bonum malum, malum bonum, ponit lucem tenebras & tenebras lucem, quod non vult malum hoc agit, immundus efficitur totus, abominabilis ſicut ea quæ diligit & facit. Anima eius turbata fit valde, tenebris obſcuratum ha- *Pſal.* 6
bet intellectum, & voluntatem malam, qui diligit ma- *Ephes.* 4
lum & odit bonum. In iſta autem turbatione anima eius manſit, donec ad cor conuerſus ad Dominum clamauit prece humili, & Deum deprecabatur pro miſericordia ſua & gratia. Verū Deus cor cōtritū & humiliatū eius nō deſpexit. Et qui in momēto indignatiōis ſuę faciē ſuā ab eo abſconderat parūper, eius ſuperbiā deteſtās, & vanā cordis præsūptionē, iam humiliato miſertus eſt in miſericordia ſēpiterna. Apoſt. Pet. olim etiā pluſculū quiddā ſupra cęteros de ſe pręsūpſit, at eadē nocte periculū infirmitatis ſuę fecit: Ad cor autē cōuerſus *Ioan.* 21
poſtquā reſurrexit, & humilior in corde, & cautior in verbis fuit. interrogatꝰ ſiquidē à Chrō. an plꝰ alijs diſcipulis

cum

1.Co.10 cum diligeret, humiliter & ſibi timens reſpondit, Domine tu. Hæc vtique propter nos ſcripta ſunt & ad correptionem noſtram, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in deo, à quo eſt & deſcēdit omne datum optimum & omne donum perfectum, A quo eſt omnis ſufficiētia noſtra: Ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Ipſi ſoli honor & gloria. Huc ſpectabat Iob quando dixit: Ecce, non eſt auxilium mihi in me. Vana enim ſalus hominis. Reſpiciens etiam ad auxilium hominem, & non erat &c. Deum immortalem. quid ſuperbi gigantes non præſumebāt de viribus ſuis? Quid maledicus & exprobator Goliath glorians in ſe non dixit temerè? Quid Rapſaces apoſtata non blaſphemauit? Quid non maximi de fortitudine exercitus regis ſui gloriabatur? Taceo de tumore Nabuchodonoſor, Taceo Antiochi minas. Taceo Nicanoris præſumptiones & aliorum multorum, quos omnes deus humiliauit vſque ad terram: Exterminati ſunt, & vſque ad inferos deſcenderunt. Maledictus proinde vir iſte qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, hoc eſt, qui fortitudinem ſuam, & quicquid egerit, non domini clementiæ, ſed ſuæ putauerit, eſſe virtutis. Qui enim hoc agit, à domino recedit cor eius afferens & præſumens ſe poſſe, quod non poteſt. Propter hoc ſcriptura dicit: Qui, confidit in cogitationibus ſuis, impie agit. Et qui confidit in corde ſuo, (vt phariſæi faciebant) ſtultus eſt. Neque enim qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Nemo igitur confidere debet in proximo ſuo principaliter, neque in ſeipſo, vt dicit Hieremias. Non in cogitationibus ſuis, non in corde ſuo, vt dicit Salomon, Non in iuſtitia ſua externa, vt hic docet Chriſtus Secus eſt de iuſtitia Chriſti, quæ etiam iuſtitia fidei & euangelij eſt. Verùm confidentia phariſæorum, magis erat in ſcientia legis, quàm in legis obſeruatione Externa magis quam interna Magis vana, falſa et abominabilis & in verbis, quam ſolida vera, accepta Deo & in operibus bonis. Magis ad oſtentationem, quàm ad gloriam Dei. Nec aliquis in ſua debet virtute confidere vel fortitudine, quoniam eiuſmodi deſtruuntur, Eccleſiaſt. 16. & confunduntur, Eſaiæ 32 Hierem. 12. Et vt laconiſmo dicam, ſicut latius de his ſcripſi in lib. meo

Margin: Iob 6. — 1. Re 17 — Dan. 3. — Prou. 12. — 1. Cor. 3. — Matt. 3.

meo de ſpe. Nemo cōfidere debet in idolis ſuis, in magiſtratibus, regibus, ducibus, principib. in numero exercitus, in quadrigis & equis, in multitudine bellatorum in elephantis, in firmitate murorum, in arcu & gladio, in lāceis & ſagittis, in armis ſuis, in diuitiis, in pulchritudine, in medicis, in malitia ſua, in calūnia & tumultu, in iniquitate, in mendacio. In his & multis aliis nemo cōfidere debet, ſed in Deo ſolo: quia beatus vir qui ſperat in eo. Alterum malum ipſorum erat, quod confidebāt de ſua iuſtitia, vnde ait Chriſtus: *Tanquam iuſti*, cùm tamen iniuſti eſſent, expertes ſanctę humilitatis, ſine qua nullus eſt iuſtus, & nullus Deo eſt acceptus. Nam Deus ſuperbis reſiſtit, ſuperbos odit, ſuperbos abominatur, deteſtatur, humiliat: Humilibus verò dat gratiam ſuam, humiles exaltat in vita quæ nunc eſt, & in futura, vigilanti ergo verbo vſus eſt Chriſtus, vocās eos non iuſtos ſimpliciter, ſed tanquam iuſtos, quia iuſtitia eorum falſa erat. Eſt autem quadruplex iuſtitia non vera. Vna præſumpta, de qua Apoſtol. ait: Ignorātes Dei iuſtitiā, & ſuā ſtatuere volentes, iuſtitię Dei nō ſunt ſub ſubiecti. Altera falſa, de qua Gregorius ait: Vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa indignationem. Chriſtus peccatorum miſeretur, arundinem quaſſatam non confregit, & linum fumigans non extinxit. Tertia ſimulata. Quæ teſte Aurelio, nō eſt æquitas, ſed duplex iniquitas. Tales miſerunt ad Chriſtum, qui ſe iuſtos ſimularent. Quarta eſt ſuperſtitioſa, de qua Sapiens ait: Noli eſſe nimiū iuſtus, quia talis iuſtitia crudelitas eſt, eo quòd qui nimis emungit elicit ſanguinem. Illud etiā obiter hic notatu dignum eſt, quòd nemo debet de ſua iuſtitia confidere & nimis eſſe ſecurus, quantumlibet magni meriti perfectioníſque ſit & ſanctitatis. Tum, quòd iuſtitię noſtrę incertę ſunt, iuxta illud: Neſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit. Et Apoſtolus: Nihil mihi conſcius ſum, ſed tamen in hoc iuſtificatus non ſum. Et ſanctus Iob: Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Nā nullus hominum, niſi certus fuerit factus per reuelationem, vt Paulus, ſcit certitudinaliter, quòd gratiam habeat & iuſtificationē euangelicam, quantumlibet iuſtè viuat: cùm naturalis, moralis, & etiam falſa iuſtitia, in multis ſimilis ſit iuſtitię verę. Imponit ergo multis fuco ſuo. Secundò, quia

Eſa. 48
1. Pet. 5.
Rom. 1.
Oſea 6.
Eſa. 42.
Eccleſ. 7.
Prou. 30.
1. Cor. 4.
Iob 9.
Rom. 8.

noſtrę iuſtitię non ſunt purę,ſed iuxta communẽ curſum ſemper habent aliquid maculæ & peccati anne-
Eſa. 64. xum, dicente Eſaia Facti ſumus vt immundi omnes, & quaſi pannus menſtruatę omnes,& quaſi pannus men-
Eccleſ.7. ſtruatę vniuerſę iuſtitię noſtrę. Profectò, ſi ſepties in die cadit iuſtus,& non eſt homo in terra qui faciat bo-
1.Ioan.1 num,& non peccet:Et ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis nõ
Iacob. 3. eſt.In multis enim offendimus omnes Quis ergo glo-
Prou.20 riabitur mundum ſeſe habere cor?Aut quis poteſt dicere mundum eſt cor meum,purus ſum à peccato? Tertiò iuſtitia noſtra non eſt firma. Vnde quilibet quantumlibet magni meriti, poteſt cadere à iuſtitia ſua, & non adiicere vt reſurgat Ecce inter ſanctos eius ne-
Rom 11. mo immutabilis. Nemo ergo altum ſapiat de ſe,ſed ti-
Eccl.17. meat.Nã niſi inſtanter in timore Dei nos tenuerimus, citò ſubuertitur domus noſtra,& fit ruina eius magna. Quid obſecro præſumere de noſtra iuſtitia poſſumus & confidere,qui ſumus ad mala propenſi, difficiles ad bonum,in peccatis concepti & nati,iræ filij ſemen nequam,adulterinæ plantationes, filij ſcelerati, populus grauis iniquitate. Conſideremus caſum primi angeli, qui fuit in deliciis paradiſi,ſignaculũ ſimilitudinis Dei, plenus ſapientia,perfectus in decore. omni lapide precioſo coopertus: Intueamur caſum protoparentum
2.Re.12 noſtrorum:Dauid item electi Dei, Petri apoſtoli, Sa-
2.Par. lomonis,Aſæque regum,qui in ſenectute & pleni dierũ
16. maculam poſuerunt in gloriam ſuam, declinantes à lege dei in obligationes peccatorum & ſempiternas.
1.Cor.10 Igitur qui ſtat,videat ne cadat. Quartò non eſt fidendũ in propria iuſtitia, quia noſtra iuſtitia nondum eſt examinata & approbata. Ad examen diſtricti iudicis eam
Pſ. 174. adduci adhuc oportet iuxta illud:Cùm accepero tempus,ergo iuſtitias iudicabo. Tunc multa quæ hominib. alta viſa ſunt & meriti magni, abominabilia erũt ante Deum. Tunc examinabuntur opera noſtra,qua intentione ſint facta,& ſi in charitate & gratia,ſi ſtrenuè, ſi
1.Pet.4. deuotè,ſi attentè deo ſeruierimus.Si iuſtus tũc vix ſaluabitur,impius & peccator vbi tunc apparebunt? Tunc multa opera ſcoria erunt,quæ nunc aurea putantur eſſe.Multa paleis leuiora, quæ nunc lapidum precioſorũ
Iob.9. pondus habere æſtimantur,Multa lutum, quæ nunc ar-

gentum

gentum fuiſſe credebâtur. Rectè ergo Iob omnia opera ſua verebatur, certus quòd deus non parcit delinquenti. Et iterum: Si habuero quippiam iuſtum, nō reſpondebo, ſed meam iudicem deprecabor. Et ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Omnis enim iuſtitia humana iniuſtitia eſſe cōuincitur, ſi diſtrictè iudicatur. Nec bona opera ex nobis facimus, ſed ex gratia dei. Tantùm ergo abeſt vt de iuſtitia noſtra præſumamus, propter quod poſt bona opera precibus inſiſtere debemus, vt omne quod viuimus humilitate condiamus. Itaq; non iudicemus, nō iuſtificemus noſmetipſos, ante tempus illud iudicij, quando veniet dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; iuſto bono & recto corde. Quia non ille qui ſeipſum commendat probatus eſt, ſed quem deus commendat. Stultæ virgines, miſericordię opera facere detrectantes, & illi qui manducauerunt & biberunt coram domino, in quorum plateis docuerat, vtiq; ſe intraturos cum eo ſperabant ad nuptias, ſed fraudati ſunt à deſiderio ſuo ad ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, ſunt condemnati. Tertium malum iſtorum eſt aliorum cōtemptus, de quo dicitur: *& aſpernabantur cæteros* nō attendentes illud Eſaiæ: Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſpernêris? & illud euangelij: Videte ne cōtemnatis vnū ex his puſillis, qui in me credunt. Sed ſuperba mens ſeipſam glorificat, alios deſpicit: Seipſos inflati cum Simone mago magnos dicunt, & ſi diis placet, dei virtutē magnam ſe cuperent appellari: Inſuper verba ſua quātumlibet inſaniæ plena, riſu digna & ſtulta, atq; oracula vellent venerari, & acclamari ab omnibus, voces dei & nō hominis. Imò, vt Nabuchodonoſor aut Antichriſtus ſibi appeterēt honores diuinos dari. Sic electi ſunt opprobrium hominum, & deſpectio ſuperbis. Sunt autē quatuor ſuperbiæ ſpecies, quod hîc ſummis, vt aiunt labiis tangere volo, in hoc verſu comprehenſi: Ex ſe, pro meritis, iactans, alios quoq; ſpernens. Prima eſt quādo homo bonum quod habet à ſe credit habere. Secunda quando licet cœlitus credat ſibi datū, tamen pro meritis ſuis. Tertia quando iactat habere quod nō habet. Quartò cùm cæteris deſpectis ipſe ſingularis vult apparere. Hac multiplici ſpecie ſuperbiæ laborabat ſu-

2.Cor. 19.

Eſa 35.
Mat. 12.
Act. 8.

perbus iſte. Sequitur iam aſcēdentium in templū conditio. *Duo homines aſcenderunt in templum*, eo quòd templū in monte Sion, in alto ſitū erat, *vt adorarent*, quia
Pſal. 5 domus eius, domus orationis erat. Adorabo inquit Pſalmiſta ad templū ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Hic taceo quid ſit oratio, vbi ſit orandū, quomodo ſit orandū. quę alibi ſcribentur Iſte autem verus & debitus finis eſt eundi in templum, vt ibi Deus adoretur. Peccant ergo qui aliud eo loci agunt quàm ad quod ædificatus eſt: Nempe qui ibi loquuntur inania, taceo iniqua, ſcurrilia, turpitudines, ſtultiloquia, quæ dedecent Chriſtianos. Et qui ſpectatū veniunt, & veniunt ſpectentur vt ipſi. *vnus Phariſæus*, ab aliis diuiſus, quia geſtu habitu & cōuerſatione ab aliis erat diſcretus, maximè quòd nō erat ſicut cæteri homines, nō in bonitate, ſanctitate & iuſtitia, ſed in ſuperbia, in hypocriſi, in præſumptione nequiſſima aridam cooperiente eius nequitiam. Hæc ſecta certiſſima erat teſte Apoſtolo. *& alter publicanus*, hoc eſt, peccator publicus.

HOMILIA SECVNDA IN EVANGEL.

PHARISAEVS *autem ſtans*. Iam ponitur vtriuſq; oratio. Sed cùm vnaquæq; arbor fructus faciat iuxta genus ſuū. Et ex abūdantia cordis os loquatur, ideo quàm diuerſa, ſuperbi & humilis oratio ſit & fuerit, audiamus. Et verbis ſuis iuſtificantur aut condēnabūtur. Stabat autē Phariſæus fruſtra ſenſu carnis ſuæ inflatus. Stabat inq̄, quia humiliare ſe per proſtrationē, ſicut Chriſtus patrē oraturus in horto, noluit: nec genu flectere cū Paulo: Nec caput inclinare, vt ſeruus Abrahę
Gene. 24 fecit, & populus dei. Et ſicut erat animo elatus ſicut al-
1. Macc. 13. ter Nicanor, cum ſumma ſuperbia ſtabat erectus. Et vt ſpurius Goliath ſtat: non vt deū benedicat, ſed vt exprobret publicano, vt eius peccata detegat, ſuorum interim oblitus: Cū iuſtus in principio ſui accuſator ſit.
Prou. 18 Ipſe autē ſtat vt ſe iactet, & altitudini mentis & corporis erectioni verba eius tumida correſpōdent. Stat eleuatus, nō mente in cōtemplatione, ſed tumore elationis. Deſcribitur autem huius phariſæi ſuperbia & elatio,

ſub triplici cōparatione, videlicet ad deū, ad proximū, ad ſeipſum. Reſpectu dei deſcribitur in geſtu vel ſigno, quia ſtans, cū deberet ſub potēti manu dei in oratione per genuflectionē, vel inclinationē ſe humiliare, & vultu in terrā demiſſo adorare, vel pronus in terra. O phariſæe. Quid te eleuat cor tuū, & quaſi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid tumet cōtra Deum ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſcemodi ſermones? Secundò in affectu, quia ſe nolle videri ſimulabat, quod notatur ibi: Hæc apud ſe orabat, cū tamen videri appeteret, iuxta illud: Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominib. Orabat nō verè, ſed ſimulatoriè. Quia veraciter orare, eſt in cōpunctione amaros gemitus de corde, non cōpoſita verba reſonare. Nec orabat, ſed ſe iactabat. Reſpectu proximi oſtenditur eius elatio triplex. Primò quia aliis ſe prætferē.lo cōparauit, dicēs: Non ſum ſicut cæteri homines. Secundò quia alios accuſando iudicauit, ibi: raptores &c. Tertiò quia proximum ſuū in ſpeciali deſpexit, dicens: Veluti hic publicanus. Reſpectu ſui oſtenditur eius elatio, dū bona ſua exactè numerauit, ſcilicet ieiunium, eleemoſynas, decimas: ſed imperfectā ſuum tacet, quia nihil ſibi conſcius eſt. Nō cognoſcebat ſeipſum. Stās ergo phariſæus, hæc orabat apud ſe. Bene apud ſe orabat, quia preces eius ſuperbas deus nō exaudiebat. Reſpicit in orationē humilium, & nō ſpernit preces eorū. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat. & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Apud ſeipſum orabat, quia ad ſeipſum redibat eius oratio, per peccatū ſuperbiæ reuerberata. Veluti cū fumus aſcendens, vento valido diſpergitur & retruditur ad terram. Oratio deuota & humilis, ſicut incenſum aſcendit in cœlum, eſt odor ſuauis in cōſpectu dei. Ventus verò ſuperbiæ, ne aſcendat, orationē impedit & diſpergit. Qui fit, vt fumus orationis, ipſius orantis oculos offendat, & excæcet ſuperbū. Ecce apud ſe orabat, cū inter orandū apud deū eſſe debuiſſet in cœlo per deuotionem. *Deus gratias ago tibi* Male orationē eſt exorſus. Iuſtus quippè à ſua accuſatione diuinas laudes auſpicatur, præoccupans faciē domini in confeſſione peccatorū ſuorū. Deinde in multitudine miſericordiæ dei, & eius retexēns beneficia. & non in iuſtitia propria preces ſuas fundit multiplices,

Margin: 1. Pet. 5 — Eſa. 49 — Matt. 23 — Pſ. 101 — Eccle. 35

multiplices,& adorat ad templũ ſanctum dei in timore eius, vt habes in Daniele. Tertio loco gratias agit deo pro omnibus beneficiis eius Et hanc orandi formã ſacerdos tenet in miſſa, cum miniſtro alterutrum pec-
Iac ob.5 cata ſua deo confitendo. Deinde voce ſua ad dominũ clamat & deprecatur. Effundit in cõſpectu eius oratio-
Pſ.141. nem ſuã, & tribulationes ſuas ante ipſum pronunciat. Vltimò cum gratiarum actione concludit. Sic ſuperbi confundunt omnia, & confunduntur. Et ſicut nulla eis ordinatio placet, quantumlibet pia, ſancta, bona, honeſta, ſalutaris & vtilis, niſi quã ipſi ſtatuerũt, præſcripſe-
1. Tim.3 runt, ſanxerunt: Sic inſipientia eorum etiã manifeſtatur, ordinationes eorum proiiciũtur forâs, inſtar inſulſi ſalis, & ab hominibus conculcantur: Velut ſtercus terræ fiunt, & in fine perduntur Impius quippè confundit, & confunditur. Et dum volunt legis eſſe doctores, eò inſaniæ deuoluuntur, quòd ignorant quæ ſtatuunt & loquuntur. Vide nunc quomodo inſipiens iſte linum lino nectat, dicens: *quia non ſum ſicut cæteri hominum.* quia ego ſolus ſum iuſtus, cæteri omnes ſunt peccatores. Ego ſum diues & nullius egeo. Sed neſcis ſuperbe & excæcate, quod miſer es & miſerabilis, cæcus, nudus & pauper? Teipſum exaltas, tu locum primum in prandio tibi vendicas, tu teipſum commendas, ſed in hoc non es probatus. Expecta parumper, & videbis quòd Deus te reprobabit, locum infimum tibi dabit, & tunc confu-
Pſal. 43 ſio faciei tuæ, cooperiet te. Quomodo confunditur fur,
Hiere. 2 quando deprehenditur, ſic cõfunderis coram ſimul diſcumbentibus. Et ſi omnes iniqua agentes ſuperuacuè, confunduntur, maximè tamen id accidit ſuperbis. Cõfuſi ſunt, de ſede ſua depoſiti ſunt, quoniam deus ſper-
Pſal. 52 nit eos. Tu iudicas omnes, contra euangelium, qui paucos vidiſti & noſti, qui & eorũ quos noſti ſcrutari corda non vales, & cordis intentiones cũ nemo ſciat quid agatur in homine, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ho-
1. Cor. 2 mine. Tu alios per humilitatem mentis, omnes te meliores præſtantioréſq; æſtimare debueras. Etiam ſi magnus eſſes corã domino, (vt Ioannes Baptiſta aut apo-
Philip. 2 ſtolus Paulus, aut pater fidei noſtræ Abraham, vel ipſe vnigenitus dei Chriſtus Ieſus) tamen humiliare te de-
Eccl. 3. bueras in omnibus. Nẽpe in cogitatu cordis tui, in verbis oris tui, in omnib. actibus, geſtis & ſignis corporis tui:

tui,Et inueniſſes gratiam corã Deo, qui ſuperbis reſi- *Iacob. 4*
ſtit,& humilibus gratiam largitur. Sic Chriſtus cum in
forma Dei eſſet,nõ rapinam arbitratus fuit ſe ęqualem *Philip. 2*
eſſe deo, ſed ſemetipſum exinaniuit &c. Diſcere de-
bueras ab eo, quòd mitis eſt & humilis corde. Sic & *Matt. 11*
Apoſtolus,minimum ſe appellat apoſtolorũ & ſancto- *1. Cor.*
rum,abortiuum item,& qui non ſit dignus vocari apo- *15.*
ſtolus,quia perſecutus eſt eccleſiam Dei Etſi eo tẽpore
quo hæc ſcripſit, vas eſſet gratiæ, vas miſericordiæ &
vas electionis in honorem ſanctificatum & vtile domi- *Act. 9*
no,ad omne opus bonum paratum,in hoc tamen nihil *2. Tim. 2*
ſibi attribuit, ſed omnia gratiæ Dei accepta retulit.
Gratia Dei ſum id quod ſum, quæ & vacua in me non
fuit.Et tu miſer,ſi quid boni habes,donũ Dei eſſe ſcire *1. Cor 15*
debueras.Quare ergo gloriaris quaſi non acceperis il-
lud? Apoſtolus quidẽ quæ per eum Deus magnalia fecit *Philip. 3*
recenſet,ſed non ad ſuam, ſed ad gloriã Dei.Et vt quã *1. Cor.*
imitentur in bonitate formam & exemplar ſe præbeat *11.*
fidelib. Aliàs dũ ſeipſum qualis fuerat ex ſe ipſo aſpe-
xit, primum ſiue maximum ſe peccatorem cenſet. Ille
docet cum Chriſto,quòd nullus eſt damnandus,nullus
iudicandus. Tu autem nõ es ſicut cæteri hominum:ſed *Matt. 7.*
ſuperbus,& inuidus,ſicut vniuerſitas dæmonum.Accu- *Apoc. 12*
ſator item,non amator fratrum, vt draco ille magnus, *Roma. 9*
ſerpẽs antiquus.Apoſtolus pro peccatoribus orat,om-
nem lapidem mouet vt eos lucrari Chriſto & ſaluare
poſſet. Tu omnium ſceleſtiſſimus iudicator & duriſſi-
mus damnator es,nõ vnius ſed omniũ,quod ipſo audi-
tu eſt horrendum In rete illud diaboli & foueã damna-
tionis ęternę tua te protruſit ſuperbia, de qua vix tibi
dabitur egreſſus.Synagogę enim ſuperborũ non eſt ſa-
nitas Dat quidẽ Deus illis tẽpus vt pœniteant, ſed eo *Eccleſ. 3*
abutuntur in ſuperbia ſua.Quãta hîc poſſent de ſuper-
bia adduci,ſed alteri ea ſunt tẽpori reſeruãda.Diſce ex
hoc loco ô homo,in quantas ſyrtes,in quos vortices ſu-
perbia filios ſuos trahat perditionis. Muneris eius erat *Matt. 18*
publicanũ hunc in partẽ deductũ, inter ſe & ipſum ſo- *Galat. 6*
lũ,in ſpiritu lenitatis corripere, benignè monere & in-
ſtruere:Et ſi nihil promouiſſet hoc modo,inſtãter ꝓ eo
debuit orare.Sed ſuperbia nõ quærit proximi ſalutem,
ſed confuſionẽ.Dedignatur proximũ, abominatur fra-
trẽ,etiã neceſſarios ignorat.Si dixiſſes: Non ſum ſicut *Prou. 14*

cæteri homines iuſti,quia ego ſum peccator. Vel non
1.Tim.1 ſum ſicut cæteri homines peccatores,quia ego ſum maximus peccator,aut ſaltem maior aliis,tunc nō legē fuiſſes à regno. Sed ad textum redeamus,Hoc tamen altamemoria recondamus,quàm periculoſum ſit & damnationi obnoxium iudicare & damnare fratrem ſuum. Illud item nota quòd duæ ſunt partes iuſtitiæ integrales ad perfectum actum iuſtitiæ pertinentes, ſcilicet decli-
Pſ.52. nare à malo:& facere bonum. Gloriatur de prima parte iuſtitiæ,quæ eſt declinare à malo,dicēs,raptores,iniuſti,adulteri Raptores aliena bona vi auferunt: Iniuſti, proximo nocent technis fraudium , dolis, ſicut nouacula acuta faciunt dolum,vſuris,impoſturis,circumuentionibus,concuſſionibus,calumniis,&c. adulteri ei nocent in perſona coniuncta. Et ſi penitius inſpicimus eius
1.Ioan.2 verba,triplicis mali arguit & accuſat alios omnes Omne ſiquidem quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt,qua maculati ſunt adulteri. Concupiſcentia oculorum,id eſt auaritia,qua obnoxij ſunt raptores. Et ſuperbia vitæ quam intelligit per iniuſtitiam,At dum alios iudicauit,ſeipſum condemnauit.Quid enim tam iniuſtum,quàm nolle ſubeſſe contra legem proximum iudicare,& omnes ſimul damnare? Et hæc faciendo maius
Pſ.41. piaculum commiſit quàm prius,quia ad ſpeciem deſcendit,vt abyſſus abyſſum inuocare ſolet. Ab illis trib. vitiis etiam ſe dicit & gloriatur alienum,ſed mentitur iniquitas ſibi.Nec dicit ſum ſicut cæteri homines , ſuperbus,inuidus,detractor,arrogans, præſumptuoſus, hypocrita,temerarius quod vere dixiſſet. Sic enim gloriabatur de falſa ſua iuſtitia,quòd non conſiderabat horrenda multa & vera ſua vicia. Sic in feſtuca aliorum extrahenda erat intentus,quod trabem in oculo ſuo non aduertit;Et dum alios ſolummodo inſpicit, ipſe repro-
1.Cor 9. bus efficitur. Vineta ſua vulpes demoliuntur , apri de-
Cant. 2. paſcunt,& ſingulares feræ:Interim domum eius fures ſuffodiunt,theſauros eius furantur,dum ſibi dormit , & ſecum non habitat,ſibi non proſpicit,eúmque occidunt. In regionem longinquam per ſpiritus euagationem peregre profectus erat,vineam ſuam non cuſtodiuit, domum mentis apertam reliquerat, ideo omnes inimici eius per eam ſibi tranſitum fecerant , omnib. bonis ſpoliauerunt eum, ac plagis impoſitis abierunt ſemi-

uiuum

uinum eum relinquentes: Si tamen iam non omnino mortuus erat in delictis & peccatis ſuis, velut etiam hic publicanus. In ſordibus iacens vſque ſordeſcit ſemper in peius proficit In tribus iam peccauit in verbis iſtis, iſte qui putauit quòd abſque peccato & innocens eſſet. Primò quòd ſe ſuo proximo bono & iuſto comparauit: Imò prætulit faſtu mentis ſuæ: cum ipſe eſſet filius perditionis, & teda Gehennæ quod notatur cum dicit, velut. Secundo iuſtum deſpiciendo demonſtrat, cum dicit: hic. Tertiò quia iuſtum iudicat & condemnat, cum dicit, publicanus. Sed obiter hic nota quòd ſancti opera ſua nonnunquam commemorant: Vel propter bonæ famæ conſeruationem, ſic Moyſes fecit. Vel propter aliorum ædificationem, & malignantium, ſiue caluminantium confutationem. Sic fecit Iob, ne ſua prædicatio contemneretur, aut credentes per eum in fide accepta dubitarent. Vel vt ſpes animæ erigatur in Deum. Sic fecit Ezechias. Nullam iſtarum habuit phariſæus. O quot inter nobiles & mundi potentes, inter diuites & iudices phariſæus iſte ſimiles iam habet, ſi tamen non ſunt peiores. Quot ſunt qui pauperes deſpiciunt in corde ſuo, verbis maledicunt, laceſſunt, iniuriantur imo qui ſine omni miſericordia eos iudicant, duris ſeruitiis onerant, eorum victum eis eripiunt, & labores, nolunt habere patientiam cum illis, Et ſi in minimo exceſſerint, nolunt ſupplicantib. miſereri. Crudeliter eos capiunt, mittunt eos in carceres, pane tribulationis & aqua anguſtiæ eos ſuſtentant, nec eos dimittunt liberos, niſi omnem eorum ſubſtantiam acceperint, vſque ad nouiſſimum quadrantem. Et ſi cauſam non habent, fingunt eum male dixiſſe Deo & regi. Aut moliri ſeditionem, aut prohibuiſſe tributa dari Cæſari. Vel alium ſubordinant, qui verbis eum prouocet. Et ſi tunc in verbo vno offenderit, ſubuertunt eum. Audiuimus iam iã innocentiam mundiciamque manuum huius phariſæi, quomodo niſus eſt bonam oſtendere viam ſuam, eo quod declinauit à malo, & nihil mali ſibi conſcius fuit. Iam alteram iuſtitiæ partem etiam ſe cuſtodiſſe aſſerit quæ eſt facere bonum. Dicit ergo: Ieiuno bis ſabbato, id eſt, ſeptimana. Sed ieiunio corporis, non mentis. Abſtinuit à cibis, non à viciis. Abſtraxit ſe à comeſtione non à mentis elatione: ideo ieiunium illius Deo non pla

Num 16
Reg 12
Iob 31
Eſa. 38
3 Re. 18
Act 24
Luc 23
Hier. 3
Eſai. 5.

cuit,facienti ad meritum nihil profuit,nec diabolum à ſe expulit,ſed potius intra cordis ſui abdita occultauit do decimas,& dicit decimas in plurali, quia tres erant
Matt,18 decimæ. Vna miniſtrorum templi. Alia in vſus venientium in templum. Alia pauperum ſecundum Gorram. omnium quæ poſſideo,quia phariſæi etiam de minimis
Hier,5 decimas dabant.grauiora autem legis,nempe iudiciū,&
Hie.5 miſericordiam,& fidem,charitatem,humilitatem & cordis puritatem reliquerunt,; ſermoneſque Dei peſſimè prętererunt.Sic ieiunia ſua inania allegat cōtra adulte
Eccle.10 ros,quia ſine Cerere & Baccho,friget Venus Econtra dicitur:Saturaui eòs & mœchati ſunt,& in domo meretricis luxuriabantur.Contra rapinas & iniuſtitias deci-
Eccle.21 mas largitur.Sic iuſte ſobrie,& pie vixit.Sobrie per ieiunium:iuſte,quia non fuit raptor pie,quia decimas dedit,Tit.ij & tamen nihil ei propter ſuperbiam ſuam profuit in ſaccum pertuſum opera ſua bona miſit. Aggei,primo.Item conſidera quā m noxia peſtis,quàm magnum malum quàm damnabile ſcelus ſit ſuperbia Deo
Eccle.3 hominem facit odibilem & hominibus.Ex iſtorum comparatione diſcimus,quod ſuperbus etiam ſi bona multa operetur,grauius offendit quàm humilis.qui nulla virtutum dote ſubnixus eſt. Studet diabolus ſupplantare bonis operibus intentos,vt fructu operum ſuorum priuentur,& mercede æterna ibique fiant reprehenſibiliores,vbi laudabiles ſe putabant,& deum demereri. Quis declinat à malo,vt iſte phariſæus,& ſic ieiuniis corpus ſuum caſtigat,aut adeò cum viciis, & concupiſcentiis crucifigit,aliaque bona opera facit?Et tamen , ſola ſu-
1 Reg.11 perbia,eius bona omnia perdidit , & ipſum. Fugite er-
Eſ.140 go ſuperbiam quaſi à facie colubri. Dentes illius dentes leonis interficientes animas hominum. Romphea bis acuta,iniquitas eius , plagæ illius non eſt ſanitas Secundo loco ponitur humilis oratio publicani.Et tanguntur ſex propter quæ meruit remiſſionem iniquitatum & deletionem peccatorum. Primum eſt
Gen.3 recognitio peccati.Ecce alter ei exprobrat, iniquitates
1.Reg.16 eius rememorauit:& ille vt Dauid reprehenſus à Nathan,non declinat in verba maliciæ linguam ſuam ad excuſationes proferendas in peccatis,ſicut Adam fecit & Saul,ſed iniquitatem ſuam cognouit, ſemper contra eum fuit. Stans. Ideò ſtetiſſe dicitur, non tumore men-

mentis inflatus, ſe iuſtum reputans, ſed vt confitea tur aduerſus ſe iniuſtitiam ſuam domino,& veniam obtineat,Proximus ſiquidem gradus veniæ. cognitio eſt peccati. Alterum eſt timor iræ Dei ideo ſtetit *à longe*. A longe ſtamus ab eo cuius iram timemus & furorem. Pſ.112
Sed dum longe ſtetit,& à iudiciis Dei timuit,pater miſericordiarum vidit eum,& miſertus eſt illius Et iterum Pſ.29
Miſertus eſt dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.Tertium rubor & verecundia patrati ſceleris,vnde dicitur:*nolebat oculos leuare ad cœlum*,vbi eſt ſedes Dei Hæc eſt confuſio adducens gratiam & gloriam.Tota die verecundia eius contra eum Eccl.4
fuit,& confuſio faciei ſuæ cooperuit eum. Sic Manaſſes Pſ.43
humiliauit ſe nimis in oratione ſua. Eſdras erubeſcit 2.Pa.28
faciem leuare. Sic nobis ſit confuſio faciei, & domino 2.Eſdr.9
iuſtitia. Datis verò in reprobum ſenſum dicitur, quòd noluerunt erubeſcere. Quartum fuit dolor commiſſi,vnde ſubditur *ſed percutiebat pectus ſuum*, vt ſicut ex corde ſuo proceſſerant peccata ſua multa, ſic iam cor affligit per pectoris percuſſionē Et ſicut exhibuit mem Heb.6
bra ſua arma iniquitatis & peccati, ita nunc exhibet Rom.6
ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Vt per quæ peccauit,per hæc etiam ſe puniat. In corde dolorem ha- Pſ.50
buit & contritionem.Deus autem cor contritum & humiliatum non deſpicit. Sic pacem loquitur ſuper eos qui conuertuntur ad cor Quintum humilis petitio in- Pſ.50
dulgentiæ à Deo,vnde ſequitur: *Deus propitius eſto* hoc eſt, benignus miſericors & præſtabilis ſuper malitia quam feci Sic Dauid orat:Miſerere mei Deus ſecundũ 2.Pa.33
magnam miſericordiam tuam.Sic Manaſſes orauit, & quoquot auerterunt ſe ab impietate & pœnitentiam egerunt, orando veniã ſunt conſecuti,dicentes,Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.Solus enim Deus peccata dimittit.Omnis autem qui inuocat nomen domini, ſaluus erit & ſalutem conſequitur. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium ſe facit,& deprecationes eorum exaudit, & ſaluos facit, Mat.6
eos. Sextum eſt oris confeſſio & ſuiipſius accuſatio. Ideò dicit,mihi peccatori,qui tibi ſoli peccaui,& malũ corã te feci.Qui non vis mortē peccatorũ,ſed vt cõuertantur & viuant atque ſaluentur. Quia veniſti in hunc Pſ.1.

mun-

mundum peccatores ſaluos facere, & ad pœnitentiam
vocare. Propitius igitur eſto Deus mihi peccatori, non
mihi iuſto Mihi me accuſanti,cõfitenti non occultanti
peccata mea. Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi.
Scio per vatem tuum dictum, Dic tu prior iniquitates
Eſai. 45 tuas,vt iuſtificeris Facio igitur quod mandaſti. Confite
or ecce iniuſtitiam meam tibi domine.Ideo per bonita
Eccl. 36 tem tuam te obteſtor,remitte mihi impietatem pecca
torum meorum,vt prophetæ tui fideles inueniantur, &
Heb. 1 tu vincas cum iudicaris Vide ſingula verba,quia ſapien
Rom. 3 tiam redundant,& exuberant doctrina ſalutari. Deus
ait:ecce fides,ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.Ex fi
de autem iuſtificatus eſt.Ex fide autem rogauit, dicens,
Propicius eſto.Sic docet Iacobus apoſtolus:Poſtulet in
fide,nihil hæſitans Omnia enim quæcunque petimus
in oratione credentes,accipimus. In hoc etiam credit
& profitetur bonitatem abyſſalem,& eas quæ ſunt ſuper
omnia opera eius miſerationes multas & magnas Dei,
adeo,vt eorum non ſit numerus Mihi peccatori. Ecce
propria accuſatio ex fide orta,in ſpe veniæ facta.In fide
autem vera & ſpe firma orauit patrem qui in cœlis eſt.
Cùm conſolationem ad hoc ſcripturarum habuerit,
Eſa 41 qua dicitur:Omnia quæcunque orantes petitis,credite,
Zacha. 1 quia accipietis & euenient vobis.Magna igitur miſeri-
cordia domini.& propitiatio illius, conuertentibus ad
ſe.Conuertimini igitur,ait dominus.ad me & ſalui eri-
tis.Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos.Con-
uertimini ſicut in profundum receſſeratis, à malis ve-
ſtris,& agite pœnitentiam & non erit vobis in ruinam
iniquitas quam feciſtis.Ecce quàm benignè Deus publi
canum hunc redeuntem ſuſcipit, quàm miſericorditer
omnia peccata eius ei remiſit,dum humiliter eum ro-
gauit, & omne debitum dimiſit ei. Nihil improperat,
omia ſimul donat. Non attendit qualis fuerit,ſed qualis
modò ſit.Nec multiplicatio peccatorum anteactæ vitæ
impedimentum adferunt gratiæ Dei & miſericordiæ, ſi
Rom. 5 in toto corde homo ſe conuerterit ad deũ.Imò vbi abũ
dauit delictum,ibi poſtmodum crebrò gratia abundat,
quam Deus pro ſua bonitate vnicuique ſecundum pro-
priam virtutem diſtribuit & largitur affluenter,vt cum
ea donec redierit à nuptiis,negocietur, & diues fiat in
meritis & operibus bonis. Iam audita vtriuſque diuerſi

tate

tate in vita & operibus, ſequitur nunc iudicis ſenten-
tia. vt fugiatur ſuperbia, & humilitas amplectatur, dicit
igitur, Amen dico vobis, non ſolum amicis meis & di-
ſcipulis familiaribus, quibus datum eſt noſſe miſteria
regni Dei, ſed omnibus bonis & malis, iuſtis & iniuſtis, Sap. 12
qui aures habent audiendi, deſcendit, de templo mate-
riali, hic publicanus, iuſtificatus, id eſt, iuſtus factus de
impio, bonus ex malo, filius Dei ex filio gehennæ & dia
boli in domum ſuam, videlicet de domo Dei, ab illo, Mat. 3
Deo videlicet, qui iuſtificat impium pœnitentem, Pec
catores quidem Deus non audit, nec miſeretur facienti Rom 9.
bus iniquitatẽ. Sed ſi pœnitet eos malorũ quę fecerũt, ſi
relicta malitiã reuertuntur ad dominum, ſi dignos pœ-
nitentiæ fructus faciunt, iam non ſunt peccatores, ſed Prou. 28
fuerunt: Non ſunt vaſa iræ, ſed miſericordiæ: Non ſunt
tenebrarum filij, ſed lucis. Et hæc eſt mutatio dexteræ
excelſi. Mutati ſunt in viros alios dicente Salomone,
Verte impios, & non erunt, videlicet impij, ſed iuſti. Pha Oſea 18
riſæus autem deſcendit Iuſtificatus à ſeipſo, & peior
damnabiliorque quàm aſcendit, quia in templo addit 2. Cor. 2
peccatum ſuper peccatum Quanti & hodie in templo
Dei in loco ſancto & veniæ addunt ad peccandum, in-
quinantur magis, iram Dei incurrunt, damnationem
ſuam augent. Iſti nimirum qui indigni & peccatis obno
xij ſacramenta tractant, verbum Dei adulterant ſedu- 1. Pet. 5
cunt ſeruos Dei per dulces ſermones & benedictiones,
Aut qui ornatu ſuo meretricio intuentes ſcandalizant, 2. T.m. 2
ad peccata prauaſque concupiſcentias irritant circun-
ſtantes, contra doctrinam apoſtolorum Petri & Pauli.
Vel ab illo, præ illo, vel plus quem ille. Quia plus re- Eſai 44
diit iuſtificatus confitendo humiliter ſua peccata, quàm
phariſæus ſuperbè iactando ſua opera bona & merita.
Quia publicanus habuit iuſtitiam fidei & veram, phari 3. Re. 21
ſæus præſumptam & vanam. Superbia omnẽ eius iuſti-
tiam corrumpebat, iuxta illud Auguſtini, Superbia bo-
nis operibus inſidiatur vt pereant. Humilitas autem pu-
blicani, omnem eius iniuſtitiam, deleuit vt nubem, & ad
nihilum valde redegit, vt in Achab ſcelerum ſentina, &
mari malorum cernere eſt. Vidiſti inquit Dominus ad
Heliam Achab humiliatum coram me? Quia igitur hu
miliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus
eius ſuper domum eius, videlicet deletionis totalis,

Horum ratio eſt iſta: *Quia omnis qui ſe exaltat*. per ſuperbiam & mentis elationem, ſit angelus, ſit homo, ſit magnus vel paruus, diues vel pauper, rex aut ruſticus, humiliabitur, id eſt, deiicietur & reprobabitur à deo, qui potentes deponit de ſede & humiliantur vſque ad inferos, vt dicit Eſaias. Verùm, ſi ſuperbus mentem mutat & ſub potenti manu Dei vt Nabuchodonoſor, ſe humiliat, ſalutem conſequitur. Et tunc dicere poteſt, Humiliatus ſum & liberauit me. Si ſe nón humiliat ſuperbus, tunc humiliat eum Deus in præſenti & in futuro. Superbum ſequitur humilitas. Confunduntur ſuperbi, quoniam Deus ſpreuit eos. Et dicit, qui ſe exaltat, videlicet conatu improbo, donis, potentia, dolo aut promiſſionibus: Non qui exaltatur à Deo vt Chriſtus & Aaron. Et qui ſe humiliat, ſponte, non qui humiliatur inuoluntarie exaltabitur, frequenter in præſenti, ſemper autem cornu eius exaltatur in gloria cœleſti. Hic multa de humilitate adduci poſſunt.

1. Pet. 5 · *Dan. 4* · *Prou. 29* · *Heb. 5*

DOMINICA XIII POST PENTECOST IN EPIST. Gala. iij. Sermo.

FRatres, *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius*. In iſta lectione oſtendit Apoſtolus, quòd ſalus non eſt ex lege ſed ex fide Ieſu Chriſti. Deinde oſtendit quæ emolumēta ſunt legis datæ, ibi: Quid igitur lex. In epiſtola ad Galatas ante huius verba epiſtolæ dixit Apoſtolus quod per fidem Ieſu Chriſti, & nō per legem eſt ſpiritusſancti collatio, miraculorum operatio, iuſtitia & benedictio. In præſenti epiſtola oſtendit, quòd ex fide & non ex lege, eſt æternæ hæreditatis quam per pacientiam expectamus, & in quam vocati (ſumus) adoptio. Ex fide iuſtificat Deus gētes. Sic & in ſemine Abrahæ promiſit Deus omnes gentes eſſe benedicendas, omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto. contra omnes qui ſub operibus legis ſunt pronunciauit eſſe ſub maledicto. Quod autem ex fide Chriſti ſit æternæ vitæ adeptio & non ex lege, oſtendit dicens, Abrahæ, amico dei, patri fidei noſtræ, dictæ ſunt

Rom. 8 · *2. Tim. 9* · *Gene 1* · *Gala. 3* · *Iaco 2* · *Rom 4*

promiſſiones à deo multæ & magnę, per modũ teſtamẽ tĩ firmatæ (vt poſtea dicetur) ideo ſunt firmæ. Et dicit promiſſiones, quia crebrò promiſſa eſt ei hæreditas vitę æternæ, ſub typo terræ, promiſſionis Et ſemini eius benedictio ſuper omnia in ſecula, videlicet Chriſto, in quo impletæ ſunt, & non in alio. Quia quotquot promiſſiones dei ſunt, per illũ ſunt: etiã vt legit Eraſmus. Vel vt textus noſter habet in illo eſt (Gloſſa interlinearis) veritas & adimpletio. Lyra: fideliter eas adimpleuit Ideo dixit in cruce: cõſummatũ eſt Benedictiones iſtæ ſemini Abrahæ, id eſt, Chriſto factæ ſunt, non requiſitiuè, ſed effectiuè, hoc eſt, vt in illo, & per illum implerẽtur, & non in alio, Quia per eum promittebatur danda benedictio omnibus credentibus in eum, & qui ſectantur veſtigia fidei Abrahæ, & faciunt opera eius Hæ promiſſiones dei ratæ ſunt & firmæ. quia fidelis eſt deus & verax in omnibus verbis. Tum quòd iureiurando diuino ſunt firmatæ, vt in Gene. xxij. capite ad longum patet. *Non dicit in ſeminibus quaſi in multis*, ſicut faceret ſi de multis intelligi vellet *ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* Quia vnus eſt Emmanuel, vnus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Hic eſt paſtor vnus & bonus à deo patre datus Hic eſt rex vnus omnibus imperans, quia omnia ſubiecta ſunt pedibus eius. Et omnis ei poteſtas data eſt in cœlo & in terra à patre. Hic eſt dominus vnus vt Zacharias ait: Hic eſt vnus ſaluator, & præter eum non eſt alius. *Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à Deo*, per promiſſiones & iuramẽta. Vnde Zacharias: Benedictus dominus deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſeipſum nobis. Et cũ eo pater miſericordiarũ omnia nobis dedit diuinę virtutis ſuę dona quæ ad vitã Deo & euãgelio dignã, & pietatẽ nobis neceſſaria sũt. Quibus ſi bene vtimur, diuinę cõſortes naturę efficimur. Et hãc promiſſionẽ Dei, & iſtud iuramentũ Dei, ea *quæ poſt quadringentos & triginta ãnos facta eſt lex*, à prima promiſſiõe facta Abrahę *nõ irritũ facit ad euacuandã* promiſſionẽ Dei quod tamẽ fieret, ſi promiſſiõis hereditas, Abrahę poſteris promiſſa deberet ex legis obſeruatiõe, cũ in pacto nulla ſit legis mẽtio vel cõditio.

Margin: Rom.4. | Ioan. 19 | Rom.4. | Ioan.8 | Pſa.145 | Heb. 6 | Zach.94. | Eſa.43 | Luc.9. | Gen 95 | Actu.2

De

De iſtis annis cccccxxx. vide Lyranum, vbi ponuntur anni cccc. vbi idem numerus ponitur à Luca, qui hic eſt digeſtus à Paulo. Iſti anni incipiendi ſunt à natiuitate Iſaac, vſque ad exitum filiorum Iſrael de Aegypto. à natiuitate enim Iſaac vſque ad natiuitatẽ Iacob, fluxerunt anni L X. Iacob autem erat annorum cxxx quãdo deſcendit in Aegyptum cum filiis ſuis. Inde vſque ad exitum filiorum Iſrael de Aegypto fluxerunt anni ccx ſecundum Hebræos. quibus ſimul iunctis fiunt anni cccc. præciſe, in quibus ſemen accola fuit in terra aliena, & non habuit in terra promiſſionis paſſum pedis, &c. Nõ ergo in promiſſione dictum eſt, quòd per legem eſſet benedictio, iuſtitiæ & hæreditatis æternæ acquiſitio, ſed per ſemen benedictum. Nam ſi hæc per legem dantur, fruſtra eſt ſemen promiſſum, & idipſum ſemen Ieſus Chriſtus fruſtra venit in mundum. Rurſus, ſi per legem eſt benedictio, Abraham dilectus, Iſaac ſanctus Iacob electus. & alij ante legem datam amici Dei, hac dei benedictione caruiſſẽt. Denique ſi lex ſola, nõ fides, iuſtificat, non eſt iuſtificatus Abraham, qui diu ante legem fuit (vt dictum eſt.) Quod quia cæci Iudæi, æmulatores legis (non ſecundũ ſcientiam) dicere non poſsũt, fateri coguntur etiam malis gratibus ſuis, non legis operibus hominem iuſtificari, ſed fide in Chriſtum. Similiter & nos ingenue fatemur iuſtos omnes qui deo placuerunt, ab initio, ex ipſa fide Ieſu Chriſti eſſe iuſtificatos. Ex quibus omnibus hoc ſequitur, quòd lex Moyſi, promiſſionẽ dei non infirmat, non euacuat, nec irritam facit, cum legem ipſam per ccccxxx. annos præceſſerit. Falſa enim eſſet promiſſio, ſi ad ipſius impletionẽ lex requireretur. Et deus ipſe qui (nulla legis habita mentione) promiſit propter bonitatem ſuam & miſericordiam, non verax, ſed (quod nec cogitare quidem fas eſt) falſus inueniretur, & (quod impoſſibile eſt) mendax. Aſſertionem hanc ſuam Apoſtolus confirmans, addit. *Nam ſi ex lege* Moyſi *hæreditas*, id eſt, ex operibus legis datur hæreditas benedictionis gratiæ & beatitudo æterna. *iã non* daretur *ex promiſſione*, ſed ex alia cauſa. Et ita vana, nulla & euanida eſſet promiſſio Abrahæ facta à deo Vnde ad Roma. ait: Non enim per legem promiſſio Abrahæ & ſemini eius, vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Et iterum: Non ex lege promiſſio Abrahæ.

Rom. 10. Heb. 11. Rom. 4

Abrahę. Vnde hic ſequitur: *Abrahæ autem per repromiſsionem*, id eſt, per promiſſionem ſæpe factam, *donauit deus* iuſtitiam.benedictionem & hæreditatem, hoc eſt,per fidem Ieſu Chriſti,ſæpe promiſſi, & imitatoribus fidei ſuæ,qui Abrahæ filij ſunt & dicuntur,ſi faciũt opera eius, quantumlibet prius idololatræ impij fuerunt & longè à deo. Proponitur autem pater Abrahã vniuerſis in multis imitandus, ſicut à filiis chariſſimis, iuxta illud:Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, videlicet. Primò, imitamini eum in fide ſua viua, vera & probata. Suo enim tempore omnes homines corrumpebantur, per idololatriam, & ſimul inutiles fiebant,creaturæ magis ſeruientes quã creatori. At ille in fide manſit ſtabilis,& in medio nationis prauæ & peruerſæ tanquam cœleſte quoddã luminare refulſit. Propter fidem hanc in ignem coniectus,diuina eum gratia protegente, illæſus ex igne exiuit. Deum trinum & vnum credidit, & in tribus angelis adorauit. Incarnationem Chriſti credidit,quia diem eius vidit & exultauit. Credidit item,quod ipſe redempturus eſſet Iſrael & ſaluaturus in regnum ſuum cœleſte Et quod in ipſo benedicendæ eſſent omnes gentes. Huic fidei eius dei benedictio correſpondet quaſi eius merces, quæ inter promiſſiones primo ponitur,ſicut in Geneſ cap.xij.expreſſa legitur. Vt autem fidẽ ipſius imitantes accipiamus benedictionem à domino, aduertamus fidem noſtram in deum tribus ornamentis fulciri debere, quæ ſunt:Operatio.dilectio, & impermutatio Nã ſine operibus bonis,fides mortua eſt.Sine dilectione, ficta,inanis & vana.Sine impermutatione, quia aliquĩ ad tempus credunt,& in tempore tentationis recedunt, incõſtans & deficiens eſt.Hæc latè extendi poſſunt. Secũdò Abraham imitari debemus in ſpe firma. Ille enim nihil de promiſſis dei dubitauit Sed contra ſpẽ,in ſpẽ, credidit,pleniſſimè ſciẽs,quia quæcunq; promiſit deus, potẽs eſt & facere Huic eius ſpei,diuina protectio correſpõdet, quæ ſecundum locum habet in promiſſione. Nã qui in ſolo deo ſpei ſuæ anchorã figit, diuina protectione ſe dignum efficit. Quia protector eſt omnium ſperantium in ſe. Vnde ad eum dominus dixit:Noli timere,ego protector tuus ſum,& merces tua magna nimis.Hoc Heſter illa pulcherrima fecit,& Suſanna,ideo

Ioan.8 · Ioan.8 · Pſal. 13. · Roma. 3 · Gene.12 · Gen 18 · Gen.19 · Ioan.8 · Iacob.2 · 1.Cor. 15. · Luca 8. · Roma. 4 · Hebr. 11 · Hebr 6 · Gene. 15 · Heſt.14

Dan.13 protectæ ſunt in tempore tribulationis,& cõfuſio nul-
la venit ſuper eas. Et hæc in pſal. xc. abundè teſtantur,
maximè in tribus vltimis verſibus. Tria autẽ ſunt à
Deo nobis benignè repromiſſa quæ ſine intermiſſione
ſperare debemus: Nempè, omnium peccatorũ remiſſio.
Ezec. 18 Neceſſariarũ rerum ad vitæ vſum cõceſſio æternæ vi-
Matt.5 tæ retributio. Quia nõ vult mortem peccatorum. Scit
Matt. 25 quod illis indigemus. Parauit iuſtis regnum à conſtitu-
Gene. 12 tione mundi Hieruſalem cœleſtem &c. Tertiò imi-
Hebr.11 tandus eſt in exemplo ſuæ peregrinationis Omnia re-
liquit, & in locum iuit quem accepturus erat poſt an-
nos cccc. in hæreditatem, & exiuit neſciens quò iret.
Deinde famis tempore deſcendit in Ægyptum Et pro-
pter iſtam exitionem à patria ſua & peregrinationem,
terram lacte & melle manantem accepit in poſſeſſio-
Hebr.11 nem. In hac peregrinatione imitamur eum, ſi nos ad-
1.Petr.2 uenas & peregrinos eſſe cognoſcimus ſuper terram, &
abſtinemus nos à carnalibus deſideriis, quæ militant
aduerſus animam. & per bona opera feſtinamus ingre-
Hebr.4 di in requiẽ nobis promiſſam Beati ſumus, & bene no-
bis erit, ſi optamus peregrinari à corpore, & præſentes
2.Cor.5 eſſe domino, & ſic interim quod incolatus noſter pro-
Gen. 12 lõgatur, per omnia ei placere ſtudemus. Quartò eius
Gene.17 obediẽtiam perfectam imitari debemus, quæ in multis
Gene.22 & arduis probata eſt. Nam parentes, amicos & omnia
reliquit. Signum circumciſionis pœnaliſſimum accepit.
Filium vnigenitum offerre voluit Horum primum erat
laborioſum & triſte. Aliud doloris plenum & periculo-
ſum. Tertium prorſus odioſum. Adeò tam magnus co-
Gen. 14. ram domino eſt factus. Quintò eum imitari debemus
in munerum receptione, quia nec filum ſubtegminis
de omnibus quæ regis Sodomorum erant habere vo-
luit, iuſtus iſte manus ſuas excuſſit ab omni munere eo
quòd munera excæcant oculos prudentum, & peruer-
Deute.16 tunt verba iuſtorum. Qui facit hæc, in excelſis habita-
Exod. 23 bit. Samuel ille ſanctus & apoſtolus Paulus in hoc per-
1. Re.12 fectè ſunt illum imitati. Volens tranſeo multa, in mer-
Act 20 cedem autem huius æternam ei deus promiſit hæredi-
tatem: in benedictione & poſſeſſione terræ promiſſio-
Mat.19 nis figuratam. Et quicũq; eum in hoc perfectè ſequun-
tur, hi centuplum accipient, & vitam æternã poſſide-
bunt. Ne quis hæc audiens fruſtra legem dei datam
exiſtimet,

exiſtimet,ideo ſequitur: *Quid igitur lex*, id eſt, ad quid
fuit vtilis. Si ex lege non eſt iuſtitia, nec benedictio, nec
hæreditas æterna, ſed ex fide? Et reſpondet: *Propter*
tranſgreßionem poſita eſt. Nam quamuis nõ conferat in-
nocentiam, tamen coercet peccandi licentiam. Punit Hebr. 10
enim tranſgreſſiones ſine miſericordia: vt tuta ſit inter
improbos innocentia. *donec veniret ſemen* illud benedi-
ctum *cui*, id eſt, in quo Chriſto, *repromſera* deus pater
ſalutẽ omnibus legitimis Abrahæ filiis & benedictio-
nem. Et cùm Chriſtus iam venerit in nomine domini, Matt. 12
lex amplius non eſt tenenda, quia gratia & veritas le- Luca 19
gis per Ieſum Chriſtum iam facta eſt & impleta, *ordi* Ioan. 12
nata per angelos ſanctos. Non enim immediatè data eſt Ioan. 2
à deo ſicut euangelium, ſed mediãtibus angelis, vt etiã
Stephanus in Actis dixit: Vel per angelos, id eſt, Mo- Act. 1
ſen, Aaron & alios legis miniſtros, qui angeli per Ma-
lachiã vocantur, & ex eorum ore lex domini eſt requi
renda. Sic Apoſtolus mulieribus præcipit caput velare, 1. Cor.
propter angelos, id eſt, ſacerdotes. *in manu mediatoris*, 11.
id eſt, in poteſtate Chriſti: quia dominus eſt filius ho Matt. 12
minis etiam ſabbathi. Qui ſic medius eſt inter legẽ & Luca 6
euangelium, vt illius finis, teſte Apoſtolo, & huius ſit Rom 10
initium. Sic medius interponens ſe inter deum & ho- Roma. 3
mines: vt ipſe naturã vtramque in ſe complecteretur,
vtramq; alteri conciliaturus. *Mediator autem vnius non*
eſt, ſcilicet populi. Nã eſt mediator Iudæorum & gen-
tium, quia ſaluator eſt omnium in ſe credentium. Nam
quãuis lex data vnius populi tantũ ſit: Quia non fecit Pſ. 147
taliter omni nationi, & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis.
Nec vlla gens tã inclyta fuit quæ haberet cæremonias, Deut. 4
iuſtâq; iudicia & vniuerſam legem, ſicut Iudæi: Nihilo- Epheſ. 2
minus, mediator nõ eſt vnius populi, ſed vtrunq; vnũ Tit. 2
facit populum acceptabilem, ſectatorem bonorũ ope- Roma. 8
rum impietate & ſecularib. deſideriis abnegatis, & vnũ
corpus ſuum myſticum. Vnde nõ ſolùm Iudæorum ſed
etiã gentiũ deus eſt & mediator Chriſtus Ieſus & pro-
piciator & reconciliator & arbiter. Et quãuis mediator
nõ ſit vnius populi, eſt tamen vnus, id eſt ſufficiens: quia
Deus ſuper omnia benedictus in ſecula, Amen. Vel ſic Roma. 9
lege textum hunc: Lex poſita eſt in manu mediatoris
ſiue Chriſti. qui mediator eſt, nõ inter deum & deum,
quia deus vnus eſt: ſed inter homines & deum. Quia

mediator vnius non eſt,ſed inter duos. Et ipſe eſt vnus
deus cum patre & ſpiritu ſancto. Nõ in vnius ſingula-
Roma. 5 ritate perſonæ, ſed in vnius trinitate ſubſtantiæ. Quia
cũ inimici eſſemus deo recõciliati ſumus deo per me-
Ioan. 1 diatorem hunc, ſecundum humanã naturã, in qua por-
Pſal. 68 tauit peccata mundi, & quæ nõ rapuit, exoluit. Vel ter-
tiò ſic accipe: Lex poſita eſt in manu mediatoris: Quæ
Pſ. 147 licet ſolis Iudæis ſit data, tamẽ mediator Chriſtus Ie-
ſus, nõ eſt vnius populi arbiter, ſed duorum. Ipſe enim
eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, medium parietem
Epheſ. 2 macerię ſoluendo, inimicitias in carne ſua legem mã-
datorum decretis euangelicis euacuans, & Iudæos &
gentes in fide Chriſti vniens, recõcilians & pacificans.
Pſal. 67 Nam modò vnius moris in domo Dei (quæ eſt eccleſia)
habitant, & cor vnum & animam vnã habent. Idipſum
omnes ſapiunt, ſentiunt & dicunt omnes in alterutrũ
ſecundũ Ieſum Chriſtum, & vnanimes vno ore hono-
rificant deum. Sunt vnũ ſicut & mediator noſter vnus
deus eſt, cum patre & ſpirituſancto. Proinde Chriſtus
mediator eſt inter hominem & deum, inter hominẽ &
hominẽ, Iudæos & gentiles, inter homines & angelos,
Heb. 7. & pacificans quæ in cœlis & quæ in terris ſunt, per ſan-
9. guinem crucis. *Lex ergo aduerſus promiſſa dei?* Hic ponit
Epheſ. 2 ſecundam cauſam datæ legis, quæ eſt omnium ſub pec-
Rom. 3. cato cõcluſio. Et dicit: quòd lex nõ eſt inimica & con-
4. traria promiſſioni diuinæ: ſed magis eam cõfirmat, dũ
Roma. 3 & ſub vmbris figurarum, & vatum diſertis verbis pro-
miſſionis impletionem per Chriſtum faciendã denun-
ciat. *Abſit* ergo vt lex promiſsionem dei euacuet, quaſi
per legem mereri poſsit promiſsionis impletionẽ & per
eam eſſet iuſtificatio, benedictio, & hæreditatis æternę
cõſecutio, Si enim lex præſtaret vitam, & id quod pro-
miſsio ſpoponderat dare valeret, vtiq; per legẽ promiſ-
ſio Abrahæ facta, putaretur. vnde ſubdit, *Si enim data
eſſet lex quæ poſſet viuificare:* gratiã, iuſtitiam, benedictio-
Matt. 25 nem & vitam æternam cõferre *verè*, & nõ ſolùm opi-
Matt. 13 natiuè *ex lege eſſet iuſticia* infuſa, quæ dignum facit vita
Pſal. 36 æterna, iuxta illud: Iuſti intrabunt in vitã æternam: &
fulgebunt ſic vt ſol in regno cælorum, Iuſti hæredita-
bunt terrã viuentium, & inhabitabunt in ſeculum ſe-
Pſ. 171 culi, ſuper eã, Ibi eis retribuetur corona iuſticiæ, ſecun-
dum iuſtitiã fidei eorum, & ſecundũ puritatem manuũ

eorum retribuetur eis. Sed ex lege non eſt iſta fidei iuſticia. Sed potius *concluſit ſcriptura*, hoc eſt, lex ſcripta, quæ ſolummodo habet literã occidentem, & non confert ſpiritum viuificantem, *omnia ſub peccato*. Idem dicit ad Romanos: Concluſit deus omnia in iniuſtitia, vt omniũ miſereatur. Omnes peccauerunt & egent gloria dei, notis peccatis concluſi & vinculis per legem, vt ſe excuſare nõ poſſint, ſed quærant miſericordiam dei & exuberantem gratiam Chriſti. Concluſit omnia ſub peccato, hoc eſt, oſtendit omnes homines cõcluſos eſſe ſub peccato. Data eſt lex nõ vt peccatã auferret, vel ſanaret vulneratos à latronibus: ſed vt ſub peccato omnia cõcluſa oſtenderet. Data eſt, vt ægrũ de morbo cõuinceret, qui ſibi ſanus & nullius ſibi conſcius videbatur, vt vulnera oſtenderentur, nõ ſanarentur. Et vt conuictus, medicũ ſalutis, verum Samaritanũ quæreret: qui ſolus ſanat cõtritos corde, & alligat omnes cõtritiones eorũ. Ipſe ſolus (nõ ſacerdos aut leuita) propiciatur omnibus iniquitatibus ad ſe venientium: & ſanat omnes infirmitates eorum. Nã phariſæi qui ſanos ſe falsò arbitrabantur, & ſeipſos iuſtificabant, cùm eſſent in veritate abominabiles increduli & inſtar ſepulchrorum intus pleni hypocriſi & omni iniquitate, malicia, auaritia, nequitia, & ſentinæ omnium viciorum, medicũ aſpernabantur. Vnde dixit medicus: Non egent qui ſani ſunt (ſua falſa æſtimatione) medico ſed malè habẽtes, & qui ſe peccatores agnoſcunt: ideo nõ veni vocare falſos iuſtos, ſed humiles peccatores, ad pœnitentiã. Ideo etiam publicani & peccatores notorij hoc genus phariſæorũ præceſſerũt in regno cœlorum, quia illi humiliter pœnitentiam egerunt: hi ex ſuperbia in ſtercoribus ſuis iumentorum inſtar cõputruerunt. Quia qui negat ſe infirmum, negligit medicum. Ergo in natura noſtra quã aſſumpſit, laudemus creatorem, & propter peccata noſtra, ſaluatorẽ quæramus. Et ſi quis amplius quæreret, cur ergo data eſt lex? Reſpondet, *vt promiſſio*, id eſt, gratia, iuſtitia, benedictio & hæreditas promiſſa, *ex fide*, id eſt, per fidẽ viuam, id eſt, ſanã & formatam *Ieſu Chriſti*, qui plenus eſt gratia & veritate, & non per legẽ infirmam & inutilem: vel legis egena & infirma elementa, *daretur credentibus*, in eum & diligentibus eum opere & veritate. Qui ſic credit in eum, non perit, ſed habet vitã

2. Cor. 3
Roma. 11
Roma. 3
Luca 10
Marc. 9
Luca 5
Pſ. 102
Pſ. 129
Luca 16
Matt. 23
Matt. 9
Luca 5
Matt. 21
Ioan. 1
Ephe. 3

æternam. Et per fidem hanc Chriſtus habitat in corde
eius. Obiter etiã nota quòd lex data eſt vt deus verus
cognoſcatur & colatur, vt Iudæi ab idololatria reuoca-
Exod. 20 rentur: vnde in legis datione idololatria prohibetur, vt
virtutes per eam docerentur: quia doctrinam bonã dat,
vt peccata per eam manifeſtarentur: Per legem cogni-
Roma. 3 tio peccati. Ad punitionẽ item peccatorum, vt hîc ha-
Act. 15 bes. Ad eruditionẽ de Chriſto, quia pædagogus noſter
fuit, vt ſuperbi domarentur. Sic eſt onus importabile.
Propter ſignificationem futurorum bonorum. Propter
diſtinctionem Iudæorum à gentilibus. Non fecit taliter
Hebr. 10 omni nationi. Propter humanæ infirmitatis oſtenſio-
nem, & medici inquiſitionem. Propter gratiæ & om-
nium bonorum per Chriſtum faciendorum, manifeſta-
tionem & teſtificationem. Propter modum quo verus
deus colitur & honoraturac ei ſeruitur, expreſſionem.

DOMINICA XIII. POST PENTECOST. IN EVANGEL.

Matth. vij. Sermo.

Malac. 4

VT ſol iſte viſibilis oriens mundo in altiſſimis diei, claritate ſua mũdum illuminat, mortua viuificat calore ſuo omniáq; florere, germinare, & fructus facere facit acceſſu ſuo, & ſua virtute: ſic ſol iuſtitiæ,
Luca 1 Chriſtus Ieſus, viſitans nos & oriens ex alto, natúſque
Galat. 4 in plenitudine tẽporis ex virgine Maria, omnibus bo-
Ioan. 1 nis nos repleuit Ipſe omnem hominem in hunc mun-
Hebr. 10 dum venientem illuminat, cùm ſit lux mundi vera, te-
nebrarum variationem non habens. Mortua viuificat,
arida rore cœleſti & pluuiæ gratiæ ſuæ multiformis
fœcundat, vt fructum plurimum adferant, qui perma-
net in vitam æternam. Poſuit Deus olim tenebras fi-
gurarum legis, quæ bonorum noui teſtamenti vmbræ
fuerunt, non ipſam imaginem rerum habebant, & facta
eſt eo tẽpore nox obſcura legis, vt erat aqua tenebro-
ſa, hoc eſt, veritas occulta, in nubibus aeris, hoc eſt, in
Exod 34 legalibus typis & prophetarum oraculis. Velamẽ erat
pontum ſuper faciem Moſi, dum populo loquebatur. In
ipſa autem pertranſibant omnes beſtiæ ſyluæ, hoc eſt,
dæmones, tenebrarum principes & rectores, pertranſi-
bant

bant tunc & circuibant terram tanquam leones rugientes,quærentes quos deuorare poſſent, multos,imò fermè omnes, à Deo & veri Dei fide & cultu ad idololatriam traxerant, multos etiam corporaliter obſidebant,affligebant horribiliter,torquebant crudeliter, & inſtar Pharaonis, callidè oppreſſerunt ſeruitute dura. In palea enim vanitatis & ſuperbiæ, in luto luxurię, in lateribus auaritię ei ſeruiebant omnes. Sed & præfecti eius, hoc eſt, dæmones cæteri ſub Lucifero, qui regnis, terris & hominibus ſingulis, ad deceptionem & damnationem promouendam prælati ſunt,tum mundi huius potentibus, qui bonos à deo reuocare conantur, blanditiis & minis, donis & tormentis.malos in malo fouent, tuentur & retinent. Illi præfecti Pharaonis, oneribus peccatorum grauiſſimis affligebant ſubiectos diabolo, viciis ſeruientes & voluptatibus. At pater miſericordiarum, & omnis conſolationis Deus, videns calumnias quę ſub ſole fiebant, & lachrymas innocentium, & neminem conſolarorem, nec poſſe homines dæmonum reſiſtere violentię, & cunctorum auxilio deſtitutos, miſericordia motus eſt: commota quippè ſunt viſcera eius ſuper filiis ſuis, & dixit ad angelos ſanctos, pueros ſuos,qui ſecum erant in cubili & quiete cœli: Miſereor ſuper turbam quia vexantur à ſpiritibus nequam, & iacent ſicut oues quæ non habent paſtorem, inter quas lupus graſſatur, diſpergit, mactat & perdit Et quamuis offenſus eſſet, quamuis iratus nobis propter Adę piaculum, non tamen obliuiſci potuit miſericordię ſuę,nec potuit in ira ſua continere miſericordias ſuas, dicente propheta: Cùm iratus fueris, miſericordię recordaberis.Deus ergo pater,qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos,cùm adhuc peccatores eſſemus & inimici eius ſecundum tempus,filium ſuum vnigenitum miſit in mundum, vt mundus ſaluaretur per ipſum Filius autem,cuius cibus eſt vt faciat voluntatem patris, & qui ea quæ beneplacita ſunt patri, facit ſemper, ſicut mandatum ei dedit pater, ſic ſemper fecit. Factus proinde homo, & habitans in nobis, exultauit vt gigas ad currendam viam mandatorum Dei: Et fortis & potens in prælio, fortem illum deuicit, qui mundum tenebat captiuum,

Marginal notes: Exod. 1 — Pſal. 76 — Abac. 3 — Ioan. 4 — Pſal. 18

alligauit,vaſa eius diripuit, ſpolia diſtribuit. Tunc eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum ſuum.In ipſo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum,Salutem habemus in Chriſto ex inimicis noſtris,& de manu omnium qui oderunt nos.

Col.1 Nos autem de manu inimicorum noſtrorum per ipſum liberati,hanc ei viciſſitudinem reddère debemus,vt ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia, omnibus dieb. no-

Luc.7 ſtris.Et diligamus eum,quia ipſe prior dilexit nos In

Act.12 hoc ergo apparuit filius Dei,interim quod in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt,vt diſſolueret opera diaboli,vt eum foràs eiiceret,ac deſtrueret eum qui mortis habèbat imperium.id eſt,diabolū,& liberaret per mortem ſuam eos qui timore mortis pèr totam vitam hanc obnoxij èrant ſeruituti diaboli & peccati. De hac benignitate Dei patris dicit euāgelium. *Exiens*

1.Cor.1 *Ieſus de finibus Tyri & Sidonis* qui prius exiuit à patre, & venit in mundum quærere & ſaluum facere quod perierat.In finibus autem illis filiam mulieris gentilis à

Mat.11 dæmonio liberauerat *venit ad mare Galilaæ*, ſicut ſcri-

Heb. 10 prum eſt Ieſus pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo,*inter medios fines Decapoleos.* Iſta

1.Tim. 2 ad certitudinem rei geſtæ faciendam adducuntur *& adducunt ei*,qui dixit,Venite ad me omnes qui laboratis &

Ephe.3 onerati eſtis,& ego reficiam vos. Adducunt ei in plenitudine fidei,quia accedentem ad Deum credere oportet.Crediderant quippe quòd poſſet,quòd ſciret, quòd vellet eum liberare,Poſſet,quia cum patre omnipotens eſſet:quòd ſciret,quia ſapientia altiſſimi Dei patris eſſet Quòd vellet,quia natura bonus & amans animas eſſet Tantam quippe poteſtatem Deus pater homini Chriſto dedit,ideo Dei virtus eſt,In eo omnes theſauri ſapientiæ Dei erant abſconditi,plenus gratia & veritate:ideo ſapientia vocatur,quæ ex ore altiſſimi prodiit. In eo item omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit.vnum cum patre fuit.Pater in eo & ipſe in patre:ideo voluit omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem ſui nominis peruenire Adducunt ergo ei *ſurdum & mutum* In eo fiduciam habentes,& acceſſum in confidentia bonitatis illius per fidem eius, Adducentes autem illi,aut apoſtoli fuerunt, aut homines terræ illius,vicem obſeſſi hominis dolentes.Nam ſpiritus nequam

quam, obſeſſo non permiſit vt per ſe accederet ad Chri ſtum. Ideo aliorum adiutorio, credentium in Chriſtum & fiduciam in miſercordia eius habentium, adducitur. Ideo dicitur: Obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos, & curauit eos. Hic apparet quantum valeat bonorum interceſſio, non viuentium ſolummodo in hac vita mortali, ſed etiam in vita vera, tanto verius quanto felicius, Neque mortui dicendi ſunt, qui viuunt in deo & cum Chriſto, & pro miſeriis plena vitam omnibus bonis exuberantem commutauerunt. Pudefiant Lutherani, qui cum Chriſto regnantium, licet vna ſtola indutos nos interceſſione conantur ſpoliare. Non eſt Deus mortuorum (etiam ſi rumpantur) ſed viuorum. vt atteſtatur ſcriptura. Nec hoc ignorat Satanæ ſynagoga, eccleſia malignantium, ſed cum malicia & tabeſcente inuidia iter habentes, manum ſuam cum Iſmahele contra omnes bonos, ac omnia quæ pietatem, ſanctimoniam, pacem bonos mores, bonam vitam, diſciplinam & ſalutem promouent, extendunt, impiè atque impugnent *& deprecabantur eum vt imponeret illi manum* in qua erat virtus ad ſanandos omnes languores, & omnes dæmones expellendos. Nec id mirum, quoniam Deus erat in Chriſto. Profectò, ſi Deus virtutes multas, ſigna item & prodigia fecit in plebe per manus apoſtolorum, imò ad tactum vmbræ Petri apoſtoli omne genus morborum fugabatur, Et dum ſudaria & ſemicinctia Pauli langores curabant, & effugabant dæmones, nemo arbitror dubitabit in manibus Chriſti, quid diuinū latuiſſe Fiat obſecro manus tua, vt ſaluet me. Per iſtum obſeſſum, quilibet peccator intelligi poteſt, qui verè obſeſſus eſt à diabolo. Aliqui enim corporaliter, obſidentur tantùm à diabolo, vt diuus Auguſtinus libro 22. de ciuitate Dei dicit c. 22 & vltimo. quod diabolus aliquos paruulos ſacra baptiſmatis nuda ablutos, corporaliter vexat, qui ſi in ætate tenera mortem guſtarent nihil ex hoc damnationis vel periculi haberent Hoc modo Sara virgo ſancta & decora nimis, dæmonium apud ſe habuiſſe creditur, quod angelus Raphael appræhendit ac in deſertum ſuperioris Ægypti relegauit. Hoc modo vir quidam ſanctus certis diebus à ſpiritu malo affligebatur

Marc. 16 · *Apoca. 6* · *Mat. 28* · *Marc. 12* · *Exod. 3* · *Apo. 2* · *2. Cor. 5* · *Act. 5.* · *Act. 9* · *Pſ. 15*

batur,quod dominum deprecando obtinuit, vt ſic magnitudo ſanctitatis eius non extolleret eum. Atque eius rei gratia,angelus Satanæ apoſtolum colaphiſauit. Alij ſpiritualiter tantùm à dæmonibus obſidentur,vide licet peccatis mortalibus obnoxij.Nempe, quos inflat ſuberbia, erigit ambitio,tabefacit inuidia, ira inflammat,furor præcipitat,pigritia eneruat, auaritia ſollicitat,diſcordia ſeparat, luxuria inquinat, gula habetat, voracitas grauat, ebrietas infatuat. Sic à ſeptem
1.Co.12 dæmonibus Magdalena aſtruitur liberata, quia omnibus vitiis erat plena. Septenario enim vniuerſitas ſignificatur. Rom.6.Luc.8.quia à vitiis capitalibus fuit abſoluta. Iſti tanto periculoſius à ſpiritibus nequam obſeſſi ſunt, quanto anima corpori præſtat, Tanto damnabilius,quanto vtilia hæc minus aduertuntur, pro nihilo reputantur,minoris periculi & damnationis cenſentur.Vel quanto communiora ſunt,& quanto plures habent in his laudantes,& in rebus peſſimis deſideriiſque prauis eos laudantes,palpantes,placentia eis loquẽtes.Videmus certè, quòd ſi obſeſſus aliquis reperitur, qui malè à dæmonio vexatur:vt filia Chananææ, huic omnes compatiuntur,omnes vicem eius dolent, omnes vt Deus miſereatur illius orant,multi vt liberetur nullum non lapidem mouent,omnes vias implorant, nul-
Mat. 15 lis ſumptibus,labori nullo parcunt.Et id bene quidem, iuſtè ac debitè fit,atque charitatis hoc regula depoſcit & pietatis.At quotuſquiſque eſt,qui ſic animæ malè habenti,vitiis deditæ,peccatis maculatæ, nexibus ſcelerum à dœmonibus conſtrictæ,ad ſuas voluntates malas faciendas compatiatur,ſic pro ea ſit ſollicitus vt liberetur?Horrenda in Deum peccata fieri videmus de die in diem,homines à vera fide abduci.augeri mala, crebreſcere ſcandala, corrumpi mores bonos, innocẽtiam probro dari derideri iuſtos, recedentes à malo patere prædę. Audimus Dei blaſphemias,proximorum contumelias,ſuſurrationes Deo odibiles,murmurationes grauiſſimas,& id genus vicia ſceleraque horrenda,quæ nemo facit,niſi ex patre diabolo ſit,niſi intrauerit in eum Satanas,vt in Iudã proditorem.Eiuſmodi ſcelera iſti faciunt,qui ambulant ſecundum ſeculum huius mundi, ſecundum proincipem poteſtatis aeris huius ſpiritus,qui operatur in filiis diffidentiæ,vel contumacibus, vt Eraſ-

mus legit,conuerſando in deſideriis carnis, faciendo voluntatem carnis & cogitationum. Hinc Paulus vni dixit,qui venditus erat ſub peccato,vt faceret malũO plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ,non deſinis ſubuertere vias rectas. Quis hæc & grauiora iſtis audiens & videns, percipit corde? Quis de ſcandalis iſtis vritur? Quis luget eos qui peccant,& non agunt pænitentiam? Quis triſtitiam magnam & dolorem continuum in corde ſuo habet de ipſorum qui obſeſsi ſunt perditione? Qui optat anathema eſſe à Chriſto,vt ipſorum ſaluti & lucro poſsit intẽdere? Quis eos iterum parturit donec formetur Chriſtus in eis? Quis hoc adducit ad Chriſtum, orando pro ipſis in ſalutem vt fecit Apoſtolus? Quis docet eos viam ſalutis? Quis ſuo ſancto exemplo eis viam oſtendit,& præcedit ad Chriſtum? Quis prædicat eis verbum,& inſtat opportunè & importunè? arguendo, obſecrando & increpando,in omni patientia & doctrina? Quis dolet de eorum perditione & malitia,qua itur ad perditionem,ſicut mater mœrore afficitur, cùm filius eius animam exhalat in ſinu ſuo,aut fame deficit,ſicut vulneratus? Hæc eis ſigna amoris non oſtendimus,'quia carnem eorum ad mala à iuuentute propenſam,nõ animas eorum, Dei imagine inſignitas, diligimus. In hanc heu ſumus inſaniæ abyſſum prolapſi,adeo non ſapimus quæ Dei ſunt,ſed potius quæ carnis ſunt & mũdi vt animæ lucra & ſalutem habeamus ferme pro nihilo, nec pili facimus. Pro corporis ſanitate,mare circuimus & aridam,in medicos omnem noſtram erogamus ſubſtantiam, Animæ autem ſalutem, nec dono accipere volumus Et quod peius eſt,diabolum in corde malorum fouemus Sed id quomodo fiat audi: Qui maleuolis malum conſilium tribuũt,vt Achitofel, Ionadab & Balaam,qui lactant peccatores, Prouerbi 1. & 16. Qui laudant peccatores in deſideriis animæ ſuæ, & iniquos benedicunt, qui lætificant reges in ſua malitia,& in mendaciis ſuis principes: Prædicatores,qui hominibus vident falſa,qui eis loquuntur placentia, qui auribus pruriunt,qui eos benedicendo decipiunt,& viam greſſuũ eorum diſsipant. Qui non aperiunt iniquitatem & peccata populo, vt eum ad pœnitentiam prouocent. De quibus copioſus eſt Hieremias,maxime c. 4. & 5. & 22.

Act. 13
Eſai. 57
2. Co. 11
Rom 9
Gal. 4
Rom. 10
Phili. 3
Threno. 2
Rom. 7
Rom. 8
1. Re. 16
Eſai. 30
Eſai 3

8.22.& 38.Iſti conſuunt puluillos ſub omni cubito manus,& faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas &c.Ezechi.13.Iſti ſunt pſeudoapoſtoli,operarij ſubdoli,Lupi rapaces, ouium exuuiis ne cognoſcantur,operti,pſeudochriſti & prophetæ : Magiſtri mendaces,duces cæci fabricatores mendaciorum, & cultores peruerſorum dogmatum,Iſti blandis fictiſque
1.Co.11 ſermonibus loquuntur amicis ſuis,ſed rete diaboli ex-
Mat.7 pandunt pedibus eorum , Sic qui derelinquunt legem,laudant impios,& ducunt eos per viam non bonam:Quæ licet eis videatur iuſta , recta & bona , nouiſſima tamen eius ducunt ad mortem.Hæc paulo locupletius extenderim,vt periculis tantis conſideratis, ſi qui in peccatis ſunt.mox à diaboli laqueis reſipiſcant & apprehendant ſemitas vitæ.Alioqui veniet dominus illorum citò die videlicet qua non ſperant,& hora qua neſciunt,& diuidet eos,partémque eorum cum infideli bus ponet.Et timeo multum , vt paucos iam homines corporaliter obſideat & affligat,hanc eſſe cauſam præ-
Phil 2 cipuam,quòd ſpiritualis eius obſeſſio minus curetur, minus expaueſcatur, nihilque in ea periculi eſſe credatur & damnationis.Callidus eſt ſerpens iſte,antiquus,ideo commodis ſuis mira vafricie proſpicit ſem-
Luc.11 per.Tertij ſpiritualiter obſidentur & corporaliter ſimul quod terroris plenum eſt & periculi. Et forſitan talis erat,quem euangelium,quod habemus in manu, dicit domino oblatum.Ipſe autem miſerator & miſericors dominus eſt,qui deſcendit de cælis vt nos eriperet de poteſtate tenebrarum, & dura ſeruitute qua premebamur Pharaonis:Qui in ſimilitudinem hominum factus eſt & per omnia fratribus aſſimilatus, ſine peccato , vt miſericors fieret & fidelis pontifex apud Deum. Et in
Heb.4. eo in quo paſſus eſt ipſe & tentatus à diabolo & membris filiiſque eius,potens & volens eſſet,eis qui tentantur,auxiliari. Non enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris.Sed quomodo miſeretur pater,filiorum,ſic miſeretur dominus timentibus ſe,quoniam ipſe cognoſcit figmentum & fragilitatem noſtram.Ideo appræhendens eum de turba ſeorſum.Hic ob oculos nobis benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri ponitur.Qua non ex operibus iuſtitiæ quæ feciſſet obſeſſus,ſed ſecũdũ miſericordiam ſuã magnam

&

& multam,ſaluum fecit eum Sed modus quo eum ſanum,fecit obſeruatu dignus eſt, ſalutaribus etiamnum affatim exuberabat,inſtitutis.Appræhendit eum, quia vt nos à dominatu maligni vindicaret,ſemen Abrahæ, *Heb* 2
non angelos appræhendit.Appræhendi manum tuam, & ſeruaui te,dicit dominus. Alterum eſt, ſequeſtratiõ eius ſeorſum de turba.Vt hoc modo vanam gloriam nos doceat fugere.Confuſi enim ſunt qui hominibus *Eſai.* 42
placent,& videri ab hominibus appetunt. Et vt innuat quòd principium ſanandæ mentis,eſt à turbis cogitationum & occaſionum peccandi ſe ſegregare dolentem. *Turba.*
Et vide quam multos turba impedit: à videndo & ſequendo Chriſtum.Hæc impediuit languidum ne mota aqua primus in eam deſcendere poſſet & ſanari. Paralyticum impediuit,nec ad Chriſtum accedere poſſet. Impediuit cæcum in via ne Chriſti miſericordiam interpellaret,Zachæum item ne Chriſtum videret. Puel- *Pſ.* 52
læ reſuſcitationem retardauit, parentibus & fratribus Chriſti, ne ad eum accedendi copiam haberent impedimento fuit, Chriſtum denique comprimit & moleſtat,ipſum etiam capere in regem laborat,qui vene- *Eccl.* 18
rat miniſtrare & humilitatis in ſe formam omnibus dare.Turba tandem non rectè ſenſit de Chriſto, murmurat de eo,dicit eum habere dæmonium,venit poſtremò cum Iuda perdere & capere filium Dei & hæredem,Ideo turba Deum non cognoſcit,& eſt maledicta. Rectè ergo Sapiens dixit:Ne oblecteris in turbis, nec immodicis:Aſſidua enim eſt commiſſio illorum. Recte etiam Chriſtus hunc de turba eduxit. Deinde miſit digitos ſuos in auriculas eius,in quibus erat virtus ſanatiua,ſicut ipſe dixit, Si in digito Dei eiicio dæmonia. *Luc.* 11
Quia digiti Dei ſignant diſtincta dona ſpiritusſancti, per quæ confertur mēti vt audiat quid in ea loquatur Deus,venaſque ſuſurrij eius percipiat.Digiti etiam ad operum pertinent diſtinctionem,& lex operum in tabulis lapideis digito Dei eſt literis deformata vel deſcripta. Recte ergo digitos in aures eius miſit, hoc ſignante ſpiritusſancto,quòd legem ſuam in tabulis cor- *Eccl.* 3
dis eius ſcriberet.vel potius obliteratam renouauit, vt ſciret quæ ei præceperat Deus,eaque faceret ſemper: Et ab eis neque ad dextram,neque ad ſiniſtram exorbitaret.Sic ei & aures ad audiendum verbũ Dei,& linguã
eius,

De iſtis annis cccexxx. vide Lyranum, vbi ponuntur anni cccc. vbi idem numerus ponitur à Luca, qui hic eſt digeſtus à Paulo. Iſti anni incipiendi ſunt à natiuitate Iſaac, vſque ad exitum filiorum Iſrael de Aegypto. à natiuitate enim Iſaac vſque ad natiuitatẽ Iacob, fluxerunt anni L X. Iacob autem erat annorum cxxx quãdo deſcendit in Aegyptum cum filiis ſuis. Inde vſque ad exitum filiorum Iſrael de Aegypto fluxerunt anni ccx ſecundum Hebræos. quibus ſimul iunctis fiunt anni cccc. præciſe, in quibus ſemen accola fuit in terra aliena, & non habuit in terra promiſſionis paſſum pedis, &c. Nõ ergo in promiſſione dictum eſt, quòd per legem eſſet benedictio, iuſtitiæ & hæreditatis æternæ acquiſitio, ſed per ſemen benedictum. Nam ſi hæc per legem dantur, fruſtra eſt ſemen promiſſum, & idipſum ſemen Ieſus Chriſtus fruſtra venit in mundum. Rurſus, ſi per legem eſt benedictio, Abraham dilectus, Iſaac ſanctus Iacob electus. & alij ante legem datam amici Dei, hac dei benedictione caruiſſẽt. Denique ſi lex ſola, nõ fides, iuſtificat, non eſt iuſtificatus Abraham, qui diu ante legem fuit (vt dictum eſt.) Quod quia cæci Iudæi, æmulatores legis (non ſecundũ ſcientiam) dicere non poſsũt, fateri coguntur etiam malis gratibus ſuis, non legis operibus hominem iuſtificari, ſed fide in Chriſtum. Similiter & nos ingenue fatemur iuſtos omnes qui deo placuerunt, ab initio, ex ipſa fide Ieſu Chriſti eſſe iuſtificatos. Ex quibus omnibus hoc ſequitur, quòd lex Moyſi, promiſſionẽ dei non infirmat, non euacuat, nec irritam facit, cum legem ipſam per cccexxx. annos præceſſerit. Falſa enim eſſet promiſſio, ſi ad ipſius impletionẽ lex requireretur. Et deus ipſe qui (nulla legis habita mentione) promiſit propter bonitatem ſuam & miſericordiam, non verax, ſed (quod nec cogitare quidem fas eſt) falſus inueniretur, & (quod impoſſibile eſt) mendax, Aſſertionem hanc ſuam Apoſtolus cõfirmans, addit. *Nam ſi ex lege* Moyſi *hæreditas*, id eſt, ex operibus legis datur hæreditas benedictionis gratiæ & beatitudo æterna. *iã non* daretur *ex promiſſione*, ſed ex alia cauſa. Et ita vana, nulla & euanida eſſet promiſſio Abrahæ facta à deo Vnde ad Roma. ait: Non enim per legem promiſſio Abrahæ & ſemini eius, vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Et iterum: Non ex lege promiſſio Abrahæ.

Marginal notes: Rom. 10. (beside "gem fuit (vt dictum eſt.)"); Heb. 11. (beside "placuerunt, ab initio"); Rom. 4 (beside "à deo Vnde ad Roma. ait").

Abrahę. Vnde hic ſequitur: *Abraha autem per repromiſsionem*, id eſt, per promiſſionem ſæpe factam, *donauit deus* iuſtitiam, benedictionem & hæreditatem, hoc eſt, per fidem Ieſu Chriſti, ſæpe promiſſi, & imitatoribus fidei ſuæ, qui Abrahæ filij ſunt & dicuntur, ſi faciũt opera eius, quantumlibet prius idololatræ impij fuerunt & longè à deo. Proponitur autem pater Abrahã vniuerſis in multis imitandus, ſicut à filiis chariſſimis, iuxta illud: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, videlicet. Primò, imitamini eum in fide ſua viua, vera & probata. Suo enim tempore omnes homines corrumpebantur, per idololatriam, & ſimul inutiles fiebant, creaturæ magis ſeruientes quã creatori. At ille in fide manſit ſtabilis, & in medio nationis prauæ & peruerſæ tanquam cœleſte quoddã luminare refulſit. Propter fidem hanc in ignem coniectus, diuina eum gratia protegente, illæſus ex igne exiuit. Deum trinum & vnum credidit, & in tribus angelis adorauit. Incarnationem Chriſti credidit, quia diem eius vidit & exultauit. Credidit item, quod ipſe redempturus eſſet Iſrael & ſaluaturus in regnum ſuum cœleſte Et quod in ipſo benedicendæ eſſent omnes gentes. Huic fidei eius dei benedictio correſpondet quaſi eius merces, quæ inter promiſſiones primo ponitur, ſicut in Geneſ cap. xij. expreſſa legitur. Vt autem fidẽ ipſius imitantes accipiamus benedictionem à domino, aduertamus fidem noſtram in deum tribus ornamentis fulciri debere, quæ ſunt: Operatio, dilectio, & impermutatio Nã ſine operibus bonis, fides mortua eſt. Sine dilectione, ficta, inanis & vana. Sine impermutatione, quia aliquĩ ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, incõſtans & deficiens eſt. Hæc latè extendi poſſunt. Secũdò Abraham imitari debemus in ſpe firma. Ille enim nihil de promiſſis dei dubitauit Sed contra ſpẽ, in ſpẽ, credidit, pleniſſimè ſciẽs, quia quæcunq; promiſit deus, potẽs eſt & facere Huic eius ſpei, diuina protectio correſpõdet, quæ ſecundum locum habet in promiſſione. Nã qui in ſolo deo ſpei ſuæ anchorã figit, diuina protectione ſe dignum efficit. Quia protector eſt omnium ſperantium in ſe. Vnde ad eum dominus dixit: Noli timere, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Hoc Heſter illa pulcherrima fecit, & Suſanna, ideo

Ioan. 8 · Ioan. 8 · Pſal. 13. · Roma. 3 · Gene. 12 · Gen 18 · Gen. 15 · Ioan. 8 · Iacob. 2 · 1. Cor. 13. · Luca 8. · Roma. 4 · Hebr. 11 · Hebr 6 · Gene. 15 · Heſt. 14

*Dan.*13 protectæ ſunt in tempore tribulationis,& cõfuſio nulla venit ſuper eas. Et hæc in pſal.xc. abunde teſtantur, maximè in tribus vltimis verſibus. Tria autẽ ſunt à Deo nobis benignè repromiſſa quæ ſine intermiſſione ſperare debemus: Nempè, omnium peccatorũ remiſſio.
Ezec. 18 Neceſſariarũ rerum ad vitæ vſum cõceſſio æternæ vi-
*Matt.*5 tæ retributio. Quia nõ vult mortem peccatorum. Scit
Matt. 25 quod illis indigemus. Parauit iuſtis regnum à conſtitu-
Gene. 12 tione mundi Hieruſalem cœleſtem &c. Tertiò imi-
*Hebr.*11 tandus eſt in exemplo ſuæ peregrinationis Omnia reliquit, & in locum iuit quem accepturus erat poſt annos cccc. in hæreditatem, & exiuit neſciens quò iret. Deinde famis tempore deſcendit in Ægyptum Et propter iſtam exitionem à patria ſua & peregrinationem, terram lacte & melle manantem accepit in poſſeſſio-
*Hebr.*11 nem. In hac peregrinatione imitamur eum, ſi nos ad-
1.*Petr.*2 uenas & peregrinos eſſe cognoſcimus ſuper terram,& abſtinemus nos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam.& per bona opera feſtinamus ingre-
*Hebr.*4 di in requiẽ nobis promiſſam Beati ſumus,& bene nobis erit, ſi optamus peregrinari à corpore, & præſentes
2.*Cor.*5 eſſe domino, & ſic interim quod incolatus noſter pro-
Gen. 12 lõgatur,per omnia ei placere ſtudemus. Quartò eius
*Gene.*17 obediẽtiam perfectam imitari debemus, quæ in multis
*Gene.*22 & arduis probata eſt. Nam parentes, amicos & omnia reliquit. Signum circumciſionis pœnaliſſimum accepit. Filium vnigenitum offerre voluit Horum primum erat laborioſum & triſte. Aliud doloris plenum & periculoſum. Tertium prorſus odioſum. Adeò tam magnus co-
Gen. 14. ram domino eſt factus. Quintò eum imitari debemus in munerum receptione, quia nec filum ſubtegminis de omnibus quæ regis Sodomorum erant habere voluit, iuſtus iſte manus ſuas excuſſit ab omni munere eo quòd munera excæcant oculos prudentum, & peruer-
*Deute.*16 tunt verba iuſtorum Qui facit hæc, in excelſis habita-
Exod. 23 bit. Samuel ille ſanctus & apoſtolus Paulus in hoc per-
1. *Re.*12 fectè ſunt illum imitati. Volens tranſeo multa,in mer-
Act 20 cedem autem huius æternam ei deus promiſit hæreditatem: in benedictione & poſſeſſione terræ promiſſio-
*Mat.*19 nis figuratam. Et quicũq; eum in hoc perfectè ſequuntur, hi centuplum accipient, & vitam æternã poſſidebunt. Ne quis hæc audiens fruſtra legem dei datam

exiſtimet,

exiſtimet,ideo ſequitur: *Quid igitur lex*, id eſt, ad quid fuit vtilis. Si ex lege non eſt iuſtitia, nec benedictio, nec hæreditas æterna, ſed ex fide? Et reſpondet: *Propter tranſgreſſionem poſita eſt.* Nam quamuis nō conferat innocentiam, tamen coercet peccandi licentiam. Punit enim tranſgreſſiones ſine miſericordia: vt tuta ſit inter improbos innocentia. *donec veniret ſemen* illud benedictum *cui*, id eſt, in quo Chriſto, *repromiſerat* deus pater ſalutē omnibus legitimis Abrahæ filiis & benedictionem. Et cùm Chriſtus iam venerit in nomine domini, lex amplius non eſt tenenda, quia gratia & veritas legis per Ieſum Chriſtum iam facta eſt & impleta, *ordinata per angelos* ſanctos. Non enim immediatè data eſt à deo ſicut euangelium, ſed mediātibus angelis, vt etiā Stephanus in Actis dixit: Vel per angelos, id eſt, Moſen, Aaron & alios legis miniſtros, qui angeli per Malachiā vocantur, & ex eorum ore lex domini eſt requirenda. Sic Apoſtolus mulieribus præcipit caput velare, propter angelos, id eſt, ſacerdotes. *in manu mediatoris*, id eſt, in poteſtate Chriſti: quia dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi. Qui ſic medius eſt inter legē & euangelium, vt illius finis, teſte Apoſtolo, & huius ſit initium. Sic medius interponens ſe inter deum & homines: vt ipſe naturā vtramque in ſe complecteretur, vtramq; alteri conciliaturus. *Mediator autem vnius non eſt*, ſcilicet populi. Nā eſt mediator Iudæorum & gentium, quia ſaluator eſt omnium in ſe credentium. Nam quāuis lex data vnius populi tantū ſit: Quia non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua nō manifeſtauit eis. Nec vlla gens tā inclyta fuit quæ haberet cæremonias, iuſtâq; iudicia & vniuerſam legem, ſicut Iudæi: Nihilominus, mediator nō eſt vnius populi, ſed vtrunq; vnū facit populum acceptabilem, ſectatorem bonorū operum impietate & ſecularib. deſideriis abnegatis, & vnū corpus ſuum myſticum. Vnde nō ſolùm Iudæorum ſed etiā gentiū deus eſt & mediator Chriſtus Ieſus & propiciator & reconciliator & arbiter. Et quāuis mediator nō ſit vnius populi, eſt tamen vnus, id eſt ſufficiens: quia Deus ſuper omnia benedictus in ſecula, Amen. Vel ſic lege textum hunc: Lex poſita eſt in manu mediatoris ſiue Chriſti. qui mediator eſt, nō inter deum & deum, quia deus vnus eſt: ſed inter homines & deum. Quia

Hebr. 10 · Matt. 12 · Luca 19 · Ioan. 12 · Ioan. 2 · Act. 7 · 1. Cor. 11. · Matt. 12 · Luca 6 · Rom 10 · Roma. 3 · Pſ. 147 · Deut. 4 · Ephes. 2 · Titi 2 · Roma. 3 · Roma. 9

mediator vnius non eſt, ſed inter duos. Et ipſe eſt vnus
deus cum patre & ſpiritu ſancto. Nō in vnius ſingula-
Roma.5 ritate perſonæ, ſed in vnius trinitate ſubſtantiæ. Quia
cū inimici eſſemus deo, recōciliati ſumus deo per me-
Ioan.1 diatorem hunc, ſecundum humanā naturā, in qua por-
Pſal.68 tauit peccata mundi, & quæ nō rapuit, exoluit. Vel ter-
tiò ſic accipe: Lex poſita eſt in manu mediatoris: Quæ
Pſ.147 licet ſolis Iudæis ſit data, tamē mediator Chriſtus Ie-
ſus, nō eſt vnius populi arbiter, ſed duorum. Ipſe enim
eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, medium parietem
Epheſ.2 maceriç ſoluendo, inimicitias in carne ſua legem mā-
datorum decretis euangelicis euacuans, & Iudæos &
gentes in fide Chriſti vniens, recōcilians & pacificans.
Pſal.67 Nam modò vnius moris in domo Dei (quæ eſt eccleſia)
habitant, & cor vnum & animam vnā habent. Idipſum
omnes ſapiunt, ſentiunt & dicunt omnes in alterutrū
ſecundū Ieſum Chriſtum, & vnanimes vno ore hono-
rificant deum. Sunt vnū ſicut & mediator noſter vnus
deus eſt, cum patre & ſpirituſancto. Proinde Chriſtus
mediator eſt inter hominem & deum, inter hominē &
hominē, Iudæos & gentiles, inter homines & angelos,
Heb.7.& 9. pacificans quæ in cœlis & quæ in terris ſunt, per ſan-
guinem crucis. *Lex ergo aduerſus promiſſa dei?* Hic ponit
Epheſ.2 ſecundam cauſam datæ legis, quæ eſt omnium ſub pec-
Rom.3.4. cato cōcluſio. Et dicit: quòd lex nō eſt inimica & con-
traria promiſſioni diuinæ: ſed magis eam cōfirmat, dū
Roma.3 & ſub vmbris figurarum, & vatum diſertis verbis pro-
miſſionis impletionem per Chriſtum faciendā denun-
ciat. *Abſit* ergo vt lex promiſsionem dei euacuet, quaſi
per legem mereri poſsit promiſsionis impletionē & per
eam eſſet iuſtificatio, benedictio, & hæreditatis æternę
cōſecutio. Si enim lex præſtaret vitam, & id quod pro-
miſsio ſpoponderat dare valeret, vtiq; per legē promiſ-
ſio Abrahæ facta, putaretur. vnde ſubdit, *Si enim data
eſſet lex quæ poſſet viuificare:* gratiā, iuſtitiam, benedictio-
Matt.25 nem & vitam æternam cōferre *verè*, & nō ſolùm opi-
Matt.13 natiuè *ex lege eſſet iuſticia* infuſa, quæ dignum facit vita
Pſal.36 æterna, iuxta illud: Iuſti intrabunt in vitā æternam: &
fulgebunt ſic vt ſol in regno cælorum, Iuſti hæredita-
bunt terrā viuentium, & inhabitabunt in ſeculum ſe-
Pſ.171 culi, ſuper eā, Ibi eis retribuetur corona iuſticiæ, ſecun-
dum iuſtitiā fidei eorum, & ſecundū puritatem manuū

eorum

eorum retribuetur eis. Sed ex lege non eſt iſta fidei iu-
ſticia. Sed potius *concluſit ſcriptura*, hoc eſt, lex ſcripta, 2. Cor. 3
quæ ſolummodo habet literã occidentem, & non con-
fert ſpiritum viuificantem, *omnia ſub peccato.* Idem dicit Roma. 11
ad Romanos: Concluſit deus omnia in iniuſtitia, vt
omniũ miſereatur. Omnes peccauerunt & egent glo- Roma. 3
ria dei, notis peccatis concluſi & vinculis per legem, vt
ſe excuſare nõ poſſint, ſed quærant miſericordiam dei
& exuberantem gratiam Chriſti. Concluſit omnia ſub
peccato, hoc eſt oſtendit omnes homines cõcluſos eſſe
ſub peccato. Data eſt lex nõ vt peccatã auferret, vel ſa- Luca 10
naret vulneratos à latronibus: ſed vt ſub peccato om-
nia cõcluſa oſtenderet. Data eſt, vt ægrũ de morbo cõ- Marc. 9
uinceret, qui ſibi ſanus & nullius ſibi conſcius videba- Luca 5
tur, vt vulnera oſtenderentur, nõ ſanarentur. Et vt con-
uictus, medicũ ſalutis. verum Samaritanũ quæreret: qui Pſ. 102
ſolus ſanat cõtritos corde. & alligat omnes cõtritiones
eorũ Ipſe ſolus (nõ ſacerdos aut leuita) propiciatur om- Pſ. 129
nibus iniquitatibus ad ſe venientium: & ſanat omnes
infirmitates eorum Nã phariſæi qui ſanos ſe falsò ar- Luca 16
bitrabantur, & ſeipſos iuſtificabant, cùm eſſent in veri- Matt. 28
tate abominabiles increduli & inſtar ſepulchrorum in-
tus pleni hypocriſi & omni iniquitate, malicia, auaritia,
nequitia, & ſentinæ omnium viciorum, medicũ aſper-
nabantur. Vnde dixit medicus: Non egent qui ſani ſunt Matt. 9
(ſua falſa æſtimatione) medico ſed malè habẽtes, & qui
ſe peccatores agnoſcunt: ideo nõ veni vocare falſos iu-
ſtos, ſed humiles peccatores, ad pœnitentiã. Ideo etiam Luca 5
publicani & peccatores notorij hoc genus phariſæorũ Matt. 18
præceſſerũt in regno cœlorum, quia illi humiliter pœ-
nitentiam egerunt: hi ex ſuperbia in ſtercoribus ſuis iu-
mentorum inſtar cõputruerunt. Quia qui negat ſe in-
firmum, negligit medicum Ergo in natura noſtra quã
aſſumpſit, laudemus creatorem, & propter peccata no-
ſtra, ſaluatorẽ quæramus. Et ſi quis amplius quæreret,
cur ergo data eſt lex? Reſpondet, *vt promiſſio.* id eſt, gra-
tia, iuſtitia. benedictio & hæreditas promiſſa, *ex fide*, id
eſt, per fidẽ viuam, id eſt, ſanã & formatam *Ieſu Chriſti*, Ioan. 5
qui plenus eſt gratia & veritate, & non per legẽ infir- Epheſ. 3
mam & inutilem: vel legis egena & infirma elementa,
daretur credentibus, in eum & diligentibus eum opere &
veritate Qui ſic credit in eum, non perit, ſed habet vitã

æternam. Et per fidem hanc Chriſtus habitat in corde eius. Obiter etiã nota quòd lex data eſt vt deus verus cognoſcatur & colatur, vt Iudæi ab idololatria reuocarentur: vnde in legis datione idololatria prohibetur, vt (*Exod. 20*) virtutes per eam docerentur: quia doctrinam bonã dat, vt peccata per eam manifeſtarentur: Per legem cognitio peccati. (*Roma. 3*) Ad punitionẽ item peccatorum, vt hîc habes. (*Act. 15*) Ad eruditionẽ de Chriſto, quia pædagogus noſter fuit, vt ſuperbi domarentur. Sic eſt onus importabile. Propter ſignificationem futurorum bonorum. Propter diſtinctionem Iudæorum à gentilibus. Non fecit taliter omni nationi. (*Hebr. 10*) Propter humanæ infirmitatis oſtenſionem, & medici inquiſitionem. Propter gratiæ & omnium bonorum per Chriſtum faciendorum, manifeſtationem & teſtificationem. Propter modum quo verus deus colitur & honoraturac ei ſeruitur, expreſſionem.

DOMINICA XIII. POST PENTECOST. IN EVANGEL.

Matth. vij. Sermo.

Malac. 4

VT ſol iſte viſibilis oriens mundo in altiſſimis diei, claritate ſua mũdum illuminat, mortua viuificat calore ſuo omniáq; florere, germinare, & fructus facere facit acceſſu ſuo, & ſua virtute: ſic ſol iuſtitiæ, (*Luca 1*) Chriſtus Ieſus, viſitans nos & oriens ex alto, natúſque (*Galat. 4*) in plenitudine tẽporis ex virgine Maria, omnibus bo- (*Ioan. 1*) nis nos repleuit Ipſe omnem hominem in hunc mun- (*Hebr. 10*) dum venientem illuminat, cùm ſit lux mundi vera, tenebrarum variationem non habens. Mortua viuificat, arida rore cœleſti & pluuiæ gratiæ ſuæ multiformis fœcundat, vt fructum plurimum adferant, qui permanet in vitam æternam. Poſuit Deus olim tenebras figurarum legis, quæ bonorum noui teſtamenti vmbræ fuerunt, non ipſam imaginem rerum habebant, & facta eſt eo tẽpore nox obſcura legis, vt erat aqua tenebroſa, hoc eſt, veritas occulta, in nubibus aeris, hoc eſt, in (*Exod. 34*) legalibus typis & prophetarum oraculis. Velamẽ erat poſitum ſuper faciem Moſi, dum populo loquebatur. In ipſa autem pertranſibant omnes beſtiæ ſyluæ, hoc eſt, dæmones, tenebrarum principes & rectores, pertranſibant

bant tunc & circuibant terram tanquam leones rugientes,quærentes quos deuorare poſſent, multos,imò fermè omnes, à Deo & veri Dei fide & cultu ad idolatriam traxerant, multos etiam corporaliter obſidebant,affligebant horribiliter,torquebant crudeliter, & inſtar Pharaonis, callidè oppreſſerunt ſeruitute dura. *Exod. 1* In palea enim vanitatis & ſuperbiæ, in luto luxurię, in lateribus auaritię ei ſeruiebant omnes. Sed & præfecti eius, hoc eſt, dæmones cæteri ſub Lucifero, qui regnis, terris & hominibus ſingulis, ad deceptionem & damnationem promouendam prælati ſunt,tum mundi huius potentibus, qui bonos à deo reuocare conantur, blanditiis & minis, donis & tormentis.malos in malo fouent, tuentur & retinent. Illi præfecti Pharaonis, oneribus peccatorum grauiſſimis affligebant ſubiectos diabolo, viciis ſeruientes & voluptatibus. At pater miſericordiarum, & omnis conſolationis Deus, videns calumnias quę ſub ſole fiebant, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem, nec poſſe homines dæmonum reſiſtere violentię, & cunctorum auxilio deſtitutos, miſericordia motus eſt: commota quippè ſunt viſcera eius ſuper filiis ſuis, & dixit ad angelos ſanctos, pueros ſuos,qui ſecum erant in nobili & quiete cœli: *Miſereor ſuper turbam quia vexantur à ſpiritibus nequam, & iacent ſicut oues quæ non habent paſtorem*, inter quas lupus graſſatur, diſpergit, mactat & perdit. Et quamuis offenſus eſſet, quamuis iratus nobis propter Adę piaculum, non tamen obliuiſci potuit miſericordię ſuę,nec potuit in ira ſua continere miſericordias ſuas, dicente propheta: *Cùm iratus fueris, miſericordię recordaberis.* *Pſal. 78* *Abac. 3* Deus ergo pater,qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos,cùm adhuc peccatores eſſemus & inimici eius ſecundum tempus,filium ſuum vnigenitum miſit in mundum, vt mundus ſaluaretur per ipſum Filius autem,cuius cibus eſt vt faciat voluntatem patris, & qui ea quæ beneplacita ſunt patri, facit ſemper, ſicut mandatum ei dedit pater, ſic ſemper fecit. *Ioan. 4* Factus proinde homo, & habitans in nobis, exultauit vt gigas ad currendam viam mandatorum Dei: Et fortis & potens in prælio, fortem illum deuicit, qui mundum tenebat captiuum, *Pſal. 18*

X 4 alligauit,

alligauit,vaſa eius diripuit, ſpolia diſtribuit. Tunc eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum ſuum. In ipſo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum, Salutem habemus in Chriſto ex inimicis noſtris,& de manu omnium qui oderunt nos.
Col. 1 Nos autem de manu inimicorum noſtrorum per ipſum liberati,hanc ei viciſſitudinem reddere debemus,vt ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia, omnibus dieb. no-
Luc. 1 ſtris. Et diligamus eum,quia ipſe prior dilexit nos In
Act. 12 hoc ergo apparuit filius Dei,interim quod in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt,vt diſſolueret opera diaboli,vt eum forâs eiiceret,ac deſtrueret eum qui mortis habebat imperium,id eſt,diabolū,& liberaret per mortem ſuam eos qui timore mortis per totam vitam hanc obnoxij erant ſeruituti diaboli & peccati. De hac benignitate Dei patris dicit euāgelium. *Exiens*
1. Cor. 1 *Ieſus de finibus Tyri & Sidonis* qui prius exiuit à patre, & venit in mundum quærere & ſaluum facere quod perierat. In finibus autem illis filiam mulieris gentilis à
Mat. 11 dæmonio liberauerat *venit ad mare Galilæ*, ſicut ſcri-
Heb. 10 ptum eſt. Ieſus pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo,*inter medios fines Decapoleos*. Iſta
1. Tim. 2 ad certitudinem rei geſtæ faciendam adducuntur *& adducunt ei*,qui dixit,Venite ad me omnes qui laboratis &
Ephe. 9 onerati eſtis,& ego reficiam vos. Adducunt ei in plenitudine fidei,quia accedentem ad Deum credere oportet. Crediderant quippe quòd poſſet,quòd ſciret, quòd vellet eum liberare. Poſſet,quia cum patre omnipotens eſſet:quòd ſciret,quia ſapientia altiſſimi Dei patris eſſet. Quòd vellet,quia natura bonus & amans animas eſſet. Tantam quippe poteſtatem Deus pater homini Chriſto dedit,ideo Dei virtus eſt. In eo omnes theſauri ſapientiæ Dei erant abſconditi,plenus gratia & veritate:ideo ſapientia vocatur,quæ ex ore altiſſimi prodiit. In eo item omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit. vnum cum patre fuit. Pater in eo & ipſe in patre:ideo voluit omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem ſui nominis peruenire. Adducunt ergo ei *ſurdum & mutum*. In eo fiduciam habentes,& acceſſum in confidentia bonitatis illius per fidem eius, Adducentes autem illi,aut apoſtoli fuerunt, aut homines terræ illius,vicem obſeſſi hominis dolentes. Nam ſpiritus nequam

quam,obſeſſo non permiſit vt per ſe accederet ad Chri ſtum Ideo aliorum adiutorio,credentium in Chriſtum & fiduciam in miſericordia eius habentium, adducitur. Ideo dicitur:Obtulerunt ei omnes maſe habentes, variis languoribus & tormentis comprehenſos,& qui dæmonia habebant,& lunaticos & paralyticos, & curauit eos.Hic apparet quantum valeat bonorum interceſſio, non viuentium ſolummodo in hac vita mortali, ſed etiam in vita vera,tanto verius quanto felicius, Neque mortui dicendi ſunt,qui viuunt in deo & cum Chriſto, & pro miſeriis plena vitam omnibus bonis exuberantem commutauerunt. Pudefiant Lutherani, qui cum Chriſto regnantium,licet vna ſtola indutos nos interceſſione conantur ſpoliare.Non eſt Deus mortuorum (etiam ſi rumpantur)ſed viuorum.vt atteſtatur ſcriptura Nec hoc ignorat Satanæ ſynagoga, eccleſia malignantium,ſed cum malicia & tabeſcente inuidia iter habentes,manum ſuam cum Iſmahele contra omnes bonos,ac omnia quæ pietatem,ſanctimoniam,pacem bonos mores,bonam vitam,diſciplinam & ſalutem promouent,extendunt,impiè atque impugnent *& deprecabantur eum vt imponeret illi manum* in qua erat virtus ad ſanandos omnes languores,& omnes dæmones expellendos.Nec id mirum,quoniam Deus erat in Chriſto. Profectò,ſi Deus virtutes multas,ſigna item & prodigia fecit in plebe per manus apoſtolorum,imò ad tactum vmbræ Petri apoſtoli omne genus morborum fugabatur,Et dum ſudaria & ſemicinctia Pauli langores curabant,& effugabant dæmones,nemo arbitror dubitabit in manibus Chriſti,quid diuinū latuiſſe Fiat obſecro manus tua,vt ſaluet me.Per iſtum obſeſſum,quilibet peccator intelligi poteſt,qui verè obſeſſus eſt à diabolo.Aliqui enim corporaliter, obſidentur tantùm à diabolo,vt diuus Auguſtinus libro 22. de ciuitate Dei dicit c.22 & vltimo,quod diabolus aliquos paruulos ſacra baptiſmatis nuda ablutos,corporaliter vexat, qui ſi in ætate tenera mortem guſtarent nihil ex hoc damnationis vel periculi haberent Hoc modo Sara virgo ſancta & decora nimis,dæmonium apud ſe habuiſſe creditur,quod angelus Raphael appræhendit ac in deſertum ſuperioris Ægypti relegauit. Hoc modo vir quidam ſanctus certis diebus à ſpiritu malo affligebatur

Marc. 16 · Apoca. 6 · Mat. 28 · Marc. 12 · Exod. 3 · Apo. 2 · 2. Cor. 5 · Act. 5. · Actu. 9 · Pſ. 15

mus legit, conuerſando in deſideriis carnis, faciendo voluntatem carnis & cogitationum. Hinc Paulus vni dixit, qui venditus erat ſub peccato, vt faceret malũ O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias rectas. Quis *Act. 13* hæc & grauiora iſtis audiens & videns, percipit corde? Quis de ſcandalis iſtis vritur? Quis luget eos qui peccant, & non agunt pænitentiam? Quis triſtitiam ma- *Eſai. 57* gnam & dolorem continuum in corde ſuo habet de ip ſorum qui obſeſsi ſunt perditione? Qui optat anathe- *2. Co. 11* ma eſſe à Chriſto, vt ipſorum ſaluti & lucro poſsit intẽ dere? Quis eos iterum parturit donec formetur Chriſtus in eis? Quis hos adducit ad Chriſtum, orando pro ipſis in ſalutem vt fecit Apoſtolus? Quis docet *Rom 9* eos viam ſalutis? Quis ſuo ſancto exemplo eis viam oſtendit, & præcedit ad Chriſtum? Quis prædicat eis ver *Gal. 4* bum, & inſtat opportunè & importunè? arguendo, obſecrando & increpando, in omni patientia & doctrina? *Rom. 10* Quis dolet de eorum perditione & malitia, qua itur ad perditionem, ſicut mater mœrore afficitur, cùm filius eius animam exhalat in ſinu ſuo, aut fame deficit, ſicut vulneratus? Hæc eis ſigna amoris non oſtendimus, quia *Phili. 3* carnem eorum ad mala à iuuentute propenſam, nõ animas eorum, Dei imagine inſignitas, diligimus. In hanc heu ſumus inſaniæ abyſſum prolapſi, adeo non ſapimus quæ Dei ſunt, ſed potius quæ carnis ſunt & mũdi *Threno. 2* vt animæ lucra & ſalutem habeamus ferme pro nihilo, nec pili facimus. Pro corporis ſanitate, mare circuimus & aridam, in medicos omnem noſtram erogamus ſubſtantiam, Animæ autem ſalutem, nec dono accipere *Rom. 7* volumus Et quod peius eſt, diabolum in corde malorum fouemus Sed id quomodo fiat audi: Qui maleuolis ma *Rom. 8* lum conſilium tribuũt, vt Achitofel, Ionadab & Balaam, qui lactant peccatores, Prouerbi 1. & 16. Qui laudant peccatores in deſideriis animæ ſuæ, & iniquos *1. Re. 16* benedicunt, qui lætificant reges in ſua malitia, & in mendaciis ſuis principes: Prædicatores, qui hominibus vident falſa, qui eis loquuntur placentia, qui auribus pruriunt, qui eos benedicendo decipiunt, & viam greſſuũ eorum diſsipant. Qui non aperiunt iniquitatem & *Eſai. 30* peccata populo, vt eum ad pœnitentiam prouocent. *Eſai 3* De quibus copioſus eſt Hieremias, maxime c. 4. & 5. & *32.*

& multam,ſaluum fecit eum Sed modus quo eum ſanum.fecit obſeruatu dignus eſt, ſalutaribus etiamnum aſtatim exuberabat,inſtitutis.Appræhendit eum, quia vt nos à dominatu maligni vindicaret,ſemen Abrahæ, *Heb 2* non angelos appræhendit.Appræhendi manum tuam, & ſeruaui te,dicit dominus. Alterum eſt, ſequeſtratiô eius ſeorſum de turba.Vt hoc modo vanam gloriam nos doceat fugere.Confuſi enim ſunt qui hominibus *Eſai. 42* placent,& videri ab hominibus appetunt. Et vt innuat quòd principium ſanandæ mentis,eſt à turbis cogitationum & occaſionum peccandi ſe ſegregare dolentem. *Turba.* Et vide quam multos turba impedit: à videndo & ſequendo Chriſtum.Hæc impediuit languidum ne mota aqua primus in eam deſcendere poſſet & ſanari. Paralyticum impediuit,nec ad Chriſtum accedere poſſet. Impediuit cæcum in via ne Chriſti miſericordiam interpellaret,Zachæum item ne Chriſtum videret. Puellæ reſuſcitationem retardauit, parentibus & fratribus *Pſ. 52* Chriſti, ne ad eum accedendi copiam haberent impedimento fuit, Chriſtum denique comprimit & moleſtat,ipſum etiam capere in regem laborat,qui venerat miniſtrare & humilitatis in ſe formam omnibus *Eccl. 18* dare.Turba tandem non rectè ſenſit de Chriſto, murmurat de eo,dicit eum habere dæmonium, venit poſtremò cum Iuda perdere & capere filium Dei & hæredem,Ideo turba Deum non cognoſcit,& eſt maledicta. Rectè ergo Sapiens dixit:Ne oblecteris in turbis, nec immodicis:Aſſidua enim eſt commiſſio illorum. Recte etiam Chriſtus hunc de turba eduxit. Deinde miſit digitos ſuos in auriculas eius,in quibus erat virtus ſanatiua,ſicut ipſe dixit, Si in digito Dei eiicio dæmonia. *Luc. 11* Quia digiti Dei ſignant diſtincta dona ſpiritusſancti, per quæ confertur mēti vt audiat quid in ea loquatur Deus,venaſque ſuſurrij eius percipiat.Digiti etiam ad operum pertinent diſtinctionem,& lex operum in tabulis lapideis digito Dei eſt literis deformata vel deſcripta.Recte ergo digitos in aures eius miſit, hoc ſignante ſpiritusſancto,quòd legem ſuam in tabulis cordis eius ſcriberet.vel potius obliteratam renouauit, vt *Eccl. 3* ſciret quæ ei præceperat Deus,eaque faceret ſemper: Et ab eis neque ad dextram,neque ad ſiniſtram exorbitaret.Sic ei & aures ad audiendum verbũ Dei,& linguã

eius,

eius,quas ei diabolus obſtruxerat, ſigno ſenſibili dignatus eſt reſerare.& expuens tetigit linguam eius.Ecce nouum linguæ malagma,à Samaritano vero confectum.In ſaliua quæ à capite deſcendit, ſapientia deſignatur,quæ ex ore altiſſimi prodiit. Iſta lingua tangitur,quia ſuper omnia membra neceſſe eſt quòd lingua per ſapientem regatur,ſanetur & ſanctificetur.Eſt enim
Eccle. 24 inquietum malum,plenum veneno mortifero. Modicum quidem membrum, ſed magna exaltat. Ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis:Maculat,ſi non regitur per ſapientiam veram,totum corpus.& inflammat rotam natiuitatis noſtræ,inflammata à diabolo.Bene ſputo linguam tetigit,quia Domini eſt gubernare linguam. In lingua ſapientia cognoſcitur.& ſciencia & doctrina in verbo ſenſati.Beatus proinde cui Dominus dat linguā eruditam,quæ ædificationem fidei & gratiam dat auditoribus,& omnem ſermonem malum non profert, & ſcit ſuſtentare.vel de lege domini erudire,eum qui laſſus eſt,& prope deficit,aut puſillo animo fit,in via Dei Sicut Dauid dixit,Dormitauit anima mea præ tædio:
Iacob.3 ſed confirma me in verbis tuis.Et hoc iuſtus verbo facit.Iuxta illud:Ecce docuiſti multos,& manus laſſas roboraſti.Vacillantes confirmauerunt ſermones tui,& genua trementia confortaſti,& ſuſpiciens in cœlum, vnde omne datum optimum,& omne donum perfectum à pa
Prou.16 tre luminum deſcendit.Inde enim mortuis vita, peccatoribus venia,iuſtis gratia,mutis loquela,ſurdis auditus
Pſ.118 inde cunctis infirmitatibus noſtris ſic docuit eſſe medelam quærendam.Ad te leuaui oculos meos,qui habitas
Iob.4 in cœlis,vnde veniet auxilium mihi.Quia auxilium meū à domino,qui fecit cœlum & terram Sic & in ſuſcitatione Lazari.Item in refectione turbæ,in cœlum aſpe-
Pſ.122 xit.Deinde,ingemuit.quod fuit humanæ diſpenſationis argumētum.Tum quod deſignaret quòd difficulter peccator verè ſanatur:cùm teſte Aurelio,maius ſit iuſtificare impium,quàm creare cœlum & terram Peruerſi
Ioa.11 difficilè corriguntur,Qui peruerſi cordis eſt, nō inuenit bonum.Omnia tamē ſunt Deo poſsibilia.Ingemuit
Eccl.1 qui etiam ſuper ciuitatē Hieruſalē fleuit, vt alias dixi
Pſ.73 vt nos doceret ꝙ laborare debemus in gemitu noſtro lauare per ſingulas noctes lectum noſtrum, lachrymis no-

noſtris ſtratum noſtrum rigare, affligere & humiliare nos nimis, rugire à gemitu, cordis noſtri. Ingemuit etiã compatiens miſerijs tantarũ calamitatum, in quas incidimus propter peccata noſtra. Flebat crebro ſuper hominibus qui afflicti erant, & compatiebatur anima eius pauperibus. Quo factum eſt, vt non ſolùm patienti membro omnia mẽbra compaſſa ſint, ſed & ipſe Chriſtus compaſſus eſt, caput Eccleſiæ ſuæ & membrorum ſuorum omnium. Poſt pietatis clementiæque inſignia, imperiũ ſequitur eius, qui habet claues uitæ & mortis. *Et ait illi*, ille cuius ſermo poteſtate plenus eſt: *Effeta*. hebraicum verbum eſt, ideo interpretationem eius addit, dicens: *quod eſt adaperire*. Mandauit auribus ſurdis, & apertæ ſunt; mandauit & loquebatur auribus Lazari. iam putridis & fœtentibus, & prodiit ligatus inſtitis. Mandauit calcitranti Apoſtolo contra ſtimulum, & minas ſpiranti, & aperuit aures eius, vt diceret: Domine quid me vis facere? Et nos oremus, vt Deus aperiat cor noſtrum, in lege ſua, & in præceptis ſuis, & in lege ſua. Væ illis qui aures habent, & non audiunt vocem incantantis, & inſtar aſpidis ſurdæ obdurant aures ſuas. Vel qui audiũt vocem quidem Domini, ſed non faciũt quæ dicit dominus, Imò auditum verbum ſtatim diabolus accipit de cordibus eorum. Vel cùm audiunt verbum dei, obdurant corda ſua, inſtar adamantis. Eorum oratio eſt execrabilis. Nec ſic oleum miſericordiæ eius ſtetit, manauit latius, *& ſtatim apertæ ſunt eius aures*. Statim enim vt Chriſtus verba hæc protulit, ſurdus audiuit. Ipſe dixit, & facta ſunt. Subeſt ei, cùm voluerit, poſſe. Oĩa quæcumque voluit fecit, in cęlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis, *& ſolutum eſt vinculum linguæ eius*, virtute ſaluæ Chriſti. Nam ſapientia os mutorum aperuit, & linguas infantium fecit diſertas. *& loquebatur rectè* rectè loqui, eſt ex virtute dictante loqui, recte loqui, eſt loqui prout ſpirituſſanctus dat eloqui magnalia Dei. Eſt ea loqui quæ gratiam & ædificationem fidei, ac morũ grauitatem, & vitæ ſanctitatem præſtant auditoribus. Eſt Dei laudes & pręconia reſonare. Hic de multiplici vinculo linguæ de variis peccatorum vinculis, multa dici poſſunt: In fine ſubditur præconiũ Chriſti pro dato munere & beneficio curationis. Inter hæc præmittitur præceptum humilitatis de tacendo, vnde dicitur

Et

Marginal notes: Ephe. 1. (beside "Poſt pietatis"); Ioan. 11 (beside "dicens: quod eſt adaperire"); Actu. 9 (beside "uit calcitranti"); Pſal. 23 (beside "tio eſt execrabilis"); Sapi 12 (beside "tit, manauit"); Pſa. 134 (beside "enim vt Chriſtus")

Et præcipit eis ne cui dicerent. & id grauiſsimas ob cauſas:
Luc. 13 Cùm ne Iudæi ex huius auditione miraculi, ante tempus Chriſti mortem molirentur. Tum vt doceret non eſſe gloriandum in miraculis & virtutibus, quæ & mali facere poſſunt in virtute fidei & nominis Chriſti. Nolite gaudere dixit diſcipulis ſuis, quia ſpiritus immundi
Luc. 9. ſubiiciuntur vobis. Et iterum: Domine vidimus quendã in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non ſequitur
1 Cor. 13. nos. Et Apoſtolus: Si habuero omnem fidem, ita vt mõtes transferam, charitatem autem non habuero, nihil
Exod. 7 ſum, Nam & magi Pharaonis mirabilia feciſſe leguntur, Sed & Antichriſtus cũ colluuie ſua, dabit ſigna magna & prodigia, ita vt etiam electi ſi poſſibile foret, in errorem inducerentur De quo & Apoſtolus ait: Quòd veniet ſecundum operationem ſathanæ, in omni virtute & potentia diaboli, cuius ope fultus ſigna & prodigia ſtupenda faciet, quamuis mendacia. Sed gloriandũ eſt in Deo, in cruce & tribulationibus pro Chriſto, & in ſpe gloriæ filiorum Dei. vt alibi fuſius ſcripſi. Gloriamur item in miſerationibus illius. Tertiò, docuit quòd beneficia largientes, auram hominum aucupari non
Pſal. 53 debemus, quia Dominus diſſipat oſſa eorum, qui hominibus placent, quoniam Dominus ſpernit eos. Non nobis, ſed nomini Domini gloriã dare debemus, ſi qua per nos præclara facinora in rem proximi noſtri fa-
Luc. 17 cientia, operatur ac nos ſeruos inutiles profiteri. Sed accipientes beneficia, benefactores laudibus cumulare debemus & efferre, quantum valemus, etiam nolentes laudari. Quartò, vt prædicemus Chriſti gloriã corde magno & animo volenti, cuius accepimus ab ipſo mandatum, quãdo videmus hoc illos feciſſe magnificè, quibus vt tacerent, eſt mandatũ. Additur & miraculi prędicatio. *Quanto autem præcipiebat eis* vt tacerent beneficium ſuum *tanto magis plus prædicabant.* & glorificabant Deum certiſſimè ſcientes quòd maior eſt omni laude. Nam ſicut gloriam expetentes, vmbræ inſtar gloria fugit ſic gloriam fugientes ſequitur gloria vera, que eſt à
Philip. 2 ſolo Deo. Chriſtus Ieſus gloriam ſuam non quæſiuit, ſed patris ſui qui eſt in cęlis Ideo pater eum ſemper exaudiuit & glorificauit, nec non exaltauit eum, et dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Et hic obiter aduertendum, quòd iſti non peccauerunt Chriſtum

laudibus

laudibus efferendo, magnáque opera eius exquiſita in omnes voluntates eius. Non fuit hoc præceptum obligationis, ſed inſtructionis. Ideo Dei & Chriſti expleuerunt voluntatis intentionem, occulta vnctione ſpiritusſancti edocti, quamuis à verbis eius diſſidere videantur, vt litera ſonat *& eò amplius admirabantur, dicentes.* ex ſubitatione ſalutis obſeſſo datę: Bene fiunt omnia, in quibus Dei honor & gloria, proximi ſalus & ædificatio ſimplici cordis oculo quæritur, & populi fauor, laus & applauſus aſpernatur Et hoc dicunt, *bene omnia fecit.* Vidit deus omnia quæ fecit, & erant bona valde. Et generaliter verum eſt. In ſpeciali autem ſubditur: *& ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* Et hîc finis homiliæ huius erit. Geneſ. 1

HOMILIA SECVNDA.

RECOGITANTI mihi multitudinẽ miſericordiarum dei, quæ à ſeculo ſunt, atque effundunt ſeſe ſuper eum timentes à progenie in progenies vſque in æternũ, meipſum non capio prę gaudio & ſpiritus exultatione. Et quamuis miſerationes eius ſint ſuper omnia opera eius, peculiari tamen modo circa obſeſſos & afflictos à dæmonibus emicuit & eſt oſtēſa. Quis potentiam Chriſti dignis poteſt laudum efferre encomiis? qua eum qui factus eſt vt nullum timeat, depoſuit de ſede, diſperſit mente cordis ſui, expulit ſolo ſermone; vel contactu ſuo ſanctiſſimo, de corporibus obſeſſorum? Quis plenè æſtimare præualet ſapientię Dei abyſſum & modum, quem ſeruauit in dæmonum eiectione, quatenus ſcriptum eſt in verbis gratię, euangelij pacis, ad noſtram inſtructionem & conſolationem? Quis tandem bonitatis eius & charitatis exuberantiã verbis conſequi poteſt, quę cum mouit, & vt pluſculũ quiddam dicam, impulit, vt ſic miſericors fieret, & ereptos de poteſtate tenebrarum, tantis gratię ſuę multiplicis bonis cumularet, per quę & bonis omnibus repleremur, diuites in Deo efficeremur, atque diuinę cõſortes naturę. Et vbi prius delictum abundauit, gratia ſuperabundauit. Et quos ſpiritus nequam occiderat in delictis & peccatis, ac ambulare fecit, ſecundum ſe- Pſ. 144 2. Petr. 1

culum mundi huius, in vanitate ſenſus eorum mali: hos ſpiritus Domini bonus, rectus & ſanctus, va'a fecit electa & gratię. ſpiritu viuificatos, ducit per vias rectas, conſolatur, fortes facit in fide diabolo reſiſtere. Illuminat in fide & in amore Dei accenſos, viā facit mandatorū Dei currere, donec feliciter ex hoc mundo reuertuntur ad patrē, vnde per creationē exiuerunt. In aprico ſiquidē eſt. ſpiritus immundos & ſpiritualiter & corporaliter obſidere homines non paucos. Spiritualiter verò per peccata mortalia, ferè in omniū cordibus do-
Eccle. 40 minari, dominaſſe, aut dominari poſſe. Hoc eſt graue
Eccl. ſ. 2 iugum ſuper filios Adā. à die exitus de ventre matris eorū vſq; in diem ſepulturę in matrē omnium. Cuncti dies hominis peccatoris, doloribus & ęrumnis pleni,
Luca 21 nec per noctem mente requieſcit. In confeſſo etiam eſt Chriſtum dæmones eieciſſe in digito Dei, & eiicere de cordibus multorū, qui relicta malitia, ad ipſum corde cōtrito & humiliato reuertūtur. Sed cū ſpirituſſanctus ſit in donis ſuis ſeptiformis. per quę ſanctificat, illuminat & perfectos facit electos in omni bono & ſimiles
Iob 41 Deo: Sic ſpiritus malus Lucifer, rex ſuper omnes filios ſuperbię, per ſpiritū ſanctum in baptiſmo eiectus, & de filiorū gratię mentibus expulſus, ſi ingratus homo ad vomitū reuertitur, inſtar canis, & lotę ſuis in morē, ad coinquinationes mundi redit ab eo quod illi traditum eſt ſancto mandato, tunc poſteriora eius prioribus de-
1. Pet. 2 teriora fiunt. Quia ſpiritus ille immundus, cū ſeptem
Luca 11 aliis ſpiritibus ſeſe nequioribus, in domum illā reuertitur, & habitabit in ea. Mentem illā & corpus inquinat, violat templū Dei, abominationibus omnibus re-
Roma. 6 plet & vitiis, membra eorum arma exhibet iniquitatis peccato, & ſeruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem omnē explendam atq; impietatem: Vt homo ſic
Apoc. 3 in peccatis ſuis inſumat, nullū non lapidē mouet, omnem operā adhibet Sed ſi homo ſeruitutem peccatorū & diaboli pertæſus, miſericordię Dei præueniētis tractum ſequitur, cordis ſui ianuā pulſanti æternę ſapientię aperit, mox pater miſericordiarū & omnis conſolationis Deus, vincula peccatorū eius quibus tenebatur ſtrictus ad eius voluntatē, dirumpit, diabolū ab eo expellit, omnia peccata eius delet & iniquitates, ſtola prima eū induit, digitū eius annulo fidei armat, pedes eius

electorum

electorum exemplis perinde ac calciamentis deauratis obtegit, vt greſſus ſuos & pedes dirigere poſſit in præparationē euangelij pacis. Septē ergo ſunt ſpiritus immundi, hoc eſt, ſeptem ſunt peccata mortalia, quibus ſi aliquis eſt inquinatus, à dæmonibus eſt obſeſſus. Nunc *Matt.13* qui aures audiendi habet, audiat humanum periculum, audiat & miſericordias domini multas & magnas. Periculum humanū in obſeſſione dæmonū, & ad quæ propenſiſſimi ſumus in peccatis & viciis aduertendum eſt. Miſericordias domini & miſerationes eius in abundā- *Ephes.2* tiſſimis diuitiis gratiæ ſuæ oſtendit in bonitate ſua ſuper nos, dum ad eum redimus in vero corde & in vera fide. Septē ergo ſunt genera hominum obſeſſorum, ſicut ſeptē ſunt mortalia peccata Videas breuiter quomodo vnuſquiſque malus ſpiritus per peccatum hominem obſideat, quomodo affligat, & quomodo expellatur. Breuiter dico, quia ſi de ſingulis ſingillatim, vt res ipſa expoſtulat, loqui vellem & ſcribere, ſingula ſuum propriúmq; expoſcerent ſyntagma. Illud tamen præ- *2.Tim.3* mittendum opærepreciũ cenſeo, quod homines mali, *3.Re.21* mente corrupti, reprobi circa fidem, in ſenſum reprobum dati, venditi ſub peccato vt faciant malum, excæcati per malitiam, indurati ſicut lapis ſiue adamas, qui *Zacha.7* nolunt reuerti à viis ſuis malis, qui ſapientes ſunt vt *Hiere.4* faciant mala, bene autē facere neſciunt, qui dicūt Deo, Recede à nobis, ſcientiā viarum tuarum nolumus: Qui diligunt malum, & odio habent bonum, qui malitiam diligunt ſuper benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui & operari veritatem, qui lætantur cùm malè faciunt, & in rebus peſſimis exultāt. Qui ſcādaliſant par- *Prou.2* uulos, qui per dulces ſermones & benedictiones inno- *Philip.3* centiū corda ſeducunt, laqueos interitus vbique iuxta *Psal.58* vias extēdunt eis qui piè volunt viuere in Chriſto, qui *2.Tim.3* pleni ſunt omni iniquitate, omni malicia, omni odio, fornicatione, auaritia, nequitia, homicidiis, cōtentione, dolo, malignitate: Suſurrones, detractores, Deo odibiles, cōtumelioſi, ſuperbi, elati, inuentores malorū, parētibus immorigeri, inſipiētes, incōpoſiti, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia &c. Eiuſmodi homines nō ſolùm obſeſsi, ſed & dæmones dici & poſſunt & ſunt. Sic Iudas proditor, non natura, ſed malitia, obſtinatione & imitatione, diabolus vocatur à Chriſto. Sic *Ioan.6*

Petrus,olim Satanas,eo quòd diuinæ volũtati aduerſabatur,licet ignorans & carnaliter ſapiens, eſt dictus.
Matt.16 Ex Apocalypſi diui Ioãnis id genus alia multa adduci teſtimonia poſſent,quæ tranſeo gratia breuitatis. Pri-
Matt.12 mus ſpiritus malus Beelzebub eſt,princeps dæmoniorum.Hic princeps in omnibus idolis fuit,ad quẽ multitudo muſcarum,hoc eſt,inconſtantiũ,& quorum facies denigrauerat malitia ſuper carbones,cõfluebant, propter ſanguinem qui in ſacrificiis eius multus effundebatur. Iſto dæmone obſeſsi ſunt omnes filij ſuberbiæ,
Galat. 6 qui ſe eſſe aliquid putãt.Iſte primus ſpiritus malus eſt, quia initium & radix omnis peccati,totius mali & perditionis,ſuperbia eſt.Qui tenuerit eã adimplebitur maledictis,& ſubuertit eum dominus in finem,vt patet de Antichriſto et Antiocho,vt cæteros taceã Nempè,Ni-
Ioan. 12 canorẽ,Sennacherib,Amã,Luciferũ.Iſte princeps mũ-
& 14. di huius dicitur,et princeps poteſtatis aeris,operans in
16. filiis infidelitatis. Superbia radix amara, maledicta et
Ephes. 2 venenoſa eſt:quæ ſi in corde altas radices fecerit, ſurſum germinat,fructus malos facit,ac per eam multi inquinantur.Nã ſi radix mala,et rami et fructus maledicti mortiferíque erũt Agè genimina ſuperbiæ perſtringamus Sunt autẽ:Iactantia,inobediẽtia, hypocriſis,incõſtantia,pertinatia præſumptio, diſcordia, ambitio,ſingularitas,adulatio,ironia,dedignatio, arrogantia, tentatio Dei,rebellio,cõtemptus Dei, cõtumacia,peccare ex certa malitia et ſcienter, inuerecũdia peccandi,et ubeſcentia boni,ſuperſtitio,ſchiſma, infidelitas,hæreſis, apoſtaſia, negatio veritatis agnitę, obduratio cordis, defenſio peccati,ſimulata confeſsio, libertas peccandi,
Luca 13 cõſuetudo peccãdi Ecce ramos malos arboris ſiue radicis ſuperbię,qui ne fructũ malũ faciant in te,ſecurim ad radicẽ eius pone, ſuccide eã,vt quid etiã cordis tui et corporis terrã occupat?Hæc arbor fructificat morti, reũ facit gehennę ignis. Species eius quatuor ſunt.Nẽpè:putare quòd bona quæ habeat à ſeipſo, vel pro ſuis
Ioan. 14 meritis.Vel iactare ſe de bonis quæ habet.Vel præferre ſe cæteris. Si iſtis aut aliquib. ex eis es peccatis obnoxius,obſeſſus es à dæmone,à principè dæmoniorum, et principè huius mundi.Sed nunc quæ mala ſic ab iſto
Matt.12 Beelzebub obſeſſos maneant, breuis ſermo diſcurrat. Dæmonium iſtud habuit,qui oblatus Chriſto,cæcus et mutus

mutus fuiſſe aſtruitur à Matthæo & Luca. Et ille, qui teſte Marco ſurdus & mutus ſcribitur fuiſſe Ecce princeps dæmoniorũ, obſeſſos à ſe excæcat, ſurdos facit & mutos. Cæci ſunt, quia nec Deũ vident, nec ſeipſos cognoſcunt, nec aſpicere in lumine veritatis poſſunt, nec viam in qua ambulare deberent, aſpiciunt Ideo errant ſicut oues quæ perierunt, in inuio, & non in via, & viã ciuitatis habitaculi non inueniunt. Impingunt in meridiè quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui. Palpant quaſi cæci parietẽ, & quaſi abſque oculis obtrectant. Ambulant ſicut gẽtes, in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratũ habentes intellectum, alienati à via dei, per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatẽ cordis ipſorũ & ſuperbiam. qui deſperantes ſemetipſos tradunt impudicitiæ, in operationẽ omnis immũditię, in auiditate. Iſti lumen cœli nõ vident. Iſtorũ tenebræ horribiles ſunt & palpabiles Ægyptiorũ, in quib immobiles tenebantur incluſi, fit via illorũ tenebra & lubricum Vnde viciũ ſuperbiæ ab ipſa mox radice ſecãdum eſt, vt cũ latenter oritur, tunc vigilanter abſcindatur, ne prouectu vigeat, & vſu roboretur. Difficulter quippè in ſe inueteratam ſuperbiã quiſque deprehendit: Quia hoc vitiũ, quantò magis patimur, tantò minus cùm phariſæo euangelico videmus. Et quanto mẽs magis iſto lętali morbo ægrotat, ad mortem, & ſauciata eſt vulnere crudeliſsimo, tanto amplius ſanũ ſe reputat, & omnes ſe æſtimat numeros habere, beatum ſe eſſe arbitratur, & bene ſibi eſſe. Diues ſum, inquit, & nullius egeo. Sic quippè in mẽte ſuperbia, ſicut in oculis caligo generatur. Quò ſe hęc latius dilatat, eò vehementius lumen anguſtat. Pauliſper ergo elatio in pręcordiis creſcit: & cũ ſe neſcius extenderit, oppreſſę mentis oculũ funditius claudit. Vt captiuus animus typũ elationis & pati poſsit, & tamẽ id quod patitur, videre nõ poſsit. Sic phariſęi prorſus per malitiã & ſuperbiam excęcati, lucẽ mũdi, & verũ iuſtitię ſolem videre non poterant. Ad cuius cognitionem, lux legis & prophetarũ lucerna eis lucebat. Sed & adeò cæci erãt, quòd nec ipſi faſtũ ſuum videre, & à Ioãne atq; Chriſto eis oſtenſum deprehendere potuerunt. Nunquid & nos cęci ſumus dixerunt? Ad quod Chriſtus: Si cæci eſſetis, nõ haberetis peccatũ. Nunc verò dicitis, quia videmus.

Eſaia 59

Epheſ. 4

Sapien. 5
Ioan. 1 & 8.
Ioan. 9

demus. Ecce tenebras ſuas non vident. Ideo peccatum
Iob 5 veſtrum manet. Superbus per diem incurrit tenebras,
& quaſi in nocte: ſic palpat in meridie Sed ex quo pec-
Eccleſ.3 catum ſuum non vident, & oſtendētibus eis animę ſuę
perditionem & periculū, fidem dare recuſant, ideo ſy-
nagogę ſuperborum nō eſt ſanitas, niſi magno dei mi-
raculo, vt Paulus apoſtolus, & Nabuchodonoſor, cōuer-
tantur. Sic cæcitas ſuperborum, ex parte oſtēſa eſt. Nō
naſcuntur tales, ſed diabolus, quo pleni ſunt & obſeſſi,
& fidei oculum dextrum, & rationis qui ſiniſter animę
Pſal.89 oculus eſt, eis claudit vel eruit potius. Surdus item eſt
1.Cor.2 ſuperbus. Nō audit ecce Deū loquentē in corde. Quia
animalis homo nō percipit ea quę Dei ſunt. Iuſtus au-
1.Reg.2 tem dicit: Loquere domine, quia audit ſeruus tuus. Su-
perbus ſermones dei retrorſum proiicit, quia ex deo nō
Pſal.59 eſt. Sed væ illis. Indurantur amplius & peiores fiūt. Fu-
Exod.3 ror illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpi-
dis ſurdę, obturantis aures ſuas. Talis fuit Pharao, &
Iudęi perſecutores Stephani. Aures habent, ſed nō au-
diunt. Et ſi audiunt verbum ſalutis, mox indurant cor-
da ſua, inſtar Iudęorū in deſerto, & diabolus rapit hoc
de cordibus eorū, ne creſcat & fructificet per charitatē.
Angelorum item voces non audiunt, dum eos vel prę-
uaricationis arguūt, vel impedientes ne mala quę ſta-
tuerunt perficere poſſunt: Vel dum eos inſtinctu ſuo ad
bona exhortantur, ne offendāt verbo aut opere ad la-
pidem angularē pedē ſuum. Sanctos prophetas aſper-
nantur & doctores: ſed magiſtros mendaces, aurib. pru-
rientes quærunt, placentia loquentes: Qui eos lactant.
2.Pet.2 Non audit ſtultus verba tua etc. Sic nec ſcripturas ſu-
Eccle. 21 perbus recipit, quia ſuis deſideriis contradicunt Durus
eſt hic ſermo dicit. Nolunt audire legem. Scientiā via-
rum Dei nolunt, eorum oratio eſt in peccatum. Eos ſa-
Eſaie 34 pientia ſubſannat in interitu. Quintò ſurdi ſunt ad
Ioan. 22 auditum et clamorem vel doctrinam creaturarū. Crea-
turę enim validiſsima voce ad amorem et fidem nos
adhortantur creatoris, ad obedientiam veram manda-
Prou.6 torum Dei, et omne genus virtutum. Quòd ſi clamorē
Abac.2 eorum ſurda aure pertranſimus, clamabunt contra nos
Deuter.4 vindictam, vt ſanguis Abel. Terra, vt lapides et ligna:
Ideo cœlum et terra vocantur in teſtes contra obſti-
natos in malo. Sextò dictamen rationis non audiunt,
quod

quod eſt lumen vultus dei ſuper nos ſignatum,ad omne opus bonum inſtigans, & omne malum deprecans. Tandem nec venas ſuſurrij ſpiritusſancti audire dignãtur.inſtinctus eius habenas ſequi recuſant: Sed ſpiritui ſancto reſiſtunt,ei contumeliam faciunt, eum cõtriſtant. Hebr. 10 Ephes. 6 Et ſicut vſu cernimus, quòd ſurditas cauſatur à tribus: Nempè,quando in aure naſcitur inflatura, aut quando repletur terra, aut quando putredine corrumpitur: Sic ſurditas ſpiritualis cauſatur ex inflatura ſuperbiæ, quia ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Qui illuſor eſt,non audit cùm arguitur. Aut ex terra auaritiæ. Hiere. 22 Locutus ſum ad te (ait dominus) in abundantia tua,& dixiſti:Nõ audiam De immundicia luxuriæ dicitur: Pſal. 80 Audiuit luxurioſus,& diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt dorſum ſuum Et tunc dimittit illos Deus, vt eant in adinuentionibus ſuis. Superbus & mutus. Vel quia Deum non laudat, Deum non magnificat,vel Deum non orat. Siue quòd verbum Dei prædicando proximum non lucratur, ędificat, ſaluat. Siue quod peccata ſua confiteri domino recuſat. Hoc genus dæmoniorum in nullo eiicitur niſi in vera humilitate, qua homo ſe ſub potenti manu Dei humiliat,in veritate,& in humili oratione. Et multa ad hoc requiruntur: Nam oportet præ omnibus talem ad Chriſtum adduci per amicos & proximos, qui vicem eius doleant. Quod multis modis fieri poteſt. Ipſe ſpiritus malus ſuperbię, obſeſſum per ſe non permittit ad Chriſtum accedere,coram eo ſe humiliare,eum deprecari. Sed vt curetur, oportet vt Chriſtus manum eius apprehendat,hoc eſt,vt doceat eum facere iuſtitiam, bonitatem ſiue voluntatem ſuam. Ipſe nos apprehendit incarnatione, manum apprehendit quando adiutricem gratiã ſuã homini largitur,ſine qua nihil boni facere poteſt. A turba eũ ſequeſtrare neceſſe eſt,ne cum peruerſis peruertatur,& ſemper ſui ſimilis maneat. Digitos ſuos in aures oportet vt mittat,hoc eſt, dona ſpiritusſancti ei infundat: Quia ſalus noſtra à ſpiritusſancto eſt. Act. 9 Tũc qui ſurdus erat,dicit: Domine quid me vis facere? Saliua hoc eſt,vera ſapientia,oportet vt linguam eius tangat, erudiat ſiue inſtruat. In cœlũ aſpicere,vnde ei à domino auxiliũ veniet opere & veritate eum docere debet. Tecũ reputa q̃ difficulter ſuperbiæ ſpiritus curetur vel

 eiiciatur,

eiiciatur,pro quo expellendo ingemuit Chriſtus, gaudium mundi & lætitiæ angelorum. Tandem mandauit, vt adaperirent ſe obſtructæ aures &c. Iam ſigna ſanationis ſuperbiæ,& expulſionis diaboli vero iudicio, vera cenſura penſemus,attendamus & conſideremus, Et niſi ſigna iſta,fructus iſtos,opera iſta,videris ſequi eos qui ſuperbi erant, manet adhuc in eis Lucifer, Adhuc habitat in eis,& ſua in eis deſideria facit & opera Signa autem eos qui liberati ſunt hæc ſequuntur: Fructus bonos tales faciunt,qui permanent in vitam æternam Opera bona quæ faciunt in Chriſto,teſtimonium dant de eis. Nempe,ſi relicta ſuperbia,humiliant ſe ſicut paruuli,& ſicut paruulus Chriſtus,atque in loco infimo ſe ponunt. Nihil per contentionem vel inanem gloriam amplius faciunt;ſed in humilitate omnes homines ſe ſuperiores,meliores,Deo acceptiores in gratia & meritis ditiores arbitrantur & fatentur. Vel vt rem acu tangā, vt in prouerbio trito eſt. Tunc verè liberatus es à dæmone ſuperbiæ,ſi teipſum contemptibilem cognoſcis, & non doles ſi reputaris abiectus ab aliis,vilis & ad nihil vtilis,ipſáque vita indignus Deinde es humilis,ſi in veritate te vilem, inutilemque confiteris & perſuades. Item ſi talia patienter ſuſtines dici ab aliis. Et pateris contemptibiliter te tractari. Et talia amas & gaudes tibi irrogari apoſtolico more. Alta ſunt hæc. Superbis corde,ſermo iſte durus eſt,nec eum poſſunt audire. Vera humilitas,rara herba eſt,in paucorum hortis creſcit Etſi plantatur in hortis cordium,areſcit & deſiccatur, dum per rorem gratiæ ſaluificum & veræ patientiæ pluuiam non rigatur. Dæmonium iſtud omnes adhuc habent inobedientes,omnes ſingulares, omnes præſumptuoſi,omnes contumaces,omnes hypocritæ, hæretici pertinaces &c. vt prius ſpecies eius enumerauimus, interim quòd tales ſunt. Quicunque ergo ex animo non obediunt Deo,aut ſuperioribus ſuis,iuxta formam euāgelij,vel regulæ quam profeſſi ſunt ſignis, operibuſque oſtendunt,quòd dæmonium habent ſuperbiæ peſsimū. Et ſic de omnibus ſpeciebus ſuperbiæ infer & conclude. Si humiles ſunt,ſi obediunt per omnia ex animo &c. ſignum eſt,quia ſunt liberati. Sunt & alia ſigna Nempe quòd iam audiunt obtemperanter Deum,poteſtate præditos,verbum Dei angelum cuſtodem,creaturarum voces

ces diuerſas,ſapientia ſalutari plenas,& ſpiriſſancti venas ſuſurrij,& verba abſcondita audiunt & ductum eius ſequuntur. Aliud ſignum eſt quòd rectè loquuntur,hoc eſt,quando nullus ſermo malus ex ore eorum procedit neque etiam verbum ociosũm Sed ea loquuntur quæ decent ſanem doctrinam.loquuntur ex ſpiritusancto,loquuntur linguis nouis Loquuntur ex Chriſto. Loquuntur ſermones Dei Loquuntur de regno Dei. Loquuntur quæ ædificant fidem,bonos mores & gratiam dant audientibus. Sed ſi loquuntur blaphemias, ſi verba ſcurrilia,turpia.ſtulta,immunda proferunt,de corde ſuo malo,& quæcunque verba dedecent verum Chriſtianum, certiſsimum ſignum eſt,quòd adhuc ſunt obſeſsi à dæmone malo Hæc omnia latius tecum expende. Latius item prædica quàm hic ſcribere potui. Materia quam habemus in manibus longum expoſcit librum , ſed cogit neceſsitas calamum cohibere. Sunt multi inuidiæ ſpiritu obſeſsi Iſti videlicet qui cum aliqua eius vicij ſpecie iter habent. Vt ſunt qui odio, habent proximos & fratres,ſuos,nec eis pacificè loqui poſſunt qui in proximi aduerſis gaudent,de eius proſperitate dolent. Qui detrahunt,qui ſuſurrantur,qui ſeminant diſcordias in medio pacem habentium. Qui corde malo machinantur.mala. Qui temere iudicant fratres & damnant. Qui falſa teſtimonia loquuntur contra proximos ſuos. Qui aliorum verba & opera interpretantur in malum. Deriſores. optantes vel procurantes aut promouentes proximorum mala,damna,grauamina & calamitates. Eſt au- *Iob.3* tem Inuidia odium felicitatis alienæ. Qui viciis iſtis ob noxij ſunt,aut aliquo iſtorum innodati.à diabolo ſunt obſeſsi Leuiathan habent. Leuiathan autem perſequẽs eos interpretatur.; Eos videlicet,qui pie viuere volunt in Chriſto. Eos inquam qui ingrediuntur ſine macula, *Pſ.14* & operantur iuſtitiam Iſte etiam vocatur Apollion,hoc eſt,diſpergens vel exterminans: Diſperguntur enim inuidi ab vnitate fidei in varios errores & hæreſes, ſiunt inſtabiles,vagantur inſtar, Cain,ſemper pauidi,ſicut fauilla quam turbo diſpergit: Exterminantur etiam inuidi ab exterminatore illo:& viuentes mortui ſunt, ſicut & illi ipſi fratres odiendo homicidæ ſunt: Et eatenus manent in morte,quatenus fratres odio habent. Iſte corpus & animam perdit in gehennam: Iſte Cain impulit

vt ſanctum fratrẽ ſuum iuſtum & pium occideret: Iſte Saulem ad innocentis & optimè de ſe meriti Dauidis necem vrgebat: Fratres Ioſeph tam miſerè torquebat, quod odio gratis habuerunt ſanctum Ioſeph, nec potuerunt ei pacificè loqui. Sed & mortem ei compulit intentare eos. Iſte eſt ſpiritus ad vindictã creatus, & ſpiritus peſſimus. Dicitur & Satã, hoc eſt, cõtrarius. Eſt quippe ab eo obſeſſus, deo, hominibus quæ rectè, piè, iuſtè, ſanctè & laudabiliter, aguntur, contrarius Omnia damnat, omnia deſpicit, omnia ſuggillat, extenuat, criminatur: Iſte in odium Chriſti Iudæos inſtigauit infelices, vt grauis illis eſſet ad videndum. Vt contradicerent eius ſermonibus aſpernarentur eius conſilia, blaſphemarent eius miracula, inſidiarentur vitæ illius, ac morte tandem turpiſſima eum condemnarent, Spiritus iſte zeli amari peſſimus, Saulum compulit eccleſiam Dei perſequi, minas ſpirare & cædes in diſcipulos domini: trahere viros ac mulieres, aut vinctos in Hieruſalem: Iam ex Paulo apoſtolo: periculum tui facito, ſi liber es à ſpiritu inuidiæ peſſimo, Si diligis inimicos, ſi vincis in bono malum, ſi benedicis maledicentibus, ſi oras pro perſequentibus, ſi nõ ſolùm tua, ſed & teipſum libentiſſime pro animabus illorum impendere paratus es: Si gaudes de eorum profectu, ſi vreris de eorum ſcandalo Si non es memor iniuriæ ciuium tuorum, ſed beneficiis eos demereris, honore præuenis. Si eos fles qui peccauerunt & non agũt pœnitentiam. Si in virum alterum mutatus es, & renouatus ſpiritu mentis tuæ Si nouum hominem induiſti, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Si non quæris quæ tua ſunt, ſed quæ ſunt proximorum, Nempe vt ſalui fiant: Ex fructibus iſtis cognoſcis, ſi es in charitate. Si opera iſta tibi dant teſtimoniũ, beatus es, & bene tibi erit. SI ſigna iſta te ſequuntur, es filius altiſſimi, hæres dei, cohæres Chriſti. Abſque ſignis fructibus, operibuſque iſtis, manes in morte, malè torqueris à dæmonio inuidiæ: Sic expellitur Satan ille per veram dilectionem, & per deuotã laudum diuinarum modulationem: Iræ dæmonium habent multi Eſt autem ira vlciſcendi libido: Filias multas habet, vt ſunt, Indignatio, tumor mentis, clamor, blaſphemia, rixa, impacientia, litigium, maledictio, conuitium, ſæuitia, bellum homicidium: Deſcendit diabolus ſine intermiſſione ad

homi-

homines,habens iram magnam,turbans pacem, diſſentiones ſeminans,ad bella prouocans:Iſte dicitur diabolus,id eſt,criminator,conuiciatorque aliorum:Eiuſmodi ſpiritum Alchimus criminator peſſimus habuit.Habuit talem & Iudas proditor , qui huius rei gratia diabolus vocatus eſt à Chriſto:Habent eum & omnes qui malè diligunt ſemetipſos.Qui reddunt malum pro malo,conuicium pro conuicio,maledictum pro maledicto,de quibus Apoſtolus ait,quòd erunt elati,ſuperbi , blaſphemi, parentibus immorigeri,ingrati,ſceleſti, ſine affectione, ſine pace,criminatores,incontinentes,immites, ſine benignitate,proditores,proterui,tumidi,cæci.Eiuſmodi ſpiritum habuit Hærodes quando ſeruatoris audita natiuitate iocundiſſima atque gratioſiſſima, exarſit in iram, excanduit,inſidias paruulo fruſtra moliebatur,ſicut ſcriptum eſt:Peccator videbit & iraſcetur,dentibus ſuis fremet & tabeſcet:Talem ſpiritum habuit homo ille miſer,de quo Marcus & Lucas ſcribunt tam profunda , vt horreant capilli capitis mei , & carnem meam tremor concutiat,dum hæc mecum reputo.Ait autem Marcus: erat in ſynagoga eorum homo Lunaticus, habens dæmonium immundum,& exclamauit voce magna.dicens Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene?Veniſti perdere nos. Scio quòd ſanctus Dei ſis,& increpauit illum Ieſus, dicens:Omuteſce,& exi ab eo:& cùm proieciſſet illud dæmonium,diſcerpſit eum,& clamans voce magna , exiit ab eo Lucas:Nihilque ei nocuit: Timor & tremor veniunt ſuper me,& contegunt me tenebræ, dum hæc recogito mecum:Sic ſic res ſe habet cum eis qui iræ dæmonium habent.Breuiter nunc euangeliſtarum verba percurram,multa aliis cogitanda relinquens quæ tranſeo gratia breuitatis.In confeſſo eſt Chriſtum veniſſe,vt opera & regnum diaboli deſtrueret,eúmque eiiceret foras.Hanc ob cauſam & voluit vt obſeſſi ad eum adducerentur,& loca illa adiit,vbi eos eſſe cognouit: Adducunt obſeſſos ad Chriſtum,qui alios docendo & exhortando ab errore viarum ſuarum eos conuertunt & ſaluant.Vel ſanctis exemplis vitæ ſuæ,vel miſericordiam Dei interpellant pro ipſis in ſalutem.Erat in ſynagoga hoc eſt,in congregatione, & accipitur Synagoga, vel pro loco in quo Iudæi conueniebant ad audiendam legem,vel ad orationem.Sic Centurio Iudæis ſynagogã ædificauit:

Iacob.5

Luc.7

ædificauit. Accipitur etiam pro populo in loco iſto congregato, ſicut apud nos eccleſia eandem ſignificationẽ
Iob. 1 habet. Erat obſeſſus in ſynagoga, q̃a dũ filij dei conueniũt, ad eſt & inter illos Satã, aſtãs cũ bonis corã Deo. Sic Iudas eſt inter Apoſtolos & Saul inter ꝓphetas. Homo erat, per naturã & ſpeciem, habens dæmoniũ immũdum. Et dicitur immundus diabolus, quia ipſe peccatis
Eſai. 53 plenus eſt & obſtinatus, & quos inhabitat, peccatorum immundiciis replet abominabileſque reddit, Impudentiam diaboli audiuimus, quia in loco ſancto, & corãm ſancto ſanctorum cõparuit. Eius qualitatem, quia immundus in ſe, & in vaſe ſuo immundo, coram eo ſtetit, qui peccatum nullum fecit, in quo nihil habuit, qui ingreſſus eſt mundum ſine macula, & in mundo omnem operabatur iuſtitiam: iuſtus & iuſtificans omnes per fidem, qui credunt in eum. At malè ſibi conſcius, virtu-
Luc 6 tem Chriſti expertus, timore corripiebatur & tremore horribili. Cùm timida ſit nequitia, & ſemper præſumat mala perturbata conſcientia Hinc voce magna exclamauit, vt moris eſt ira percitis, exaſperatis animo, furore concitatis, Quòd Ieſum confitetur, quòd vera de eo dixit & magnifica, nihil ei profuit, meriti aut laudis nihil ex hoc reportauit, Non enim ex amore Chriſtum confeſſus eſt, ſed coactus, perinde ac proditor aliquis & malefactor iudici aut regi oblatus, ſi laudibus effert iudicem iuſtum, non flectit eum ad miſericordiam, quo minus meritas ſcelerum ſuorum vices non recipiat in pœnis. Ideo increpat eum Chriſtus & ei comminatur, ac ſilentij cenſuram imponit. Væ vobis dixit alibi, cũ benedixerint vobis omnes homines, mali videlicet. Tã enim vituperabile, fœdum & turpe eſt à malis laudari, quàm vituperabile, malum & turpe eſt propter mala laudari. Qui malis vult placere hominibus, nõ eſt Chri-
Gal. 1 ſti ſeruus. Sequitur: Et exi ab eo, in hoc momẽto & ictu oculi. Et proiecit illum dæmon qui erat, in eo in terram & diſcerpſit, hoc eſt, vehemẽter afflixit, nihil tamẽti nocumẽti intulit, quãtũ ad mẽbrorũ mutilationem. Chriſti virtute prohibitus: & exiuit ab illo, malis gratibus licet ſuis. Et factus eſt pauor in omnibus, qui iſtud viderunt Chriſti opus mirandum. Tam verò factum iſtud ſalutaribus exuberat inſtitutis, vt multa præterire ipſa cogat neceſſitas, & pauca tangere extremis digitis, ipſa vr-

vrgeat Chriſti charitas. Ipſe vt videtis ſpiritus iracundiæ, impudentiæ eſt maximè, quia & coram Chriſti facie non eſt veritus apparere Quid ex hoc colligimus aliud, quàm quòd & eos crebrò obſidet, qui in conſpectum eius introeunt, & in atriis eius in hymnis illi confitentur? Aut dum altario eius deſeruiunt, & hoſtiam laudis & calicem benedictionis Deo, offerunt, hoc dæmonio ſunt obſeſſi. Erat enim ante Chriſtum in ſynagoga. Homo erat habens dæmonium immundum. Quid hoc aliud eſt, quàm quòd qui altario deſeruiunt, & vaſa domini ferunt, luxuriæ fœtore ſunt crebro coinquinati, & iumentorum inſtar in ſtercore iſto computreſcunt. Crebro zelum amarum habent, & contentiones ſunt in cordibus eorum, In fermento iacent: inuicem mordent, inter eos zelus eſt & contentio. Litigant ad inuicem. Verbis contendunt. Et ſunt inter eos contentiones æmulationes, animoſitates, diſſentiones, detractiones ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones. Exclamant eiuſmodi voce magna, nõ vt Elizabeth, laudes Dei reſonando, & Dei magnalia cum ſpiritus exultatione magnificando, ſed per indignationem & furorem maledicunt, ſicut ſcriptum eſt: iracundi os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eius ad affundendum ſanguinem. Sepulchrum patens eſt guttur eius, linguis ſuis doloſe agit, venenum aſpidum ſub labiis eius. Contritio & infelicitas in viis eius & viam pacis ignorat, non eſt timor Dei ante oculos eius. Et quanti meriti fuit & gratiæ fides & confeſſio fidei & Chriſti hic diabolo, tanti meriti eſt & gratiæ ipſis iracundis & luxuriæ immunditia coinquinatis quòd laudes dei ore perſonant, corde credunt & ore Chriſtum confitentur. Peccatori enim dicit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas & aſſumis teſtamentum meum per os tuum Tu verò odiſti diſciplinam, & proiicis ſermones meos retrorſum. Si vides furem, curris cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponis Os tuum abundat &c. Dico tibi: Sicut Iudæorum circunſio legem præuaricantium præputium erat, ita confeſſio iſta tua Chriſti quem factis negas, infidelitas reputabitur. Etiam ſi dæmonia eiiceres, & ſigna multa in nomine eius faceres, ſi operaris iniquitatem, non cognoſcit te, non dabit tibi coronam vitæ. Increpabit te potius. Arguet te, & ſcelera tua

1. Cor. 9

Rom. 3

Pſ 49

vſura, ludus, ſimonia, proprietas in religioſis, acceptio munerum, tenacitas. Cupiditas iſta, omnium malorum radix eſt: quam quidam appetētes, circa fidem naufragauerunt, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Dæmon iſte per eum ſignatus eſt, qui in ignem & aquam frequenter cecidit, Nam pro numero, auarus in multa patientia ſuſtinet pondus diei & æſtus. Nocte ac die in profundo maris eſt. Periculis fluminū, periculis latronū in itineribus ſæpe. In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate. Mutus iſte eſt à laude Dei, à confeſſione peccatorū. Alliditur & impingit in pericula multa & magna. Spumat in libidinem, dentibus fremit peierando, pro nummo vendendo per vulnera & per crucē Chriſti, areſcit à productione bonorum operum, dum non habet humorem gratiæ, pietatis & miſericordiæ. Iſte ſpiritus mendax eſt, in ore omnium prophetarum. Quia à propheta vſque ad ſacerdotem, cuncti faciunt dolum. Expellitur Chriſti virtute, eleemoſinarum elargitione, vt in Zachæo, vera Chriſti imitatione, in voluntaria paupertate, vt cernere eſt in Matthæo. Gulæ dæmonium multos occupat. Et eſt gula inordinatus mentis appetitus. Eius filiæ ſunt, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia ſtultitia, hebetudo mentis. crapula, ebrietas, comeſſatio, multiloquium. De hac ſaluator ait: Attendite, ne corpora veſtra grauētur crapula et ebrietate. Guloſi per illum deſignantur, qui veſtimento non induebatur, &c. Ecce guloſi à dæmonio ſuo circumaguntur ſicut oues quæ perierunt per omnia ſcelera. Non manent in domo eccleſiæ, ſed in deſertis monumentis habitant ſynagogæ Satanæ, et ſpecubus deſperatorum. Sunt ſæui nimis per iram. Non induūtur virtutum veſtimentis. Hos nemo poteſt domare, nolunt obedire, poteſtati reſiſtunt, quaſi pullos onagri, liberos ſe natos eſſe putāt. Nemo eos vel cathenis mandatorū, vel conſiliorum vinculis ligare poteſt. Omnia hæc trāſgrediuntur peſſimè et derident. Sed et compedes, iurium maiorum et legum, ſtatuta et ordinationes ſanctorum patrum, conſuetudinem item, mores bonos, rumpunt quomodo ſi quis rumpat filum de ſtupa totū ſputamine. A ſeculo, ait dominus, confregiſti iugum meū, rupiſti vincula mea. Et dixiſti: Non ſeruiam. Ideo nemo eos domare poteſt. Deum contemnunt, iugum eius excutiunt

1 Tim. 6 · *3 Rg. 20* · *1 Par. 8* · *Luc. 21* · *Rom. 13* · *Iob. 12* · *Hiere. 5*

cutiunt, omnibus hominibus aduerſantur: Quæcunque ſunt vera quæcunque pudica: quæcun que iuſta, quæcũque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ: Si qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ: Omnia hæc deſpiciunt, derident, magno mentis ſuæ faſtu, pedibus conculcant, digito minimo non tangunt: Ideo in eis refrigeſcit charitas, & malitia omnis abundat in eis, per-
Hiere 2 fricant frontem, erubeſcere neſciunt, Clamat ſcurriliter, turpiſſime loquuntur, canunt ad vocem Pſalterij.
Amos 6 Sicut Dauid putãt ſe habere vaſa cantici Clamãt crebrò dei blaſphemias, vel alios ſermone laceſſunt, vel contumelia afficiunt, vel abſentibus detrahunt, Nunc in montibus habitant per mentis elationem. Nunc in monumentis deliteſcunt, dum in cubilibus & impudicitiis agunt, & fœtore luxuriȩ templum corporis ſui
1 Pet. 2 violant & polluunt, & membra Chriſti, membra faciũt meretricis, Lapidibus ſe concidunt, dum ad lapidem viuum, angularem & probatum, verbo offendunt aut opere prauo. Lapides viui, ſancti Dei etiam ſunt. Iſtis lapidibus ſe concidunt, qui illorum regulas profeſſi ſunt, & loca tenent, & eorum exempla & documenta non ſequuntur, Totiens enim impii & ſcelerati ſanctorum lapidibus ſe vulnerant in anima, quotiens operantur iniquitatem Maxime dum ieiuniorum regiorem ſoluunt, ſobrietatis metam excedunt, vigilarum ſanctarum ex-
Iacob. 5 cubias negligunt, & in luxuriis enutriunt corpora ſua, indulgent poculis, ſoluunt diſciplinam. Iſti in porcis habitant. Et qui ſunt edones & bibones, niſi porci & ſues immundæ? Hos inhabitantes curſu rapido proiiciunt, hiȩ in mare malorum, in ſentinas & immundicias luxuriæ & peccatorum: In morte verò, in profundiſſimum
Eſai. 5 infȩrnum. Væ vobis ergo qui potentes eſtis ad bibendũ
Gala 5 vinum, & viri fortes ad miſcendas ebrietates Qui talia
Dane. 14 agunt, regnum Dei non poſſidebunt Iſte Beel eſt, multa deuorat. Eijcitur ieiuniis multis, vigiliis multis & mortificationibus carnis: & in nullo alio exit exercitio, & gratia Dei. Nam iuxta Marcum, Ieſus tenet manũ eius,
Mar. 9 ſurgit mortuus, & ambulat in lege domini. Luxuriæ dȩmonium Aſmodȩus eſt. Eſt autem luxuria illicitus ardor libidinis. Et multas filias habet. In multos ramos maledictos radix hæc maledicta excreſcit. Multos puteos altos bituminis immundiciarumque plenos habet

& fodit. In quos qui cadunt, non adiiciunt vt reſurgāt. Vias tenebroſas habet, & ipſo aſpectu tenebrarum filiis bonas, dulces deliciiſque plenas: ſed extrema eius ducunt ad mortem. Et in veritate, vt vident lucis filij, quos non excæcauit malitia, ſed Chriſtus illuminauit, *Sapien. 2* tā ſunt periculis, amaritudinibus, doloribus, laboribus, *Ephes. 5* timoribus, ſollicitudinibus & malis omnibus plenæ, vt nihil magis. Multos laqueos interitus, ſcandala & offenſiones iuxta iter vitæ ponit, vt rarus ſit qui non incidat in eos, qui ad ſcandala iſta non offendat affectus ſui pedes. Et quod horrendum eſt auditu, omnes qui ingrediuntur in viis eius, qui incidunt in laqueos iſtos mortis, non reuertuntur ad dominum, non apprehendunt ſemitas vitę. Relinquunt ducem pubertatis ſuæ, *Prou. 2* pacti Deę ſui obliuiſcuntur. Tanta damnabili dulcedine, tanta mortifera ſuauitate proſtitutionis ſuæ calicē foris & in ſummo adornat & replet, quem verbis tam ad ſeductionem compoſitis cunctis offert, vt nectar & ambroſia vel ipſiſſimum ſalutis antidotum putetur, quod guſtatum, mox adfert mortem peſſimam pecca- *Iob 6* torum. Fouea profunda meretrix eſt, & puteus angu- *Pſal. 33* ſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos incau *Prou. 23* tos inuenerit, interficit. Ingreditur blandè calix ab ea paratus, ſed in nouiſſimo mordet vt coluber, & ſicut regulus venena diffundit. Species, rami, genimina & proles eius ſunt: Fornicatio, immunditia, meretricium, adulterium, ſtuprum, raptus, inceſtus, ſacrilegium, ſodomia, libido. Iſti regnum Dei non poſſidebunt. Iſti om- *1. Cor. 6* mnem patris ſubſtantiam conſumunt. Dæmoniū iſtud ſeptem virtutes animæ, quibus rectè viuitur & acceptè ad Deum, ad ſeipſam, & ad proximum, quaſi ſeptē eius viros interficit, tollit, & in nihilum redigit. Nempè fidem veram, ſpem firmam, charitatem ſynceram, prudentiam ſpiritus & ſanctorum, temperātiam electorū, fortitudinem iuſtorum, iuſtitiam communem Deo & hominibus acceptiſſimam. De iſto vitio horrenda vide Oſeę iiij. Saturaui eos, & mæchati ſunt, in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in fœminas, emiſſarij facti ſunt, &c. Oremus nos, vt Deus ſeptē illa dæmonia à nobis eiiciat, & ſeptiformi gratia ſpirituſſancti nos repleat, ad laudem & gloriam ſuam ac ſalutem noſtram. Cui laus eſt & gloria, in ſecula ſeculorum. In

omnibus iſtis attende, quòd ſi obſeſſus ſolita opera adhuc facit & verba profert, nullo modo liberatus eſt cenſendus. Sic nullo modo iſtum liberatum credas, quem inflat ſuperbia, quem excruciat adhuc inuidia, quem ira inflammat, quem accidia eneruat, quem auaritia grauat, luxuria inquinat. Et lingua hæc maximè atteſtatur. Qui confundit, murmurat, maledicit, ſuſurratur, gloriatur, &c non eſt liberatus. Sermo iſte ſemper applicari poteſt, quando de obſeſsis in euangelio aut de peccatis mortalibus prædicatur & mentio habetur.

DOMINICA XIIII. POST PENTECOST. IN EPISTO. AD Galat. v. Sermo.

FRATRES *ſpiritu ambulate, &c.* In iſta lectione dat exhortationē generalem, in exordio. Deinde diſtinguit operationem carnalem, ibi: manifeſta ſunt. Poſtremò oſtendit fructum ſpiritualem, in calce lectionis. Exhortatio eſt neceſſaria & vtilis. Operatio carnalis, noxia & damnabilis: fructus ſpiritus dulcis & ſuper omnia deſiderabilis. Dico autem in Chriſto, qui per fidem in corde meo habitat, & in cuius fide viuo, pro quo legatione fungor, & ipſe per me, & in me loquitur. Sed quid eructas, ô vas electionis, de bono cordis tui theſauro? Verbum bonum, quod qui facit, mor-
Hebr. 9 tem non videbit in æternum. Et licet corpore moria-
Roma. 8 tur (ſicut ſtatutum eſt omnibus ſemel mori) anima ta-
Luca 2 men non morietur, ſed tranſiet à morte corporis, in vitam æternam. *ſpiritu* ſancto ductore & actore, quia
1. Tim. 4 qui ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt: vel ſpiritu, hoc
Prou. 4 eſt, ſecundum rationis ductum. *ambulate,* eundo de virtute in virtutē, ſemper proficiendo in ſapientia & ætate & gratia cum paruulo Ieſu, apud deum & homines.
1. Petr. 2 Et hoc tam euidēter, quod profectus veſter manifeſtus ſit omnibus hominibus. Sic iuſtorum ſemita, quaſi lux
Roma. 6 ſplendens eſt, procedit & creſcit vſq; ad perfectum diē
Ioan. 12 æternitatis vbi nox nō eſt, & deus deorum facie ad fa-
Galat. 5 ciem videtur ſicuti eſt in gloria ſua. *&* ſi hoc facitis, *deſideria carnis,* quæ militāt aduerſus animam, *non perficietis,* conſenſu & opere licet ea ſentiatis, Sic peccatū

vobis

vobis non dominabitur. Fęlices qui ſic odiunt animas ſuas in hoc mundo, & ſic carnem ſuam cum viciis & concupiſcentiis crucifigunt: quia in vitam æternā cuſtodiunt eam. Videte ergo, ne libertatem in quam vocati eſtis, in occaſionem carnis detis, vt obediatis concupiſcentiis eius. At hoc difficilè eſt factu, quia, *Caro*, id eſt, ſenſualitas, *concupiſcit aduerſus ſpiritum*, id eſt, rationem. Hoc in bonis manifeſtum eſt, vbi eſt ſpiritus dei & *ſpiritus*, id eſt, ratio lumine fidei & euangelij illuſtrata & amore dei inflammata, *aduerſus carnem*, cōcupiſcit, gratia dei fulta. Ideo Apoſtolus hanc pugnam pertæſus, dixit: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę. Dicitur autē caro concupiſcere, quia ſecundum carnem id agit anima. Sed non eſt diffidendum vel deficiendum: quia qui habitāt in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cœli commorantur: Et in eo omnia poſſunt. Meliori in hac pugna cedendum eſt, hoc eſt, ſpiritui, quo volumus bona: licet perficere bonum non inueniamus in nobis. ſpiritusſanctus autem adiuuat infirmitatem noſtram, & dat bonis & rectis corde virtutem & fortitudinem: Vt in ſpiritu ambulare poſſint, & deſideria carnis ſpurca & beſtialia non perficiant, vt item velint bona, & ſi non ſemper opere adimpleant. volumus enim (quotquot deo in ſpiritu ſeruimus, & in veritate eum adoramus) vt nullis illecebris prauis titillemur aut moueamur, ſed hoc non perficimus. Ideo ad meritum nobis ſufficit gratia Dei, quam ſi in vacuum non recipimus: ſi non abiicimus, ſi non negligimus, ſed cum ea laboramus, & ſalutem noſtram cum metu & tremore operamur, tunc & ipſa impugnatio carnis noſtræ, quam ſentimus, & cui non conſentimus, cooperatur nobis in bonum, quia virtus in infirmitate perficitur. Aduerte hic, quòd ſpiritus aliquando accipitur pro Deo trino & vno: Quia deus ſpiritus eſt. aliquando pro angelis bonis & malis: ſic deus facit angelos ſuos ſpiritus. Et ſpiritus immundus ſæpe occurrit in euangelicis apicibus. Aliquando pro ſubſtantia animæ. Vnde Stephanus dixit: domine accipe ſpiritum meum. Et Chriſtus in manus patris ſpiritum ſuum commendauit. Aliquando pro ſuperiori parte rationis. Sic Marię ſpiritus exultauit in deo ſalutari ſuo. Aliquando pro vi imaginatiua, & hoc crebrò in Eze-

Roma. 7 — *Pſal. 90* — *Philip. 4* — *Roma. 7* — *Roma. 8* — *Ioan. 4* — *1. Cor. 15.* — *Philip. 2* — *2. Cor. 12* — *Ioan. 4* — *Pſ. 103* — *Act. 7* — *Luca 23* — *Luca 1*

Ezech. 1 chiele & prophetis. & in Apocalypſi Ioannes fuit in
Apoca. 1 ſpiritu &c. Aliquando pro ſpiritu corporeo, mediante
Sapien. 2 quo anima operationes ſuas exercet in corpore: ſic ſpiritus diffunditur tanquam mollis aer. *Hæc enim*, caro & ſpiritus, *ſibi inuicem aduerſantur*, quia ſpiritus cœleſtia, caro terrena expetit. Spiritus exultat in deo, condelectatur legi dei: caro vt ſcarabæus in fimo, & ſus in volutabro luti carnalium deſideriorum ſe volutare concu-
Eccle. 12 piſcit: Et dum ſpiritus ad deum qui creauit eum, & caro
Geneſ. 3 ad terrenas res, ſicut de terra aſſumpta eſt, inclinatur ſicut ad finem ſuum, & originem & patriam tendit, fit pugna vehemens. Caro quidem coerceri, & in ſpiritus ſeruitutem redigi poteſt. & funibus mandatorum ligari: Sed ſicut fera peſſima ſemper vincula ſalutis rumpere nititur, & damnabilem expetit libertatem, vt vnuſ-
Iob 7 quiſque deum timens & diligens in ſe experitur. Ideo militia eſt vita hominis ſuper terram, & neceſſe eſt vt vnuſquiſque ſtet ſuper cuſtodiam ſuam, nullum locum det diabolo: ſed fortiter ei in fide reſiſtat: & laboret ſicut bonum militem Chriſti oportet, militet item militiam bonam. Habendo fidem & bonam conſcientiam.
1. Tim. 1 Hæc duo inquam in tantum ſibi aduerſantur, *vt non quæcunque vultis*, ſecũdum rationem, *illa faciatis*, id eſt,
Roma. 7 facere permittamini. Non enim quod volo bonum, hoc facio, quia ſine Chriſti ope & gratia, nihil boni poſſum
Ioan. 15 facere, ſed magis gratia deſtitutus, quod nolo malũ, voluntate naturali & ratione, hoc ago, tractus per ſenſua-
Geneſ. 3 litatem & concupiſcentiam carnis. Concupiſcentia (vt
Geneſ. 6 breuiter quid dicam) ſerpens callidus eſt, qui decepit Euam & Adam in paradiſo. Eſt gladius malignus, qui occidit originalem mundum. Eſt laqueus interitus in
Gene. 19 quo periit Sodoma & ciuitates finitimæ, eſt fouea pro-
Gene. 34 funda, in quam cecidit Sichem Dinam opprimendo, in
Num. 25 mortem & ſuam & ſuæ gentis. Eſt rete diaboli, in quod
Rom. 39 filij Iſrael miſerunt pedes ſuos cum filiabus Moab for-
2. Tim. 3 nicando, peſtis eſt corruptiſſima, In qua moriũtur om-
Roma. 8 nes, qui carnis ſuæ curam in deſideriis faciunt: Nempè, totus mundus, & omnes qui ſeipſos diligunt, & mundũ in maligno poſitum. Ideo qui in carne ſunt: & carnalibus actibus irretiti: deo placere nõ poſſunt Inimici Dei ſunt, nec legem eius ſanctam, bonam & iuſtam ſeruant.
Pſ. 118 Imò ſeruare non poſſunt. Vnde mors eſt ſuper eos &

maledictis: Quia maledicti omnes qui declinant à mã-
datis dei,& ea omnia opere non implent. Concupiſcē- Geneſ.39
tia nulli parcit nec deſerit vlli, impugnauit caſtiſſimum Dan. 13
Ioſeph,& pudicitię ſpeculum Suſannam fruſtra. Sed ſic
confuſa licet, non tamen funes ſuos diabolus iuxta iter
etiam piorum extendere deſtitit. Et non ſolùm pecca-
tores,ſed & bonos & rectos corde multos caſſe iſto ſuo
irretiuit. Cepit ſic(vt alios taceam) Sampſonem fortiſ- Iudic. 16
ſimum, Dauid ſanctiſſimū, Salomonem ſapientiſſimū, 2. Re.10
Abſalonem pulcherrimum, Holofernem crudeliſſimū, Iudic.12
&c. & nullus eſt hominū quē procacibus nutibus ſuis;
& verbis dulcibus, non pulſet. Hæc perſtrinxerim, vt
omnes vigelemus & ſuper cuſtodiam noſtram ſtemus:
Ne fur iſte veniens, dormiētes nos inueniat & occidat.
Hæc duo ſibi aduerſantur, aſſiduè ſe mutuo laceſſunt.
Videte ergo cui cedendum. Cui locus & triumphus tri-
buēdus. Vtiq; ſpiritui ſancto & rationi. *quod ſi ſpiritu ſan-
cto* & ratione *duc mini*, in ſemitis iuſticiæ & via arcta,
quæ ducit ad cœlum, *non eſtis ſub lege.* Quia iuſto non Matt.7
eſt lex poſita: Nec eſtis amplius ſub graui onere legis 1. Tim.1
Moſi, quò ad cæremonialia: Nam Chriſtus nos redemit 2. Cor.3
à maledicto legis. Et vbi ſpiritus domini, ibi libertas Sap 10
euangelica. Obſerua rurſus, quòd ſpiritu ductore, per 2.Cor.7
multas vias ambulare debemus. Quia iuſtum deducit
dominus ſpiritusſanctus per vias rectas, quæ ſunt: Via
pœnitentiæ ſtabilis, in vitam æternam, in emendatione
& derelictione præteritorum delictorū. Sic veri Hebræi Exod.5
ex Ægypto exeunt in terram promiſſam viuentium, viā Pſ.118
trium dierum, Nempè contritionis cordis, confeſſionis 2. Pet.2
oris, ſatisfactionis operis. Via innocētiæ, in cautela fu-
turorum. Beati immaculati in via. In qua ſe cuſtodiunt
ab iniquitate ſua: nec ad vomitum, nec ad lutum, reuer-
tuntur & amplius non peccant. Via obedientiæ, in ob- Deuter.5
ſeruatione mandatorum ambulando in lege domini, Matt.19
citra exorbitationem ad dextram vel ſiniſtram, viam
ſapientiæ, in contemplatione cœleſtium, iuxta illud,
Viam ſapientiæ monſtrabo tibi,&c. Viam excellentio- Prou.4
rem charitatis, in ſubuentione proximorum, opere &
veritate. Viam pacis & concordiæ, in tranquillitate
morum, & portatione onerum aliorum: in quo adim-
plent legem Chriſti, & dirigunt pedes in viam pacis.
Viam veritatis & iuſtitiæ, in rectitudine operum, cogi-

tando & operando & ſectando, quæcunque ſunt vera, iuſta, ſancta, pudica, pia, amabilia, bonæ famæ, virtutis, diſciplinæ & placita deo. Qui facit hæc, non eſt ſub lege: ſub lege autem ſunt, qui oderunt peccare formidine pœnæ, non virtutis & dei amore: qui autem ſpiritu du-
Roma.5 cuntur, charitatem habent, quã ſpiritus ſanctus in cor-
Pſal. 47 da eorum diffundit, quæ non agit perperam. Verùm, facilè eſt colligere, an quis ſpiritu viuat & mente ſeruiat legi dei, quia deus in domibus ſuis, in quibus per charitatem habitationem facit, ex fructibus cognoſcitur bo-
Matt.7 nis Nam qualis arbor, talis fructus eius, qualis fons talis aqua eius: Sic ex fructibus malis, operibus deo odi-
3.Re.18 bilibus arbor mala, homo in reprobum ſenſum datus & venditus ſub peccato, vt faciat malum, & carne ſeruiẽs,
Matt 7 legi peccati, cognoſcitur. Quia non poteſt arbor bona
Geneſ.1 malos: nec mala bonos fructus facere. vnaquæque arbor, iuxta genus ſuum fructificat, & ab impiis egreditur impietas, etiam ſi per baptiſmum renati ſint. vnde ait: *Manifeſta autem ſunt opera carnis*, quia per ſe apparent mala, etiam his qui legem dei ſcriptam non habent, vi-
Roma. 2 delicet gentibus. Verùm hæc ſummis labiis tangam, eo quòd de ſingulo, non vnus, ſed multi ſermones ſcribi poſſunt. *quæ ſunt* hæc: *fornicatio*, quæ eſt concubitus ſoluti cum ſoluta, in qua violatur templum dei.
1 Cor.3 *immunditia*, quæ eſt vitium contra naturam, quod tur-
Roma. 1 pe eſt dicere. *impudicitia*, quæ eſt in exteriori inhoneſtate, in aſpectu, tactu, oſculis, nutibus oculorum, &c *luxuria*, generali nomine reliquas huius vicij ſpecies, ſuis nominibus non expreſſas, comprehendit. Vt ſunt, adulterium, ſtuprum, raptus, inceſtus, ſacrilegium, & ſi quæ ſunt alia huius vicij nomina. Poſitis operibus carnis, id eſt, ad quæ caro inclinat, quoad luxuriam: conſequenter ponit ea, quæ ſequuntur ad eam. *idolo-*
3. Re.11 *rum ſeruitus*. vnde Salomon amore mulierum idololatra eſt factus. *veneficia*, quæ etiam ratione huius vicij ſolent attentari & exerceri. Quo nomine etiam ſorti-
Rom. 17 legia & veneficia intelliguntur. Quid ergo nequius, quàm quod cogitauit caro & ſanguis? *inimicitia*, perſeuerantes & latentes, ex hoc oriuntur, vt in Abſalon videre eſt contra Amon. In fratribus Dinæ contra Sichem. In deletione tribus Beniamin. Inde ortum eſt bellum Troianum, & alia infinita mala, *contentio-*
nes,

nes, in verbis clamoſis. *æmulationes*, in verbis & factis pungitiuis. *iræ*, in vindicandi & nocendi affectu. *rixæ*, ex ira inuicem percutientes. *diſſentiones*, quando partes fieri incipiunt, & ſchiſmata. *ſectæ*, id eſt, hæreſes. Sic aliqui introducunt ſectas perditionis, fabricant mendacia, colunt peruerſa dogmata, docent quæ non oportet turpis lucri & inanis gloriæ gratia. *inuidia* de alienis bonis. *homicidia* in facto, *ebrietates* aſſiduę, *comeſſationes* ſuperfluę. *& his ſimilia*, ad quæ ſenſus, caro & cogitatio cordis humani ab adoleſcentia prona ſunt. Vt ſunt cultus nimius veſtimentorum, mollicies lectorum, in quibus laſciuiunt, balneorum, &c. Ab his eos deterret vt fugiant à ventura ira agni, & à facie gladij, qui ex ore filij hominis procedit. Quoniam vltor iniquitatum gladius eſt. Iob xix. Dicit ergo: *quæ prædico vobis*, antequam veniat dies mortis & iudicij, dum licet dignos fructus pœnitentiæ facere, & eleemoſynis aliiſque bonis operibus peccata redimere: Nam poſt mortem & clauſa ianua miſericordiæ, gratiæ & gloriæ, infructuoſa eſt pœnitentia. *ſicut prædixi*, cùm ore ad os vobis loquebar, & omne conſilium dei notum feci vobis. *quoniam qui talia agunt*, aut aliquid eorum *regnum dei non poſſidebunt*, ſed detrudentur in ſtagnum ignis æterni & tenebras. Quia nihil inquinatum, aut abominationem faciens, intrabit in illud. Nec ſolummodo qui agunt hæc, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte æterna. Sic caro & ſanguis, hoc eſt, vitia carnis et ſanguinis operantes, regnum dei non poſsidebunt. Nec eſt quod aliqui hîc ſibi blandiantur, ſeipſos ſeducendo, de baptiſmo et aut fide ſola, miraculis, vt cernere eſt in edonibus illis et bibonibus apud Lucam, capite xiij. et in ſtultis virginibus, in ſeruo. malo, et immiſericordibus apud Matthæum. Nunc fructus illos deſcribit quos ſpiritus noſter affert in patientia, ductum ſequens ſpiritusſancti. De iſtis fructibus etiam me breuiter expediam, hoc præmiſſo, quòd ſanctus Auguſtinus, Ambroſius, Theophilactus, Cyprianus, non ponunt duodecima ſed pauciores, vt apud eos cernere eſt. *Dicit: Fructus autem ſpiritus ſancti, eſt charitas*, ſine qua cætera proſunt nihil. Hane

2. Petr. 2
Iob 3
1. Pet. 5
Geneſ. 6
Apoc 6
Apoc. 1
Daniel. 4
Sapien. 5
Eccleſ. 17
Act. 20
Apoc. 21
Roman. 1
1. Cor.
Matt. 25

ſpiritusſanctus in corda diffundit electorum. Ad quam ſequitur *gaudiũ*, continuũ in ſpiritusancto & Deo, quod
Rom 5 oritur ex puritate conſcientiæ, Eo quod ſecura mens eſt
Philip. 4 quaſi iuge conuiuium. *pax*, cum deo, cum proximis, & in ſeipſo *patientia*, in aduerſis & triſtibus, *longanimitas*, in
Prou. 15 expectatione conſolationum, & præmiorum. *bonitas*, quę eſt dulcedo animi interius. *benignitas*, eſt largitas rerum in proximiorum etiam inimicorum ſubuentione *manſuetudo*, quæ eſt tractabilitas & bona conuerſatio, cohibens iram, *fides*, id eſt, fidelitas erga proximum. Vel ſi
Phi. 4 pro virtute theologica accipitur, tunc homo per eam bene diſponitur ad Deum. *modeſtia*, quæ in dictis & factis debitum modum obſeruat, deinde etiam in interioribus concupiſcentiis, adeo, quod nota ſit omnibus hominibus: *continentia*, quæ à licitis abſtinet *caſtitas*, quæ rectè vtitur licitis, vt vxore, &c. *Aduerſus huiuſmodi* opera, ſicut eſt cõtra opera carnis. nõ eſt lex, dei ꝑ iuſtis, nõ cõtra iuſtos. Sed iniuſtis & non ſubditis, &c. Iſtis lex aduerſatur. *qui autem Chriſti ſunt*, fratres, membra & imitato-
1. Tim. 1 tes, illis nõ eſt lex poſita, ſed crux impoſita, vt eam poſt ipſum portent aſſiduè *Ideo carnem ſuam crucifixerunt*, &
Mat. 10 cruci pœnitentiæ affixerunt, vt in ſpiritu viuentes de-
Gal. 1 cet & Chriſto confixi ſunt cruci: clauis præceptorum iu
Sn c. 23 ſtitię & votorũ. Et hoc *cũ vicijs* exteriorũ operũ malorũ *& cõcupiſcẽtiis* deſideriorũ malorũ interiorũ ſicut Chri-
2. Cor. 5 ſtus crucifixus eſt in medio, duorũ latronũ, & ſicut Chri
Ioan. 1 ſtus vnũ latronẽ ſaluauit, & aliumdamnauit. Sic ſpiritus
Ioan. 11 carnem ſecum ſaluat, et deſideria mala damnat ſpiritu
Iſai 40 ambulare, &c. Notandum quòd ad ambulandum in ſpiritu ſeptem ſunt neceſſaria ad ſimilitudinem ambulationis corporalis. videlicet: Lumẽ, quo via & patria cognoſcitur. & eſt fides, quia per fidem ambulamus. Si quis in lumine illo ambulat, non offendit quia lucem huius mũdi videt. Huius diei & lucis xij horæ, xij ſunt articuli fi-
Ephe. 5 dei. Hoc lumẽ cœli, infideles in tenebris ſedẽtes, nõ vi-
1. Co. 12 dẽt, ideo ambulãt in tenebris, offendẽtes pedibus. Confidentia, vt ad patriam perueniatur, quod habetur ꝑ ſpẽ. Nam qui ſperant in domino, mutabũt fortititudinem, aſſument pennas vt aquilæ, current & non laborabũt, ambulabũt & non deficient. Amor patrię, vt etiam ob hoc via diligatur, quòd fit per charitatem Ambulate ergo in dilectione, quæ eſt via excellentior ad cœlum per

du-

duceſ tramite recto. Rectitudo viç, ne abea exorbitetur quod ſit per prudentiam. Relinquite infantiam, & ambulate per viam prudētiæ, & videte quomodo cautè ambuletis, quia in medio laqueorum inceditis. Sobrietas modeſtiæ, ne viator crapula aut ebrietate grauetur: ergo ſpiritu ambulate, & deſideria carnis nolite perficere. Hoc ſit per temperantiam. Vigor perſonæ, ne in via deficiat, quod ſit per fortitudinem. Sic Helias ambulauit in fortitudine cibi cœleſtis vſque ad montem dei. Sic animalia illa ſancta non reuertebantur, dum ambulabant. Decor iuſtitiæ, vt vnicuique debitum ſuum faciat, quod ſit per iuſtitiam. Quia rectè viæ domini, iuſti ambulant in eis. In pace & æquitate ambulauit mecum. ſic decet nos adimplere omnem iuſtitiam, & ſapientia in viis iuſtitię ambulat, vt ditet diligentes ſe, &c.

Prou.9 Ephe.5 Eccle.9 Luc.12 Gal.5 3.Re.19 Eze.1 Oſee 14 Mal.2 Mat.3 Prou.8

DOMINICA XIIII. POST PENTECOST IN EVANG. Luc.x. Sermo.

OMnibus hominibus à natura inditum eſt vt quę noxia ſunt fugiant, & quę proficua vtiliáque ſibi arbitrantur, ſummis viribus & conatu laborent vt acquirant. Sic omnium hominum vna voluntas eſt capeſſendę beatitudinis. Verùm quid ipſa beatitudo ſit, & quibus ad eam viis perueniatur, ignorant multi. Multi itē & ſi cognoſcant, vitam beatam eſſe, vt cognoſcant deū patrem, ſolum deum verum, & quem miſit Ieſum Chriſtum, vias etiam vitę, etſi ſciant obſeruationem eſſe mādatorum Dei, tamen nolunt ambulare in lege & in viis Dei. Multi item ad hoc inſaniæ deueniunt & indurationis, vt dicant non ſolùm in corde ſuo: Non eſt deus, ſed & ore blaſphemo deum deſpiciunt, & dicunt illud Hieremię: Præuaricatione præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus. Negauerunt Dominum, & dixerunt, Non eſt ipſe. Sed & operibus & factis deum ferme totus mundus negat. & in hac tranſgreſſione horribili, & illi rei ſunt, qui ipſum ore confitentur. Verùm qui Deum negat & Chriſtum, aliquo iſtorum triū modorum, hunc Chriſtus viceuerſa negabit coram pa-

Ioan. 17 Tit.1

treſuo & angelis Dei. Quid enim prodeſt homini etiā
ſi totum mundum lucraretur, corde credere ad iuſtitiā
Mat. 1 &ore confiteri Deum ad ſalutem, ſi non operatur iuſti-
Luc. 11 tiam, ſed operatur iniquitatem? Si opera fidei non ha-
Rom. 19 bet? Si non ſequitur Chriſtum? Inanis eſt fides eiuſmo-
Iacob. 2 di, & mortua in ſemetipſa, ſicut ſcriptum eſt, Qui dicit
1. Ioan. 3 ſe noſſe Deum, per fidem & mandata eius non cuſto-
dit, mendax eſt. & veritas in eo non eſt. Qui autem ſer-
uat verbum eius corde credendo, ore ad ſalutem confi-
tendo, & opere voluntatem dei faciendo, verè in hoc
charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ip
ſo ſumus. Igitur qui dicit ſe in Chriſto per charitatem
(ſine qua cætera omnia ſine fructu habentur) manere
debet ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare. Beati pro-
inde oculi, qui vident quæ vos videtis. Qui inſtar vobis
Gal. 4 rectè credunt in me. Qui oculis carneis verum homi-
nem natum & factum ex muliere me credunt, & oculis
cordis me deum verum patri meo conſubſtantilem co-
æqualem & coæternum me vident & confitentur, non
ſolum lingua & ſermone, ſed & opere & veritate. Qui
non ſolum mihi dicunt, Domine, domine, ſed etiam fa-
ciunt voluntatem patris mei, qui eſt in cœlis. Qui ve-
ſtrum intuentes exitum conuerſationis veſtræ fidem
imitantur. In iſto ergo euangelio viſio & cognitio Dei
commendatur Deinde id quod præcipuè ad beatitudi-
nem promouet, dilectio videlicet Dei & proximi, expli-
catur. Tertiò qui ſit proximus declaratur ait ergo: *Beati*
Viſio Dei *oculi qui vident quæ vos videtis*, Chriſtus tripliciter vide-
tur Oculo corporis tantū. Sic viderūt eū Annas & Cay
phas, Herodes & Pilatus, Iudas proditor, & qui eum cru
cifixerunt & pupugerunt. At illi non ſunt beati, ſed mi
Pſ. 34 ſeri. Iſti viderunt, & odio gratis eum habuerūt. Illis gra
Luc. 4 uis erat ad videndum. Aure quidem audierunt verba
gratiæ eius. & non intellexerunt, & videntes eius in car
ne præſentiam, deſideratam cunctis gentibus, non vide
runt oculo fidei diuinitatem eius quæ latebat in eo,
mundum ſibi reconcilians: Imò dicebant eum peccato-
rem, ſeductorem, & habere dæmonium. Secundo Chri-
ſtus videtur oculo fidei & mentis. Sic eum vidit Simon
iuſtus. Sic eius diem Abraham vidit, & grauiſus eſt
Sap 2 Sic gloriam eius viderunt apoſtoli, & quotquot fue-
rūnt iuſti ab initio, plenum gratia & veritate. De hac
ſcriptura

ſcriptum eſt viſione: Quia vidiſti me Thoma, credidi-
ſti, beati qui non viderunt & crediderunt. Viſio iſta bea *Ioan. 20*
ta non eſt, ſed beatitudinis meritum. Qui ex iſta fide ele-
ctorum dei ſunt, cum fideli Abraham benedicētur. Qui *Gal. 3*
eo modo confitetur dominum Ieſum in ore ſuo, & in
corde ſuo crediderit, quòd deus pater ſuſcitauit eum à
morte ſaluus erit. Omnis qui ſic credit in eum, non cō *2. Pet. 1*
fundetur. Sic reuelata facie in caliginoſo loco mūdi hu-
ius, oculo fidei, gloriam dei ſpeculantur, in eandem glo-
riā trāſformātur, à gloria in gloriā, tanquā à domini ſpi-
ritu. Tertiò Chriſtus videtur in gloria Dei patris, ſedēs *Phil. 2*
ad dexteram maieſtatis eius in excelſis. Tunc eū facie *Heb. 2*
ad faciem electi videt, ſicuti eſt, & ſimiles ei erimus. Ibi
videbitur in gloria ſua. Ibi regem in decore ſuo videbūt.
Iſta viſio merces eſt electorum & finis, dicente apoſtolo-
rum principe Petro: Ieſum quem non vidiſtis, diligitis: *1. Pet. 1.*
In quem nunc quoque non videntes creditis, creden-
tes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata,
reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum ve-
ſtrarum. Vos autem & nunc beati omnes eſtis, puſilli &
magni, qui videtis oculis cordis & fidei quæ apoſto-
li viderunt oculis & corporis & cordis. Nemini hic non
compertiſſimum arbitror aliam viæ, aliam patriæ & Hie-
ruſalem cœleſtis, quæ eſt mater noſtra, eſſe beatitudi-
nem. Dico enim vobis amicis meis, quibus omnia quæ
audiui à patre meo, nota feci, quod multi ꝓphetæ, ſicut
Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Dauid &c. qui magni fue-
runt propter propheticam reuelationem, Incerta enim
& occulta ſapientiæ ſuæ Deus illis manifeſtauit. &
reges, qui magni fuerunt poteſtate illis data à Deo de-
ſuper, ad laudem bonorum & vindictam malorum: In
horum albo fuerunt, Iob, Dauid, Ioſaphat, Ezechias, Io-
ſias, voluerunt videre quæ vos videtis, me videlicet car-
nem factum, & habitantem inter homines, gratia ple-
num & veritate. Oſtende nobis faciem tuam, dicebant,
& ſalui erimus, o pater miſericordiarum, & totius con-
ſolationis Deus, Cùm ſim non ſolum ſpecioſus præ fi-
liis hominum, ſed etiam præ millibus angelorum. Can- *1. Cor. 2*
dor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula maieſtatis Dei *Pſ. 44*
& imago bonitatis illius, figura ſubſtantiæ eius, & ſplen-
dor gloriæ eius, & totus deſiderabilis. Plus item Salo- *Heb. 1*
mone, cuius faciem videre deſiderabat vniuerſa terra. *3. Re. 10*

Vnde

Vnde & vos ſeruis Salomonis multo eſtis beatiores & non viderunt me eo modo quo vos me videtis, inter homines conuerſantem, & ſalutem mundi in medio terræ operantem, Vnde teprobus Balaam dixit Heu, quis vi-
Cant. 5 cturus eſt, quando hæc faciet Deus? Videbo eum, ſed nõ modò. Et in Canticis ſponſa: Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, & inueniam te ſolum foris, & deoſculer te? &c. & audite quæ vos auditis. Nempe verba vitæ æternæ, Verba gratiæ, quæ de ore
Rom. 2 meo procedunt. Sermo quippe Chriſti, ſemper in gratia ſale conditus fuit & bonus, ideo ædificationem fidei & gratiam auditoribus, mitibus & humilibus corde ſemper dedit. Vox eius, vox dulcis, mel & lac erat ſub lingua eius & non audierunt ex ore meo conſilium Dei, myſterium regni dei, & omnia quæ audiui à patre, quæ vobis manifeſtaui. Perfidi autem Iudęi, eum viderunt, ſed non receperunt eum, nec ſicut Deum glorificauerunt. Audierunt eum, ſed ſermo eius non cepit in eis, Omnes ſermones eius proiecerunt retrorſum. Ideo excuſationem non habent de peccatis
moR. do ſuis. Sequitur altera pars, in qua de dilectione vera agitur, Dei videlicet & proximi, per quam ad beatitudinem peruenitur. dicit ergo, Et ecce quidam legiſperitus Ille peritus eſt in lege, qui legem ſpiritualiter intelligit, & legem vitę, operibus adimplet, hoc eſt, qui Chriſtum legis finem intelligit, ad iuſtitiam omni credenti,
1. Co. 10 iuxta illud Apoſtoli: Lex pędagogus noſter fuit in Chriſto, dum omnia illis contingebant in figura Hoc qui neſcit & ignorat, à lege aberrat, in vaniloquium conuertitur: & dum vult legis doctor eſſe nõ intelligit, neque quę loquitur, neque de quibus affirmat, Verba legis tenuit iſte, literam occidẽtem callebat, inſtar Satanę qui & ipſe Chriſtum tẽtans ſcripturas adduxit, legis autem ſcopum & finẽ, Chriſtum videlicet, ignorabat: ſpiritum viuificãtem (ſine qua legis cognitio nõ prodeſt quicquàm non habuit ideo mãſit in morte Et dum inſipiẽs ipſe in lege gloriabatur, & in ſapiẽtia inſtante erra
Luc. 4 uit ab vtero, & falſa cũ alijs loquebatur. *ſurrexit*, volẽs ab omnibus videri, & vt melius ab omnibus audiretur. Hic in faſtu, alterum Heliũ Buſitem mihi referre videtur. Expectauit quippe hic Chriſtum loquentem: Cùm autem vidiſſet, quod cæteri phariſæi & le gis docto-

res

tes eum capere non poſſent in ſermone, nec reſiſtere vel contradicere ſermonibus eius,& deſperans aperto diſputationis certamine cum eo congredi cuniculis interrogationum eũ cõcludere laborat. Surrexit ergo, qui prius in corde ſuo dixit ad ſemetipſum:Non ſunt longęui ſapientes,nec ſenes intelligunt iudicium. Hæc ſecum tacitus cogitabat. Nam ſi alta voce hæc protuliſſet,etiam ſuæ farinæ ſodales contra ſe exacerbaſſet. Nunc autem quaſi tuba exaltat vocem ſuam, & dicit, Audite me,oſtendam vobis ſapientiam meam, Plenus ſum ſermonibus,& coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit &c. Quid autem cinis iſte & vermis fruſtra ſenſu carnis ſuæ inflatus & ſuperbiens moliebatur,euangeliſta dicit,tentans eum,hoc eſt, circumuenire & fallere eum cupiens,& ex reſponſione ſua eum confundere coram aſtantium corona. ſed malitia non vincit ſapientiam.& dicens,alta voce:Magiſter. Ecce verſipellis iſte amicum ſe fingit cùm ſit inimicus. Ouis vocem emittit agni,opertus veſtimento eſt, cùm ſit lupus rapax Diſcipulorum Chriſti verbis vtitur, qui eum vocabant magiſtrum & dominum,cùm ſit ex patre diabolo,& nec doctrinam Chriſti accipere,nec eius velit veſtigia ſequi. Et laudatores ſanctorum ſignat, & nõ imitatores. Quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Ecce,quantis technis verborum fraudis ſuæ malitiam fucat iſte legis peritus. Videtur quippe humiliter quærere,ſapienter & vtiliter. Humiliter, cùm dicit, Magiſter. Sapienter,cùm dicit. Quid faciendo? Vtiliter, vt vitam æternam poſſideam? Alibi noluerunt Chriſti diſcipuli eſſe,ſed Moyſi,cùm nec Chriſti nec Moyſi ſermonibus crederent,nec legem facerent. Sapienter item interrogat,iuxta vatis ſancti dictum,de ſemitis antiquis, & de via ciuitatis habitaculi dicens: Quid faciendo? quia regnum dei non eſt in ſermone,ſed in virtute Qui fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorum Nam qui habet verba Chriſti & facit ea, vir ſapiens eſt,ſeruus bonus & diſpenſator fidelis. Qui habet ea & non facit,ſtultus eſt,ſeruus malus & piger. & diſſipator infidelis bonorum domini ſui. At Lutherani ſola fide ſua diabolica, ſine omnibus operibus bonis, & cum omnibus operibus malis, (ſi ſpiritus eorum

mendax

mendax eis non mentitur)iuſti ſunt & ſaluantur, cum
Mat. 3 dæmon ad aſtra leuatur. Agendo pœnitentiam non tan
tum credendo & docendo, appropinquat regnum cœlo-
rum. In ſua autem tentatione monſtrat ille legiſperi-
tus, quàm vera ſit Chriſti confeſſio, qua patri ſuo regra
Mat. 11 tians dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ,
quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. Ipſe
Ioan. 10 enim ſapiens fuit & prudens, ſciuit multa, & ſuæ ſalu-
tis ignorabat documenta & vias vitæ. Imò nec oſtium
ſalutis agnouit, quod eſt Chriſtus. Prima enim iuſtitia
eſt, Deum cognoſcere per fidem. Secunda eſt in fidei lu
Pſ. 56 mine Chriſtum in ſanctitate & iuſtitia imitari, facere
Col. 1 bonitatem, in omnibus operibus bonis fructificare.
Hæc præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Sed & ex
verbis ſuis inſipientia eius manifeſta eſt. Primò enim
quærere debuit quid credendo, deinde quid facien-
do, vitam poſſideret æternam. Ergo ſi tacuiſſet, ſapiens
reputatus fuiſſet. Loquendo igitur traduxit ſeipſum,
& dum ſapientem ſe putauit, ſtultitiæ ſuæ ſigna reli-
Iacob 2 quit & verba, & ſtultus factus eſt. Nam ſicut fides ſine
bonis operibus mortua eſt in ſemetipſa, ſic & bona ope-
ra ſine fide, nihil proſunt ad ſalutem, Deo non placent,
Heb. 11 Quia impoſſibile eſt Deo placere ſine fide. Bene etiam
Matt. 25 dicit poſſidebo, quia æterna vita eſt interminabilis vi-
tæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Venite, ait Chriſtus,
poſſidete paratum vobis regnum, Qui vicerit poſſide-
bit hæc. Verùm cùm legiſperitus incidiſſet in foueam
quam parauerat pedibus Chriſti, quærẽdo ordine præ-
poſtero de via ſalutis, imò de fide nullam in verbis
ſuis feciſſet mentionem, ac meditans inania hoc ma-
ligna ſua interrogatione molireiur, vt Chriſtus aliquid
contra Moyſen ageret, aut doceret. Tunc Chriſtus fons
ſapientiæ, ac ipſa patris ſapientia & virtus oſtendit op-
Exod 20 poſitum. At ille, Chriſtus videlicet, dixit ad eum, qui
Gal. 5 propter malitiam ſuam indignus erat cui reſpondere-
tur. Quia adeo benignus eſt vt pluuiam doctrinæ ſuæ
non ſolum ſuper bonos, ſed etiam ſuper malos effunde-
ret, & benignus eſt ſuper ingratos & malos. *In lege quid
ſcriptum eſt?* In lege diuina videlicet, quam Deus vobis
per Moyſen dedit in diſpoſitione angelorum: cuius de-
bitorẽ te per circũciſionis acceptionẽ feciſti faciẽdæ vni
uerſæ. De lege autem quã docebat, & non faciebat, cum

Do-

Dominus interrogat, vt eum legis ignarum oſtendat, cuius ſe magiſtrum,multa præſumẽs,faciebat:& ſic cognoſceret ſe grauius puniendum,vapulandumque multis:non ſolùm eo quòd agnitam non faceret,ſed & ideo quòd eam quam non intellexit legem,docere pręſũpſit.Quantos in hodiernum diem hic habet imitatores. Audent euangelium docere & verbum Dei, quod ne à limine unquam ſalutarunt *Quomodo legis?* hoc eſt,quàm attentè,& in lectione priuata,quæ eſt diſcuſſio propter conſcientiæ, & in lectione publica, quę eſt elucidatio legis diuinæ & eruditio auditorũ ad iuſtitiam.De hac Apoſtolus ait: Attende tibiipſi & doctrinæ,perſiſte in his:Nam ſi id feceris,teipſum ſaluum facies, & eos qui te audierint. Quomodo legis? quàm deuotè, quam attentè,quàm aſſiduè, quàm appertè, quàm obſeruanter & vtiliter tibi & proximis tuis? *At ille dixit.* ex lege quod nouerat,ſed nõ fecerat,quod ſcriptum erat. Pręſentem enim Deum habuit, quem diligere debuit, & tamen nec deum nec dominum ſuum vocabat,ſed magiſtrum:Quaſi voluerit ab eo doceri: non eum colere vt deum, nec timere aut reuereri vt dominum. *Diliges Dominum Deum tuum.* Ecce tria de dilectione:Mandatum diũinum,quia diliges:Obiectum debitum, quia dominum Deum tuum Modus perfectus,quia ex toto corde tuo.Ergo legis impletio.eſt dilectio de corde puro, cõſcientia bona,& fide nõ ficta,Dicit lex,dilige:non tantùm cognoſce.Quia cognoſcere Deum vnum, propriũ eſt humanæ naturæ:diligere verò,religioſi cordis eſt et recti.iuxta illud:Recti diligunt te,Dæmones Deum cognoſcunt,& credunt. Similiter & mundi ſapientes cognouerunt deum ex creaturis mundi: Nec non ſempiternam virtutem eius & diuinitatem : ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,eo quòd Deum non glorificauerunt,Deum non amauerunt,& obſcuratum eſt inſipiẽs cor eorum.ſtultique facti ſunt.Vera enim ſapientia,dilectio vera comprobatur.Qui deum ſyncerè diligit,ſapientiſſimus eſt,etiam ſi non didicerit alphabetũ.Qui non diligit Deum, ſtultiſſimus eſt,amens & inſanus,etiam ſi nouerit omnes artes,& omnes ſcientias habuerit.Si habuerit prophetiam,& nouerit myſteria omnia, & habuerit omnem fidem. Si ergo quis non amauerit Chriſtum Ieſum,(vt Phariſæus iſte,qui ſcripturas legit, ſed

1 Tim.4 — Rom.13 — Can.2 — Rom.1 — Sad.13 — 1 Cor.13

ſed non intellexit, eo quod. velamen ſuper oculos ſuos habuit, nondum ablatum à Chriſto, qui aperit diſcipulis ſuis ſenſum vt ſcripturas intelligant (quantumlibet ſapiens ſit in oculis ſuis & aliorum, ſit anathema maranatha Dilige ergo dominum omnipotentem, cui timor: deum omnia conſiderantem, cui honor. tuum, totum ſe tibi dantem, cui debetur amor. Dili ge dominũ qui pro te factus eſt ſeruus: Denm qni pro te factus eſt homo: tum qui totum ſe pro te dedit hoſtiam Deo patri in odorem ſuauitatis. Dilige inquam dominum deum tuum. In quibus verbis tria inſinuantur, quæ ſunt in Deo: Dilige dominum: propter potentiã quæ attribuitur patri: Deum, propter ſapientiam quæ appropriatur filio. Tuum, propter bonitatem, quæ ſpiritui ſancto appropriatur. Dei enim bonitas & amor fecit Dominum noſtrum eſſe. Vel dic quòd hic triplex tangitur dilectionis diuinæ motiuum. Dilige ergo deum, qui per potentiam ſuam te creauit & fecit. Deum qui per ſapientiã ſuam te docuit. Tuum, quia per ſuam bonitatem ſe tuũ fecit, et ſic redemit. Modum diligendi ſubſtituit cùm dixit. *Ex toto corde tuo.* Iſta verba multifariam, multiſque modis olim expoſita ſunt à doctoribus ſanctis, et vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundat: At vnam ego ſolummodo proſequar in pręſentiarum, idque breuiſſimè. Ex toto corde, hoc eſt, ſapienter. Ex tota anima, id eſt, dulciter. Ex tota virtute, id eſt, fortiter. Ex tota mẽte, id eſt memoriter. *Et proximum tuum ſicut teipſum*, eo affectu quo teipſum amas. Vel propter quod diligis teipſum: ſcilicet propter, deum. Vel ad quod teilſum: Ad gratiam in vita videlicet quę nunc eſt, et ad gloriam in vita ęterna. Vel quaſi teipſum, quia imago dei eſt, & capax diuinæ bonitatis vel ſine intermiſſione & vſque in finem. Et noli ei conſentire in vitiis: ſicut nec tu in vitiis vis oleo peccatoris caput tuum impinguari, magis autem à iuſto in miſericotdia corripi & argui. Charitas enim non gaudet ſuper iniquitate, ſed congaudet veritati, *Dixitque* Chriſtus *illi*, legiſperito: *Rectè reſpondiſti.* & ſic eius reſponſionem approbat, non vitam. Ido non dixit: Rectè feciſti. Legis enim verba portabant in libris deſcripta, in intellectu & memoria, in veſtimentis item magnis inſcripta philacteriis: Sed legem Moſi nemo eorum fecit. Alios docuerunt, ſeipſos non docebant. Vnde ſequitur

quitur: *Hoc fac.* Quaſi dicat, Dicis hoc, & non facis, &
ideo ad vitam non vadis. Sed iam medice cura teipſum.
Hoc fac, & ſic beatus in tuo facto eris. Nam qui facit
hæc, non mouebitur in æternum. *& viues,* vita gratiæ
in exilio, & vita gloriæ in cœlorum regno. Nam ſe dili-
gentibus deus coronam vitæ repromiſit & præparauit.
Dilectio liber mandatorum Dei eſt & finis & ſcopus,
quam qui opere & veritate ſeruat & facit, peruenit ad
vitam: Qui autem eam derelinquunt, in morte. Vt ta-
ceam de dilectione Dei, ad dilectionem proximi nos
multa inuitant, Nempè: Mandatũ Chriſti. Hoc eſt præ- *Ioan. 15*
ceptum meum vt diligatis inuicem. Et iterum: Hæc mã-
do vobis, vt diligatis inuicem. Et iterum: Mandatũ no-
uum do vobis, vt diligatis inuicem. In hoc cognoſcent
homines quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habue-
ritis adinuicem. Ergo manete in dilectione mea. Et hoc
mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, dili-
gat & fratrem ſuum. Secundò, quia lux ex hoc percipi- *1. Ioan. 2*
tur, dicente Ioanne: Qui diligit fratrem ſuum, in lumi- *Pſ. 118*
ne manet, & ſcãdalum in eo nullum eſt. Pax multa di-
ligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcãdalum. Ter-
tiò quia lex tota Dei impletur: Qui diligit proximum, *Rom. 13*
legem impleuit. Et iterum: Omnis lex in vno ſermone
impletur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quar-
tò dei ſimilitudo ex hoc acquiritur. Si Deus dilexit
nos, & nos debemus alterutrum diligere. De hoc textũ
habes, Matth. v. & Lucæ vj. Et Apoſtolus: Ambulate in
dilectione, & imitatores Dei eſtote, ſicut filij chariſſimi,
&c. Et iterum: Eſtote in inuicem benigni, miſericordes, *Epheſ. 5*
donãtes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vo-
bis. Quintò adoptatio Dei ex hoc naſcitur. Omnis
enim qui diligit fratrem ſuum, ex deo natus eſt. Sextò
diuina præſentia ex hoc habetur. Si diligimus inuicem, *Ioan. 14*
deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta
eſt. In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, &
ipſe in nobis, quoniam de ſpirituſancto ſuo dedit no-
bis. Item: [D]eus charitas eſt: & qui manet in charitate,
in Deo manet, & deus in eo. Septimò per Charitatem
omne malum à nobis propulſatur: Nam dilectio pro- *Rom. 13*
ximi, malum non operatur. Omnibus placet in bono.
Prouidet ſibi bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam
coram omnibus hominibus. Omnia in ædificationem

facit, & non agit perperam. Octauò omne bonum per
1. Ioan. 3 dilectionem acquiritur, Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa &c. Nos ſcimus, quia tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

HOMILIA SECVNDA.

SEQVITVR iam tertia pars euangelij, in qua quis ſit proximus noſter, quem ſicut nos ipſos diligere præcipimur, declaratur. Dicitur ergo: *Ille autem phariſæus, volens iuſtificare ſeipſum*, id eſt, iuſtum oſtēdere, ratus ſe ante hominem purum, qui ea quæ foris ſunt tantummodò videt ſtare, non ante deum, qui cordis ſecreta rimatur, *dixit ad Ieſum*, volens ſuam oſtentare perfectionem & excellentiam vitæ, non vt deo, ſed ſibi gloriam redderet & naciſceretur. Laudatus enim à Chriſto, quòd rectè reſpondiſſet, eleuauit eum cor ſuum, plus quàm prius altum ſapere cæpit, ſéque aliquid eſſe putauit, nullúmque ſibi putauit proximum, perinde ac nullus ei in iuſtitia & legis notitia ſimilis eſſe poſſet. Sed in hoc ipſo, quod ſe de iuſtitia ſua extulit in mente, & cæteros omnes quaſi non eſſent eius proximi, fruſtra inflatus deſpexit, ſi quam habuit iuſtitiam, perdidit & gratiam, ac ſtultum ſe oſtendit dignúmq; extrema confuſione. *Et quis eſt meus proximus?* quem vt meipſum teneor diligere? *Suſpiciens autem Ieſus.* Et bene ſurſum aſpexit, vt oſtendat ſuam ſapientiā, qua reſpondit huic, à Deo patre qui in cœlis eſt, ſe habere. Et quia de rebus altis & magnis locuturus eſt, *dixit*, phariſæo: *Homo quidam deſcendit à Hieruſalem in Hiericho.* Hoc ad literam potuit eſſe verum. Sed cùm loquebatur Chriſtus parabolicè, rectius homo iſte intelligitur vel Adam protoplaſtus, vel peccator quiſque à baptiſmali innocentia, in peccati laqueos & diaboli ſeruitutem recidens, à quibus per Chriſtum vindicatus fuit. Deus enim Adam rectum fecit, ac rectus efficitur qui per aquam & ſpiritum renaſcitur in Chriſto.
Ioan. 11. Et ſicut Adam ſi in collata ſibi gratia & innocentia
Ioan. 8 perſeueraſſet: mortem non guſtaſſet, à paradiſo ad cœ-
& 5. li gaudia fuiſſet tranſlatus: Pari modo, ſi quis in baptiſmali innocentia mortē oppetit, non moritur in æternum.

num,ſed tranſit à morte in vitã. Si autẽ homo à morte
tranſlatus ad vitam per baptiſmum, poſt illuminationẽ *Prov. 26*
ſuam & guſtum doni cœleſtis, participationémque ſpi- *1. Pet. 2*
rituſſancti, retro poſt Satanam abit, retro reſpicit, rur-
ſus peccatis implicatur, illi contingit illud veri prouer-
bij: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in voluta-
bro luti, eius poſteriora prioribus peiora ſiunt Et vtrũ-
que proſequendo intellectum, & maximè ſecundũ, cùm
alter alterum complectatur, facilíſque ſit de vno ad al-
terum tranſitus, ſic parabola hæc miſerabilem hominis
caſum continet, & impenſum illi gratuito à ſeruatore
noſtro ſalutis remedium, dicit ergo: Homo quidam de-
ſcendit. Vt Adam interim taceam, Homo peccans de-
ſcendit: & id continuè, ſi ſtatim à diaboli laqueis non
reſipiſcit, dignos pœnitentiç fructus faciendo. Iſte de- *Luca 15*
ſcendit, de cœlo, in quo erat aſſcriptus, vſque ad pro-
fundiſſimum infernum. Deſcendit & diſcedit à Deo, in
regionem longinquam, vbi diaboli porcos paſcit De-
ſcendit à ſommo honore, quo inter filios Dei erat cõ- *Sapien. 5*
putatus, ad extremam ignominiam, qua ſeruus peccati,
filius diaboli & glarea efficitur Cociti. Deſcendit in-
quam, quia abyſſus abyſſum inuocat, & mali homines
ſemper proficiunt in peius, peccatis peccata addunt, & *2. Tim 3*
trahunt peccatum in funiculis vanitatis. Sicq; ſemper *Eſaia 5*
ad deteriora labitur, qui peccando deſcendit à Deo ſa
lutari ſuo. Iuxta illud peccatũ peccauit Hieruſalẽ, pro- *Threno. 1*
pterea inſtabilis facta eſt. A Hieruſalẽ. Ecce altera pec-
catoris miſeria. Hieruſalẽ pacifica, & viſio pacis inter-
pretatur. Credentes autẽ in pace vocati ſunt, pacis fi-
lij ſunt, pacẽ Chriſti ſeruare, quam eis exiturus ex hoc *1. Cor. 7*
mundo ad patrẽ, quaſi teſtamentũ reliquit, debent. Ve- *Luca 10*
rum cũ deſcendimus à Hieruſalẽ, & deum relinquimus,
etiam pacem, cunctis mortalibus optatam, amittimus.
Non eſt pax impijs, teſte ſcriptura. Pax inquam vera,
quç eſt ordinata in fide ſub diuina voluntate obediẽ-
tia & cõſenſio. Habet enim homo ſubditus Deo, pacẽ
triplicẽ: Pectoris videlicet, tẽporis, & çternã Vel vt ſi-
gnificãtius loquar: Iuſtus habet pacẽ internã, quæ eſt *Iſa. 58*
conſcientiæ bonæ interrogatio in Deũ. Habet externã
cum proximo quantum in ipſo eſt. Etiam ſi oderint pa-
cẽ, pacificus nihilominus eſt cũ ipſis Et ſic cum patien- *Pſ. 119*
tia expectat pacẽ æternam. Poſuit Deus fines electo-

 rum,

rum, pacem ęternam. Pacem iſtam non habent peccatores. Quod benę oſtendit, euangeliſta, dum dicit eum à Hieruſalem in Hiericho deſcēdiſſe. Hierico enim luna interpretatur, per quam defectus, mutabilitas, vel inſtabilitas, & mortalitas intelligitur. Iuſtus in Hieruſalē cœleſti per ſpem & meritum habitat, & ſpe ſaluus eſt, atq; conuerſatio eius in cœlis eſt. Et Ieſus Sirach teſte,

Eccle. 27 Homo ſapiens in ſapientia manet vt ſol, ſtultus autem vel peccator, vt luna mutatur, nunquam in eodem ſtatu permanet, Mox vt nati fuerint, ſicut vmbra prætereunt,

Sapien. 1 & eſſe deſinunt. Et quantum ſol differt à luna, tantum intereſt inter iuſtum & peccatorem. Semper appropinquant ad portas mortis &c. Inſuper *incidit in latrones*, hoc eſt, dæmonum poteſtatem & manus. Ipſe enim rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ille homicida eſt à principio. De quibus Dauid ait: Irruerunt in me fortes. Iniqui inſurrexerūt ſuper me, & fortes quæſierunt animam meam. Quartum eſt quod ſpoliauerūt eum veſtimento iuſtitię originalis, gratiæ multiplicis, innocentiæ baptiſmalis, veſte deaurata & nuptiali charitatis, virtutum diuerſarum, & diuitijs meritorum. O

Pſ. 140. horror, ò miſeria peccatorū. Mox à deo recedunt, Deū

3. Petr. 3 derelinquunt, peccato conſentiunt, cadunt in retiaculū diaboli, & eius ſeruitutem: de qua egredi non poſſunt viribus propriis, niſi ope Dei ſuffulti. Iſti domini crudeles ſunt, nullam eis requiem concedunt, neque die-

Geneſ. 3 bus neque noctibus. His veſtibus decoris & gloriæ, primi parentes ſpoliati, apertis oculis turpitudinis ſuæ nuditatem viderunt. Et mox ſeipſos foliis operuerunt arborum, & Deus de exuuiis beſtiarum eius tunicas fecit. Et meritò beſtiarum ſunt tecti pellibus, dum honorem

Pſal. 48 collatum gratuito illis à Deo, non intellexerunt, et per inobedientiam comparati ſunt iumentis inſipientibus, et ſimiles facti ſunt eis: Vt ſic aſpectus veſtis viliſſimæ, oculis mentis noſtræ ingerat ſemper turpitudinē præuaricationis noſtræ. O quàm inæqualis permutatio veſtis à Deo datæ, iuſtè tamen. Ideo qui ſuperbit vel gloriatur de veſte, vtique terrena ſapit, et gloriatur in ſua confuſione. Nec ſic contenti fuerunt qui in ipſum irruerunt, fortes videlicet dæmones, ſed *plagis impoſitis*, et vulneribus ſuper vulnera inflictis. Vulnera iſta quatuor ſunt primordialia ac præcipua, ex quibus quicquid

mali,

mali,quicquid culpę,quicquid pœnæ,quicquid damnationis eſt in hominibus, pullulat & excreſcit. De his plura habes libro primo de charitate,cap xiij. Sunt autem plagæ iſtæ crudeles: Infirmitas in iraſcibili, cæcitas ſiue ignorantia, malitia in voluntate vel appetibili virtute animæ, & ex his conflatá cõcupiſcentia in carne,vulnus peſſimum quod rarò perfectè ſanatur in vita præſenti, vt nullis carnis illecebris & deſideriis nunquam conſentiat ſpiritus. Plagæ iſtæ etiam peccata intelligi poſſunt, quia his naturæ humanę integritas violatur. Iſtis cum vulneribus in hunc mundum naſcitur omnis homo,& mors quaſi feſſis vulneribus inducitur. Non eſt ſanitas in carne mea, ideo miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea. Hoc Iob aſpiciens, dixit: Concidit me vulnere ſuper vulnus. Hæc eſt lex membrorum. Infęlix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic ſuper dolorem vulnerum noſtrorum addunt ſemper. Inſuper *abierunt*. nõ ceſſando ab inſidiis, ſed inſidiarum fraudes occultando, & quaſi receſſiſſent in regionem longinquam ſe habendo. Sic abeunt peccatorem vinctum & funibus peccatorum conſtrictum relinquentes. Vt dicere poſſit: Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Sic ergò miſer & miſerabilis, pauper, cæcus & nudus factus eſt homo peccans. Abeunt etiam & dicuntur abiiſſe, quia non tradunt ei ad nutum ea quæ ei promiſerunt, & pro quibus eum peccare fecerunt. Hoc enim afflictionis & amaritudinis maximè, facit ſeruis ſuis diabolus, quod poſtquam hominem decepit, contemnit, ſed nec ei tribuit quæ pollicitus erat. Sic poſtquam Adã fructum guſtauit, receſſit deceptor. Nec promiſſa ei dedit, ſed in extrema cõfuſione & miſeria eũ reliquit. Poſtquam Dauid adulterium, Cain fratricidium, Ammon ſtuprum fecit, Achitofel malum dedit conſilium, Iudas proditionem fecit, Ananias & vxor eius defraudati ſunt communitatem, &c. inſtigati à ſpiritibus reprobis, Ecce, conſummatis peccatis,& poſtquam in laqueo iſto quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum, tunc abierunt lætantes, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Abeunt, vt & alios ad caſum inducant, certi quòd de compedibus ſuis non

Hiere. 18

Pſ. 148

Geneſ. 3

2. Re. 11

2. Re. 14

Eſaia 6

facile ſe explicabit. Imò eorum operam ſciant non neceſſariam, quia & alij eum in malis palpando ſine difficultate retinebunt, dum eum beatum dicũt, & laudãt in deſideriis animę eius: malis, vulnerant peccatorẽ, idque infirmitatibus vſque ad mortẽ grauiſſimis: memoriam Dei & beneficiorũ eius obliuione. Intellectum & rationalẽ per ignorantiã Voluntatẽ per malitiã Sic eſt omne caput languidum & omne cor mœrens. Corpus concupiſcentia noxia infectum eſt Adeo quòd omnes ſenſus noſtri & cogitatio ad malum prona ſunt ab adoleſcentia noſtra. A planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in nobis ſanitas. Hoc Dauid conſiderans, gemens dixit: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar, Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt vlla ſanitas in carne mea. Semper aduerſus ſpiritum caro concupiſcit, ſemper legi mentis repugnat. Sed vulnera membris inflicta ſummis labiis tangere, vt adagio dicitur, è re fore arbitror.

Eſai. 3 *Pſal. 9.* *Eſai. 1* *Pſal. 39* *Gal. 3*

HOMILIA TERTIA.

IN tam altam inſcitiæ caliginem, & mentis inſaniam ex Adæ transgreſſione incidimus, quod noſmetipſos ignoramus, vulnera noſtra nõ videmus pericula noſtra horrenda non conſideramus, imò cùm hoſtes nos vulnerauerunt adeo, quod à planta pedis vſque ad verticem capitis nõ ſit in nobis ſanitas, & conciderint nos vulnere ſuper vulnus. Tamen ſanos nos eſſe putamus, & inter mortis anguſtias & amaritudines lætamur in noſtris malefactis, & in rebus peſſimis, tanquã mente capti, exultamus. Igitur operæpretiũ ratus ſum, vulnera quæ latrones nobis inflixerunt, breuiſſime in lucem ponere: vt vel ſic medicum requiramus, qui ſanet omnes infirmitates noſtras, tum carnis tum animæ, & grati ſimus ei. Ecce latrones iſti crudeliſſimi eruerunt nobis oculos cordis, cæci naſcimur, & ignari viarũ Dei: Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu, inuenimus cum labore. Abſciderunt nobis aures obedientiæ, iuxta illud: Naſum tuum & aures tuas præcident. Imo & obſtruunt quod de eis reliquum

Sap. 9 *Ezec. 33*

eſt,ne audiant legem, ſicut aſpis ſurda quæ non audit vocem incantãtis, Nares diſcretionis abſciderunt no- *Ezec. 33*
bis,vt ignoremus diſtãtiam boni & mali,ſancti & Pro-
phani. Amputarunt nobis linguam, quæ laudes Dei *Pſal. 37*
reſonabat, Deum & fidem confitebatur,nec non iniu-
ſtitias noſtras aduerſum nos Domino, & ſalutaria do-
cebat.Pedes ſtabilitatis,immobilitatis & perſeuerantiæ
nobis abſciderunt, atque ſumus nunc arundinis inſtar
nutabundi,omni vento doctrinæ,puerorum in morem
mouemur.Manus bonæ operationis nobis detruncarũt.
Item priuarunt nos odoratu deuotionis, & tactu com-
paſſionis.Et quod maioris eſt & longe horribilioris dã-
ni malum, caput heu,nobis etiam poſt omnium mem-
brorum vel mutilationem vel abſciſſionem amputant,
bonæ & rectæ intentionis,& ſic totum corpus operum
bonorum,ſi quæ facimus,tenebræ ſunt & abominabilia
in oculis Dei, ſicut & ipſi qui faciunt ea,abominabiles *Rom. 9*
ſunt in factis & ſtudiis ſuis. Vel caput nobis abſcindũt,
dum nos à Chriſto(qui caput noſtrum & Eccleſiæ ſuæ *Col. 1.*
ſanctæ eſt,)per peccatum ſeparant & diuidunt. Capite
autem à mẽbris cæteris amputatis, quid obſecro aliud
ſumus quàm Dagon idolum truncum, capite & mẽbris *1. Reg. 5*
amputatis,iacentes ſuper terrã?Fodiunt item & gladio
ancipiti,vtrinque ſcindẽte trãſuerberãt latus,& cor no-
ſtrũ vulnerãt.fraternæ dilectionis priuatione.dũ zelum *Iacob. 3*
amarũ & odij ſeminaria contra proximos nobis infun-
dunt. Inſuper vulnerati ſumus in capite per ſuperbiam
& elationem. Sic qui Deum odiunt, extollunt caput.
In oculis per inuidiam, vt proximi graues nobis ſint
ad videndum. Sunt & oculi pleni adulterio. Ideo de-
prędari animam noſtrám dicuntur à ſancto. In denti-
bus per iram, vt dentes filiorum hominum arma
ſint & ſagittæ, vt fremant & tabeſcant, vt dentibus
ſtrideant,ſontes iam in inſontes,Stridet dentibus & a-
reſcit, miſer iſte à dæmonio actus. In labiis & ore per
multiloquium, in quo non deeſt peccatum Linguã ve-
neno mortifero, vnde gladius acutus dicitur. Et ite-
rum:Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eo-
rum.Et iterũ:Exacuerunt vt gladium linguas ſuas,& ſi-
cut ſerpentes acuunt linguas ſuas.mali homines,vene-
num aſpidũ ſub labiis eorum Aures clauſit ad verbum
Dei:ad noxia aperuit.Frontem perfricamus,erubeſcere

tre ſuo & angelis Dei. Quid enim prodeſt homini etiā ſi totum mundum lucraretur, corde credere ad iuſtitiā

Mat.1 & ore confiteri Deum ad ſalutem, ſi non operatur iuſti-

Luc.11 tiam, ſed operatur iniquitatem? Si opera fidei non ha-

Rom. 19 bet? Si non ſequitur Chriſtum? Inanis eſt fides eiuſmo-

Iacob. 2 di, & mortua in ſemetipſa, ſicut ſcriptum eſt, Qui dicit

1. Ioan. 5 ſe noſſe Deum, per fidem & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. & veritas in eo non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius corde credendo, ore ad ſalutem confitendo, & opere voluntatem dei faciendo, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. Igitur qui dicit ſe in Chriſto per charitatem (ſine qua cætera omnia ſine fructu habentur) manere debet ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare. Beati proinde oculi, qui vident quæ vos videtis. Qui inſtar vobis

Gal.4 rectè credunt in me. Qui oculis carneis verum hominem natum & factum ex muliere me credunt, & oculis cordis me deum verum patri meo conſubſtantilem coæqualem & coæternum me vident & confitentur, non ſolum lingua & ſermone, ſed & opere & veritate. Qui non ſolum mihi dicunt, Domine, domine, ſed etiam faciunt voluntatem patris mei, qui eſt in cœlis. Qui veſtrum intuentes exitum conuerſationis veſtræ fidem imitantur. In iſto ergo euangelio viſio & cognitio Dei commendatur Deinde id quod præcipuè ad beatitudinem promouet, dilectio videlicet Dei & proximi, explicatur. Tertiò qui ſit proximus declaratur ait ergo: *Beati*

Viſio Dei *oculi qui vident quæ vos videtis*, Chriſtus tripliciter videtur Oculo corporis tantū. Sic viderūt eū Annas & Cayphas, Herodes & Pilatus, Iudas proditor, & qui eum crucifixerunt & pupugerunt. At illi non ſunt beati, ſed mi-

Pſ.34 ſeri. Iſti viderunt, & odio gratis eum habuerūt. Illis gra

Luc.4 uis erat ad videndum. Aure quidem audierunt verba gratiæ eius. & non intellexerunt, & videntes eius in carne præſentiam, deſideratam cunctis gentibus, non viderunt oculo fidei diuinitatem eius quæ latebat in eo, mundum ſibi reconcilians: Imò dicebant eum peccatorem, ſeductorem, & habere dæmonium. Secundo Chriſtus videtur oculo fidei & mentis. Sic eum vidit Simon iuſtus. Sic eius diem Abraham vidit, & grauiſus eſt

Sap 2 Sic gloriam eius viderunt apoſtoli, & quotquot fuerunt iuſti ab initio, plenum gratia & veritate. De hac

ſcriptura

ſcriptum eſt viſione: Quia vidiſti me Thoma, credidi-
ſti, beati qui non viderunt & crediderunt. Viſio iſta bea *Ioan. 20*
ta non eſt, ſed beatitudinis meritum Qui ex iſta fide ele
ctorum dei ſunt, cum fideli Abraham benedicẽtur Qui *Gal. 3*
eo modo confitetur dominum Ieſum in ore ſuo, & in
corde ſuo crediderit, quòd deus pater ſuſcitauit eum à
morte ſaluus erit. Omnis qui ſic credit in eum, non cõ *2. Pet. 1*
fundetur. Sic reuelata facie in caliginoſo loco mũdi hu
ius, oculo fidei, gloriam dei ſpeculantur, in eandem glo
riã trãsformãtur, à gloria in gloriã, tanquã à domini ſpi
ritu Tertiò Chriſtus videtur in gloria Dei patris, ſedẽs *Phil. 2*
ad dexteram maieſtatis eius in excelſis. Tunc eũ facie *Heb. 2*
ad faciem electi vidẽt, ſicuti eſt, & ſimiles ei erimus. Ibi
videbitur in gloria ſua. Ibi regem in decore ſuo videbũt
Iſta viſio merces eſt electorum & finis, dicente apoſtolo
rum principe Petro: Ieſum quem non vidiſtis, diligitis: *1. Pet. 1.*
In quem nunc quoque non videntes creditis, creden-
tes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata,
reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum ve-
ſtrarum Vos autem & nunc beati omnes eſtis, puſilli &
magni, qui videtis oculis cordis & fidei quæ apoſto-
li viderunt oculis & corporis & cordis. Nemini hic non
compertiſſimum arbitror aliam viæ, aliam patriæ & Hie
ruſalem cœleſtis, quæ eſt mater noſtra, eſſe beatitudi-
nem. Dico enim vobis amicis meis, quibus omnia quæ
audiui à patre meo, nota feci, quod multi ꝓphetæ, ſicut
Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Dauid &c. qui magni fue-
runt propter propheticam reuelationem, Incerta enim
& occulta ſapientiæ ſuæ Deus illis manifeſtauit. &
reges, qui magni fuerunt poteſtate illis data à Deo de
ſuper, ad laudem bonorum & vindictam malorum. In
horum albo fuerunt, Iob, Dauid, Ioſaphat, Ezechias, Io-
ſias, voluerunt videre quæ vos videtis, me videlicet car-
nem factum, & habitantem inter homines, gratia ple-
num & veritate. Oſtende nobis faciem tuam, dicebant,
& ſalui erimus, o pater miſericordiarum, & totius con-
ſolationis Deus. Cùm ſim non ſolum ſpecioſus præ fi-
liis hominum. ſed etiam præ millibus angelorum. Can- *1. Cor. 2*
dor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula maieſtatis Dei *Pſ. 44*
& imago bonitatis illius, figura ſubſtantiæ eius, & ſplen
dor gloriæ eius, & totus deſiderabilis. Plus item Salo- *Heb. 1*
mone, cuius faciem videre deſiderabat vniuerſa terra. *3. Re. 10*

Vnde

Vnde & vos ſeruis Salomonis multo eſtis beatiores & non viderunt me eo modo quo vos me videtis, inter homines conuerſantem, & ſalutem mundi in medio terræ operantem, Vnde reprobus Balaam dixit Heu, quis vi-
Cant. 5 cturus eſt, quando hæc faciet Deus? Videbo eum, ſed nõ modò. Et in Canticis ſponſa: Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, & inueniam te ſolum foris, & deoſculer te? &c. & audire quæ vos auditis. Nempe, verba vitæ æternæ, Verba gratiæ, quæ de ore
Rom. 2 meo procedunt. Sermo quippe Chriſti, ſemper in gratia ſale conditus fuit & bonus, ideo ædificationem fidei & gratiam auditoribus, mitibus & humilibus corde ſemper dedit. Vox eius, vox dulcis, mel & lac erat ſub lingua eius & non audierunt ex ore meo conſilium Dei, myſterium regni dei, & omnia quæ audiui à patre, quæ vobis manifeſtaui. Perfidi autem Iudæi, eum viderunt, ſed non receperunt eum, nec ſicut Deum glorificauerunt. Audierunt eum, ſed ſermo eius non cepit in eis, Omnes ſermones eius proiecerunt retrorſum. Ideo excuſationem non habent de peccatis
moR. do ſuis. Sequitur altera pars, in qua de dilectione vera agitur, Dei videlicet & proximi, per quam ad beatitudinem peruenitur. dicit ergo, Et ecce quidam legiſperitus Ille peritus eſt in lege, qui legem ſpiritualiter intelligit, & legem vitę, operibus adimplet, hoc eſt, qui Chriſtum legis finem intelligit, ad iuſtitiam omni credenti,
1. Co. 10 iuxta illud Apoſtoli: Lex pędagogus noſter fuit in Chriſto, dum omnia illis contingebant in figura Hoc qui neſcit & ignorat, à lege aberrat, in vaniloquium conuertitur: & dum vult legis doctor eſſe nõ intelligit, neque quę loquitur, neque de quibus affirmat, Verba legis tenuit iſte, literam occidẽtem callebat, inſtar Satanę qui & ipſe Chriſtum tẽtans ſcripturas adduxit, legis autem ſcopum & finẽ, Chriſtum videlicet, ignorabat: ſpiritum viuificãtem (ſine qua legis cognitio nõ prodeſt quicquàm non habuit ideo mãſit in morte Et dum inſipiẽs ipſe in lege gloriabatur, & in ſapiẽtia inſtante erra-
Luc. 4 uit ab vtero, & falſa cũ alijs loquebatur. *ſurrexit*, volẽs ab omnibus videri, & vt melius ab omnibus audiretur. Hic in faſtu, alterum Heliũ Buſitem mihi referre videtur. Expectauit quippe hic Chriſtum loquentem: Cũm autem vidiſſet, quod cæteri phariſæi & legis doctores

res eum capere non poſſent in ſermone, nec reſiſtere vel contradicere ſermonibus eius,& deſperans aperto diſputationis certamine cum eo congredi cuniculis interrogationum eũ cõcludere laborat. Surrexit ergo, qui prius in corde ſuo dixit ad ſemetipſum: Non ſunt longæui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium. Hæc ſecum tacitus cogitabat. Nam ſi alta voce hæc protuliſſet, etiam ſuæ farinæ ſodales contra ſe exacerbaſſet. Nunc autem quaſi tuba exaltat vocem ſuam, & dicit, Audite me, oſtendam vobis ſapientiam meam, Plenus ſum ſermonibus,& coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit &c. Quid autem cinis iſte & vermis fruſtra ſenſu carnis ſuæ inflatus & ſuperbiens moliebatur, euangeliſta dicit, tentans eum, hoc eſt. circumuenire & fallere eum cupiens,& ex reſponſione ſua eum confundere coram aſtantium corona. ſed malitia non vincit ſapientiam.& dicens, alta voce: Magiſter. Ecce verſipellis iſte amicum ſe fingit cùm ſit inimicus. Ouis vocem emittit agni, opertus veſtimento eſt, cùm ſit lupus rapax Diſcipulorum Chriſti verbis vtitur, qui eum vocabant magiſtrum & dominum, cùm ſit ex patre diabolo,& nec doctrinam Chriſti accipere, nec eius velit veſtigia ſequi. Et laudatores ſanctorum ſignat, & nõ imitatores. Quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Ecce, quantis technis verborum fraudis ſuæ malitiam fucat iſte legis peritus. Videtur quippe humiliter quærere, ſapienter & vtiliter. Humiliter, cùm dicit, Magiſter. Sapienter, cùm dicit. Quid faciendo? Vtiliter, vt vitam æternam poſſideam? Alibi noluerunt Chriſti diſcipuli eſſe, ſed Moyſi, cùm nec Chriſti, nec Moyſi ſermonibus crederent, nec legem facerent. Sapienter item interrogat, iuxta vatis ſancti dictum, de ſemitis antiquis, & de via ciuitatis habitaculi dicens: Quid faciendo? quia regnum dei non eſt in ſermone, ſed in virtute Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum Nam qui habet verba Chriſti & facit ea, vir ſapiens eſt, ſeruus bonus & diſpenſator fidelis. Qui habet ea & non facit, ſtultus eſt, ſeruus malus & piger. & diſſipator infidelis bonorum domini ſui. At Lutherani ſola fide ſua diabolica, ſine omnibus operibus bonis, & cum omnibus operibus malis, (ſi ſpiritus eorum

mendax

mendax eis non mentitur) iuſti ſunt & ſaluantur, cum
Mat.3 dæmon ad aſtra leuatur. Agendo pœnitentiam non tan
tum credendo & docendo, appropinquat regnum cœlo-
rum. In ſua autem tentatione monſtrat ille legiſperi-
tus, quàm vera ſit Chriſti confeſſio, qua patri ſuo regra
Mat. 11 tians dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ,
quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. Ipſe
Ioan. 10 enim ſapiens fuit & prudens, ſciuit multa, & ſuæ ſalu-
tis ignorabat documenta & vias vitæ. Imò nec oſtium
ſalutis agnouit, quod eſt Chriſtus. Prima enim iuſtitia
eſt, Deum cognoſcere per fidem. Secunda eſt in fidei lu
Pſ. 56 mine Chriſtum in ſanctitate & iuſtitia imitari, facere
Col. 1 bonitatem, in omnibus operibus bonis fructificare,
Hæc præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Sed & ex
verbis ſuis inſipientia eius manifeſta eſt. Primò enim
quærere debuit quid credendo, deinde quid facien-
do, vitam poſſideret æternam. Ergo ſi tacuiſſet, ſapiens
reputatus fuiſſet. Loquendo igitur traduxit ſeipſum,
& dum ſapientem ſe putauit, ſtultitiæ ſuæ ſigna reli-
Iacob 2 quit & verba, & ſtultus factus eſt. Nam ſicut fides ſine
bonis operibus mortua eſt in ſemetipſa, ſic & bona ope-
ra ſine fide, nihil proſunt ad ſalutem, Deo non placent,
Heb. 11 Quia impoſſibile eſt Deo placere ſine fide. Bene etiam
Matt. 25 dicit poſſidebo, quia æterna vita eſt interminabilis vi-
tæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Venite, ait Chriſtus,
poſſidete paratum vobis regnum, Qui vicerit poſſide-
bit hæc Verùm cùm legiſperitus incidiſſet in foueam
quam parauerat pedibus Chriſti, quærẽdo ordine præ-
poſtero de via ſalutis, imò de fide nullam in verbis
ſuis feciſſet mentionem, ac meditans inania hoc ma-
ligna ſua interrogatione moliretur, vt Chriſtus aliquid
contra Moyſen ageret, aut doceret. Tunc Chriſtus fons
ſapientiæ, ac ipſa patris ſapientia & virtus oſtendit op-
Exod 20 poſitum. At ille, Chriſtus videlicet, dixit ad eum, qui
Gal. 5 propter malitiam ſuam indignus erat cui reſpondere-
tur. Quia adeo benignus eſt vt pluuiam doctrinæ ſuæ
non ſolum ſuper bonos, ſed etiam ſuper malos effunde-
ret, & benignus eſt ſuper ingratos & malos. *In lege quid
ſcriptum eſt?* In lege diuina videlicet, quam Deus vobis
per Moyſen dedit in diſpoſitione angelorum: cuius de-
bitorẽ te per circũſionis acceptionẽ feciſti faciẽdæ vni
uerſæ. De lege autem quã docebat, & non faciebat, eum
Do-

Dominus interrogat, vt eum legis ignarum oſtendat, cuius ſe magiſtrum, multa præſumēs, faciebat: & ſic cognoſceret ſe grauius puniendum, vapulandumque multis: non ſolùm eo quòd agnitam non faceret, ſed & ideo quòd eam quam non intellexit legem, docere prçſūpſit. Quantos in hodiernum diem hic habet imitatores. Audent euangelium docere & verbum Dei, quod ne à limine unquam ſalutarunt *Quomodo legis?* hoc eſt, quàm attentè, & in lectione priuata, quæ eſt diſcuſſio propter conſcientiæ, & in lectione publica, quę eſt elucidatio legis diuinæ & eruditio auditorū ad iuſtitiam. De hac Apoſtolus ait: Attende tibiipſi & doctrinæ, perſiſte in his: Nam ſi id feceris, teipſum ſaluum facies, & eos qui te audierint. Quomodo legis? quàm deuotè, quam attentè, quàm aſſiduè, quàm appertè, quàm obſeruanter & vtiliter tibi & proximis tuis? *At ille dixit.* ex lege quod nouerat, ſed nō fecerat, quod ſcriptum erat. Prçſentem enim Deum habuit, quem diligere debuit, & tamen nec deum nec dominum ſuum vocabat, ſed magiſtrum: Quaſi voluerit ab eo doceri: non eum colere vt deum, nec timere aut reuereri vt dominum. *Diliges Dominum Deum tuum.* Ecce tria de dilectione: Mandatum diūinum, quia diliges: Obiectum debitum, quia dominum Deum tuum Modus perfectus, quia ex toto corde tuo. Ergo legis impletio. eſt dilectio de corde puro, cōſcientia bona, & fide nō ficta, Dicit lex, dilige: non tantùm cognoſce. Quia cognoſcere Deum vnum, propriū eſt humanæ naturæ: diligere verò, religioſi cordis eſt et recti. iuxta illud: Recti diligunt te, Dæmones Deum cognoſcunt, & credunt. Similiter & mundi ſapientes cognouerunt deum ex creaturis mundi: Nec non ſempiternam virtutem eius & diuinitatem: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, eo quòd Deum non glorificauerunt, Deum non amauerunt, & obſcuratum eſt inſipiēs cor eorum. ſtultique facti ſunt. Vera enim ſapientia, dilectio vera comprobatur. Qui deum ſyncerè diligit, ſapientiſſimus eſt, etiam ſi non didicerit alphabetū. Qui non diligit Deum, ſtultiſſimus eſt, amens & inſanus, etiam ſi nouerit omnes artes, & omnes ſcientias habuerit. Si habuerit prophetiam, & nouerit myſteria omnia, & habuerit omnem fidem. Si ergo quis non amauerit Chriſtum Ieſum, (vt Phariſæus iſte, qui ſcripturas legit, ſed

1 Tim.4
Rom.13
Can.2
Rom.1
Sap.13
1 Cor.13

ſed non intellexit,eo quod. velamen ſuper oculos ſuos habuit, nondum ablatum à Chriſto,qui aperit diſcipulis ſuis ſenſum vt ſcripturas intelligant (quantumlibet ſapiens ſit in oculis ſuis & aliorum,ſit anathema maranatha Dilige ergo dominum omnipotentem, cui timor:deum omnia conſiderantem, cui honor.tuum, totum ſe tibi dantem,cui debetur amor. Dili ge dominũ qui pro te factus eſt ſeruus: Deum qui pro te factus eſt homo:tum qui totum ſe pro te dedit hoſtiam Deo patri in odorem ſuauitatis.Dilige inquam dominum deum tuum.In quibus verbis tria inſinuantur,quæ ſunt in Deo: Dilige dominum: propter potentiã quæ attribuitur patri:Deum, propter ſapientiam quæ appropriatur filio.Tuum,propter bonitatem, quæ ſpiritui ſancto appropriatur. Dei enim bonitas & amor fecit Dominum noſtrum eſſe.Vel dic quòd hic triplex tangitur dilectionis diuinæ motiuum.Dilige ergo deum, qui per potentiam ſuam te creauit & fecit. Deum qui per ſapientiã ſuam te docuit.Tuum,quia per ſuam bonitatem ſe tuũ fecit,et ſic redemit.Modum diligendi ſubſtituit cùm dixit.Ex *toto corde tuo.* Iſta verba multifariam, multiſque modis olim expoſita ſunt à doctoribus ſanctis,et vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundat:At vnam ego ſolummodo proſequar in præſentiarum, idque breuiſſimè. Ex toto corde, hoc eſt,ſapienter. Ex tota anima,id eſt,dulciter. Ex tota virtute,id eſt,fortiter. Ex tota mẽte.id eſt memoriter. *Et proximum tuum ſicut teipſum*, eo affectu quo teipſum amas.Vel propter quod diligis teipſum;ſcilicet propter deum.Vel ad quod teiſſum: Ad gratiam in vita videlicet quę nunc eſt,et ad gloriam in vita ęterna.Vel quaſi teipſum, quia imago dei eſt,& capax diuinæ bonitatis vel ſine intermiſſione & vſque in finem Et noli ei conſentire in vitiis:ſicut nec tu in vitiis vis oleo peccatoris caput tuum impinguari,magis autem à iuſto in miſericordia corripi & argui. Charitas enim non gaudet ſuper iniquitate, ſed congaudet veritati, *Dixitque* Chriſtus *illi*,legiſperito: *Rectè reſpondiſti.* & ſic eius reſponſionem approbat, non vitam. Ido non dixit: Rectè feciſti. Legis enim verba portabant in libris deſcripta, in intellectu & memoria, in veſtimentis item magnis inſcripta philacteriis: Sed legem Moſi nemo eorum fecit.Alios docuerunt,ſeipſos non docebant. Vnde ſequitur

quitur: *Hoc fac.* Quaſi dicat, Dicis hoc, & non facis, & ideo ad vitam non vadis. Sed iam medice cura teipſum. Hoc fac, & ſic beatus in tuo facto eris. Nam qui facit hæc, non mouebitur in æternum. *& viues*, vita gratiæ in exilio, & vita gloriæ in cœlorum regno. Nam ſe diligentibus deus coronam vitæ repromiſit & præparauit. Dilectio liber mandatorum Dei eſt & finis & ſcopus, quam qui opere & veritate ſeruat & facit, peruenit ad vitam: Qui autem eam derelinquunt, in mortē. Vt taceam de dilectione Dei, ad dilectionem proximi nos multa inuitant. Nempè: Mandatū Chriſti. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem. Et iterum: Hæc mādo vobis, vt diligatis inuicem. Et iterum: Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicem. In hoc cognoſcent homines quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionē habueritis adinuicem. Ergo manete in dilectione mea. Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Secundò, quia lux ex hoc percipitur, dicente Ioanne: Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcādalum in eo nullum eſt. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcādalum. Tertiò quia lex tota Dei impletur: Qui diligit proximum, legem impleuit. Et iterum: Omnis lex in vno ſermone impletur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quartò dei ſimilitudo ex hoc acquiritur. Si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. De hoc textū habes, Matth. v. & Lucæ vj. Et Apoſtolus: Ambulate in dilectione, & imitatores Dei eſtote, ſicut filij chariſſimi &c. Et iterum: Eſtote in inuicem benigni, miſericordes, donātes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Quintò adoptatio Dei ex hoc naſcitur. Omnis enim qui diligit fratrem ſuum, ex deo natus eſt. Sextò diuina præſentia ex hoc habetur. Si diligimus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpirituſancto ſuo dedit nobis. Item: Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & deus in eo. Septimò per Charitatem omne malum à nobis propulſatur: Nam dilectio proximi, malum non operatur. Omnibus placet in bono. Prouidet ſibi bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Omnia in ædificationem

Ioan. 15
1. Ioan. 2
Pſ. 118
Rom. 13
Epheſ. 5
Ioan. 14
Rom. 13

facit, & non agit perperam. Octauò omne bonum per
1. Ioan. 3 dilectionem acquiritur, Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa &c. Nos ſcimus, quia tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

HOMILIA SECVNDA.

SEQVITVR iam tertia pars euangelij, in qua quis ſit proximus noſter, quem ſicut nos ipſos diligere præcipimur, declaratur. Dicitur ergo: *Ille autem phariſæus, volens iuſtificare ſeipſum*, id eſt, iuſtum oſtẽdere, ratus ſe ante hominem purum, qui ea quæ foris ſunt tantummodò videt ſtare, non ante deum, qui cordis ſecreta rimatur; *dixit ad Ieſum*, volens ſuam oſtentare perfectionem & excellentiam vitæ, non vt deo, ſed ſibi gloriam redderet & nanciſceretur. Laudatus enim à Chriſto, quòd rectè reſpondiſſet, eleuauit eum cor ſuum, plus quàm prius altum ſapere cœpit, ſéque aliquid eſſe putauit, nullúmque ſibi putauit proximum, perinde ac nullus ei in iuſtitia & legis notitia ſimilis eſſe poſſet. Sed in hoc ipſo, quod ſe de iuſtitia ſua extulit in mente, & cæteros omnes quaſi non eſſent eius proximi, fruſtra inflatus deſpexit, ſi quam habuit iuſtitiam, perdidit & gratiam, ac ſtultum ſe oſtendit dignúmq; extrema confuſione. *Et quis eſt meus proximus?* quem vt meipſum teneor diligere? *Suſpiciens autem Ieſus*. Et bene ſurſum aſpexit, vt oſtendat ſuam ſapientiã, qua reſpondit huic, à Deo patre qui in cœlis eſt, ſe habere. Et quia de rebus altis & magnis locuturus eſt, *dixit*, phariſæo: *Homo quidam deſcendit à Hieruſalem in Hiericho*. Hoc ad literam potuit eſſe verum. Sed cùm loquebatur Chriſtus parabolicè, rectius homo iſte intelligitur vel Adam protoplaſtus, vel peccator quiſque à baptiſmali innocentia, in peccati laqueos & diaboli ſeruitutem recidens, à quibus per Chriſtum vindicatus fuit. Deus enim Adam rectum fecit, ac rectus efficitur qui per aquam & ſpiritum renaſcitur in Chriſto.
Ioan. 11. Et ſicut Adam ſi in collata ſibi gratia & innocentia
Ioan. 8 perſeueraſſet mortem non guſtaſſet, à paradiſo ad cœ-
& 5. li gaudia fuiſſet tranſlatus: Pari modo, ſi quis in baptiſmali innocentia mortẽ oppetit, non moritur in æternum.

num,ſed tranſit à morte in vitã. Si autẽ homo à morte
tranſlatus ad vitam per baptiſmum, poſt illuminationẽ *Prov.26*
ſuam & guſtum doni cœleſtis, participationémque ſpi- *1. Pet. 2*
ritusſanƈti,retro poſt Satanam abit, retro reſpicit,rur-
ſus peccatis implicatur,illi contingit illud veri prouer-
bij:Canis reuerſus ad vomitum , & ſus lota in volura-
bro luti,eius poſteriora prioribus peiora ſunt Et vtrũ-
que proſequendo intelleƈtum,& maximè ſecundũ,cùm
alter alterum compleƈtatur, faciliſque ſit de vno ad al-
terum tranſitus,ſic parabola hæc miſerabilem hominis
caſum continet, & impenſum illi gratuito à ſeruatore
noſtro ſalutis remedium,dicit ergo:Homo quidam de-
ſcendit.Vt Adam interim taceam , Homo peccans de-
ſcendit: & id continuè , ſi ſtatim à diaboli laqueis non
reſipiſcit , dignos pœnitentię fruƈtus faciendo. Iſte de- *Luca 15*
ſcendit,de cœlo,in quo erat aſſcriptus , vſque ad pro-
fundiſſimum infernum. Deſcendit & diſcedit à Deo,in
regionem longinquam , vbi diaboli porcos paſcit De-
ſcendit à ſommo honore, quo inter filios Dei erat cõ- *Sapien. 5*
putatus,ad extremam ignominiam,qua ſeruus peccati,
filius diaboli & glarea efficitur Cociti. Deſcendit in-
quam,quia abyſſus abyſſum inuocat , & mali homines
ſemper proficiunt in peius,peccatis peccata addunt , & *2. Tim 3*
trahunt peccatum in funiculis vanitatis. Sicq; ſemper *Eſaie 5*
ad deteriora labitur,qui peccando deſcendit à Deo ſa-
lutari ſuo.Iuxta illud peccatũ peccauit Hieruſalẽ, pro- *Threno.1*
pterea inſtabilis facta eſt.A Hieruſalẽ.Ecce altera pec-
catoris miſeria.Hieruſalẽ pacifica, & viſio pacis inter-
pretatur.Credentes autẽ in pace vocati ſunt, pacis fi-
lij ſunt,pacẽ Chriſti ſeruare, quam eis exiturus ex hoc *1. Cor.7*
mundo ad patrẽ,quaſi teſtamentũ reliquit,debent.Ve- *Luca 10*
rum cũ deſcendimus à Hieruſalẽ,& deum relinquimus,
etiam pacem,cunƈtis mortalibus optatam, amittimus.
Non eſt pax impiis , teſte ſcriptura. Pax inquam vera,
quę eſt ordinata in fide ſub diuina voluntate obediẽ-
tia & cõſenſio. Habet enim homo ſubditus Deo,pacẽ
triplicẽ:Peƈtoris videlicet,tẽporis, & ęternã Vel vt ſi-
gnificãtius loquar:Iuſtus habet pacẽ internã , quæ eſt *Eſa.58*
conſcientiæ bonæ interrogatio in Deũ.Habet externã
cum proximo quantum in ipſo eſt.Etiam ſi oderint pa-
cẽ,pacificus nihilominus eſt cũ ipſis Et ſic cum patien- *Pſ.119*
tia expeƈtat pacẽ æternam. Poſuit Deus fines eleƈto-

 rum,

rum,pacem ęternam. Pacem iſtam non habent peccatores. Quod benę oſtendit,euangeliſta,dum dicit eum à Hieruſalem in Hiericho deſcēdiſſe. Hierico enim luna interpretatur,per quam defectus,mutabilitas,vel inſtabilitas,& mortalitas intelligitur. Iuſtus in Hieruſalē cœleſti per ſpem & meritum habitat, & ſpe ſaluus eſt, atq; conuerſatio eius in cœlis eſt. Et Ieſus Sirach teſte,

Eccle. 27 Homo ſapiens in ſapientia manet vt ſol,ſtultus autem vel peccator,vt luna mutatur, nunquam in eodem ſtatu permanet,Mox vt nati fuerint, ſicut vmbra prætereunt, & eſſe deſinunt. Et quantum ſol differt à luna,

Sapien. 1 tantum intereſt inter iuſtum & peccatorem. Semper appropinquant ad portas mortis &c. Inſuper *incidit in latrones*, hoc eſt, dæmonum poteſtatem & manus. Ipſe enim rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ille homicida eſt à principio. De quibus Dauid ait: Irruerunt in me fortes.Iniqui inſurrexerūt ſuper me,& fortes quæſierunt animam meam. Quartum eſt quod ſpoliauerūt eum veſtimento iuſtitię originalis, gratiæ multiplicis, innocentiæ baptiſmalis,veſte deaurata & nuptiali charitatis,virtutum diuerſarum, & diuitijs meritorum. O

Pſ. 140. horror,ò miſeria peccatorū.Mox à deo recedunt, Deū

3. Petr 3 derelinquunt,peccato conſentiunt,cadunt in retiaculū diaboli,& eius ſeruitutem: de qua egredi non poſſunt viribus proprijs,niſi ope Dei ſuffulti. Iſti domini crudeles ſunt,nullam eis requiem concedunt, neque die-

Geneſ. 3 bus neque noctibus,His veſtibus decoris & gloriæ, primi parentes ſpoliati,apertis oculis turpitudinis ſuæ nuditatem viderunt. Et mox ſeipſos folijs operuerunt arborum,& Deus de exuuiis beſtiarum eius tunicas fecit. Et meritò beſtiarum ſunt tecti pellibus,dum honorem

Pſal. 48 collatum gratuito illis à Deo,non intellexerunt,et per inobedientiam comparati ſunt iumentis inſipientibus, et ſimiles facti ſunt eis: Vt ſic aſpectus veſtis viliſſimæ, oculis mentis noſtræ ingerat ſemper turpitudinē præuaricationis noſtræ. O quàm inæqualis permutatio veſtis à Deo datæ, iuſtè tamen. Ideo qui ſuperbit vel gloriatur de veſte,vtique terrena ſapit, et gloriatur in ſua confuſione. Nec ſic contenti fuerunt qui in ipſum irruerunt,fortes videlicet dæmones, ſed *plagis impoſitis*, et vulneribus ſuper vulnera inflictis. Vulnera iſta quatuor ſunt primordialia ac præcipua,ex quibus quicquid mali,

mali,quicquid culpę,quicquid pœnæ,quicquid damnationis eſt in hominibus, pullulat & excreſcit. De his plura habes libro primo de charitate,cap xiij.Sunt autem plagæ iſtæ crudeles:Infirmitas in iraſcibili, cæcitas ſiue ignorantia, malitia in voluntate vel appetibili virtute animæ. & ex his conflatá cõcupiſcentia in carne,vulnus peſſimum quod rarò perfectè ſanatur in vita præſenti, vt nullis carnis illecebris & deſideriis nunquam conſentiat ſpiritus. Plagæ iſtæ etiam peccata intelligi poſſunt, quia his naturæ humanę integritas violatur. Iſtis cum vulneribus in hunc mundum naſcitur omnis homo,& mors quaſi feſſis vulneribus inducitur.Non eſt ſanitas in carne mea, ideò miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine, quoniam conturbatá ſunt omnia oſſa mea. Hoc Iob aſpiciens, dixit: Concidit me vulnere ſuper vulnus. Hæc eſt lex membrorum. Infęlix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic ſuper dolorem vulnerum noſtrorum addunt ſemper.Inſuper *abierunt*, nõ ceſſando ab inſidiis, ſed inſidiarum fraudes occultando, & quaſi receſſiſſent in regionem longinquam ſe habendo. Sic abeunt peccatorem vinctum & funibus peccatorum conſtrictum relinquentes. Vt dicere poſſit:Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Sic ergò miſer & miſerabilis, pauper, cæcus & nudus factus eſt homo peccans.Abeunt etiam & dicuntur abiiſſe, quia non tradunt ei ad nutum ea quæ ei promiſerunt, & pro quibus eum peccare fecerunt. Hoc enim afflictionis & amaritudinis maximè,facit ſeruis ſuis diabolus, quod poſtquam hominem decepit,contemnit, ſed nec ei tribuit quæ pollicitus erat. Sic poſtquam Adã fructum guſtauit,receſſit deceptor.Nec promiſſa ei dedit, ſed in extrema cõfuſione & miſeria eũ reliquit. Poſtquam Dauid adulterium,Cain fratricidium, Ammon ſtuprum fecit,Achitofel malum dedit conſilium, Iudas proditionem fecit, Ananias & vxor eius defraudati ſunt communitatem, &c. inſtigati á ſpiritibus reprobis,Ecce,conſummatis peccatis,& poſtquam in laqueo iſto quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum, tunc abierunt lætantes, ſicut exultant victores capta præda,quando diuidunt ſpolia. Abeunt, vt & alios ad caſum inducant, certi quòd de compedibus ſuis non

Hiere.18 *Pſ.118* *Geneſ.3* *2. Re.11* *2. Re.14* *Eſaia 6*

facile ſe explicabit. Imò eorum operam ſciant non neceſſariam, quia & alij eum in malis palpando ſine difficultate retinebunt, dum eum beatum dicũt, & laudãt in deſideriis animę eius: malis, vulnerant peccatorẽ, idque infirmitatibus vſque ad mortẽ grauiſſimis: memoriam Dei & beneficiorũ eius obliuione. Intellectum & rationalẽ per ignorantiã Voluntatẽ per malitiã Sic eſt omne caput languidum & omne cor mœrens. Corpus concupiſcentia noxia infectum eſt Adeo quòd omnes ſenſus noſtri & cogitatio ad malum prona ſunt ab adoleſcentia noſtra. A planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in nobis ſanitas. Hoc Dauid conſiderans, gemens dixit: Putruerunt & corruptæ ſunt çicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar, Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt vlla ſanitas in carne mea. Semper aduerſus ſpiritum caro concupiſcit, ſemper legi mentis repugnat. Sed vulnera membris inflicta ſummis labiis tangere, vt adagio dicitur, è re fore arbitror.

Eſai. 3 *Pſal. 9.* *Eſai. 1* *Pſal. 39* *Gal. 3*

HOMILIA TERTIA.

IN tam altam inſcitiæ caliginem, & mentis inſaniam ex Adæ trauſgreſſione incidimus, quod noſmetipſos ignoramus, vulnera noſtra nõ videmus pericula noſtra horrenda non conſideramus, imò cùm hoſtes nos vulnerauerunt adeo, quod à planta pedis vſque ad verticem capitis nõ ſit in nobis ſanitas, & conciderint nos vulnere ſuper vulnus. Tamen ſanos nos eſſe putamus, & inter mortis anguſtias & amaritudines lætamur in noſtris malefactis, & in rebus peſſimis, tanquã mente capti, exultamus. Igitur operæpretiũ ratus ſum, vulnera quæ latrones nobis inflixerunt, breuiſſime in lucem ponere: vt vel ſic medicum requiramus, qui ſanet omnes infirmitates noſtras, tum carnis tum animæ, & grati ſimus ei. Ecce latrones iſti crudeliſſimi eruerunt nobis oculos cordis, cæci naſcimur, & ignari viarũ Dei: Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu, inuenimus cum labore. Abſciderunt nobis aures obedientiæ, iuxta illud: Naſum tuum & aures tuas præcident. Imo & obſtruunt quod de eis reliquum eſt

Sap. 9 *Ezec. 33*

eſt,ne audiant legem , ſicut aſpis ſurda quæ non audit
vocem incantātis , Nares diſcretionis abſciderunt no- *Ezec. 33*
bis,vt ignoremus diſtātiam boni & mali,ſancti & Pro-
phani. Amputarunt nobis linguam , quæ laudes Dei *Pſal. 57*
reſonabat, Deum & fidem confitebatur,nec non iniu-
ſtitias noſtras aduerſum nos Domino, & ſalutaria do-
cebat.Pedes ſtabilitatis,immobilitatis & perſeuerantiæ
nobis abſciderunt, atque ſumus nunc arundinis inſtar
nutabundi,omni vento doctrinæ,puerorum in morem
mouemur.Manus bonæ operationis nobis detruncarūt.
Item priuarunt nos odoratu deuotionis, & tactu com-
paſſionis.Et quod maioris eſt & longe horribilioris dā-
ni malum, caput heu,nobis etiam poſt omnium mem-
brorum vel mutilationem vel abſciſſionem amputant,
bonæ & rectæ intentionis,& ſic totum corpus operum
bonorum,ſi quæ facimus,tenebræ ſunt & abominabilia
in oculis Dei, ſicut & ipſi qui faciunt ea,abominabiles *Rom. 9*
ſunt in factis & ſtudiis ſuis. Vel caput nobis abſcindūt,
dum nos à Chriſto(qui caput noſtrum & Eccleſiæ ſuæ *Col. 1.*
ſanctæ eſt,)per peccatum ſeparant & diuidunt. Capite
autem à mēbris cæteris amputatis, quid obſecro aliud
ſumus quàm Dagon idolum truncum, capite & mēbris *1. Reg. 5*
amputatis,iacentes ſuper terrā?Fodiunt item & gladio
ancipiti,vtrinque ſcindēte trāſuerberāt latus,& cor no-
ſtrū vulnerāt.fraternæ dilectionis priuatione dū zelum *Iacob. 3*
amarū & odij ſeminaria contra proximos nobis infun-
dunt. Inſuper vulnerati ſumus in capite per ſuperbiam
& elationem. Sic qui Deum odiunt , extollunt caput.
In oculis per inuidiam , vt proximi graues nobis ſint
ad videndum. Sunt & oculi pleni adulterio. Ideo de-
prędari animam noſtrám dicuntur à ſancto. In denti-
bus per iram , vt dentes filiorum hominum arma
ſint & ſagittæ, vt fremant & tabeſcant , vt dentibus
ſtrideant,ſontes iam in inſontes,Stridet dentibus & a-
reſcit, miſer iſte à dæmonio actus. In labiis & ore per
multiloquium, in quo non deeſt peccatum Linguā ve-
neno mortifero , vnde gladius acutus dicitur. Et ite-
rum:Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eo-
rum.Et iterū:Exacuerunt vt gladium linguas ſuas,& ſi-
cut ſerpentes acuunt linguas ſuas,mali homines,vene-
num aſpidū ſub labiis eorum.Aures clauſit ad verbum
Dei:ad noxia aperuit.Frontem perfricamus,erubeſcere

neſcimus, adulterium præſente viro & aſpiciente in le-ctis cordis ſuſcipimus, cũ quo fornicamur, vultus ange-lorum non erubeſcimus. Odoratum, quia fœtorem pec-catorum non ſcútimus. Collum & ceruicem per inobe-dientiam vulnerauit. Sic currimus aduerſus Deũ ere-cto collo, pingui ceruice armati. Iugum Dei excuſſimus reſiſtimus poteſtati. In manibus vulnerati ſumus per auaritiam, rapinas & vſuras. Manum item egenis & pau peribus nõ porrigimus Omnes auaritiæ ſtudemus Ta-ceo de tactibus impudicis In corde per triſtitiã. & hæc peſſima eſt, iuxta illud: Omnis plaga, triſtitia cordis eſt.
Eccle. 23 In ventre per inſatiabilem gulam: Quia venter impio-
Prou. 13 rum inſatiabilis. Ideo ventri ſeruimus, vẽtrem pro deo
Rom. 16 habemus. In renibus per luxuriam Lumbi pleni ſunt illuſionibus. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ. Taceo pudoris & genitalia mẽbra. In pedibus per ace-diam. Pedes habemus, & non ambulamus. Ad malum autem currimus, & pedes veloces habemus. Et quis hæc fideli animo ſecum reputans, ſuper prolongatione in-colatus ſui non triſtatur, non gemit non dolet ex toto corde? Abierunt, dicit os veritatis, tam ſæuis, tã ad mor-tem in anima & in corpore inflictis vulneribus. Ab-eunt & nunc: non ad ſemper, ſed ad tempus, vt dicitur
Luc. 4 in Luca. Et vt homo peccato vulneratus quaſi fermen-to corruptus, inficiatur ex toto, vt rediens eum liberius
Oſee. 7 ad aliud viciũ trahat, ſicut in Oſeæ ſcriptum eſt: Quie-uit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum. Vnde conſequens eſt, quòd ſi a-liquando ceſſat infeſtatio offenſionis & tentationis, il-lud eſſe calliditatem & reclinam tentatoris Vnde per
Hier. 37 Hier. dominus dicit: Nolite decipere animas veſtras, di-centes: Euntes abibunt & recedent à nobis Chaldæi, quia non abibunt. Sequitur: *ſemiuiuo relicto.* Ecce pericu-lum. Semiuiuus eſt homo peccatis obnoxius, maximè Adã poſt caſum. Viuebat vita naturę, mortuus erat vi-ta gratię. Viuit peccator, ex ea parte qua aliquam Dei per fidem cognitionẽ habet: Ex parte qua peccatis pre-mitur mortuus eſt in delictis & peccatis ſuis. Nomẽ ha-bent quòd viuant, cũ mortui ſint. Viuunt in corpore, mortui ſunt in anima. Iſta eſt mors peccatorum peſſi-ma. Et quãuis habeãt vitalẽ liberi arbitrij motũ ex quo tamẽ non ſunt ſufficiẽtes ex ſeipſis, niſi trahãtur à pa-

tre &

tre, & per miſericordiã Dei preueniantur,ad dirumpē-
da vincula peccatorum, & diaboli laqueos quibus cap-
tiui tenẽtur ad eius voluntatem,ad vitæ opera facien
da,ſemiuiui ſunt. Vel medietas hominis, anima vide-
licet, poſt peccatum viuit: medietas verò mortua eſt,
hoc eſt,moriẽdi incidit in neceſſitatem, videlicet cor- **Hebr.9**
pus. Vtrũque horũ ſemper vixiſſet,ſi homo non peccaſ
ſet.Stipendia igitur peccati mors eſt,Vel natura huma **Rom.9**
na prout erat in Adam tota erat mortua & libera iu-
ſtitiæ,quatenus autem eadem viuificanda erat in Chri-
ſtò,viuebat,vnde ſemiuiuus erat homo.Occupatio igi-
tur magna creata eſt hominibus omnibus,& iugũ gra-
ue ſuper filios Adam à die exitus de vtero matris eo-
rum vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium Ec-
cle. xxx. Corpus quod corrumpitur,aggrauat animam
&c.Sapi.ix. Infœlix ego, quis me liberauit de corpore
mortis huius?Gratia Dei,&c.Non habitat in nobis bo **Rom.7**
num,ſed peccatum,id eſt, concupiſcentia Caro concu-
piſcit aduerſus ſpiritum.Iccirco abominantur me ma-
nus meæ,vel veſtimenta mea. Mirum eſt quod Deus à
tã ſordido,abominabili & malo dignatur laudari. Sub-
ditur etiam denegatum beneficium & ſubſidium huic
vulnerato ab eis , qui maxime ei debebant ſubuenire,
ex quibus ſecundum carnem natus erat, videlicet Iu-
dæis.Quorum vnus ſacerdotij dignitate,alter Leuitica
functione,magis miſereri debuiſſet.Vnde ait: *Accidit au-*
tem vt ſacerdos quidam, in quo antiquæ legis ſacerdotiũ
intelligitur, *deſcenderat eadem via*, per naturalem gene-
rationẽ ab Adam, in quo omnes mortui ſumus & vul **Rom.5**
nerati.Omnes naſcimur filij iræ. Omnes in iniquitati- **Pſal.50**
bus cõcepti ſumus,excepto Chriſto & Maria,& in pec-
catis concepit & aluit nos mater noſtra. *& viſo illo* ſau-
ciato videlicet & eius vulneribus , quia per legem co-
gnitio eſt peccati , non medela & ſanitas : Nihil enim **Rom.8**
ad perfectum adduxit lex. Hoc impoſſibile erat ſan-
guine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ſa-
cramenta eorum infirma & egena dicuntur elementa,
præterijt, ægrotum ſine ſanationis iuuamine & conſo-
latione.Nemo ſiquidem mundum facere potuit de im-
mundo conceptum ſemine , niſi agnus Dei , qui tollit **Ioa.1.**
peccata mundi , qui ſolus eſt ſine peccato & macula. **1.Pet 2**
Similiter & leuita, hoc eſt , chorus Prophetarum , &c.

Vnde & vos ſeruis Salomonis multo eſtis beatiores & non viderunt me eo modo quo vos me videtis.inter homines conuerſantem,& ſalutem mundi in medio terræ operantem,Vnde reprobus Balaam dixit Heu,quis vi-
Cant. 5 cturus eſt,quando hæc faciet Deus? Videbo eum,ſed nō modò.Et in Canticis ſponſa: Quis mihi det te fratrem meum,ſugentem vbera matris meæ, & inueniam te ſolum foris, & deoſculer te?&c. & audite quæ vos auditis. Nempe.verba vitæ æternæ,Verba gratiæ, quæ de ore
Rom.2 meo procedunt. Sermo quippe Chriſti, ſemper in gratia ſale conditus fuit & bonus, ideo ædificationem fidei & gratiam auditoribus, mitibus & humilibus corde ſemper dedit. Vox eius, vox dulcis, mel & lac erat ſub lingua eius & non audierunt ex ore meo conſilium Dei,myſterium regni dei,& omnia quæ audiui à patre,quæ vobis manifeſtaui. Perfidi autem Iudęi,eum viderunt.ſed non receperunt eum, nec ſicut Deum glorificauerunt.Audierunt eum,ſed ſermo eius non cepit in eis,Omnes ſermones eius proiecerunt retrorſum. Ideo excuſationem non habent de peccatis
moR. do ſuis.Sequitur altera pars.in qua de dilectione vera agitur,Dei videlicet & proximi, per quam ad beatitudinem peruenitur.dicit ergo,Et ecce quidam legiſperitus Ille peritus eſt in lege, qui legem ſpiritualiter intelligit,& legem vitę,operibus adimplet,hoc eſt,qui Chriſtum legis finem intelligit,ad iuſtitiam omni credenti,
1.Co.10 iuxta illud Apoſtoli:Lex pędagogus noſter fuit in Chriſto, dum omnia illis contingebant in figura Hoc qui neſcit & ignorat, à lege aberrat, in vaniloquium conuertitur: & dum vult legis doctor eſſe nō intelligit, neque quę loquitur,neque de quibus affirmat, Verba legis tenuit iſte,literam occidētem callebat.inſtar Satanę qui & ipſe Chriſtum tētans ſcripturas adduxit, Legis autem ſcopum & finē, Chriſtum videlicet, ignorabat: ſpiritum viuificātem (ſine qua legis cognitio nō prodeſt quicquàm non habuit ideo māſit in morte Et dum inſipiēs ipſe in lege gloriabatur, & in ſapiētia ſtare erra
Luc.4 uit ab vtero,& falſa cū alijs loquebatur. *ſurrexit,* volēs ab omnibus videri, & vt melius ab omnibus audiretur. Hic in faſtu,alterum Heliu Buſitem mihi referre videtur. Expectauit quippe hic Chriſtum loquentem:Cùm autem vidiſſet, quod cæteri phariſæi & legis doctores
res

res eum capere non poſſent in ſermone, nec reſiſtere vel contradicere ſermonibus eius, & deſperans aperto diſputationis certamine cum eo congredi cuniculis interrogationum eũ cõcludere laborat. Surrexit ergo, qui prius in corde ſuo dixit ad ſemetipſum: Non ſunt longęui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium. Hæc ſecum tacitus cogitabat. Nam ſi alta voce hæc protuliſſet, etiam ſuæ farinæ ſodales contra ſe exacerbaſſet. Nunc autem quaſi tuba exaltat vocem ſuam, & dicit, Audire me, oſtendam vobis ſapientiam meam, Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit &c. Quid autem cinis iſte & vermis fruſtra ſenſu carnis ſuæ inflatus & ſuperbiens moliebatur, euangeliſta dicit, tentans eum, hoc eſt. circumuenire & fallere eum cupiens, & ex reſponſione ſua eum confundere coram aſtantium corona. ſed malitia non vincit ſapientiam. & dicens, alta voce: Magiſter. Ecce verſipellis iſte amicum ſe fingit cùm ſit inimicus. Ouis vocem emittit agni, opertus veſtimento eſt, cùm ſit lupus rapax Diſcipulorum Chriſti verbis vtitur, qui eum vocabant magiſtrum & dominum, cùm ſit ex patre diabolo, & nec doctrinam Chriſti accipere, nec eius velit veſtigia ſequi. Et laudatores ſanctorum ſignat, & nõ imitatores. Quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Ecce, quantis technis verborum fraudis ſuæ malitiam fucat iſte legis peritus. Videtur quippe humiliter quærere, ſapienter & vtiliter. Humiliter, cùm dicit, Magiſter. Sapienter, cùm dicit. Quid faciendo? Vtiliter, vt vitam æternam poſſideam? Alibi noluerunt Chriſti diſcipuli eſſe, ſed Moyſi, cùm nec Chriſti nec Moyſi ſermonibus crederent, nec legem facerent. Sapienter item interrogat, iuxta vatis ſancti dictum, de ſemitis antiquis, & de via ciuitatis habitaculi dicens: Quid faciendo? quia regnum dei non eſt in ſermone, ſed in virtute Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum Nam qui habet verba Chriſti & facit ea, vir ſapiens eſt, ſeruus bonus & diſpenſator fidelis. Qui habet ea & non facit, ſtultus eſt, ſeruus malus & piger & diſſipator infidelis bonorum domini ſui. At Lutherani ſola fide ſua diabolica, ſine omnibus operibus bonis, & cum omnibus operibus malis, (ſi ſpiritus eorum

mendax

mendax eis non mentitur) iuſti ſunt & ſaluantur, cum
Mat. 3 dæmon ad aſtra leuatur. Agendo pœnitentiam non tan
tum credendo & docendo, appropinquat regnum cœlo-
rum. In ſua autem tentatione monſtrat ille legiſperi-
tus, quàm vera ſit Chriſti confeſſio, qua patri ſuo regra
Mat. 11 tians dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ,
quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. Ipſe
Ioan. 10 enim ſapiens fuit & prudens, ſciuit multa, & ſuæ ſalu-
tis ignorabat documenta & vias vitæ. Imò nec oſtium
ſalutis agnouit, quod eſt Chriſtus. Prima enim iuſtitia
eſt, Deum cognoſcere per fidem. Secunda eſt in fidei lu
Pſ. 56 mine Chriſtum in ſanctitate & iuſtitia imitari, facere
Col. 1 bonitatem, in omnibus operibus bonis fructificare,
Hæc præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Sed & ex
verbis ſuis inſipientia eius manifeſta eſt. Primò enim
quærere debuit quid credendo, deinde quid facien-
do, vitam poſſideret æternam. Ergo ſi tacuiſſet, ſapiens
reputatus fuiſſet. Loquendo igitur traduxit ſeipſum,
& dum ſapientem ſe putauit, ſtultitiæ ſuæ ſigna reli-
Iacob 2 quit & verba, & ſtultus factus eſt. Nam ſicut fides ſine
bonis operibus mortua eſt in ſemetipſa, ſic & bona ope-
ra ſine fide, nihil proſunt ad ſalutem, Deo non placent,
Heb. 11 Quia impoſſibile eſt Deo placere ſine fide. Bene etiam
Matt. 25 dicit poſſidebo, quia æterna vita eſt interminabilis vi-
tæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Venite ait Chriſtus,
poſſidete paratum vobis regnum, Qui vicerit poſſide-
bit hæc Verùm cùm legiſperitus incidiſſet in foueam
quam parauerat pedibus Chriſti, quærẽdo ordine præ-
poſtero de via ſalutis, imò de fide nullam in verbis
ſuis feciſſet mentionem, ac meditans inania hoc ma-
ligna ſua interrogatione moliretur, vt Chriſtus aliquid
contra Moyſen ageret, aut doceret. Tunc Chriſtus fons
ſapientiæ, ac ipſa patris ſapientia & virtus oſtendit op-
Exod 20 poſitum. At ille, Chriſtus videlicet, dixit ad eum, qui
Gal. 5 propter malitiam ſuam indignus erat cui reſpondere-
tur. Quia adeo benignus eſt vt pluuiam doctrinæ ſuæ
non ſolum ſuper bonos, ſed etiam ſuper malos effunde-
ret, & benignus eſt ſuper ingratos & malos. *In lege quid
ſcriptum eſt?* In lege diuina videlicet, quam Deus vobis
per Moyſen dedit in diſpoſitione angelorum: cuius de-
bitorẽ te per circũſionis acceptionẽ feciſti faciẽdæ vni
uerſæ. De lege autem quã docebat, & non faciebat, eum

Do-

Dominus interrogat, vt eum legis ignarum oſtendat, cuius ſe magiſtrum, multa præſumēs, faciebat: & ſic cognoſceret ſe grauius puniendum, vapulandumque multis: non ſolùm eo quòd agnitam non faceret, ſed & ideo quòd eam quam non intellexit legem, docere pręſūpſit. Quantos in hodiernum diem hic habet imitatores. Audent euangelium docere & verbum Dei, quod ne à limine unquam ſalutarunt *Quomodo legis?* hoc eſt, quàm attentè, & in lectione priuata, quæ eſt diſcuſſio propter conſcientiæ, & in lectione publica, quę eſt elucidatio legis diuinæ & eruditio auditorū ad iuſtitiam. De hac Apoſtolus ait: Attende tibiipſi & doctrinæ, perſiſte in his: Nam ſi id feceris, teipſum ſaluum facies, & eos qui te audierint. 1 Tim. 4 Quomodo legis? quàm deuotè, quam attentè, quàm aſſiduè, quàm appertè, quàm obſeruanter & vtiliter tibi & proximis tuis? *At ille dixit.* ex lege quod nouerat, ſed nō fecerat, quod ſcriptum erat, Pręſentem enim Deum habuit, quem diligere debuit, & tamen nec deum nec dominum ſuum vocabat, ſed magiſtrum: Quaſi voluerit ab eo doceri: non eum colere vt deum, nec timere aut reuereri vt dominum. *Diliges Dominum Deum tuum.* Ecce tria de dilectione: Mandatum diūinum, quia diliges: Obiectum debitum, quia dominum Deum tuum Modus perfectus, quia ex toto corde tuo. Ergo legis impletio. eſt dilectio de corde puro, cōſcientia bona, & fide nō ficta, Rom. 13 Dicit lex, dilige: non tantùm cognoſce. Quia cognoſcere Deum vnum, propriū eſt humanæ naturæ: diligere verò, religioſi cordis eſt et recti. iuxta illud: Recti diligunt te, Can. 2 Dæmones Deum cognoſcunt, & credunt. Similiter & mundi ſapientes cognouerunt deum ex creaturis mundi: Rom. 1 Nec non ſempiternam virtutem eius & diuinitatem: Sad. 13 ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, eo quòd Deum non glorificauerunt, Deum non amauerunt, & obſcuratum eſt inſipiēs cor eorum. ſtultique facti ſunt. Vera enim ſapientia, dilectio vera comprobatur. Qui deum ſyncerè diligit, ſapientiſſimus eſt, etiam ſi non didicerit alphabetū. Qui non diligit Deum, ſtultiſſimus eſt, amens & inſanus, etiam ſi nouerit omnes artes, & omnes ſcientias habuerit. 1 Cor. 13 Si habuerit prophetiam, & nouerit myſteria omnia, & habuerit omnem fidem. Si ergo quis non amauerit Chriſtum Ieſum, (vt Phariſæus iſte, qui ſcripturas legit,

ſed

ſed non intellexit,eo quod. velamen ſuper oculos ſuos habuit, nondum ablatum à Chriſto,qui aperit diſcipulis ſuis ſenſum vt ſcripturas intelligant (quantumlibet ſapiens ſit in oculis ſuis & aliorum,ſit anathema maranatha Dilige ergo dominum omnipotentem, cui timor:deum omnia conſiderantem, cui honor.tuum, totum ſe tibi dantem,cui debetur amor. Dilige dominū qui pro te factus eſt ſeruus: Deum qui pro te factus eſt homo:tum qui totum ſe pro te dedit hoſtiam Deo patri in odorem ſuauitatis.Dilige inquam dominum deum tuum.In quibus verbis tria inſinuantur,quæ ſunt in Deo: Dilige dominum: propter potentiā quæ attribuitur patri:Deum, propter ſapientiam quæ appropriatur filio. Tuum,propter bonitatem, quæ ſpiritui ſancto appropriatur. Dei enim bonitas & amor fecit Dominum noſtrum eſſe.Vel dic quòd hic triplex tangitur dilectionis diuinæ motiuum.Dilige ergo deum, qui per potentiam ſuam te creauit & fecit. Deum qui per ſapientiā ſuam te docuit.Tuum,quia per ſuam bonitatem ſe tuū fecit,et ſic redemit.Modum diligendi ſubſtituit cùm dixit.*Ex toto corde tuo.* Iſta verba multifariam, multiſque modis olim expoſita ſunt à doctoribus ſanctis,et vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundat:At vnam ego ſolummodo proſequar in pręſentiarum, idque breuiſſimè. Ex toto corde, hoc eſt,ſapienter. Ex tota anima,id eſt,dulciter. Ex tota virtute,id eſt,fortiter. Ex tota mēte.id eſt memoriter. *Et proximum tuum ſicut teipſum*, eo affectu quo teipſum amas.Vel propter quod diligis teipſum;ſcilicet propter,deum.Vel ad quod teipſum:Ad gratiam in vita videlicet quę nunc eſt,et ad gloriam in vita ęterna.Vel quaſi teipſum, quia imago dei eſt,& capax diuinæ bonitatis vel ſine intermiſſione & vſque in finem. Et noli ei conſentire in vitiis:ſicut nec tu in vitiis vis oleo peccatoris caput tuum impinguari,magis autem à iuſto in miſericordia corripi & argui. Charitas enim non gaudet ſuper iniquitate, ſed congaudet veritati, *Dixitque* Chriſtus *illi*,legiſperito: *Rectè reſpondiſti.* & ſic eius reſponſionem approbat, non vitam. Ideo non dixit: Rectè feciſti. Legis enim verba portabant in libris deſcripta, in intellectu & memoria, in veſtimentis item magnis inſcripta philacteriis: Sed legem Moſi nemo eorum fecit.Alios docuerunt,ſeipſos non docebant. Vnde ſequitur

quitur: *Hoc fac.* Quaſi dicat, Dicis hoc, & non facis, & ideo ad vitam non vadis. Sed iam medice cura teipſum. Hoc fac, & ſic beatus in tuo facto eris. Nam qui facit hæc, non mouebitur in æternum. *& viues*, vita gratiæ in exilio, & vita gloriæ in cœlorum regno. Nam ſe diligentibus deus coronam vitæ repromiſit & præparauit. Dilectio liber mandatorum Dei eſt & finis & ſcopus, quam qui opere & veritate ſeruat & facit, peruenit ad vitam: Qui autem eam derelinquunt, in mortē. Vt taceam de dilectione Dei, ad dilectionem proximi nos multa inuitant. Nempe: Mandatū Chriſti. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem. Et iterum: Hæc mādo vobis, vt diligatis inuicem. Et iterum: Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicem. In hoc cognoſcent homines quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionē habueritis adinuicem. Ergo manete in dilectione mea Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Secundò, quia lux ex hoc percipitur, dicente Ioanne: Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcādalum in eo nullum eſt. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcādalum. Tertiò quia lex tota Dei impletur: Qui diligit proximum, legem impleuit. Et iterum: Omnis lex in vno ſermone impletur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quartò dei ſimilitudo ex hoc acquiritur. Si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. De hoc textū habes, Matth. v. & Lucæ vj. Et Apoſtolus: Ambulate in dilectione, & imitatores Dei eſtote, ſicut filij chariſſimi, &c. Et iterum: Eſtote in inuicem benigni, miſericordes, donātes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Quintò adoptatio Dei ex hoc naſcitur. Omnis enim qui diligit fratrem ſuum, ex deo natus eſt. Sextò, diuina præſentia ex hoc habetur. Si diligimus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpirituſancto ſuo dedit nobis. Item: [D]eus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & deus in eo. Septimò per Charitatem omne malum à nobis propulſatur: Nam dilectio proximi, malum non operatur. Omnibus placet in bono. Prouidet ſibi bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Omnia in ædificationem

Ioan. 15
1. Ioan. 2
Pſ. 118
Rom. 13
Epheſ. 5
Ioan. 14
Rom. 13

facit, & non agit perperam. Octauò omne bonum per
1. Ioan. 3 dilectionem acquiritur, Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa &c. Nos ſcimus, quia tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

HOMILIA SECVNDA.

SEQVITVR iam tertia pars euangelij, in qua quis ſit proximus noſter, quem ſicut nos ipſos diligere præcipimur, declaratur. Dicitur ergo: *Ille autem* phariſæus, *volens iuſtificare ſeipſum*, id eſt, iuſtum oſtẽdere, ratus ſe ante hominem purum, qui ea quæ foris ſunt tantummodò videt ſtare, non ante deum, qui cordis ſecreta rimatur, *dixit ad Ieſum*, volens ſuam oſtentare perfectionem & excellentiam vitæ, non vt deo, ſed ſibi gloriam redderet & naciſceretur. Laudatus enim à Chriſto, quòd rectè reſpondiſſet, eleuauit eum cor ſuum, plus quàm prius altum ſapere cæpit, ſéque aliquid eſſe putauit, nullúmque ſibi putauit proximum, perinde ac nullus ei in iuſtitia & legis notitia ſimilis eſſe poſſet. Sed in hoc ipſo, quod ſe de iuſtitia ſua extulit in mente, & cæteros omnes quaſi non eſſent eius proximi, fruſtra inflatus deſpexit, ſi quam habuit iuſtitiam, perdidit & gratiam, ac ſtultum ſe oſtendit dignúmq; extrema confuſione. *Et quis eſt meus proximus?* quem vt meipſum teneor diligere? *Suſpiciens autem Ieſus.* Et bene ſurſum aſpexit, vt oſtendat ſuam ſapientiã qua reſpondit huic, à Deo patre qui in cœlis eſt, ſe habere. Et quia de rebus altis & magnis locuturus eſt, *dixit*, phariſæo: *Homo quidam deſcendit à Hieruſalem in Hiericho.* Hoc ad literam potuit eſſe verum. Sed cùm loquebatur Chriſtus parabolicè, rectius homo iſte intelligitur vel Adam protoplaſtus, vel peccator quiſque à baptiſmali innocentia, in peccati laqueos & diaboli ſeruitutem recidens, à quibus per Chriſtum vindicatus fuit. Deus enim Adam rectum fecit, ac rectus efficitur qui per aquam & ſpiritum renaſcitur in Chriſto.
Ioan. 11. Et ſicut Adam ſi in collata ſibi gratia & innocentia
Ioan. 1 perſeueraſſet, mortem non guſtaſſet, à paradiſo ad cœ-
& 5. li gaudia fuiſſet tranſlatus: Pari modo, ſi quis in baptiſmali innocentia mortẽ oppetit, non moritur in æternum.

num,ſed tranſit à morte in vitã. Si autẽ homo à morte tranſlatus ad vitam per baptiſmum, poſt illuminationẽ ſuam & guſtum doni cœleſtis, participationémque ſpirituſſancti, retro poſt Satanam abit, retro reſpicit, rurſus peccatis implicatur, illi contingit illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti, eius poſteriora prioribus peiora fiunt Et vtrũque proſequendo intellectum, & maximè ſecundũ, cùm alter alterum complectatur, faciliſque fit de vno ad alterum tranſitus, ſic parabola hæc miſerabilem hominis caſum continet, & impenſum illi gratuito à ſeruatore noſtro ſalutis remedium, dicit ergo: Homo quidam deſcendit. Vt Adam interim taceam, Homo peccans deſcendit: & id continuè, ſi ſtatim à diaboli laqueis non reſipiſcit, dignos pænitentię fructus faciendo. Iſte deſcendit, de cœlo, in quo erat aſſcriptus, vſque ad profundiſſimum infernum. Deſcendit & diſcedit à Deo, in regionem longinquam, vbi diaboli porcos paſcit Deſcendit à ſommo honore, quo inter filios Dei erat cõputatus, ad extremam ignominiam, qua ſeruus peccati, filius diaboli & glarea efficitur Cociti. Deſcendit inquam, quia abyſſus abyſſum inuocat, & mali homines ſemper proficiunt in peius, peccatis peccata addunt, & trahunt peccatum in funiculis vanitatis. Sicq; ſemper ad deteriora labitur, qui peccando deſcendit à Deo ſalutari ſuo. Iuxta illud peccatũ peccauit Hieruſalẽ, propterea inſtabilis facta eſt. A Hieruſalẽ. Ecce altera peccatoris miſeria. Hieruſalẽ pacifica, & viſio pacis interpretatur. Credentes autẽ in pace vocati ſunt, pacis filij ſunt, pacẽ Chriſti ſeruare, quam eis exiturus ex hoc mundo ad patrẽ, quaſi teſtamentũ reliquit, debent. Verum cũ deſcendimus à Hieruſalẽ, & deum relinquimus, etiam pacem, cunctis mortalibus optatam, amittimus. Non eſt pax impijs, teſte ſcriptura. Pax inquam vera, quę eſt ordinata in fide ſub diuina voluntate obediẽtia & cõſenſio. Habet enim homo ſubditus Deo, pacẽ triplicẽ: Pectoris videlicet, tẽporis, & ęternã Vel vt ſignificãtius loquar: Iuſtus habet pacẽ internã, quæ eſt conſcięntiæ bonæ interrogatio in Deũ. Habet externã cum proximo quantum in ipſo eſt. Etiam ſi oderint pacẽ, pacificus nihilominus eſt cũ ipſis Et ſic cum patientia expectat pacẽ æternam. Poſuit Deus fines electorum,

Prov. 26
1. Pet. 2
Luca 15
Sapien. 5
2. Tim 3
Eſaia 5
Threno. 1
1. Cor. 7
Luca 10
Iſa. 58
Pſ. 119

rum,pacem æternam. Pacem iſtam non habent peccatores. Quod bene oſtendit,euangeliſta,dum dicit eum à Hieruſalem in Hiericho deſcēdiſſe. Hierico enim luna interpretatur,per quam defectus,mutabilitas,vel inſtabilitas,& mortalitas intelligitur. Iuſtus in Hieruſalē cœleſti per ſpem & meritum habitat, & ſpe ſaluus eſt, atq; conuerſatio eius in cœlis eſt. Et Ieſus Sirach teſte,
Eccle. 27 Homo ſapiens in ſapientia manet vt ſol,ſtultus autem vel peccator,vt luna mutatur, nunquam in eodem ſtatu permanet,Mox vt nati fuerint, ſicut vmbra præter-
Sapien. 1 eunt, & eſſe deſinunt. Et quantum ſol differt à luna, tantum intereſt inter iuſtum & peccatorem. Semper appropinquant ad portas mortis &c. Inſuper *incidit in latrones*, hoc eſt, dæmonum poteſtatem & manus. Ipſe enim rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ille homicida eſt à principio. De quibus Dauid ait: Irruerunt in me fortes.Iniqui inſurrexerūt ſuper me,& fortes quæſierunt animam meam. Quartum eſt quod ſpoliauerūt eum veſtimento iuſtitię originalis, gratiæ multiplicis, innocentiæ baptiſmalis,veſte deaurata & nuptiali charitatis,virtutum diuerſarum, & diuitijs meritorum. O
Pſ. 140. horror,ò miſeria peccatorū.Mox à deo recedunt, Deū
3. Petr. 3 derelinquunt,peccato conſentiunt,cadunt in retiaculū diaboli,& eius ſeruitutem: de qua egredi non poſſunt viribus propriis,niſi ope Dei ſuſfulti. Iſti domini crudeles ſunt,nullam eis requiem concedunt, neque die-
Geneſ. 3 bus neque noctibus,His veſtibus decoris & gloriæ, primi parentes ſpoliati,apertis oculis turpitudinis ſuæ nuditatem viderunt. Et mox ſeipſos foliis operuerunt arborum,& Deus de exuuiis beſtiarum eius tunicas fecit.
Pſal. 48 Et meritò beſtiarum ſunt tecti pellibus,dum honorem collatum gratuito illis à Deo,non intellexerunt,et per inobedientiam comparati ſunt iumentis inſipientibus, et ſimiles facti ſunt eis: Vt ſic aſpectus veſtis viliſſimæ, oculis mentis noſtræ ingerat ſemper turpitudinē præuaricationis noſtræ. O quàm inæqualis permutatio veſtis à Deo datæ, iuſtè tamen. Ideo qui ſuperbit vel gloriatur de veſte,vtique terrena ſapit, et gloriatur in ſua confuſione. Nec ſic contenti fuerunt qui in ipſum irruerunt,fortes videlicet dæmones, ſed *plagis impoſitis*, et vulneribus ſuper vulnera inflictis. Vulnera iſta quatuor ſunt primordialia ac præcipua,ex quibus quicquid

mali,

mali,quicquid culpę,quicquid pœnæ,quicquid damnationis eſt in hominibus, pullulat & excreſcit. De his plura habes libro primo de charitate,cap xiij. Sunt autem plagæ iſtæ crudeles: Infirmitas in iraſcibili, cæcitas ſiue ignorantia, malitia in voluntate vel appetibili virtute animæ. & ex his conflatā cōcupiſcentia in carne,vulnus peſſimum quod rarò perfectè ſanatur in vitā præſenti, vt nullis carnis illecebris & deſideriis nunquam conſentiat ſpiritus. Plagæ iſtæ etiam peccatā intelligi poſſunt, quia his naturæ humanę integritas violatur. Iſtis cum vulneribus in hunc mundum naſcitur omnis homo,& mors quaſi foſſis vulneribus inducitur. Non eſt ſanitas in carne mea, ideò miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine, quoniam conturbatā ſunt omnia oſſa mea. Hoc Iob aſpiciens, dixit: Concidit me vulnere ſuper vulnus. Hæc eſt lex membrorum. Infęlix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic ſuper dolorem vulnerum noſtrorum addunt ſemper. Inſuper *abierunt*, nō ceſſando ab inſidiis, ſed inſidiarum fraudes occultando, & quaſi receſſiſſent in regionem longinquam ſe habendo. Sic abeunt peccatorem vinctum & funibus peccatorum conſtrictum relinquentes. Vt dicere poſſit: Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Sic ergò miſer & miſerabilis, pauper, cæcus & nudus factus eſt homo peccans. Abeunt etiam & dicuntur abiiſſe, quia non tradunt ei ad nutum ea quæ ei promiſerunt, & pro quibus eum peccare fecerunt. Hoc enim afflictionis & amaritudinis maximè,facit ſeruis ſuis diabolus, quod poſtquam hominem decepit,contemnit, ſed nec ei tribuit quæ pollicitus erat. Sic poſtquam Adā fructum guſtauit,receſſit deceptor. Nec promiſſa ei dedit, ſed in extrema cōfuſione & miſeria eū reliquit. Poſtquam Dauid adulterium,Cain fratricidium, Ammon ſtuprum fecit,Achitofel malum dedit conſilium, Iudas proditionem fecit, Ananias & vxor eius defraudati ſunt communitatem, &c. inſtigati à ſpiritibus reprobis,Ecce,conſummatis peccatis,& poſtquam in laqueo iſto quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum, tunc abierunt lætantes, ſicut exultant victores capta præda,quando diuidunt ſpolia. Abeunt, vt & alios ad caſum inducant, certi quòd de compedibus ſuis non

Hiere.18 *Pſal.128* *Geneſ.3* 2. Re.11 2. Re.14 *Eſaia 6*

eſt,ne audiant legem , ſicut aſpis ſurda quæ non audit
vocem incantãtis , Nares diſcretionis abſciderunt no- *Ezec. 33*
bis,vt ignoremus diſtãtiam boni & mali,ſancti & Pro-
phani. Amputarunt nobis linguam , quæ laudes Dei *Pſal. 37*
reſonabat, Deum & fidem confitebatur,nec non iniu-
ſtitias noſtras aduerſum nos Domino, & ſalutaria do-
cebat.Pedes ſtabilitatis,immobilitatis & perſeuerantię
nobis abſciderunt, atque ſumus nunc arundinis inſtar
nutabundi,omni vento doctrinæ,puerorum in morem
mouemur.Manus bonæ operationis nobis detruncarũt.
Item priuarunt nos odoratu deuotionis, & tactu com-
paſſionis.Et quod maioris eſt & longe horribilioris dã-
ni malum, caput heu,nobis etiam poſt omnium mem-
brorum vel mutilationem vel abſciſſionem amputant,
bonæ & rectæ intentionis,& ſic totum corpus operum
bonorum,ſi quæ facimus,tenebræ ſunt & abominabilia
in oculis Dei, ſicut & ipſi qui faciunt ea,abominabiles *Rom. 9*
ſunt in factis & ſtudiis ſuis. Vel caput nobis abſcindũt,
dum nos à Chriſto(qui caput noſtrum & Eccleſiæ ſuæ *Col. 1.*
ſanctæ eſt,)per peccatum ſeparant & diuidunt. Capite
autem à mẽbris cæteris amputatis, quid obſecro aliud
ſumus quàm Dagon idolum truncum, capite & mẽbris *1. Reg. 5*
amputatis,iacentes ſuper terrã?Fodiunt item & gladio
ancipiti,vtrinque ſcindẽte trãſuerberãt latus,& cor no-
ſtrũ vulnerãt.fraternæ dilectionis priuatione.dũ zelum *Iacob. 3*
amarũ & odij ſeminaria contra proximos nobis infun-
dunt. Inſuper vulnerati ſumus in capite per ſuperbiam
& elationem. Sic qui Deum odiunt, extollunt caput.
In oculis per inuidiam , vt proximi graues nobis ſint
ad videndum. Sunt & oculi pleni adulterio. Ideo de-
prędari animam noſtram dicuntur à ſancto. In denti-
bus per iram , vt dentes filiorum hominum arma
ſint & ſagittæ, vt fremant & tabeſcant , vt dentibus
ſtrideant,ſontes iam in inſontes,Stridet dentibus & a-
reſcit, miſer iſte à dæmonio actus. In labiis & ore per
multiloquium, in quo non deeſt peccatum Linguã ve-
neno mortifero , vnde gladius acutus dicitur. Et ite-
rum:Ecce loquentur in ore ſuo , & gladius in labiis eo-
rum.Et iterũ:Exacuerunt vt gladium linguas ſuas,& ſi-
cut ſerpentes acuunt linguas ſuas,mali homines,vene-
num aſpidũ ſub labiis eorum.Aures clauſit ad verbum
Dei:ad noxia aperuit.Frontem perfricamus,erubeſcere

neſcimus,adulterium præſente viro & aſpiciente in le-
ctis cordis ſuſcipimus,cũ quo fornicamur,vultus ange-
lorum non erubeſcimus.Odoratum,quia fœtorem pec-
catorum non ſentimus.Collum & ceruicem per inobe-
dientiam vulnerauit. Sic currimus aduerſus Deũ ere-
cto collo,pingui ceruice armati. Iugum Dei excuſſimus
reſiſtimus poteſtati. In manibus vulnerati ſumus per
auaritiam,rapinas & vſuras. Manum item egenis & pau
peribus nõ porrigimus Omnes auaritiæ ſtudemus Ta-
ceo de tactibus impudicis In corde per triſtitiã.& hæc
peſſima eſt,iuxta illud:Omnis plaga,triſtitia cordis eſt.
Eccle. 25 In ventre per inſatiabilem gulam Quia venter impio-
Prou. 13 rum inſatiabilis. Ideo ventri ſeruimus,ṽtrem pro deo
Rom. 16 habemus. In renibus per luxuriam Lumbi pleni ſunt
illuſionibus. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.
Taceo pudoris & genitalia mẽbra. In pedibus per ace-
diam. Pedes habemus,& non ambulamus. Ad malum
autem currimus,& pedes veloces habemus. Et quis hæc
fideli animo ſecum reputans, ſuper prolongatione in-
colatus ſui non triſtatur, non gemit non dolet ex toto
corde? Abierunt,dicit os veritatis,tam ſæuis,tã ad mor-
tem in anima & in corpore inflictis vulneribus. Ab-
eunt & nunc: non ad ſemper,ſed ad tempus, vt dicitur
Luc. 4 in Luca. Et vt homo peccato vulneratus quaſi fermen-
to corruptus,inficiatur ex toto,vt rediens eum liberius
Oſee. 7 ad aliud viciũ trahat,ſicut in Oſeæ ſcriptum eſt: Quie-
uit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec
fermentaretur totum. Vnde conſequens eſt quòd ſi a-
liquando ceſſat infeſtatio offenſionis & tentationis,il-
lud eſſe calliditatem & reclinam tentatoris Vnde per
Hier. 37 Hier. dominus dicit: Nolite decipere animas veſtras,di-
centes: Euntes abibunt & recedent à nobis Chaldæi,
quia non abibunt. Sequitur: *ſemiuiuo relicto*. Ecce pericu-
lum. Semiuiuus eſt homo peccatis obnoxius, maximè
Adã poſt caſum. Viuebat vita naturę,mortuus erat vi-
ta gratię. Viuit peccator, ex ea parte qua aliquam Dei
per fidem cognitionẽ habet: Ex parte qua peccatis pre-
mitur mortuus eſt in delictis & peccatis ſuis. Nomẽ ha-
bent quòd viuant, cũ mortui ſint. Viuunt in corpore,
mortui ſunt in anima. Iſta eſt mors peccatorum peſſi-
ma. Et quãuis habeãt vitalẽ liberi arbitrij motũ ex quo
tamẽ non ſunt ſufficiẽtes ex ſeipſis,niſi trahãtur à pa-
tre &

tre, & per miſericordiã Dei preueniantur, ad dirumpẽda vincula peccatorum, & diaboli laqueos quibus captiui tenentur ad eius voluntatem, ad vitæ opera facienda, ſemiuiui ſunt. Vel medietas hominis, anima videlicet, poſt peccatum viuit: medietas verò mortua eſt, hoc eſt, moriẽdi incidit in neceſſitatem, videlicet corpus. Vtrũque horũ ſemper vixiſſet, ſi homo non peccaſſet. Stipendia igitur peccati mors eſt, Vel natura humana prout erat in Adam tota erat mortua & libera iuſtitiæ, quatenus autem eadem viuificanda erat in Chriſtò, viuebat, vnde ſemiuiuus erat homo. Occupatio igitur magna creata eſt hominibus omnibus, & iugũ graue ſuper filios Adam à die exitus de vtero matris eorum vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium Eccle. xxx. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam &c. Sapi. ix. Infœlix ego, quis me liberauit de corpore mortis huius? Gratia Dei, &c. Non habitat in nobis bonum, ſed peccatum, id eſt, concupiſcentia Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Iccirco abominantur me manus meæ, vel veſtimenta mea. Mirum eſt quod Deus à tã ſordido, abominabili & malo dignatur laudari. Subditur etiam denegatum beneficium & ſubſidium huic vulnerato ab eis, qui maxime ei debebant ſubuenire, ex quibus ſecundum carnem natus erat, videlicet Iudæis. Quorum vnus ſacerdotij dignitate, alter Leuitica functione, magis miſereri debuiſſet. Vnde ait: *Accidit autem vt ſacerdos quidam*, in quo antiquæ legis ſacerdotiũ intelligitur, *deſcenderat eadem via*, per naturalem generationẽ ab Adam, in quo omnes mortui ſumus & vulnerati. Omnes naſcimur filij iræ. Omnes in iniquitatibus cõcepti ſumus, excepto Chriſto & Maria, & in peccatis concepit & aluit nos mater noſtra. *& viſo illo* ſauciato videlicet & eius vulneribus, quia per legem cognitio eſt peccati, non medela & ſanitas: Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Hoc impoſſibile erat ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ſacramenta eorum infirma & egena dicuntur elementa, *præterijt*, ægrotum ſine ſanationis iuuamine & conſolatione. Nemo ſiquidem mundum facere potuit de immundo conceptum ſemine, niſi agnus Dei, qui tollit peccata mundi, qui ſolus eſt ſine peccato & macula. *Similiter & leuita*, hoc eſt, chorus Prophetarum, &c.

Marginal notes: *Hebr. 9* — *Rom. 6* — *Rom. 7* — *Rom. 5* — *Pſal. 50* — *Rom. 8* — *Ioa. 1.* — *1. Pet. 2*

Iam poſt legis imperfectionẽ & inutilitatẽ, ſubſtituitur Chriſti miſericordia, & ſanans gratia eius, exuberans omnibus, qui inuocãt nomẽ eius. Vnde ait: *Samaritanus autem quidam*, Chriſtus Ieſus videlicet, Samaritanũ vocabat eũ per deſpectũ & contumeliã. Iã ille reprobans malũ & ignominiã eligit bonũ, nempe, quòd Samaritanus cuſtos interpretatur. Et per hoc oſtendit, quòd nemo tã bene cum illis egit, nemo illis tã proximus fuit nemo tantũ illos dilexit atque ille. Et quòd ille quod legi & ſacerdotibus impoſſibile fuit, illis fecit. Ideo odio

Pſal. 120 habuerunt eum gratis: Nam Samaritanus cuſtos in-

Pſa. 144 terpretatur. Cuſtodit autem dominus omnes diligentes ſe, ſicut pupillam oculi ſui, & non relinquit hominem nocere eis. Cuſtodit eos ab omni malo, ſub vmbra alarum ſuarum, protegit eos, à facie impiorum qui eos affligunt, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas. Iſte ergo *iterfaciens*, quia exiuit à patre & venit in mundum. A ſummo cœlo tunc fuit egreſſio eius. Et obſerua quòd iſte iter quidem fecit, non tamen eadem via deſcendit qua cæteri. Ipſe enim de ſpirituſancto conceptus eſt, & ſanctus erat. Iuxta il-

Luc. 1 lud: Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei:

Ioan. 14 Tunc via ibat per viam, & iter fecit. Ipſe ſiquidem via, veritas & vita eſt. Via ferrata, lancea & clauis. Veritas approbata, operibus & miraculis. Vita deſiderata, hominibus & Angelis. Item via ſine deuio, veritas ſine dubio, vita ſine tædio. Iſte ergo iter faciens: *venit ſecus eum*, non Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendens, habitu inuentus vt homo per omnia fra-

Rom 8 tribus, *ſine peccato tamen*, aſſimilatus. Venit iuxta eum, quando in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, atque habitauit in nobis. Venit iuxta eum per naturæ infirmitatis & paſſibilitatis aſſumptionem, & apparuit in ſimilitudine carnis peccati, factus pro nobis peccatum, & de peccato damnauit peccatum in carne ſua. Venit, non coactus: ſed ex nimia charitate qua Deus pater mundum dilexit, miſſus. *& videns eum*, oculo miſericordiæ, quo Petrum in atrio aſpexit, *miſericordia motus eſt*. Nec id mirum, cùm pater miſericordiarum ſit, & Deus omnis conſolationis. *& appropri ins* ei, per miſericordiæ exhibitionem, per carnis vnionem, & per mortis

ſuſceptio-

ſuſceptionem, alligauit vulnera eius, per ſacramentorũ appoſitionem, quibus quaſi quibuſdam faſciis peccatorum vulnera alligantur, cohibentur & curantur. Vincula eius alligatura ſalutis ſunt. Alligauit etiam vulnera noſtra ſanans & reſtringens ea ſuis exemplis, ſuis præceptis & conſiliis. Sua humilitate, ſuperbiam noſtram proſternit. Charitate ſua, tabeſcentem inuidiam noſtram expellit. Mititate ſua, iræ noſtræ furorem ſedat. Strenuitate ſua, torporem ignauiamque noſtram confundit Paupertate ſua, cupiditatem ſollicitudinemque noſtram dãnat. Temperantia ſua & ſobrietate, ingluuiem intemperantiamque noſtram, eliminat. Caſtitate ſua mundiſſima, petulantiam noſtram odioſam reddit. Septem ſacramentis autem, ſeptem vulnera per peccatum nobis inflicta ſanauit & alligauit. Vulnus originalis culpæ ſanat in baptiſmo: timiditatis in Confirmatione: inuidiæ & odij in Euchariſtia: peccati mortalis in Pœnitentia, concupiſcentiæ in Matrimonio: ignorantiæ in Ordine: peccati venialis vulnus ſanat in Extrema vnctione. Sic ſanat contritos corde & alligat omnes contritiones eorũ. infundens oleum & vinum, hoc eſt, vnctionem ſpiritusſancti, & calicem ſalutarem ſuæ paſſionis Vel infudit oleum manſuetudinis, dicens omnibus peccatorum onere oneraris, & labore peccatorum defatigatis, vt iniquè non agant, nec laborẽt ac laſſentur in via perditionis. Illis oleum infundit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Item: Siquis ſitit, veniat ad me & bibat. Item: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, Oleum infundit, ſpem pœnitentibus dando de æternis, dicendo: Pœnitentiam agite appropinquat enim regnum cœlorum. Vinum iuſtitiæ & terroris. Eum timere docens, qui corpus & animam perdere poteſt in gehennam. Et iterum: Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. Et alibi: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Vinum ergo confortatio & exhortatio feruens ad bona, ſeu iuſta increpatio propter mala. vt illud: Vade retro me Satana. Væ vobis ſcribæ. &c. Et Apoſtolus: Argue cum omni imperio. Et aduerte, quod prius oleum, deinde vinum infundit. Hoc innuens quòd animarum medicus & paſtor: aliquo peccato præoccupatos prius in ſpiritu lenitatis inſtruere debet, ſecrete

Eccl. 6
Sed. 6
Pſ. 118
Hier. 9
Sap. 5
Mat. 11
Mat 9
Luc. 3
Matt. 3
Luc 13
Mat. 16
Ti. 2
Mat. 18

te inter ſe,& peccantem ſeorſum monere. Et ſi ſic nihil promouet, dicat eccleſiæ, tradat eum Satanæ in interi-
1.Cor. 5 tum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. Vel ſaltem virga vtatur. Sed iam vulnus eſt ſuper vulnus, liuor & plaga tumẽs in toto corpore Eccleſiæ, & nemo eſt qui circumliget & curet medicamine, aut oleo foueat. De Chriſto autem dictum eſt: Miſit verbum ſuum, pater cœleſtis, & ſanauit eos. Ipſe ſanat contritos corde, & alligat omnes
Eſai.1 contritiones eorum. Ipſe ſanat omnes infirmitates no-
Pſ.140 ſtras, Oleum & vinum, hoc eſt, miſericordiam Dei, quæ
Eſai. 30 ſpem, & vinum iuſtitiæ, quæ parit timorem. Quia dulcis
Hier. 30 & rectus dominus. Poreſtas ei eſt & miſericordia. Sed
Ezec. 30 oleum ſuperfertur vino, quia miſericordia iudicium de-
Pſ.6 bet ſuperexaltare. Per vinum mundantur putrida, per
Pſ.24 oleum ſananda fouentur. *& impoſuit illum in iumentum ſuum*, in paſſione ſua. Iumentum ſuum, caro eius eſt. In hoc iumentum ſuum, ſaucium poſuit, quando peccata
Eſai. 35 noſtra ſuper lignum in corpore ſuo pertulit. verè lan-
1.Pet. 3 guores noſtros ipſe pertulit, & dolores noſtros ipſe por-
Eſai.53 tauit. Vt iumentum factus eſt apud te homo filius Dei. Iumentum enim quaſi iuuamentum eſt dictum. Ipſe autem adiuuit nos, & liberauit nos & eruit nos à peccatoribus, & ſaluabit omnes qui ſperant in eo. Vel in iumentum ſuum nos imponit, quando fidem nobis infundit, per quam credimus verbum carnem factum, & ſua nos paſſione amatiſſima de mortis aſſeruiſſe imperio. Vel quando participatione corporis ſui ei incorporamur, & efficimur membra corporis ipſius, de carne eius & de oſſibus eius. *& duxit in ſtabulum*, Eccleſiæ videlicet, quæ etiam dicitur ouile eius & domus eius. Stabulum verò eam vocat, quatenus ſic innuat & ſignificet, miſerias & fœtores quibus hæc vita exuberat. Vt ſic vitam iſtam & lcoum pertæſi, ad domum domini, non manu factam, aſpire mus. & in iſto ſtabulo, & non extra, curam illius egit, v t bonus medicus. Quamuis enim cura illi ſit de omnbus, maiorem tamen habet quomodo ſaluetur homo. Et ſic non eſt ei cura de bobus. altera autem
Sap.16 die, quandoaſcendere voluit ad patrem noſtrum, Deũ ſuum & Deum noſtrum, protulit duos denarios, nouum videlicet & vetus teſt. Ecce donum & medicina ad ſanandas animas prælaris collarum. Neque malagma ſanat animas peccatis ſauciatas, ſed ſermo tuus domine, quæ

qui ſanat omnia animarum vulnera & languores. In
iſtis enim denariis duobus,imago Dei eſt impreſſa,quo-
rum valor eſt,decem ſeruare præcepta. Poſſunt etiam
duæ tabulæ Moſi intelligi,Vel duo charitatis præcepta, Mat. 22
in quibus tota lex pendet & prophetæ Vel ſunt ſcien- Rom. 13
tia ſalutis & Dei,ſine qua vanus eſt omnis homo:& au- Sap. 13
toritas ſiue poteſtas eccleſiæ,à Deo prælatis in ædifica Luc. 24
tionem,& non in deſtructionẽ data & dedit ſtabulario
hoc eſt,Eccleſiæ rectori Aperuit enim illis ſenſum vt
ſcripturas intelligerent,Iſtos duos denarios prælati Ec
cleſiæ omnes habere debent,Vt labia ſacerdotum cu-
ſtodiant ſcientiam.Sed iam neſciunt videntem, igno-
rant iudicium &c.Et quia iſti ſcientiam repellunt, repel
luntur & ipſi,ne ſacerdotio fungantur Dei, Et dicit ſta
bulario,in ſingulari,propter ſummum ſtabularium , in
cuius obedientia debent omnes alij vniri,Chriſti vide
licet vicarium,& ait,Curam illius habe,curam videli-
cet animæ & corporis, Ecce iniunctum eis officium.
Hinc pro paſtori dixit:Paſce oues meas,Et Petrus: Pa-
ſcite qui in vobis eſt gregem;& Apoſtolus,Obedite præ
poſitis veſtris,&c.& Ieſus Syrach:Rectorem te poſue- Ioan. 2
runt,noli extolli,eſto in illis,quaſi vnus ex illis. Curam 1. Pet. 5
illorum habe,& ſic conſidera,& omni cura tua explici- Rom. 13
ta,recumbe,vt læteris propter illos, & ornamentum Eccle. 32
gratiæ accipias coronam,ideo curam iſtam habentibus
dici poteſt illud,Cuſtodi virum iſtum:Qui ſi lapſus ſuo
damnatus tua incuria,vel tuo ſcandalo fuerit,erit ani-
ma tua pro anima eius,& ſanguinem eius de manu tua
requiret Deus.Vobis dicetur: Vbi eſt grex tuus, pecus
inclytum tuum &c et quodcũque ſupererogaueris, ille
erogat,qui data ſibi diſtribuit,omne conſilium Dei an-
nunciando,talenta ſibi tradita ponendo ad vſuram, fru
ctum multum et fœnus cumulando. Sed ſupererogat,
qui amplius quàm accepit.Ad ſanandum verò hominẽ
ſupererogat,qui præceptis addit conſilia:Quia ſcriptu Rom. 11
ris addit veras et ſynceras expoſitiones:Aut ſine ſump- 1. Co. 12
tibus,inſtar Pauli apoſtoli euangelium prædicãdo.Deũ
immortalem:quanta addidit Apoſtolus conſilia ſalutis
et documenta omnibus , iuxta vniuſcuiuſque virtutem
et ſtatum voluntatémque deſeruiendo ad profectum in
bono:At vtinam his malis diebus et tempore pericu- Eſai. 36
loſo erogarent,et non eſſent canes muti , idola ſine

voce,diſſiparores,non diſpenſatores bonorum domini
Eſai. 36. ſui,quia ſupra alios ius accipiunt,& officium prædicationis non impedunt,iuxta illud Eze. Lac commedebatis: &c. gregem autem meum non paſcebatis,&c. Superrogat,qui ea quæ ſalutis,pacis, pudicitiæ, iuſtitiæ, ſanctitatis,honeſtatis,decoris,amicitiæ,bonæ famæ, vir-
Ezec. 34. tutis,diſciplinæ,pietatis & cultus Dei ſunt,ordinat, conſtituit,exemplo vitæ,& verbo oris docet in Eccleſia dei. Hic fundantur regulæ ſanctorum patrum,ex læto ſcripturarũ prato,quaſi in faſcem breuem collectæ. Hic conſtitutionum eccleſiaſticarum,& iurium ſunt funda-
1 Cor. 5. tæ ſanctiones:& omnium quæ conferunt ad ſalutem.
Matt. 7. Ego *cùm rediero* in morte vniuſcuiuſque, vel in extremo iudicio,reddam tibi & vnicuique ſecundum opera ſua. Ecce promiſſum pro cura iſta præmium,& coronam iuſtitiæ quam reddet dominus iuſtus iudex,omnibus legitimè certantibus,& diligentibus aduentum eius *quis horum trium,ſe iudice,videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones,* humani generis? At *ille dixit*,ex legis naturalis lumine,quod eſt,ſignatum ſuper nos, *Qui fecit miſeri-*
Rom. 2. *cordiam in illum*,& ei ſubuenit: Ex naturæ communione,
Apoc. 22. omnes erant proximi eius,ſed ex miſerationis beneficio,& opere,ſolus, Samaritanus proximus eius fuit. *Et ait*
Gal. 6. *illi Ieſus*,ex verbis ſuis eum inſtruens & concludens. *Vade*,de virtute in virtutem,proficiendo in melius, creſcendo in gratia & in cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus, *fac & tu ſimiliter*. & ſic non verbo & lingua ſolummodo ſed opere & veritate,proximum dilige. Benefac omnibus,bonis & malis,amicis & inimicis,notis & ignotis fac ſimiliter Bonos imitare,in bono ſemper. Noli imitari malum ſed quod bonum eſt. Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Nam qui malignantur, exterminabuntur, confirmabit autem iuſtos dominus.

DO-

DOMINICA XV. POST PENTECOST. IN EPIST. ad Gal. vi. Sermo.

FRatres. Si *ſpiritu viuimus, &c.* In iſta lectione
Apoſtolus fideles ad iuſtitiam erudiēs, do-
cet ſcandala cauere, deinde lapſo fratri, cha *Ioan. 4.*
ritate fraterna ſubuenire, poſtea aliorum
onera portare, quintò beneficentiæ com-
munionem aliis exhibere, poſtremò, in piis & bonis ope
ribus, perſeuerare. Spiritus eſt deus, ideo vult vt in ſpiri
tú ei ſeruiant, in ſpiritu & veritate eum adorent omnes
qui gloriantur in deo, & nouerunt voluntatem eius, re-
quieſcunt & meditantur in euangelio gratiæ eius die ac
nocte: Et qui gloriātur ſe habere formā. id eſt perfectio-
nē, ſcientię, ſalutis & ſanctorum in operandis, & verita-
tis, in credēdis Gloriantur itē ſe eſſe duces cæcorū, lu-
mē eorū qui in tenebris ſunt, eruditores inſipiētiū, ma-
giſtros infantiū. Sed dū nō viuūt in ſpiritu, nec ambu-
lāt in ſpiritu, docent alios (ſi tamen docent, & nō ſedu-
cunt & perdunt) ſeipſos nō docent. Dicūt & nō faciūt.
Ideo, quantūlibet in lege fidei & perfectæ libertatis ſtē
torea voce gloriantur, tamen per præuaricationem le-
gis, deum (qui ſuper omnia benedictus eſt in ſecula) in-
honorant, & nomen eius benedictum faciunt non ſolū
inter gētes, ſed & inter omnes qui in reprobū ſenſum
dati ſunt, maledici. Quia nō ſapiūt nec faciūt ea quę ſpi
ritus ſunt, ſed quæ carnis ſunt. Et ſapiētes ſunt vt faciāt
mala, bene autem facere neſciunt. Imò, nolunt intelli-
gere vt bene agant Animales ſunt & carnales, ſecūdum
hominem & carnem ambulant: ideo non percipiūt, non *Mat. 16*
intelligunt, non amant, non quærunt quæ ſunt ſpiritus *Hier. 4*
dei: hęc enim ſtultitia, vanitates & inſanię falſę ſunt illis *Pſ. 35*
& nō poſſunt ſpiritualia intelligere, qa ſpiritualiter exa *1. Cor. 2*
minātur, & à ſpirituali, ſecundū Gloſſam ordinariā. Nō
recipit ſtult' verba prudētię tuæ, niſi ea dixeris quæ ver *Prou. 18*
ſantur in corde ſuo. Et execratio eſt peccatoribus, ſa-
pientia illa, quæ de ſurſum deſcendit à patre luminum,
per quā ſanati ſunt quotquot Deo placuerunt ab initio *Iacob 1*
Dicit ergo tuba euāgelij: Si hoc eſt, quia *ſpiritu viuimus* *Sap. 7*
ſicut oportet eos viuere qui Chriſti ſunt fratres, mem *Rom. 8*
bra, cohæredes & imitatores, & carnem ſuam cū viciis

&

& concupiſcentiis crucifigunt. Si ergo viuimus ſpiritu nos qui Chriſti ſumus, quod oportet, quia ſpiritu authore & duce ad vitam veram venimus. Spiritus enim
Ioan.6 eſt qui viuificat, *ſpiritu & ambulemus*, dignè Deo &
Epheſ 4 euangelio, ſequendo inſtinctum & ductum ſpiritusſancti in operibus noſtris Vel dictamen rectę rationis, quæ
Matt.6 etiam dicitur ſpiritus. Verùm quia bonum opus frequenter eſt occaſio vanæ gloriæ, ſicut phariſæi ieiunabant, orabant, eleemoſynas faciebant, imò omnia opera ſua faciebant vt viderentur ab hominibus, ideo ſequitur: *Non efficiamur inanis*, vanæ, tranſitoriæ & huius mundi *gloriæ cupidi*, quia ſtercus eſt & vermis. Et deus diſſipat oſſa eorum qui hominibus placent. Et omnes qui hac nota inuſti ſunt, & in iſta damnatione, credere non poſſunt in filium Dei, fide electorum & viua, quæ per dilectionem operatur. Et dum gloriam falſam ab inuicem accipiunt, fit quod gloriam veram quæ à ſolo
Ioan. 12 deo eſt, non quærant & pro nihilo habent. Deterret nos,
Eccl. 10 & omnes qui volunt in ſpiritu ambulare, à ſuperbia omnium peccatorum radice: Quam qui tenent, replentur maledictis et ſubuertuntur à Deo in finem. Deinde deterret nos ab iracundia et mutua prouocatione ad irã. Tertiò ab inuidia. Vna eſt mater et radix amaritudinis, et duæ filiæ. Prima in facto, altera in verbo, tertia in animo locum ſuum habet, ſicut vermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in veſtimento, putredo in pomo. Hæc ſubiectum ſuum depaſcunt, & in nihilum redigunt. Inanis gloria fruſtra currit, quia brauium non accipit. Fruſtra in agone contendit, militat & certat, quia coronam incorruptam non accipit: ſed regerit confuſionem æternam, & coronabitur tribulationibus, Anguſtiis & pœ-
Eſai. 22 nis æternis. Væ ergo coronæ ſuperbiæ ebriis Effraim,
Iſai. 28 & flori decedenti gloriæ exultationis eius. Inanis gloriæ extrema inſania eſt, velle vincere, vbi non eſt merces & corona, ſed pœna & confuſio æterna. Ergo ſuperbiam in animo veſtro nunquam dominari permittite.
Tob.4 Nam ex ea iracundia, iræ, rixæ, & contentiones oriuntur Inter ſuperbos namque ſemper ſunt iurgia: ideo dicit;
Pro.13 *inuicem prouocantes.* ad lites, & id genus alia multa peccata, Sed mites eſtotę & humiles corde. Neque *inuicem inuidentes* in animo. At omnis peccator obſtina-
Eccle.6 tus in malitia, inuidus eſt & bilinguis. Inuidia occidit

Abel,

vendidit Ioſeph, perſequebatur Iacob, quærebat mortificare Dauid, voluit Mardochæũ ſuſpendere, Daniel miſit in lacum leonum, occidit dei filium vnigenitum. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum, & Adam expulit de paradiſo. Et imitantur diabolum, qui ſunt ex parte eius. Hæc tria vitia crebrò titillant etiam illos qui columnæ eſſe videntur in domo dei, & qui pietatis ſtudia profitentur, & piè viuere in Chriſto cenſentur, & conuerſationem in cœlo habere. Et niſi vigilauerint, tunc modicum fermentum horum vitiorum, totam maſſam operum quæ fecerunt, diu noctúq; domino ſeruiendo, corrumpit, & ipſi pereunt in corruptione ſua & peccatis. Deinde docet errantes à via veritatis, & peccatis oneratos, comiter docere & conuertere ad dominum deum, dicens: *Fratres in Chriſto*, quia vnum patrem omnes habemus in cœlis, *& ſi praeoccupatus fuerit homo*, id eſt, ex improuidentia, aut ſurreptione, aut negligentia, aut paſſione, aut ignorantia, lapſus *in aliquo delicto*, ſicut in multis offendimus omnes: Et iuſtus ſepties in die cadit & reſurgit. Non dicit malitioſus, obſtinatus, induratus, & in arcum prauum conuerſus. Dicit itẽ in aliquo delicto. Non in multis, quaſi vſu quotidiano peccantes, peccata ſupra modum, ſicut illi qui bibunt quaſi aquam iniquitatem, gloriantur in malitia, lætantur cùm malefaciunt, & in rebus peſſimis exultant. Peccare humanum eſt, ſed in peccato indurari, diabolicum. Nec baptiſmus aufert, quod homines non ſimus, ſed ſpiritumſanctum abunde nobis infundit, cuius ductum interim quod ſequimur, innocentes manibus & mundo corde ſumus, deo per omnia placemus, in omnibus operib. bonis fructificamus. At cõtra, dũ reſiſtunt ſpirituiſancto, gratiã eius abiiciũt, inuacuũ recipiunt, negligunt gratiæ Dei deſunt, tunc cadunt in retiaculum diaboli, acquieſcunt carni & ſanguini, ſemper proficiunt in peius, veniunt in profundum, & contemnunt omne ſalutis conſiliũ, & auxilium, et ſine omni timore perpetrant mala. Vias veritatis blaſphemant, vanos cenſent qui ſeruiunt Deo, beatos dicunt arrogantes, et de induſtria Deo ex aduerſo ambulant. At deus de lapidibus iſtis poteſt filios Abrahæ facere, et crebrò vinctos funibus peccatorum educit de lacu miſeriæ et de luto fæcis culpæ. Similiter eos qui exaſperant

Sapien 2
Geneſ. 3
Galat. 2
Iacob. 5
Prou. 24
Pſal. 77
Roma. 7
Iob 15
Prou. 2
Tit 3
Coloſ. 1
Act. 7
Pſ. 140
Prou. 18

vt Paulum,imò,eos qui habitant in ſepulchris,vt Lazarum.Et vbi prius delictum,ibi abundare gratiam facit: Quia diues eſt in miſericordia,& miſericordia eius ſuper omnia opera eius.Ergo ſi cor peccatoris tangit intrinſecus,& ad miſericordiæ thronum confugerit,tunc *vos qui ſpirituales eſtis*, id eſt.ſpiritu robuſti, perfectiores aliis ſcientia & vita, vixiſtis in ſpiritu,noſtis voluntatē

Matt.5 Dei, & quod benignus & miſericors eſt ſuper ingratos

Luca 6 & malos.Nolite amaro animo erga eos eſſe,ſed *inſtrui-*

Luca 15 *te huiuſmodi* filium prodigum reuertentem, *in ſpiritu lenitatis*, donantes & conſolantes,ne fortè abundantiori

2.Cor.2 triſtitia abſorbeatur,à Leuiatan,qui eiuſmodi eſt. Hoc ſi Iudę proditori feciſſent phariſæi(qui in ſeipſis confidebant,& alios aſpernabantur, perinde ac iuſti eſſent) quando rediens peccatum ſuum aduerſum ſe confite-

Luca 18 batur,& iniuſtitiam ſuam domino, ac mercedē iniquitatis in templum proiecit,ad laqueum forſitan non fu-

Pſal. 31 giſſet.Chriſtus propter peccatores venit, benignè eos

Matt.27 recepit, dulciter eos conſolabatur, aduocatus eorum

Act 1 contra malignantes fuit & defenſor; Et ſua comitate

Luca 19 pellexit multos, ſua dulcedinis affabilitate attraxit perditos, viſceribus miſericordiæ indulſit omnibus:

1.Tim.1 Quia vult omnes ſaluos fieri, vult omnibus miſereri,

Sap.12 quia amat animas. Proinde,erubeſcant impij,confun-

Pſal. 30 dantur ſuperbi, muta fiant labia doloſa,quæ in ſuperbia & abuſione iudicant & condēnant peccatores pœ-

Ioan.6 nitentes: Quos pater trahit ad filium, quos Chriſtus ſuſcipit,quibus ſpirituſſanctus abundè gratiam offert & largitur. Superueniat manſuetudo, & tunc ſuſcipiunt correctionem Ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Iurgatrix auſteritas & ſermo durus ad deſperationē peccatores adducit, non ad reſipiſcentiam à diaboli laqueis *Conſiderans teipſum*, infirmitatem propriam,im-

Iob 5 perfectum & figmentum proprium humiliter. Nam vi-

Eccle. 21 ſitans ſpeciem tuam,non peccas. Et cōſidera,quæ ſunt

Matt.7 proximi tui ex teipſo. Et quæcumque vis vt faciāt tibi alij eadem & aliis fac.Et conſidera, *ne & tu tenteris* ab eo qui circuiens rugit inſtar leonis, quærens quos de-

1. Pet.5 uoret. Et cadere permittaris in ſimile quid aut maius

Iob 1 peccatum,aut an iam vſque ad os in horrendis peccatis

Hebr.5 ſubmerſus iaceas. Sic Petrus cadere permiſſus eſt, vt ſciret compati iis qui ignorant & errant. Vnde dictum

eſt ei:Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Nihil enim ſic ad miſericordiam inclinat,quàm proprij periculi conſideratio. Ad hæc, *alter alterius onera portate*, & improbitates, moleſtias, aduerſationes & infirmitates humanas,quarum non eſt numerus.Ecce infirmitas grauis,quia onera non onus communis, quia alter alterius. Remediabilis, quia portate, iuxta illud: Supportantes inuicem in charitate.Et iterum ; Eſtote in inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit vobis *& ſic ad mplebitis* opere & veritate,*legem Chriſti*, cuius finis,inſtauratio, plenitudo & ſcopus eſt charitas:Quia charitas eſt præceptum eius,& nouum mandatum. Lex Moyſi, lex timoris.lex Chriſti eſt lex amoris. *Nam ſi quis ſe exiſtimat aliquid eſſe*, fruſtra ſuperbia inflatus.ſicut rex Tyri dixit ſe eſſe Deum, Simon magus dixit ſe eſſe virtutem dei quæ vocatur magna,Antichriſtus ſe extollet ſupra omne quod dicitur aut colitur Deus, & phariſæus ille tumidus magnum ſe reputauit ad comparationem publicani, *cùm nihil ſit*. ſine charitate, etiam ſi omnem fidẽ haberet Et nihil ſit ex ſe niſi vanitas, putredo, & vermis & peccator. Quid enim habet homo,quod nõ accepit?Ideo qui ſe alicuius momenti eſſe putat, nullius eſſe conuincitur.Et certè talis nihil prorſus eſt in oculis dei,niſi abominatio & horror. Quid ergo vanũ eleuat cor eorum?Non qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt,nec qui ſe exaltat : ſed quem deus commendat,ille probatus eſt,& qui ſe humiliat,magnus eſt ante Deum & in regno cœlorum Ergo diligẽs vanitatẽ, & quærens mendacium,quamuis non ſeducatur à vendentibus oleum,& lactatoribus qui iniquos benedicũt, & peccatores in deſideriis ſuis peſſimis laudant,tamen ipſe ſibi diabolus eſt, & faſcinator, & *ipſe ſe ſeducit*, à veritate, in qua ſtare deberet.Seducit ſe in contemptũ fratris, & in peccata ruendo. propter ſuperbiam. Nec enim ideo quiſquam iuſtus eſt, eo quòd alteri lapſo ſe præfert:Nec ideo contaminabitur alieno commiſſo, ſi ſe demittat, vt lapſum erigat. Ex ſuis quiſque factis & dictis iuſtificatur & damnatur, & cenſeri debet,ſecundum euangelium Chriſti. Ideo *opus ſuum* principaliter,non alienum,vt ille phariſæus,& alij qui in eodem luto hærent,in eadem damnatione ſunt,eodem curio-

Coloſ.3
Epheſ.4
2.Cor.10
Matt.12

Eſaia 26 ſitatis ſermēto corrupti ſunt, *probet vnuſquiſque*. Et tūc
2. Cor. 3 videt quod omnia bona ſua deus eſt operatus in ſe, & ab eo eſt omnis ſufficientia ſua. A ſe autē habet quicquid mali in ſe deprehendit. Examinantur autem opera noſtra, ſicut aurum & argentū in lydio lapide Chriſto. Hoc eſt, in comparatione ad opera charitatis, pietatis, benignitatis, patientiæ, ſufferentiæ, & aliarum vir-
Act. 1 tutum Chriſti: Quia ille cæpit facere & docere. Et qui
1. Ioan. 2 dicit ſe in eum credere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, in dilectione, humilitate, mititate. &c. Probet, examinet & diiudicet, num quod rectè facere
Luca 16 videtur, ſit huiuſmodi. Quia crebrò quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud deum, qui corda ſcruta-
Matt. 7 tur & renes. Suum inquit: Quia multi ſunt boni probatores operum aliorum, in oculis fratris feſtucam vidēt, in ſuis trabem non aduertunt. Præcedentis manticam in tergo ſpectant, quod ipſi onus in dorſo ferunt non
Perſius. vident. In alienis malis ſunt linceis perſpicaciores, in
1. Cor. 11. propriis talpis cæciores. Probet homo ſemetipſum, ait Apoſtolus, & tunc à domino non diiudicatur. Et iterū:
2. Cor. 13. Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi vos probate. *&* *ſi.* cùm opera ſua, cogitationes & verba placuerint, *in*
2. Cor. 1 *ſemetipſo tantum gloriam habebit*, per teſtimonium bonæ conſcientiæ quæ eſt gloria iuſtorum. Vel gloria eius in ſe ipſo eſt, hoc eſt, in deo, qui per fidem habitat & cha-
Philip. 3 ritatem in corde eius. Sic Apoſtolus gloriabatur in Chriſto Ieſu: Et in eo gloriantur omnes qui diligunt nomen eius. *& non in altero*, id eſt in falſa laude alterius, cui non eſt credendum: Multo minus in diuitiis, in fortitudine, in ſapientia, in pulchritudine, & id genus aliis vanis rebus gloriari debemus, cum filiis huius ſeculi vanis. Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit, & pro ſeipſo rationem reddet. Quamdiu etiam in hoc ſeculo peregrinamur à domino & aduenæ ſumus, per charitatem ſpiritus, inuicem ſeruire debemus. vnde ſequitur: *Communicet autem is qui catechizatur ei qui ſe catechizat in omnibus bonis.* Benefaciendum eſt omnibus, maximè egenis & pauperibus. Super omnia verò mini-
1. Cor. 9 ſtris verbi dei. Nam ſi doctores aliis ſpiritualia ſeminant, dignum & iuſtum eſt, vt carnalia auditorum metant. Communicare autem iſti illis debent in omnibus bonis, non in malis, ſi ea agunt. Vt lex ſit tibi dux, non

homo.

homo. *Nolite errare.* Lyra, credendo quòd liceat vos eis conformare in malo, ſicut illi qui excuſationes concinnantes in peccatis, dicunt: Quare non poſſum hoc facere, ex quo paſtor & parochus meus hoc facit? Sic homo peccator vitat correptionem, & ad cumulum ſuæ damnationis ſecundum voluntatem ſuam malam, inuenit comparationem. Sed *deus non irridetur,* nō fallitur, quia diſcretor cogitationum cordis eſt & intentionum. *Quæ enim ſeminauerit homo*, in præſenti, interim quòd dies eſt & ianua miſericordiæ, gratiæ, & gloriæ aperta: Quia cùm nox mortis venerit, tūc nemo poteſt ſalutē ſuam operari. *hæc & metet*, in retributione iuſtorum & iniquorum quando dicetur illis, Venite, & his, Ite in ignē æternum. *Quoniam qui ſeminant in carne ſua*, vitia carnalia fouendo, ventri ſuo ſeruiēdo, carnis curam in deſideriis faciendo, qui omnia quæ faciunt, & ſi qua bona, tamen ideo faciunt, vt carnaliter eis bene ſit. *de carne et metent* cōuenientem meſſem: Nēpe, *corruptionem* pœnæ æternæ. Ecce cōueniens meſſis ex ſemine terræ quę non germinat niſi ſpinas & tribulos Ergo ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini morte peccatorū peſſima. Hinc Oſeas ait: Araſtis impietatem, & meſſuiſtis iniquitatē, id eſt, pænam pro iniquitate. Ergo qui ſeminat iniquitatem, metet mala. *Qui autem ſeminat in ſpiritu,* id eſt, qui ſpiritui dat aſſenſum, ſequitur inſtinctum ſpiritusſancti, & eius ductū. Omnia opera ſua facit in charitate, quam ſpiritusſanctus in corda electorū diffundit. Et non dicit in ſpiritu ſuo, ſicut dixerat in carne ſua: Quia ſemen iuſtitię & ſpirituale nō eſt in homine, ſed carnale, dicente Oſeę: Ex te perditio tua Iſrael, tantūmodo ex me auxilium tuū. *ſpiritu metet vitam æternam.* Quia ſemināti ad iuſtitiam, merces fidelis, & ſemen iuſtorum ſaluabitur. Sic qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionib & metet. Ergo ſeminate vobis in veritate, & metite in ore miſericordiæ. Meſſis autem hæc, in fine promittitur, ideo in bonitate permanendum eſt vſq; in finē. Vndē ſequitur: *Bonum autem facientes* in deo, ex deo, & per deum, *non deficiamus* à bono inchoato, ſicut ille qui turrim cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Sicut Iudas & alij multi, qui abierunt retro, & vlterius Chriſtum non ſequebantur De quibus dicit Apoſt. Omnes me dereliquerūt. ſicut diſcipuli Chriſtū

Eccle 32
Hebr. 4
Ioan. 9
Matt. 25
Rom. 16
Geneſ. 3
Roma. 8
Oſea 10
Prou. 22
Roma 8
Oſea 13
Prou. 11

in horto. Demas me dereliquit ſpecialiter, diligens hoc
1. Tim. 4 ſeculum, & omnes qui aſpiciunt retro, ab eo quod illis
traditum eſt, ſancto mandato Sed ſi iuſtus ſe auerterit à
iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē, omnium iuſtitiarū ſua-
2. Pet 2 rum deus amplius non recordatur. Ergo qui offendit in
Ezec. 18 vno, fit omniū reus & multa bona, (imo omnia bona)
Iac. 1 perdet Nos verò in vocatione noſtra maneamus, & te-
Eccle. 9 neamus quod habemus, & tūc *tempore ſuo* opportuno &
1. Cor. 7 conuenienti cùm dederit nobis deus ſomnum mortis
Apoc. 3 *metemus non deficientes*, quia mercedem æternam. Et ac-
Luc. 6 cipiemus menſuram bonā, & confertam & coagitatam
& ſupereffluentem in ſinum noſtrum. *Ergo dum tempus*
acceptabile & dies ſalutis *habemus*, ad meritum & agen
dam pœnitentiam *operemur* inſtanter *bonum* omne quod
poteſt manus noſtra, *ad omnes*, ſine perſonarū acceptio-
Eccle. 6 ne, vt ſit perfecta dilectio, *maximè autem ad domeſticos fi-
dei*, id eſt Chriſtianos fideles: qui ſunt ciues ſanctorū &
Ephe. 2 domeſtici dei. Quia ſi quis ſuorum, & maxime dome-
ſticorum, curā nō habet, infidelis eſt, & infideli deterior.
1. Tim. 5

DOMINICA XV. POST

PENTECOSTEN IN EVANG.

Lucæ. xvij. Sermo.

VT nihil altius agit radices quā odiū & inui-
dia ſi mox vt cor occupare cæperit nō ex-
pellitur, ſic nihil tā citò obliuiſcitur, q̄ be-
neficiorū multiplex acceptio. idque à deo.
Eccle. 9 Ciuitas enim parua erat, & pauci in ea vi-
ri Venit contra eā rex magnus, & vallauit eam extru-
xítque munitiones per gyrum, & perfecta fuit obſidio.
inuentúſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit
ciuitatem iſtam per ſapientiam ſuam. Et nullus dein-
ceps recordatus eſt pauperis hominis illius. O ſcelus. o
confuſio extrema, o ingratitudo deteſtabilis, vltricibus
gehennæ flāmis vindicanda. Deū qui nos genuit dere-
Deut 32 linquimus, recedimus à Deo ſalutari noſtro in regionē
longinquam atque ibi paſcimus porcos affectionū car-
Luc. 15 nalium noſtrarum, & diebus innumeris, dum bene no-
Hiere 2 bis veniunt, obliuiſcimur Domini creatoris & redēpto-
Oſea. 13 ris noſtri. Hinc in Oſeæ dominus ait: Iuxta paſcua ad-
impleti

ti ſunt & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuũ, & obliti ſunt mei. Quam citò pincerna regis Ægypti. dum ſucceſſus habuit proſperos, Ioſeph coniectoris ſui obliuiſcebatur. Saul gratuitæ electionis ſuę non diu erga deũ per gratitudinis & obedientiæ actus memor fuit. Populus Iudæorum mox vt ſolitudinẽ ingreſſus fuit, ſignorum quæ viderant in Ægypto & in mari rubro, obliti ſunt. Crebris murmurationibus Deum prouocauerunt, ac male locuti ſunt de Deo. Inſuper vitulum ſibi conflatilem fecerunt, mutauerúntque gloriam Dei in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Quàm bene meritus fuit Dauid de Ziphæis, quos de manu inimicorum ſuorum liberauit, in manu forti & brachio excelſo. Et ingrati illi mox prodiderunt eum coram Saul, & vitæ illius inſidiabantur, cum malitia & inuidia tabeſcente iter habentes. Et mala vtique pro bonis, & odium pro ſua dilectione Iudæi retribuebant Chriſto quem Deus ſpirituſancto vnxit & virtute, qui pertranſiuit benefaciendo omnibus, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. Idipſum atteſtatur euangelium hodiernum, in quo ponitur affectuoſa deprecatio. Secundò benigna Chriſti auditio. Tertio multorum ingratitudo. Igitur feria ſexta ante palmarum, vt dicunt doctores, *dum iret Ieſus in Hieruſalem.* vt ibi morte ſua eum deſtrueret, qui mortis habebat imperium. & fortem diabolum vinceret qui factus eſt vt neminem timeat: Armatum, armis malitiæ & nequitię ſuperaret, & vniuerſa arma eius auferret, in quibus cõfidebat, ac ſpolia eius diſtribueret, *tranſibat per mediam Samariam & Galilaam*, Mediũ ſemper tenuit Chriſtus. Samaria gẽtiũ: Galilæa terra erat Iudæorũ. Per eorũ terrã trãſiens, hoc innuebat, quod vtroſque ſaluare venerat. Vt ſic non Iudæorũ tãtùm, ſed & gentiũ deus eſſet & ſaluator. Ideo pax noſtra Chriſtus eſt, qui fecit vtraq; vnũ, et mediũ parietẽ maceriæ ſoluẽs, inimicitias in carne ſua, legẽ mãdatorũ, decretis euãgelicis euacuauit. Et duos cõdẽs in ſemetipſo in vnó nouo homine faciẽs pacẽ. Et recõciliauit ambos in vno corpore Deo, per crucem interficiens in ſemeipſo etc. *Et cùm ingrederetur in quoddam caſtellum*, antequam tamen ingrederetur, quia leproſi vrbibus excludebantur, *occurrunt ei decem leproſi*, decem mandatorum tranſgreſſores. Lepra autem peccatum mor-

Gene. 40 — Num. 14 — 1. Re. 23 — Actu. 10 — Matt. 12 — Rom. 3 — Ephe. 2 — Leuit. 13

tale ſignificat, & leproſus hominem peccato mortali reum, quia peccatum eſt corruptio animæ, ſicut lepra corporis. Huius ſymbola multa enumerantur à doctoribus, quæ nos breuiter tangemus. Lepra fœtorem oris facit, ſic non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Sed &
Eccle. 15 peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas,
Pſal. 49 & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Sepulchrū
Pſal. 14 parens eſt guttur eorum. Tollit vocem, & peccator ob mutteſcit ad laudem Dei, ad gratiarum actionem, ad confeſſionem peccatorum ſuorum. Eſt morbus contagioſus: Leproſus enim leproſum generat, & inficit eos, cum quibus conuerſatur. Sic quilibet cum peruerſo peruertitur. Qui graditur cum ſapientibus, ſapiens
Ibidem erit, amicus ſtultorum ſimilis eis efficietur. Eſt morbus abominabilis, & abominabiles deo ſunt qui agunt impiè. Abominabiles fiunt in ſtudiis ſuis & iniquitatibus, ſicut ea quæ dilexerunt. Leproſus eiicitur ab ho-
Oſe. 9 minum ſanorum contubernio: & peccator excluditur ab electorum conſortio. Foris canes & venefici & impudici & homicidiæ, & omnis qui facit & amat mendacium, id eſt, peccatum, non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Lepra item totum corpus deformat, & colorem & figuram. Per peccatum verò omnis animæ decor aufertur, cuius decorem dum vixit in-
Ezec. 16 nocuè dominus concupiuit. Abominabilem feciſti decorem tuum, dicitur animæ peccatrici. Egreſſus eſt à
Thren. 4 filia Sion omnis decor eius. Sic obſcuratur aurum, mutatur color optimus Candidiores nazarei eius niue nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro
Ibidem pulchriores. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis. Adhæſit cutis eorum oſſibus, aruit & facta eſt quaſi lignum. Amen dicet eis: Neſcio vos. *qui ſteterunt à longè*, eo quod hominum mundorū eis erat conuictus prohibitus in lege, & propter reuerentiam Chriſti, ne temeritatis arguerētur & *et leuauerunt* de profundis cordis ſui, *vocem ſuam, dicentes* ex vehementi corporalis ſanationis affectu Quos nos ſpiritualis lepræ, hoc eſt, peccati, cōtagione contaminati imitari debemus, opem eius implorādo, ac dicere cū eis: *Ieſu præceptor miſerere noſtri*, ſecundū magnā miſericordiā tuā. In iſta oratione & petitione leproſorū, quinque tangūtur pœnitēti neceſſaria multū per omnē modum.

dum. primum eſt peccati deſertio,quia ſteterunt, ſurgē do à mortuis,& ceſſando à peccatis.Sic Magdalena ſtetit retro ſecus pedes Domini. Alterū eſt propriꝗ vilitatis conſideratio,quia à lōge. Quàm vilis facta es nimis iterās vias tuas.Humilis iterū pœnitens, vilitatem ſuā cōſiderans, non audet ad Chriſtū accedere, ſed à lōge ſtat cum publicano.Hæc cōfuſio,gratiā adducit & gloriā.Tertiū eſt profunda contritio,quia leuauerūt de profundo cordis ſui vocem ſuam. Per contritionē ſciderunt corda ſua,& non veſtimenta ſua,& magnū cordis dolorem, magna vocis eleuatione conteſtati ſunt. Quartū eſt,aperta confeſſio,quia vocē ſuam.Sic oportet nos iniuſtitias noſtras contra nos Domino confiteri, & tunc ille remittit nobis impietates peccatorum. Quintū eſt diuinꝗ miſericordiæ imploratio,dū dicunt Ieſu præceptor miſerere noſtri. Oratio reuera dulcis, humilis,ſpiritualis,cōmunis.Dulcis,eo quod à dulci nomine Ieſu auſpicātur,dicēte Dauid: pſallite nomini eius,quoniā ſuaue eſt. Eſt ſiquidem Ieſus melos in aure, mel in ore,iubilus in corde.Humilis,quia ei tanquā prꝗceptori in omnibus obedire volūt.Spiritualis,quia miſericordiā non pecuniā petūt.Cōmunis,quia pro ſe inuicē,vt frater domini Iacobus docet,orant,dum dicūt, noſtri.Quāto enim cōmunior eſt ſeruēs & deuota oratio,tāto eſt exaudibilior apud deū,qui vult omnes ſaluos fieri.Per iſtos decē leproſos, ſi ſermo ſit ad ſimplices & ruſticos, tranſgreſſores decem præceptorum accipi debent.Et tunc prædicator decē præcepta quantū temporis anguſtia patitur,tranſcurrat. Breuiter eorum tranſgreſſiones tangat.Si coram religioſis verbum domini quis prædicat.applicet leproſos decem, ad x. exceſſus religioſornm,qui quaſi x lepræ ſunt cōtagiones, quibus omnis religio deformatur, abominabilis fit deo & hominibus, expellitur à iuſtorum conſortio, numero & corona. Nam religiones in ſua puritate & fundatoris ordinatione ſtantes, ſunt paradiſus terreſtris & regnum cœlorū,ac in eis domino omnibus diebus vitꝗ ſuæ ſeruientes,in ſanctitate & iuſtitia, angeli ſunt, angeloſque viuunt in terris.Sed dum religionum profeſſores à fundatoris regula, & vita, à votis ſuis deciſcunt,& ſpiritu extincto,conſcientiam negligunt, diſciplinam abominantur,regularia,deſpiciunt:tunc qui ſpi-

Luc.7 *Ioe.2* *Pſ. 134* *Iacob. 5.*

ritu cœperunt, carne conſummant. Qui ea quæ ſpiritus
Gala.3 ſunt ſapiebant, ſentiebant & amabant, ea quæ carnis
Rom.8 ſunt ſapiunt, diligunt, amplectuntur. Carnem paſcunt, carnis curam in deſideriis faciunt, carni ſuæ, non deo ſeruiunt, & deus eorum venter ipſorum eſt.
Rom. 13 Iſta carnis ſapientia, mors eſt, inimica deo eſt. Eius
Philip. 3 profeſſores legi dei nō ſunt ſubiecti, ſed neque legē dei ſeruare quidē nec Deo placere poſſunt. Cùm tales monaſteria occupant, loca ſanctorum inhabitant, habitum ſanctum portant, & beſtias viuunt, tunc monaſteria fiunt hortus malitiarū, infernus dæmonum & gaudiū: Et qui in eis ſunt dæmones ſunt & dici poſſunt. Tunc lepra horribili & multiplici peccatorum reſperguntur. Quia nullum ſcelus tam horrendum, tam abominandum, tam impium eſt, quod non propenſo animo faciat monachus malus, & ſalaces petulantéſque moniales, quæ pudori valefecerunt. Sunt autem leproſi tales x. quos nominat Hugo de Foileto in ſuo de clauſtro animę libro, & vnumquemque ſuis coloribus penitiſſimè depingit. Ad quē librum lectorem remitto, cùm iam manibus omnium circumferatur. Sunt autem leproſi iſti: Prælatus negligens 2. diſcipulus proteruiens. 3. Iuuenis ocioſus 4. Senex obſtinatus. 5. Monachus curialis & habitu precioſus. 6. Cibus exquiſitus. 7. Rumor in clauſtro, 8. Lis in capitulo. 9. Diſſolutio in choro. x. Irreuerentia circa altare. Si verò malueris ſeculariū abuſiones, quaſi. x. leproſos enumerare, vide de hoc S. Cyprianum, & diuum Auguſt. qui 12. enumerāt, quas ad denarium reducere poteris. Vt ſunt, Epiſcopus negligens, adoleſcēs inobediens, Rex iniquus, Sapiens ſine bonis operibus. Senex ſine religione, Dominus ſine virtute, Diues ſine eleemoſyna, Fœmina ſine pudicitia, Pauper ſuperbus, Populus ſine lege & diſciplina. Hæc pulchre ſunt per Auguſtinum & Cyprianum declarata. Verū alij aliter decē leproſos moraliſant, & vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundat. Ego tamē hūc adſcribere è re magis fore ſum arbitratus. Ergo primus leproſus, quo inquinantur multi, & mēs & conſcientia polluitur hæreticus eſt. Vnde Moyſe dubitante de verbis domini, dicitur, quod manum ſuam miſit in ſinum ſuum, & protulit leproſam inſtar niuis. Secundus eſt ſchiſmaticus, qui lites & diſcordias ſeminat in eccleſia, & inter

ſinter pacem habentes immittit inimicitias. Vnde de Maria murmurante de Moyſe dicitur, apparuit Maria candens lepra quaſi nix. Tertius eſt Simoniacus, qui ſpiritualia aut emit aut vendit, de quo vide Gieſi leprā. Quartus, eſt ſuperbus, nam ſicut cutis leproſi tumeſcit, ſic ſuperbus inflatur, ſignatus per lepram Ozię regis, Qui percuſſus fuit lepra in fronte, & ſic permanſit: quia ſynagogę ſuperborum non eſt ſanitas. Iſti ſunt oculi ſublimes. Iſti ſuperbi confunduntur, & eiicientur de contubernio iuſtorum. Quintus auarus eſt, quia leproſus ſemper ſitit, & auarus numquam ſatiatur pecunia. Inſatiabilis eſt oculus cupidi. Sed quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Iſte ſignatur per Naamam, qui diues erat, ſed leproſus. Vſurarius, diues eſt ſed iniquus, damnationi obnoxius. Sextus luxurioſus eſt, qui inſtar leproſi fætet in oculis Dei, ſignatus per leproſum illum quem Chriſtus ſanauit, ſed nomen eius ſcriptura non exprimit: ſic & hoc peccatum nominari non debet. Hinc etiā leproſis mandatum erat in lege, vt os veſte contectum haberent: Nam corrumpunt bonos mores, colloquia praua. Septimus eſt iracundus, quia lepra venit intrinſece, & ſanguinem combuſtum generat. Et per Simonem leproſum ſignatur, qui Chriſtum inuitauit, & indignatus contra Chriſtum, dixit, Hic ſi eſſet propheta. Ira enim non habet miſericordiam, &c. Noli ergo amicus eſſe homini iracundo. Octauus eſt guloſus, eo quòd leproſi multum comedunt & bibunt, ſignatus per quatuor leproſos qui comederunt & biberunt, & tulerunt inde aurum & argentum & veſtes, & abierunt in voluptatibus ſuis, vt dicit Hieremias, & in prauitate cordis ſui mali, & cum filio prodigo in regionem longinquam, ibique ſubſtantiam paternam diſſipant & profundunt. Nonus eſt inuidus, quia leproſi foris albi ſunt, & intus nigri. Sic inuidus in facie amicitiam ſimulat, pacem loquitur cum proximo, quem ſe mentitur, Occultè verò ponit ei inſidias, & ſeptem nequitias geſtat in corde. Iſte ſignatus eſt per Ioab, qui pacificè quidem ad Abner loquebatur, ſimiliter ad Amaſam, dicens, Salue mi frater: Sed ſub pacis chalitatiſque prætextu, viros optimos & ſe meliores interfecit. At de domo eius leproſus non defecit. Decimus eſt acedioſus, quia lepra

Num. 9
2. Par. 2
Eccle. 9
Eccle. 14
Mat. 16
Mat. 18
Leuit. 13
1. Co. 15
Luc. 7
Prou. 27
4. Reg. 7
Hier. 8
Pſ. 38

lepra grauem facit & ponderoſum, difficilémque ad ambulandum. Sic & illi pigri ſunt ad ſuam ſalutem cum metu & tremore operandum,tota die ſtant in foro ocioſi.Signatus eſt per hos nouem leproſos, qui ſanitatis beneficio accepto non redierunt, nec grati extiterunt Chriſto. Dubio procul ab inuidis phariſæis corrupti, & à ſacerdotibus ſeducti. Iſti decem leproſi multis.poſſunt ſcripturis declarari,quas cauſa breuitatis volens & ſciens tranſiui Iam ſequitur exauditio cùm dicit,Quos vt vidit oculo benignitatis, compaſſionis,& miſericordię Miſericordia enim miſeriam intuetur,Nec leproſum exhorruit aſpectum,miſericors & miſerator Dominus,qui in cruce pro nobis velut leproſus voluit ex miſericordia ſua magna apparere. dixit : Ite oſtendite vos ſacerdotibus.Hoc fecit vt legem impleret quæ hoc præcipi .Ipſe enim factus eſt ſub lege, nec legem ſoluere,ſed adimplere venit. Tum vt reuerentiam ſacerdotibus exhiberet. Et ſi illud ſacerdotium fuit in gloria,multo magis ſacerdotium gratiæ erit in gloria.Deinde,vt ſacerdotes cogerentur laudare miraculum,dum illos iudicant mundos,quos nouerant fuiſſe leproſos.A ſeculo non eſt auditum, quòd vnus decem leproſos ſolo ſermone mundaſſet.Quartò,vt ſe facto & opere oſtenderet maiorē habere virtutem quàm lex & ſacerdotes,qui lepram cognoſcebant,quam mundare nequibant.Per hoc etiam innuit tacitus quod lepra conſcientiæ,mūdari non poteſt,niſi eam ſacerdotibus humiliter per oris confeſſionem oſtendamus,ſi copiam eius habere poſſumus.Vel ſi nullus adeſt ſacerdos quod ſaltem deſiderium confitendi habeamus.Confeſſio autem iſta,quatuor comites habere debet. Nempe vt ſit voluntaria,quia dicit:Ite,non ducti, non coacti, non tracti,ſicut qui rapiuntur ad vincula malefactores, & diris coguntur cruciatibus in corpore dicere quæ malè geſſerunt.Ex voluntate mea ait Pſalmiſta,confitebor illi.Item debet eſſe feſtina,non differri.Ite modò, non cras,non expectate horam mortis.Huius contrarium faciunt qui timore pœnæ, vt Antiochus radix peccati, aut timore damnationis,vt Saul,profanus Eſau, Simon magus,vt Iudas proditor,qui dixit:Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.Aut pœnarum acerbitate adacti, & errore pœnitentiam intra ſemetipſos agent, & ſe accuſabunt

Eſai.53
Leuit. 13
Gal 4
1.*Cor.* 1
*Heb.*8
*Sap.*5

bunt præ anguſtia ſpiritus. Debet etiam nuda eſſe & aperta, quod innuit dicens Oſtendite, quid cogitaſtis, quid intendiſtis, quid feciſtis. Non dicit: abſcondite, ſicut Adam & Eua ſe abſconderunt Vel negate, ſicut Sara negauit ſe riſiſſe Vel defendite, ſicut impij apud Hieremiam fruſtra nitebantur bonas oſtendere vias ſuas. Vel palliate aut excuſate, ſicut Saul in verba malitiæ linguam declinauit ad excuſationes in peccatis concinnandas, dum ſuam in obedientiam per populi inſtantiam falſè voluit palliare. Et Adam culpam ſuam in mulierem, mulier in ſerpentem retorſit. Sic fratres Ioſeph intinctam in ſanguine hœdi tunicam patri miſerunt, dicentes: Vide ſi tunica filij tui ſit. Nobis nihil de eo conſtat Et Iudas, quaſi nihil ſibi conſcius foret, Domino dixit: Nunquid ego ſum rabbi? Matthæi 27. Oſtendenda eſt culpa & detegenda, cum corde contrito & humiliato, cum pudore & erubeſcentia, cum deteſtatione & accuſatione Sunt enim qui gloriantur in malitia, quòd potentes ſunt iniquitate. Qui ſua peccata quaſi Sodoma prædicant, & non abſcondunt: Eſaiæ. 3. Sed vſquequo Domine, vſquequo peccatores gloriabuntur? Pſ. 93. At non eſt bona gloriatio iſta. Hæc gloriatio eſt in confuſione eorum, de quibus erubeſcere deberent. Sed heu frons mulieris meretricis facta eſt eis, nolunt erubeſcere, & confuſione non confunduntur nec erubeſcunt Hiere. 6. & 8 Quatuor autem ex cauſis quantum ad præſens, ſufficit omnia peccata confiteri. Primò quia non poteſt diſſolui niſi manifeſtetur: nec curari vulnus ignotum nec de occultis præberi conſilium, nec dari ſententia vel apocha cauſæ latentis. In confeſſione autem vincula peccatorum quibus diabolus eos ad ſuam voluntatem conſtrictos tenebat, dirumpuntur & diſſoluuntur. Ibi anima à contritionibus & plagis inflictis à latronibus ſanatur ignotis: Ibi datur ſalutis conſilium, ibi ſententia datur, vel remiſſionis vel retentionis cognita cauſa, iuxta commiſſionem factam presbyteris ab omnium iudice Chriſto. Altera quia peccatum eſt in anima, ſicut vermis in ligno qui fouetur dum latet Tertia quia contritio ſicut lima animæ rubiginem, quod eſt peccatum tollit. Verùm ne talis immunditia intus maneat per confeſſionem eam eiicere oportet. Quarta quia cuiuſlibet rei corruptio, contrario modo fit ſuæ

Gen 3
Hier. 2
1. Re. 15
Pſ. 148
Hier. 3

ſit ſuæ generationi. Cùm autem peccati perpetratio, in occulto principaliter fiat voluntatis & conſcientiæ, eius medelam conſequens eſſe oportet virtutem confeſſionis,occulta delicta manifeſtantis. Atteſtante viro
Pſ. 31 ſecundum cor Dei: Dixi, confitebor iniuſtitias meas, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Debet item confeſſio eſſe pura,dum dicit: Vos oſtendite, & non alios.Contra quod multipliciter peccatur. Aliquanti enim,aliorum facta retexunt.Alij nominibus exprimũt, quibus cum peccauerunt. Cæteri non dicunt priores ſuas iniquitates vt iuſtificentur,ſed interrogari cupiunt de ſuis peccatis.perinde ac ſacerdos vice Dei fungens,
Eſai. 43 melius eorum exceſſus noſceret, & quam ipſi qui fecerunt.Quid hoc abſurdius?Debet item confeſſio eſſe ordinata,quia non paſſim cuique, ſed ſacerdoti proprio vel à ſummo ſacerdote,aut ab Epiſcopo autoritatem habente,eſt facienda Sequitur iam obedientiæ meritum & ſalutis effectus: *et factum eſt dum irent* vt ſacerdotibus ſe oſtenderent.dicto Chriſti obediendo,*mundati ſunt*.antequam ad ſacerdotes perueniſſent,voluntate & ſecreta virtute Chriſti.Nouerat enim Chriſtus ſacerdotum ſuperbiam,quòd eos nec aſpexiſſent quidem. Ne ergo in eis ſcandalizarentur,aut malè loquerentur de Chriſto quòd non potuiſſet eos ſanare,mundati ſunt ante-
1.Re. 15 quam veniſſent ad maleuolorum aſpectum. Illud etiam
Rom. 38 fides eorum meruit & obedientia victimis potior & adipe agnorum.Sic & legis infirmitatem oſtendit,& inutilitatem,nec non & ſacerdotum qui ſanare non pote-
Eccl.8 rant,ſed mundatos oſtendere tantum. Sermo autem Chriſti poteſtate plenus erat.

HOMILIA SECVNDA

VNus autem, ex eis gratus fuit ſuo mundatori *vt vidit quia qui mundatus eſt, regreſſus eſt*, ad Ieſum,*cum magna voce*.Iſta magnitudo vocis, magnitudinem fidei & deuotionis eius atteſtatur.Ad magnitudinem verò vocis eiuſmodi, qualem habuit,& ipſa Elizabeth cùm eam ſalutauit Maria, Ad huius magnitudinem vocis quatuor oportet concurrẽt directæ poſitionis.Nempe,altitudo ſpei, quam repoſi-

ſtam habemus in cœlis,per quam & modo ſalui ſumus. Fidei profundum & humilitatis,quia fidei myſteria pro fundiora ſunt,quàm vt ab intellectu noſtro queant cõprehendi.Habeat neceſſe eſt,quæ latum mandatum nimis eſt,latitudinem charitatis,& longitudinem perſeue rantiæ finalis,Cæteris virtutibus corona vitæ repromittitur,ſed perſeuerantibus in bono vſque in finem datur.Sic oportet Deum laudare fiducialiter,humiliter & fideliter : feruenter & perſeueranter. Sic benedicimus,ſic gratias agamus, ſic pſalmum dicamus nomini domini in ſeculum ſeculi,pro omnibus quę retribuit nobis ,) vt reddamus vota noſtra in ſeculum ſeculi. Sic abũdanter miniſtrabitur nobis introitus in æternum regnum Domini,& ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.Sic ſacrificium laudis honorificabit Deum,& illic iter quò oſtẽdam illi ſalutare Dei.Quamuis benefacere debeamus omnibus pro viribus noſtris, & nihil inde ſperare , ac manus noſtras excutere ab omni munere cordis oris & manus:Vt nec fauorem,nec laudem nec retributionem expectemus in terris.Vt ille,ſi quæ neceſſitatem patientibus beneficia facimus,merces noſtra magna ſit & retributor.Hi tamen qui beneficia accipiunt,benefactoris beneficia prædicare debent,vt hic leproſus fecit,& Maria,quæ dixit: Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Inſuper & cecidit in faciem ſuam. Non retro vt Heli , & milites qui venerunt cum Iuda capere Chriſtum, iuſti in faciem cadunt , & humiliant ſe in conſpectu domini , ſub potenti manu eius vt eos exaltet. Et ſic vident vbi cadunt, ſemper ad anteriora (eorum quæ retro ſunt obliti) ſe extendunt.Victores plus quàm facti erant fiunt , & humiliores ſemper in oculis ſuis.Mali autem retroſum cadunt,neſciunt quòd corrunt. ante pedes eius , accepta fiducia ex miſericordia & charitate in ſua mundatione accepta & experta,gratias agens ſuper inenarrabili dono eius.Gratias agens pro gratia accepta. Cùm autem prudenter ſapienterque ſe habuerit in omnibus quæ fecit.Nam rediit vt beneficij memor, vt humilis cecidit,vt diſcretus in faciem,vt deuotus ante pedes eius, vt beneficium recognoſcens,gratias agens Deo , vt ad locum vnde exierunt flumina redirent,& poſtea iterũ fluerent, Dignus eſt quem obſeruemus & imitemur

Iac.1
Apo.2
Pſ.60
Eſai.35
Luc,1
2.Reg. 4
Phil.3
Prou.4

ſemper

& hic erat Samaritanus. ex gente Iudæis odibili, quibus cum nihil comercij habebant, ſicut & gentilium omnium familiaritates abhorrebant. Ecce natus ex peccatoribus, cum miſericordia Dei præuentus, trahentem patrem & ſequitur, & non in uacuum gratiam recipit, conſequitur ſalutem. Iudæi ex ipſa ſanctitatis pingui radice nati, filij promiſsionis & ſanctorum dum de nobilitate & ſanctitate parentum ſuorum inſlantur, nullum in ſe virtutis ſignum oſtendere valentes & bonitatis, in malignitate ſua conſumpti ſunt et reprobati à Deo. Ideo in omni gente, ſine omni perſonarum acceptatione, qui timet Deum et operatur iuſtitiam acceptus eſt illi. Sic gentibus nihil impedimenti ad ſalutem adfert ignobilitas generis, ignorantia Dei et legis, nec vitę prauitas, aut idololatria, ſi conuertantur ad fidem & Chriſtum ſequuntur. Nec tantillum emolumenti Iudæus habet ex generis nobilitate, & patrum ſanctitate, ſi non credit in Chriſtum, qui eſt finis legis & credentium ſalus. Allophylus ecce dās gloriam Deo, laudibus effertur à Chriſto. Alij nouem, apelles ſiue Iudæi erant: ideo ſanationem ſuam legi attribuebāt, eo quòd dixerat eis Dominus: Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Allophylus autem curationem acceptā referebat verbo & virtuti Ieſu Chriſti. Nec id vitij nouum erat Iudæis, ſemper enim contentioſè egerunt contra Dominum, ſemper ingrati Deo fuerunt. Vix enim mare trāſierunt, & ſtatim conflato vitulo, dixerunt: Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti, imò noui recentéſque venerunt, quos ignorabant patres eorum, in quibus Deum prouocauerunt & ad iracundiam concitauerunt, Dum dereliquerunt, & ſculptilibus ſeruierunt. Et in hac impietate omnes gentes ſuperauerunt. *Samaritani*, in tribus commendati leguntur à Chriſto. Primò de fidei facilitate, vt in Ioannis euangelio legimus, Secundo de pietate & miſericordia quam fecit cum ſauciato. Tertiò de beneficij recognitione: vt cernere eſt in hodierno euangelio *Reſpondit autem Ieſus et dixit Nonne decem mundati ſunt et nouem vbi ſunt?* Ingratos quaſi ignotos requirit vbi ſint. Sic etiam dixit ad Adam ſicut enim ingratus non cognoſcit Dei beneficium, ſimilis immundis porcis, ſic nec Deus recognoſcit ipſum. Cognoſcentem verò ſe nouit ex nomine, & nominatim, quia

Marginal notes: *Rom. 10*; *Deut. 31*; *Hier. 1*; *Luc. 20*; *Gen. 3*; *Exod. 33*

quia nomina eorum ſcripta ſunt in cœlis cum iuſtis, in libro vitæ. Ego, inquit, cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Quo contra quibuſdã dicitur: Neſcio vos & vnde ſitis. Hic de ingratitudine, alæ extendi poſſent, & de libro vitæ. *et nouem*, ab obſeruantia decalogi deficientes & Deo ingrati, *vbi ſunt*? quaſi dicat: Perditi ſunt, quia in me non ſunt, nec ego in eis per charitatẽ. Ecce ſicut mali obliuiſcũtur Dei, ita & Deus obliuiſcitur eorũ. Sicut impij Deum non habent ante oculos ſuos, ſic & Deus abſcondit faciem ſuam ab eis. Auertit item faciem ſuam ab eis, dorſum ſuum & non faciem oſtendit eis, ſicut & ipſi Deo dorſum ſuum & non faciem præbent. Oculi autem Domini ſuper iuſtos. Ideo non eſt mirum quod quærit vbi ſunt, cùm non videat eos. Conſequens eſt, eos abiiſſe retro poſt Satanam. Quem tu neſcis, quem tu non vides, ô bone Ieſu, malè eſt. etiam omnibus mundi deliciis ſi afflueret, omnibus honoribus & diuitiis ſi abundaret: & nihilominus filij huius ſeculi, beatũ dicunt populum cui hæc ſunt Tu verò dicis: Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum cœlorum. Beati omnes qui timent Dominũ, qui ambulant in viis eius. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, &c. Addam & hoc, quod omnes malè ſunt, qui apud te Ieſu bone, nõ ſunt, quos vbi ſint, ignoras, quos ſub vmbra alarum tuarum à facie impiorum, qui eos affligũt, non protegis: quos non cuſtodis vt pupillam oculi tui ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui, à rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animas, & de multis tribulationibus quæ circundederũt nos. In eos Domine, inimicus homo ruit, vulnerat eos & ſpoliat omnibus bonis quæ habebant. In oues iſtas lupus rapax venit, rapit, mactat, diſpergit & perdit. Inter eos leo rugiens ſemper circuiens, quærens quos deuoret, graſſatur prout vult. Quia ſunt ſicut oues ſine paſtore, pupilli ſine matre, pulli ſine gallina. Ipſi de manu tua repulſi ſunt, imò ipſi de induſtria receſſerunt à te, noluerunt te regnare ſuper ſe. ad te patrem miſericordiarum non ſunt reuerſi. O quàm damnabilis culpa, ô quàm odibilis Deo eſt ingratitudinis noxa. Nos verò grati ſumus Deo, ſemper in gratiarũ actione maneamus. *Non eſt inuentus*, inter decem iſtos mundatos,

Hiere. 18 *Pſ.* 127 *Pſal.* 16 *Eſaia* 53 *Pſal.* 87 *Luca* 15

ſimilis illi; *qui rediret poſt acceptum beneficium, et daret gloriam Deo,* à quo eſt omnis medela, omne bonum optimum, & omne donum perfectum deſurſum deſcēdens,
Iacob. 1 Nam & ſi per hominem nonnunquam & malagmata conualeſcimus de infirmitate, principalis tamen medicus Deus eſt, qui hominibus ſapientiam, & herbis mirabiles ad ſanandum dedit virtutes. Igitur ex deo omnia, & ideo ſoli deo honor & gloria principalis. Secundarius nihilominus honor medico etiam deferendus,
Eccleſ. 38 vt Sapiens dicit. *niſi hic alienigena*, demonſtratione dignus & dicier hic eſt. Qui Iudæorum cenſura, & ipſa vita indignus erat, & quē terra ferret. Sic potens eſt deus de lapidibus, gentilibus videlicet, (qui lapides colebant & ligna, opera manuum hominum) filios Abrahæ ſuſcitare. Qui dum Abrahæ fidem imitantur, cum fideli Abraham à deo benedicuntur. Talis filius Abrahæ fuit & Zachæus. Ecce alienigenæ & populus Æthiopū, qui nigri fuerunt vt coruus, per infidelitatem, iuxta illud:
Apocal. 7 Facies omnium ſicut nigredo ollæ hi fuerunt illic. Sed dealbauerūt ſe, & lauerūt ſtolas ſuas in ſanguine agni.
Pſal. 44 Et iam ſanguine Chriſti aſperſi & mundati, ſuper niuē albiores, & omniū oculis gratioſi. Ideo & huius alienigenæ dum credidit, rex decorem concupiuit. Sic venerunt alienigenæ ab oriente & occidente, à meridie & aquilone ad fidem Chriſti, tracti à patre, illuminati & vocati à filio, oblatam accipientes gratiam ſpiritus ſancti. Et filij regni, vt rami inutiles, fracti ſunt per infidelitatem, proiecti ſunt à facie oculorum eius, propter eorum ingratitudinem, ſicut puluis quem proiicit ventus à facie terræ, de manu protectionis diuinæ repulſi ſunt. Et propter opera eorum mala, dati ſunt in reprobum ſenſum indurati ſunt ſuper adamantem, excæcati per malitiam, abierunt retro poſt Satanam: Sic rependitur illis qui acceptis Dei beneficiis Deum non glorificant, & gratias ei non agunt. Nam euaneſcunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratur inſipiens cor eorum, ac ſtulti fiunt. Eiecti ſunt in tenebras exteriores, propter eorum obſtinationem, induratum cor, & propter agnitæ veritatis impugnationem. In vno illo alienigena, ſicut & in filio prodigo, ad Chriſtum redeunte & gratias agente, gentiū vocatio & reconciliatio deſignatur. Gētes enim audientes verbum gratiæ Dei, gauiſę ſunt, &
glorifica-

glorificauerunt verbum domini, & crediderant quotquot præordinati erant ad vitam æternam. In aliis verò nouem ingratis, poſt acceptam gratiam, per gratiarum actionem & fidem ad Chriſtum non redeuntibus, abiectio Iudæorum Ipſi ſemper reſtiterunt ſpirituiſancto. Semper ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, Deo inobediẽtes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, voluptatum amatores magis quàm Dei. Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegant. Et ex quo hic alienigena humiliter ante Deum infirmitatem ſuam & acceptum beneficium recognouit, ideo Dominus benignè eum conſolatur. *Et ait illi*, verbum dulce & conſolationis omnis plenũ & inſtitutionis ſalutaris: *ſurge*, Ecce bonæ vitæ & conuerſationis exordium. Surge ab infidelitate & à peccatis in quib. mortuus & dormiens iacuiſti hactenus, *et vade*, in pace. Ecce conuerſationis profectus continuus Vade ergo de virtute in virtutem. Iuſtorum ſiquidem ſemita, quaſi lux ſplendens eſt, procedit & creſcit vſque ad perfectum diem. Et profectus eorum, notus eſt omnibus ſiue manifeſtus. *Quia fides tua*. Ecce omnis boni ſpiritualis fundamentum. Nam fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia. Fides tua, qua credis, quia pater me miſit, & credis in me. Illa fides tua, *te ſaluum fecit*, iam in anima & corpore, & ſaluum faciet in gloria cœleſti. Quia qui credit in me, non moritur in æternum, ſed habet vitam æternam. Sed obiter aduerte quòd hîc opera bona, conuerſatio ſancta, vita immaculata, non excluduntur, vt apoſtoli Satanæ obſtreperant, & ſtentoria voce obganniunt: ſed etiam ſi rumperentur, includuntur. Nam ſi ſola fides, vt ipſi magiſtri mendaces mentiuntur, ſufficeret ad ſalutem, alij nouẽ ingratitudinis non arguerentur: neç hic alienigena de gratitudine ſua laudaretur. Fidem electorum habuit, non diaboli & reproborum. Illa per dilectionẽ operatur, & poſtquam ſurrexit, ambulat in lege Domini, viam mandatorum currit. Vel vt Apoſtolus ait: gratis per gratiam Chriſti iuſtificatus, in operibus bonis, quæ Deus præparauit, ambulat Fructus lucis, qui ſunt in omni bonitate & iuſtitia & veritate, facit. Fides autem reproborum, ſçit voluntatem Domini ſui, & non

Epheſ 5

Ioan. 6

facit, ideo vapulat multis, & ligatis manibus & pedibus, in tenebras eiicitur exteriores, cum ſeruo nequam, malo & pigro. Pudefiant proinde ſolam fidem tantis efferentes laudibus, & muta fiant labia doloſa. Sanitatem etiam ingrati aſſecuti erant: ſalutem verò vnus ſolus qui gratus fuit

DOMINICA XVI. POST

PENTECOST. IN EPIST. AD Epheſ. iij. Sermo.

OBSECRO *vos*, per miſericordiam dei, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſpiritusſancti, *ne deficiatis*, à fide & bonis operibus, quæ præparauit deus, vt in illis ambuletis & placeatis Deo, ne quod abundetis magis. Sic qui ſtat, videat ne cadat & ſi ceciderit & defecerit, mox adiiciat vt re-
1.*Theſ.*4 ſurgat, ne iumentorum inſtar, in ſtercore peccatorum ſuorum computreſcat. *in tribulationibus meis*, quas non pro iniuſticiis, iniquitatib. & malefactis meis ſuſtineo, ſed propter euangelium Chriſti & nomen eius benedictum: quas etiam ſuffero *pro vobis*, id eſt, eo quod vos ab idolis mutis ad deum viuum & verum conuerti, & vt exemplum patientiæ dem vobis & formã meipſum. Quatenus, ſicut ego Chriſti, ſic & vos imitatores mei
1. *Cor.*4 ſitis, patiendo iniuſtè. *quæ eſt gloria veſtra*, nempè ſtare immobiliter in tribularionib. quæ iuſtos manent vbiq;: & nõ deficere, ſed perfectè & integrè ſtare Et ſic quãuis homo exterior corrumpatur, affligatur & contera-
Eccle. 23 tur: tamen homo interior imagine & ſimilitudine dei decoratus, per hæc renouatur & purior efficitur de die
1.*Petr.*2 in diem. Inſuper, gloria magna eſt homini ſequi regem et dominum ſuũ: et dati pro gloria eius, ſicut ille paſſus eſt propter ſalutẽ noſtram. Quod apoſtolorũ vertex confirmans, ait: hæc eſt gratia (id eſt, per hoc efficitur homo gratus deo, et hoc exigit gratia fidei et honor dei) ſi propter conſcientiam dei ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè et ſine ſuo demerito. Et iterum: De perſecutionis igne qui nunc feruet et iuſtos ſicut aurũ in fornacè probat, nolite mirari chariſſimi, quaſi per-

egrinum, nouum et extraneum quid vobis contingat, neque conturbemini, perinde ac de re inſolita & indigna. Nam ab initio, quotquot deo placuerunt fideles, omnes eundem calicem biberunt tribulationes multas & graues paſſi ſunt. Sed magis in hoc gaudete, quòd digni eſtis pro nomine eius pati, tãquam ſocij paſſionum, qui per tribulationes nunc illi aſſimilamini: vt & in retributione iuſtorũ & reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Proinde, ſi exprobramini, & omnia mala dicuntur de vobis citra veritatem propter nomẽ Chriſti: beati eſtis & bene vobis eſt. Quoniam verus honor & perfectus, & plena gloria, & tota dei virtus: & ipſe ſpiritus dei, ad beatitudinem ſempiternam ducens requieſcet ſuper vos omnes, qui improperia exprobrãtium ſuffertis, contumeliis grauamini, conuiciis & maledictis moleſtamini propter fidem & euangelium regni. Ideo vas electionis, in tribulationibus gloriabatur, in contumeliis & moleſtiis ſingulis & omnibus ſibi cõplacuit, vt virtus Chriſti in eo habitaret. Laudatores multos, in malis iſtis Chriſtus habet & triſticiis, imitatores paucos. Quia omnes vẽtri ſeruimus, & ſpiritũ negligimus. Solũmodo quæ videntur cõtẽplamur, ea verò quę nõ videntur & æterna ſunt, negligimus, pro nihilo habemus, taceo, non credimus & aſpernamur. Hoc autẽ non eſt gloria noſtra, ſed confuſio turpiſſima, gehennę vltricibus flammis vindicanda. Sed notandum quòd multi in tribulationibus deficiunt & cadũt in rete diaboli, ob uarias cauſas. Vna eſt viriũ debilitas. Sic in lutum cadũt pueri ſenſibus, infirmi in fide, ſenes, inueterati in malicia, niſi baculo crucis innixi ſe ſuſtentauerint. Iuuenes (ait vates) in infirmitate cadunt, quod cõtingit per cupiditatem, cùm nec calidi nec frigidi ſunt ad operandum. Sed confortandę ſunt manus diſſolutę, genua erigẽda & greſſus recti faciendi pedibus noſtris, ne claudicantes in duas partes inueniamur, & duobus dominis ſeruire: quod impoſſibile eſt iuxta Chriſti verbum. Alia cauſa eſt onus peccatorum. Sic aſinus cadit ſub onere nimio. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Hoc contingit per negligentiam confitendi. Quia abyſſus abyſſum inuocat. Et peccatum quod per pœnitentiam non deletur, mox ſuo põdere in àliud et grauius trahit, vt cernere eſt in Petri negatione. Prima

Iudic. 9 *Matt. 5* *2. Cor. 12.* *Rom. 16* *2. Cor. 4* *Eſaia 48* *Apocal. 3* *Eſaia 35* *Pſal. 35*

negatio fuit cum ſimplici verbo. Secunda, cũ iuramento. Tertia cũ anathematizatione, deteſtatione & iuramento. Hæc ſicut onus graue grauantur ſuper peccatorem, & mergunt eum in interitum & perditionem. Tertia eſt multitudo impellentiũ ad caſum. Sic arbor pulchra vel domus etiam ſuper petram ædificata, multis trahentib. cadit in terram aut aquam. Vnde ſcriptũ eſt. Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, &c. Quod cõtingit per impulſum hoſtium. Sic Antiochus cogebat Iudæos idololatrare. Quarta eſt lubricitas, viarum ſic impiorũ via eſt lubrica & multi corruunt in ea. Periculum hoc propheta ſecum reputans, ait: Mei pene moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei. Attende ne cadas in illis viis lubricis, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet deus abſcõdita tua. Quod vſu venit per incuriam cuſtodiæ ſenſuũ. Ideo lubricauerunt, aiũt: veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum. Quinta eſt varietas offendiculorũ & laqueorum. In medio enim laqueorũ ingredimur, & ſuper dolentiũ de noſtra ſalute dæmonum arma ambulamus. Vnde ſicut piſces hamo capiuntur & aues laqueo cõprehenduntur, ſicut homines capiuntur in tempore malo, cùm eis extemplò superuenerit. Hi in curribus & hi in equis. Nã ſepties in die cadit iuſtus. Et ſenſus & cogitatio cordis humani, ad malũ prona ſunt. Sexta eſt ignorantia agendorũ. Sic cæci cadũt de facili, & homines per malitiã excæcati, impingũt in meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui ad laqueos mortis. Sic Tobias ſenior cæcus, offendens pedib. occurrit filio ſuo. Sic fit cum cæcus cæco ducatũ præbet, quia ambo in foueã cadunt. Hoc vſu venit, quando nolumus intelligere vt bene agamus, & ſcientiã dei repellimus. Septima ſunt ſcandala & mala exẽpla paſtorum poteſtate prẹditorum, & quorumlibet aliorũ. Sic angelorum tertia pars ad exẽplum. Luciferi, cecidit de cœlo. Et paſtor cũ per abrupta graditur, tũc grex ad precipitium ducitur. Et mobile ſemper mutatur cũ principe vulgus. Nã cum boni, iuſti, ſancti ac pij præerant populo Iſrael tunc omnia ſana erant, lex dei ſeruabatur, pietas floruit & diſciplina: Cum impij ſumpſerunt principatũ, gemuit populus, defluxerũt ad idola, deũ exacerbauerũt ſceleribus ſuis, tranſgrediabantur leges ſanctas, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum, eloquia

Marginal notes: Matt. 7 — 1. Cor 12 — 1. Mac 2 — Hier. 23. — Pſal. 72 — Eccleſ. 1 — Thren. 4. — Eccl. 9 — Eſa 59 — Tob. 21 — Matt. 15 — Pſal. 35 — Oſea 4 — Apoc. 12 — Paru. 29 — Eſa. 24. — Eſa. 5

ſancti

ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Quia fons turbatus & vena corrupta: iuſtus cadens. Sic vna ouis morbida totum corrumpit ouile. Hoc contingit per imitationẽ malorum in malo, quando boni cum peruerſis peruertuntur. Octaua eſt ponderoſitas corporum. Quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Spiritus quidem promptus eſt, ſed caro infirma. Nam caro de terra ſumpta eſt, terrena quærit, diligit, in eis ſicut ſus in ſtercore voluatur & ſe oblectat. Semper contra ſpiritum concupiſcit, & lex quæ eſt in membris noſtris, ſemper repugnat legi dei & rationis dictamini. Hoc maximè contingit per carnis curam ſuperfluam in deſideriis, & quod præſtamus ei concupiſcentias eius. Ideo contumax fit, ſicut ſeruus domino ſuo, qui eum delicatè nutriuit. Animi enim imperio, & corporis ſeruicio vti debemus. Ordo prorſus præpoſterus eſt, cùm ſeruus caro dominatur, & ſpiritus dominus ſeruit. Stemus ergo ſtabiles & immobiles in iuſtitia & fide Ieſu Chriſti, & non deficiamus, ſicut illi qui ad tempus credunt, & in tempore tribulationis recedunt, & cadunt à iuſtitia. Ne autem deficiatis in tribulationibus vel meis vel veſtris. *Huius rei gratia flecto genua mea*, interiora ſcilicet cordis, cum Manaſſe me humiliando ante deum in oratione: Quia deus reſpicit in orationem humilium. Et oratio humiliantis ſe, nubes penetrat. Vel genua corporis mei, me in oratione proſternendo; in terram cum Tobia & ſuis reuerenter. Sic Salomon vtrumque genu in terram fixit cum deum voluit orare. *ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ipſum deuote deprecando, vt dignetur vos vocatione ſua ſancta, vt cuſtodiat à malo, confirmet in omni opere & ſermone bono, vobiſcum vſque in finem, *ex quo* patre miſericordiarum & luminum, *omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur*. Quia ex eo habemus eſſe naturæ, per creationem. Eſſe gratiæ, per regenerationem & renouationem ſpiritus ſancti in baptiſmo. Et eſſe gloriæ per ſpem filiorum Dei, quam expectamus. Et ab eo tam angeli quam homines acceperunt, quòd patres nominantur. Deus pater eſt, æterna filij ex vtero ſuo generatione. Omnium rerum creatione. Omnium rerum gubernatione. Iuſtorum adoptione. Electorũ glorificatione. Homo pater eſt natura. Gratia, Cura. Pater erã pauperum. Quarto reuerentia, Seniorẽ obſecra vt

Marginal references: Prou. 25; Sap. 9; Rom. 7; Prou. 27; Saluſtius; Luca 8; Matt. 7; 2. Par. vlt.; Pſa. 102; Tob. 12; 3. Reg. 8; Ioan. 8; Iob 29; 1. Tim. 5.

cra vt patrem. ſubſtituit orationis ſuæ materiam, dicens: *vt det vobis.* & omnibus præordinatis in vitam æternam, qui piè viuere geſtiunt in Chriſto in hoc mun-

1.Tim.3. do, *ſecundum diuitias*, id eſt, abundantiam *gloriæ ſuæ.* & gratiæ & miſericordiæ & bonitatis ſuæ abyſſalis, *virtutem* id eſt conſtantiam qua poſſitis *corroborari per ſpiritum eius* in mente contra aduerſa, vnde ſequitur: *in interiori homine*, non in exteriori Quia exterioris hominis ſiue corporis fortitudo, aliquando eſt impedimento interiori homini qui ad imaginem & ſimilitudinem dei factus eſt, ne liberè deo ſeruiat in ſanctitate & iuſtitia.

Gen.1. Sicut è diuerſo eius infirmitas, eſt interioris iuuamen-

1.Cor.12 tum, iuxta illud: Cùm infirmus ſum in corpore, tunc fortior ſum in ſpiritu. Quia virtus in infirmitate perficitur

Ioan.14. Etiam oro, vt det *Chriſtum habitare*, continue, & manſionem facere cum patre & ſpiritu ſancto, qui vnum ſunt, & vnus indiuiſus deus. *in cordibus veſtris*, & hoc *per fidem*, quæ corda purificat. & fundamentum eſt noſtræ ſalutis, ſupra quod, aurum, argẽtum & lapides precioſos vnuſquiſque ædificare debet, imo & ſemetipſum, vt creſcat in templum ſanctum in domino. & in habitaculum dei in ſpiritu ſancto. Qui facit hæc fit & eſt habitaculum Dei, cœlum eſt in quo ponit ſedem ſuam. Eſt locus Dei ſanctus. hortus deliciarum, paradiſus exultationis, thronus eius eburneus, ferculum eius magnificum, domus diuinæ maieſtatis, arca ſanctificationis, tabernaculum fœderis. mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in

Pſal.67 eo. Rurſus obiter hic nota, quod ſpirit9 ſanctus electos corroborat virtutem & fortitudinem tribuit & hic cõfortat & cõſolatur. Adiuuat, poſtulat, arguit, loqui facit, certificat, quia pignus eſt hæreditatis noſtræ cœleſtis. Deinde petit eis inſigne electorum plenitudinem, finẽ, inſtaurationem & ſcopum diuinæ legis, ſynceram & veram charitatem Poſſunt & hæretici & in reprobũ ſenſum dati multa pati, ſtupenda ſuſtinere pro vana gloria expertes charitatis. Vnde illis nec martyriũ nec vllum

Rom 5 bonum opus quicquam prodeſt. Dicit ergo: Deſideriũ cordis mei & obſecratio ad deum fit pro vobis ſine intermiſſione, vt deus charitatem per ſpiritum ſanctum in corda veſtra diffundat, quatenus *in charitate*, quæ eſt virtutum maxima, mater & radix *radicati*, ad modũ arboris bonæ & rami in bonam oliuam inſerti, radicis

bonę

bonæ iuſtar vt deo in omnibus operibus bonis fructifi- Colo.1
care poſſitis,fructus qui permanent in vitam æternam. Ioan.15
Nam arbor quò altiores radices habet in terra,eo fortior eſt & ſtabi ior & ad fructificandum aptior. *& fundati* ſuper hanc firmam petram, ad modum domus magnæ in qua deorum deus, rex gloriæ & dominus virtutum habitat in pace.vt nulla vi ad caſum impelli poſſit. Matt.7
Quia fortis eſt vt mors dilectio,& dura ſicut infernus. *vt poſſitis comprehendere,* id eſt, perfectè intelligere,non tantummodo cogitare ſed opere & veritate aſſequi,*cum omnibus ſanctis* fidelibus,qui per fidem euangelicam vnum ſunt cum Chriſto,corpus eius myſticum,vnum ouile & vnus populus: *quæ ſit,*id eſt,quanta eſſe debeat, *latitudo* charitatis,quæ etiam inimicos complectitur in ſinu ſuo.Verùm quia abundante malitia, refrigeſcit charitas multorũ,ideo opus eſt longitudine.vnde ſubdit *& longitudo.* quia nunquam excidit charitas ſed perſeuerat & permanet in bonitate & in his quæ cepit vſque in finem. *& ſublimitas* Sublimitas quia non ſolum facit aſcendere in deum , ſed etiam quodammodo transformat in ipſum: Quia ſimiles ei erimus. Sublimitas charitatis etiam eſt.qua deus in præmium & mercedem magnam nimis expectatur.Quid enim diligenti eſt in cœlo,& præter eum , qui vult ſuper terram? Prorſus nihil ,Et in illo amore deficit in ſalutare ſuum, quod deus eſt,caro eius & cor illius.Vnde dicit:Deus cordis mei deſiderium vnicum,& pars mea,portio mea hæreditas mea,deus inæternum.In te vno,omnia habeo:te habiro,diues ſum,& nullius amplius egeo.Quia tu es omnia in omnibus,qui te ſolum diligunt & quærunt,in ſimplicitate cordis ſui, & qui te tenent per inſuperabilem & inſeparabilem charitatem,& non dimittunt te propter vllam voluptatem vel perſecutionem. *& profundum* charitatis,quod eius eſt incertitudo,quia neſcit homo amore an odio dignus ſit:Quia charitas & dilectio acquiſita & naturalis cum gratuita & infuſa à ſpirituſancto adeo ſe permiſcet,aſſimilat & occultat,quod hæc ab illa vix diſcerni poteſt , etiam ab his qui in ſpiritu deo ſeruiunt , & eum adorant in veritate Profundum abyſſi charitatis eſt , ignorantia noſtra qua neſcimus cur eam vni tribuit & alteri negat: Quia iudicia dei vera & iuſta ſunt,& abyſſus multa.Ideo terribilis

Margin notes: Cor.8 · Gene. 15 · 1.Ioan.3 · Pſal.72 · 2.Cor.13 · Pſal.35

terribilis eſt in iudiciis ſuis ſuper filios hominum & con ſiliis. Alio modo iſte dimenſiones ad deum referuntur hoc modo, *vt poſſitis comprehendere* in vita quę nunc eſt & futura. Hîc ex parte: ibi perfectè. Sic Apoſtolus ſequebatur Chriſtum, viuẽdo ſicut ipſe vixerat: ſi quo modo per crucis baiulationem aſſiduam comprehenderet in lumine viuentium: in quo facie ad faciem videtur ſicuti eſt, & in lumine gratiæ dei, quæ eſt vita æterna: In qua comprehenſus fuit à Chriſto, dum eum vocauit per gratiam ſuam, quæ in eo ſuperabundauit. Nam tunc cognoſcemus: ſicut & cogniti ſumus, à maiore vſque ad minorem. Ibi erimus omnes docibiles dei. Ibi non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, nec vnuſquiſque fratrẽ ſuum dicens: Cognoſce dominum, quoniam omnes ſciemus eum. Et accipitur comprehendere hoc loco pro cognoſcere. Propriè enim loquendo deus eſt incomprehenſibilis: etiam à ſummis vranicis ciuibus. Large ergo rogo vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, hoc eſt, ſicut omnes ſancti, qui cum eo ſunt in cubili ſuo, & ſedent ſuper menſam eius: Quæ ſit longitudo eius in expectando nos ad pœnitentiam, & patientiæ & longanimitatis eius quãtæ ſint diuitiæ. Vel longitudo eſt dei immenſitas, qua eſt ante omnes & ſequitur æternitates Quia regnabit in æternum & vltra *latitudo* qua omnia replet maieſtate ſua: Nempe cœlum & terram Vel qua diligit omnia quæ ſunt *ſublimitas*, qua omnia excellit dignitate: Quia eſt ſolus altiſſimus. *profundum*, qua omnia penetrat ſubtilitate, corda ſcrutãs & renes: & nulla creatura inuiſibilis eſt in cõſpectu eius. Hinc Iob ait de deo: Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? Longior terra menſura eius & latior mari. Inſuper petit eis ſcientiã dei, ſalutis, & ſanctorum dicens: *Scire etiam* rogo, vt poſſitis, *ſuper eminentem ſcientia Chriſti charitatem* erga genus humanum, quæ tanta eſt, quod omnẽ ſupereminet ſcientiã humanam. Talis ſcientia ſalutis: omnem præcellit ſcientiam humanam. Quia hæc damnat, illa ſaluat. Hęc ſtultos, illa ſapientes in bono facit Hãc reprobat, illã coronat deus Hæc inimicos, illa amicos dei conſtituit. Et quis intelligere valet illam charitatem. quia iuſtus pro iniuſtis, peccatoribus & inimicis mortuus eſt? Cum maiorem charitatem nemo habeat, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis

Marginal references: 1. Ioan. 2; 1. Cor. 13; Ioan. 6; Heb. 8; Iob 11; Luca 1; Sap. 7; Rom 5; 1. Pet. 3; Ioan. 15

ſcis, *vt impleamini in omnem plenitudinem Dei* quaſi dicat ideo volo vos ſcire iſta, vt per hoc impleamini omnibus precioſis & maximis promiſſis dei chariſmatibus & donis, quæ cum charitate donantur, hoc eſt, omni fructu iuſtitiæ in præſenti, & tandem omni fructu gloriæ in futuro. Quia tunc nihil deeſt Chriſtiano, cùm patrem & filium ſic cognoſcit. & in charitate imitatur. Ego quidem ſic oro pro vobis, eo quòd habeam vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defenſione euangelij, & eius confirmatione, & cupio vos iungere Chriſto Ieſu, vt vnus ſpiritus & cor vnum ſitis cum eo & in viſcera eius traiicere. *Ei autem* deo vno & trino, qui poteſt hæc omnia facere quæ ego oro ſit gloria & non mihi qui figmentum ſum. Ei inquã, *qui potẽs eſt omnia facere ſuperabundãter.* ſupra meritum noſtrum. Quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, *quam petimus aut intelligimus.* Quia noſtrum intelligere eſt finitum, & ſuum poſſe infinitum. Sua enim poteſtas, ſapientia & bonitas, merita noſtra excedit & cogitationes & vota: Et plura largitur quàm nos petere præſumimus aut intelligere poſſumus. vt Dauid dixit de ſemetipſo. *ſecundum virtutem* ſuam propriam diuinam, *quæ operatur in nobis* credentibus & velle & perficere, pro ſua bona voluntate, quia amat nos charitate perpetua, & vult nos omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem ſui nominis peruenire. Ipſe deus omnia bona quæ faciunt electi in omnibus operatur, quia ſine illo nihil facere poſſumus. Ergo non nobis, ſed *ipſi ſoli gloria* & honor *in eccleſia* ſanctorum pro omnibus quæ retribuit nobis. Et hoc in eccleſia iuſtorum, pro qua ſeipſum tradidit in mortem, vt ipſam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, *& in Chriſto Ieſu,* hoc eſt pro his quæ fecit nobis in Chriſto Ieſu, qui eſt caput eccleſiæ, *omnes generationes ſeculi ſeculorum Amen.* Quia huius gloriæ nullus erit finis, ſed per omnem æuum durabit inæternum. Amen.

2. Pet. 1
Phili. 1
Rom 8
2. Re. 7
Phil. 2
1. Tim. 2
1. Co. 12
Ioan. 15
Ephe. 5

DOMINICA XVI. POST PENTECOST IN EVANG.

Mat. vi. Sermo.

Omnes homines lex menti indita à Deo, ipſaque natura docent, vt poteſtate præditos honorent, & bene de ſe meritos. Quid enim tam ſecundùm naturam eſt,

eſt quam parentibus & benefactoribus deferre hono-
Heb. 12 rem,iuſtis eorum obtemperare deſideriis,ſancta eorum
mandata facere? Verùm ſi parẽtibus carnis noſtræ, quos
eruditores habuimus ſecundum voluntatem eorum,bre
ui tempore,honorem & ſubſidium deferre debemus, vt
1.*Pet.* 5 longo viuamus tempore.Multo magis patri ſpirituum
obtemperare debemus,qui erudit nos ad id ꝙ vtile eſt
in recipiendo ſanctificationem eius Cui cura de nobis
Rom. 12 eſt,qui ſuper omnem parentum affectum & amorem
nos diligit.Præ omnibus benefactoribus optimè meri-
Exod. 3 tus eſt de nobis,adeo,vt illi teneamus,non ſolum quic-
quid in nobis eſt operis & temporis ſed etiã quicquid
in nobis vitæ affectus,cordis & corporis eſt. Sic corpo-
ra noſtra illi in hoſtiam viuentem,ſanctam,Deo placen
Rom. 12 tem,tenemur exhibere & animam noſtram per amoris
incendium concremare:Vt ſit ſicut rubus plenus igne
illo,quem Dominus in terram veniens, ſecum attulit
Rom. 1 de cœlo,& in cordibus noſtris vehementer voluit ac-
cendi.Neque virorem ſic gratiæ & virtutum honeſta-
Pſ 88 tem,aut folia verborum ſanorum & vitæ,vel mutat vel
amittit,ſed retinet potius,& eorum accipit quotidiana
incrementa & perfectionem. Renouatur etiam ſecun-
dum interiorem hominem, ſecundum imaginem eius
qui creauit eum.in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Sic
cor mundum creatur in homine,ſic ſpiritus rectus inno
uatur in viſceribus eius.Sic fit noua creatura,nouus ho
mo,& nouum Adam induit ſiue cœleſtem,eiuſque ima
ginem portat.Has itaque habentes promiſſiones dei &
Heb. 7 conſolationes ſcripturarum,multas & magnas, multa
fiducia vtimur,quia quæ procedunt de ore eius. Deus
non facit irrita.Fidelis eſt in verbis,& ſanctus in omni
bus operibus ſuis.In verbis iſtis conſolatus ego ſum, &
ſuperabũdo gaudio in omni tribulatione mea. Ipſe di-
xit,mentiri eum impoſſibile eſt,quia verbum eius ma-
net inæternum:Non te deſeram,neque derelinquam,ita
Luc. 11 vt confidenter dicamus omnes:Panem noſtrum quoti-
dianum,hoc eſt,neceſſaria vitæ,da nobis hodie.Dico vo
bis & dabit nobis,non ſolùm vnum panẽ aut duos, ſed
2.*Pet.* 1 quotquot habemus neceſſarios,& omnia quæ ad vitam
Chriſtiformem & pietatem vtilia ac neceſſaria ſunt
nobis: Pater miſericordiarum eſt & omnis conſo-
lationis, ideo non dat pro pane lapidem, nec pro-
piſce

Piſce ſerpentem, nec pro ouo ſcorpionem. Quinimo aperiet manum ſuam, & implebit nos ſua benedictione, replebitque omnibus bonis. Vt hanc ſpem bonam, fiduciam certiſſimam nobis inculcet, infundat ac tribuat, ore ſuo benedicto, huius dominicæ euangelica verba ſuper mel & fauum dulciora nobis proponit mater Eccleſia. In eum proinde omnem ſollicitudinem proiicere debemus, & ei ſoli ſeruire in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus noſtris, quoniam ipſi cura eſt de nobis. id autem declarans oſtendit quòd hominum duplex ſeruitus eſt impoſſibilis. Secundò, quòd aliena ſeruitus eſt miſerabilis. Ex quo infertur, quòd diuina ſeruitus eſt ſuper omnia deſiderabilis & eligibilis. Secunda pars tangitur, vbi dicit, Ideo dico vobis, ne ſolliciti ſitis. Tertia ibi: quęrite ergo primum. Dicit ergo Nemo poteſt ſiue in cœlo ſiue in terra, *duobus Dominis ſeruire*, ſibi contrariis & contraria pręcipientibus. Nam ſi contrarij non eſſent, iam vnus ſub altero. Sicut qui adhæret deo & idem velle & nolle habet cum Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Rogauit proinde Chriſtus pro apoſtolis & pro his qui credituri erant, vt omnes vnum eſſent in deo. Duo domini ſunt ſibi contrarij inter ſe diffidentes, contraria iubentes, deus & diabolus, caro & ſpiritus, cœlum & mundus iuſtitia & iniuſtitia, vel virtus & vicium. Rationem horum audi. Deus mandat bona, diabolus ſuadet mala. Spiritus ad temperantiam: caro incitat ad ingluuiem & petulantiam. Cœlum ad æterna prouocat & quæ non videntur, mundus per ea quæ in proſpectu ſunt, ſtultis imponit. Virtus & iuſtitia, quod bonum, vtile & iuſtum eſt appetit & operatur, vicium & iniuſtitia, vanitatem diligit, & quærit mendacium. Vt quid ergo filij hominum, ſaſcinati à mendacio non obeditis veritati? Vt quid claudicatis in duas partes? Non oportet ſic eſſe. Seruite domino ſoli, in lætitia & exultatione, rectos facite greſſus pedibus veſtris, ne claudicans quis inueniatur: Quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Adeo ſiquidem imbecillis eſt humana fragilitas, quòd vix vni⁹ domini iuſſa perficere poſſit, quanto minus duorum? Et cùm ſeruum ſemper paratum eſſe oporteat, vt cùm dominus venerit, in auditu auris obedire poſſit ei, ſicut ſcriptum eſt: Sicut oculi ſeruorum, in manibus dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum.

Gal. 3

Pſ. 17

ſtrum. Si obgannis, quòd ſerui hominum hac ratione deo ſeruire non poſſent, quia homines domini & deus, duo domini ſunt. Imò poteſt: quia ſeruus iuſtam domini ſui voluntatem faciens (etiam ſi diſcolus ſit & malus dominus ipſe carnalis, vt dicit apoſtolus Petrus) fideliter & ex animo, ſeruit deo: Qui præcipit ſeruum domino ſubiici cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis, ſicut ſeruum Chriſti. Quia ſic eſt voluntas Dei. Verùm, ſi dominus carnalis fideli mandaret, quod Deus prohibet, iam non vnus ſpiritus, non idem velle & nolle eis eſſet, ſed eſſent duo domini. Tunc obedire Deo potius debet quã hominibus, etiam ſi diſtricto gladio mortem dominus diſcolus ei interminaretur. Nihil enim poſſumus contra Deũ & veritatẽ, ſed omnia pro veritate. Tã diu ſeruus domino ſuo parere debet, quãdiu dominus vnum eſt cum deo, & à dei non diſcrepat voluntate. A quo ſi diuiditur, & deo odibilia opera præcipit, tunc pietas ſumma eſt, offenſo homine, qui corpus ſolummodo occidere poteſt, & poſt hoc quod faciat amplius habet nihil, Dei facere voluntatem. Et ſi quid eum pati oporteat propter iuſtitiam, gaudeat & exultet, quia beatus eſt, & merces eius copioſa eſt in cœlis. Hanc duplicis ſeruitutis impoſſibilitatem vlterius roborat, aſſumpta quadam appoſita diuiſione. Cuius quacunque parte conceſſa, ſequitur quod propoſuerat axioma. *aut enim vnum odio habebit*, diabolum videlicet, carnis curam mundum & vicium *et alterum diliget*: Deum videlicet, ſpiritum, cœlum, & virtutem ſiue iuſtitiam. *Aut vnum ſuſtinebit*, diabolum ſcilicet, quem homo peccando ſuſtinet & patitur, non diligit *& alterum contemnet*. Deum ſcilicet, qualiter vſu venit in peruerſa affectione peccatorum. Quomodo ſi mulier contemnat amatorem ſuũ, ſic contempſit me domus Iſrael, dicit dominus. Qui vero contemnunt me, erunt ignobiles. Deinde intentam ponit concluſionem, dicens: *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ*. Mammon propriè hic pro auaricia & cupiditate inſatiabili, quæ nunquam dicit, Sufficit, accipitur. Semper autem dicit, Affer, affer, Hæc omnium malorum radix eſt, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Inciderunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum

Pſ. 121 · 2. Pet. 2 · Ephe. 5 · 1. Pet. 1 · Actu 7 · 1. Cor. 13 · Mat. 10 · Luci 6 · Hier. 1 · Pro. 30

& perditionem. iſto auaro, nihil eſt ſceleſtius, nam animam ſuam venalem habet Et nihilominus omnes auaritiæ ſtudent, à minore vſque ad maiorem, & à propheta vſque ad ſacerdotem, cuncti faciunt dolum. Et vt ait Eſaias: Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque nouiſſimum. Et ſi omnes mundi theſauros corradere poſſet in vnum, & vniuerſum mundum lucraretur, attamen pecunia non impletur auarus, Imò ſicut qui ſal comedit ſitim non ſedat, ſed auget: ſic auarus ex auri & diuitiarum incremento, cupiditatem non ſaciat, ſed maiorem facit, & vehementiorem quàm fuit. Sicut & ignis ex lignorum, picis, reſinæ, & id genus aliis fomentis ſuis, non minuitur aut extinguitur, ſed augetur: Semper auarus eget, qui ſeruit diuitiis. Et vel eas ſuperfluè dilapidat, vel eis miſer abſtinet & timet vti Appellatur autem auaritia idolorum ſeruitus ab Apoſtolo. & appoſitè multum, vt in libro de triplici idololatria clericorum latius ſcripſi. Omnis ſenſus & cogitatio, cor totum & animus & omne deſiderium auari, circa theſaurum ſuum eſt, vel cuſtodiendum vel augendum. In pecunia ſua, & non in domino delectatur: pecuniæ, non domini faciem quærit ſemper. In theſauro ſuo, nō in domino gloriatur, fiduciā habet, ſpem collocat, ſalutem conſtituit. In arca cor ſuum recluſum deliteſcit. Ecce fidem habet in pecunia. Sperat in incerto diuitiarum. Nummum (non Deum, quem tenetur,) diligit, ex toto corde, & ex tota anima. & ex tota mēte, & ex omnibus viribus ſuis Ei ſeruit die ac nocte, Pro eo impiger extremos currit mercator ad Indos, per mare per terras, & mille diſcrimina rerum. Pro nummo die ac nocte in profundundo maris eſt, & omnia pericula ſuſtnet, omnes labores ſubit, omnes calamitates ſuffert & afflictiones, vt vix inter martyres ſimilis ei quis inueniatur, qui tanta pertulerit pro Deo vero & Chriſto, quāta illi patiūtur pro maledicto nummo, idolo ſuo Si dixeris te partim Deo & partim mammonæ velle ſeruire mentitur iniquitas ſibi. A Deo enim totum poſſe habemus, & quicquid in nobis eſt viriū & virtutis, quo ſeruimus: & ideo totū poſſe requirit à nobis in ſuo famulatu aliàs nō eſt ſeruit⁹, ſed fra⁹. Sed maledictus q opus dei facit fraudulēter. Alius ergo, dñs cui nō poſſumus ſeruire cum deo diabolus eſt, mundus, caro

Eph. 5

1. Tim. 5

Pſ. 36

Hie. 58

caro, diuitiæ. diabolo ſeruit homo, eius deſideria & opera faciendo. Seruit ei mala in corde ſuo cogitando. in
Eſai.3 illicitis turpibuſque delectando, cogitationibus peruerſis delectationibuſque conſentiendo, opus malum poſtquam eſt conſummatum, excuſando, defendendo, attenuando, palliando, aliis ſcandala præbendo, in malitia gloriando, in rebus peſſimis exultando, in malefactis lętando, peccata ſua prædicando, ea in conſuetudinem ducendo, peccare non erubeſcendo, de eis neceſsitatem
2.Pet.2 faciendo, cor ſupra petram & adamantē indurando &c. In iſta ſeruitute damnabili (quia à quo quis ſuperatus eſt, eius ſeruus eſt: & qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati) in qua miſer homo & miſerabilis, diabolo ſeruit & peccatis, ſeruit ſeruo malo & peſſimo, Dei bonitate ma-
Tren.4 ieſtatèque contempta, illud: Serui dominati ſunt noſtri. Seruit inimico ſuo, dicente domino: Seruire te faciam
Deut. 28 inimicis tuis. Seruit alieno iuxta illud: Seruietis domino, qui pro mercede ſeruitutis ſuæ ad damnationē æ-
Hie.17 ternam eum ſecum deducet. Tradetur enim tortoribus & in carcerem mittetur. Qui hoc modo ſeruiunt diabolo, dei ſeruitutem & ſeruos Dei contemnunt: quam-
Iob.21 uis eum non odiant. Ideo dicunt: Quis eſt omnipotens,
Mal.3. vt ſeruiamus ei? Et illud: Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram domino exercituum?
Rom.6 Huius ſeruitutis ſtipendium, mors eſt. Serui autē Chri-
Ioan. 12 ſti erunt vbi ille eſt, & omnium bonorum affluentia fruentur. Tunc videbunt quid interſit inter ſeruiētem deo, et diabolo: ſed ſerò nimis. Secunda ſeruitus eſt, qua aliqui, imò omnes ſeruiunt huic mundo, diligentes vanitatem, et quærendo mendacium. Seruientes creatu-
Roma.1 ræ potius quàm creatori, ac potius appetunt placere hominibus in malo, quàm deo in bono. Iſta ſeruitus etiam dei ſeruitutē excludit. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Confuſi ſunt qui hominibus placent, quoniā deus ſpreuit eos. Et quod ho-
Galat. 1 minibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. Stipen-
Pſal.52 dium eius ponitur in Iob, vbi dicitur: Tenent tympanum et cytharam, lætantur ad vocem organi, ducunt in bonis dies ſuos, et in puncto ad inferna deſcendunt.
Apoc. 18 Ibi quantum ſe glorificauit et in deliciis fuit, tantum ei dant tormentum et luctum. Ibi vertetur in luctum

cithara

cithara,& organum eorum in vocē flentium. Eis verò qui ſeruiunt Chriſto,triſtitia huius vitę in gaudiū vitę æternæ conuertetur. Tertia ſeruitus eſt ſeruire carni. Sunt enim teſte Apoſtolo, multi, quorum Deus venter eſt,& gloria in confuſione ipſorum,qui terrena ſapiunt & quæ carnis ſunt Hæc prudentia, mors eſt & inimica Deo. Legi enim Dei non eſt ſubiecta,atque nec poteſt. Iſti omnem curam ſubinferūt quomodo carnem bene paſcant. Ideo carnis curam in deſideriis faciunt,ſemetipſos paſcunt,in delitiis enutriunt vel luxuriis,ſua corpora: Curam ſummam adhibent, quomodo mollibus veſtiantur, circūornentur compoſitè vt ſimilitudo tēpli,labores manuum deuitāt, dormiunt in lectis eburneis,& in ſtratis ſuis luxuriantur, de ſanitate corporis ſunt ſolliciti,in multos annos ſibi prouidēt:nō vt Deo ſeruiant,ſed ſuo ventri. Ideo dicūt animæ ſuæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos,requieſce, comede,bibe,epulare. Huius ſtipendium ſeruitutis, audite. Vt taceam quòd huius animā proxima nocte dæmones ab eo repetebant. Vt taceam quòd diues epulo ſepultus eſt in inferno. Vt Sodomitarum horrendā punitionem taceam. Euangelicæ tubæ vocem audiamus: Væ vobis diuitibus, qui habetis hîc conſolationem veſtram Et ne verba hæc ad alium ſenſum detorquere poſſes,addit: Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis, ſicut diues epulo, guttam aquæ petiit, & non accepit. Poſt epulas & pocula,ſicut ſcriptum eſt, Sedit populus manducare & bibere,& ſurrexerunt ludere. riſus ſequitur & impudicitiæ opera multa, quæ iuxta Apoſtolum turpe eſt dicere. De iſtis turpitudinibus ait ſeruator: Væ vobis,qui ridetis,quia lugebitis,& flebitis. Et extrema gaudij carnalis,luctus occupat,æternę damnationis. Et Iacobus apoſtolus ait: Agite nūc diuites, plorate vlulantes in miſeriis & pœnis veſtris,quæ aduenièt vobis, qui epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enutriſtis corda veſtra ſuper terram,& omnia quæ deſiderauerūt oculi veſtri,non negaſtis eis,quin omni voluptate fruerentur. Finem horum nec Apoſtolus obticuit, dicens: Si ſecundum carnem vixeritis,moriemini. Et cum opera carnis ex parte, alio in loco perſtrinxiſſet, adiecit: Qui talia agunt,regnum Dei non poſſidebunt. Et iterum: Qui ſeminant in carne,de carne metent æternam corrupt-

Ioan. 16
Philip. 3
Ezec. 34
Amos 8
Epheſ. 5
Iacob. 5
Eccleſ. 2
Roma 8
Galat. 5
Galat. 6
Apocal. 2

corruptionem. Horum finis erit ſecundum opera eorum. Hæc eſt doctrina Balaã, qui docuit ſcandala, edere & fornicari. dicta ſunto. Quarta ſeruitus eſt auaritia, qua ſeruitur pecuniæ, quæ eſt idolorum ſeruitus Diuites inquam ſerui ſunt, quia diuitiæ non ſunt eorum, ſed ipſi potius diuitiarum ſunt. Non ipſi diuitiis, ſed diuitiæ dominantur eorum. Diuitiæ non ſeruiunt eis ad eorũ ſalutem & theſaurum cũ eis theſauriſandum in cœlis: Sed ipſi ſeruiunt diuitiis tanta ſollicitudine, tot laboribus & periculis eas congregando, tanto timore eas cuſtodiendo, recludendo, de ipſis cogitando ſine intermiſſione, vt Dei veri obliuiſcantur diebus innumeris, eique ſeruire penitus dimittant. Sed id obſerua quàm diligentiſſimè, quòd non dicit, neminẽ cum diuitiis, vel nullum diuitem poſſe Deo ſeruire. Nam hoc falſum eſſet: Abraham enim diues fuit valde in poſſeſſione auri,

Sap.14 Lot, Iob, Dauid, Ezechias, & alij multi diuites fuerunt, dilecti Deo & hominibus. quorũ memoria in benedictione eſt & cum laude: Nã ſic diuitiæ, ſicut & cæteræ creaturæ, occaſionaliter tamen, impedimẽta ſunt reprobis: ita bonis & rectis corde ſunt adiumenta ſalu-

Sap.1 & 3. tis. Illis creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus in-

1.Tim.6 ſipientium Iſtis ſunt liber vitæ, ſchola virtutum, ſpeculum dei, ſcala cœli, incendium amoris, theſaurus quo cœlum mercantur. Sed quis eſt hic & laudabimus eũ? Rara auis in terris eſt, nigróque ſimillima cygno. Poteſt homo cum diuitiis deo ſeruire, diues fieri in omnibus bonis, bene agere, Deum promereri: ſi eas diſtribuit & dat pauperibus, qui non habent vnde retribuãt.

Tobia 12 Hoc Iob fecit liberaliſſimè, Tobias, item & Zachæus. Vel cum animas ſuas liberando ac redimendo de carcere diaboli. Redemptio animæ viri, diuitiæ eius. Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis, ait Chriſtus. Hoc conſilio vſus Nabuchodonoſor, rationem recuperauit, & regnum ſuum in hac vita, & vitam emit

1.Reg. æternam. Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Vel eas ad cultum Dei ampliandum, tribuendo. Sic Dauid & Salomõ de copiis ſuis maximis templum Deo ædificauerunt, magnificè ornauerunt illud, ideo laudem eorum annunciat omnis eccleſia iuſtorum. Sic Cõſtan-

tinus,

tinus,ſic Carolus magnus Deo placuerunt & alij multi,reges terrę & populi,principes,& iudices terrę,iuuenes & virgines,ſenes & iuniores. Atque centurio laudibus cumulatur, eo quòd Iudæis ædificauit Synagogam. Poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, ante omnia ad reſtaurationem templi prophetæ illius temporis populum hortabantur. Nempè Aggæus, Malachias & Eſdras. Quartò vt ſibi moderatè prouideat in ſenectute & proli ſuæ. At hic dæmonium meridianum imponit multis, illaqueat ferè omnes diuites huius ſeculi: Adeo vt difficilè ſit diuites ſaluari. Parentes quidem filiis ſuis theſauriſare debent, ſed de his quæ cum Deo & iuſtitia conquiſierunt, ídque moderatè. Sin autem relinquunt proli ſuæ rapinas pauperum, ſubſtantiam egenorum, viduarum & pupillorum labores, per vim & in iuſtitiã congeſtos, ſibi & proli theſauriſant iram Dei in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, & damnationem æternam. Sic ferè omnes diuites huius ſeculi pro iniquo mammona & ſeipſos & prolem ſuã totam occidunt & damnant, dum ſeipſos & proles, non ſyncero, ſed carnali amore diligunt & fouent. Eſt ne hoc filios ſuos & filias diabolo offerre? Quintò, diuitias ſeruando, vt opportuniori & magis neceſſario tempore diſtribuantur egenis, pupillis & viduis. Eſt enim tempus acquirendi, & tempus erogandi. Hac ſapientia vſus eſt Ioſeph in Ægypto. At diuites fruges reſeruant, non vt egenis in penuria cum eis ſubueniant, ſed vt famis tẽpore eas carius vendant. A ſeruitio Chriſti aliqui ſe excuſant. Vel propter iuuẽtutem, volentes in ſenectute Deo ſeruire. Sic vtuntur, vel potius abutuntur creaturis tanquam in iuuentute celeriter. Et illud ad damnationis ſuæ cumulum pro ſe allegant: Lætare adoleſcens in iuuentute tua, et in bono ſit cor tuum. Sed extremæ dementiæ eſt hoc, eo quòd adoleſcens iuxta viã ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, et vos poteritis in ſenectute facere bene, cùm in iuuentute didiceritis malum. Quæ in iuuentute non ſeminaſti, quomodo ea metes in ſenectute? Bonum eſt viro cùm portauerit iugum domini ab adoleſcẽtia ſua. Quia ſicut dies iuuentutis tuæ, ita et ſenectus tuã. Tobias puerulus, legem Dei obſeruabat, et declinauit à

Matt. 19
Roma. 2
Eccle. 11
Prou. 22
Hiere. 13
Deute. 33
Tobia 1

malo: Sed & filium ſuum ab infantia timere Deum do-
Luca 1 cuit, & abſtinere ab omni peccato. Ioannes baptiſta ſpi-
ritusſancto repletus fuit ex vtero matris ſuæ. Fęlix ille,
& ter quatérque beatus, qui mãdata dei omnia custo-
Eccl. 12 dit à iuuentute ſua. Proinde, memento creatoris tui in
iuuentute tua, antequam veniat tẽpus afflictionis tuæ,
& appropinquent anni de quibus dicas: non placent.
1. Ioan. 2 Accipe conſilium Ioannis apoſtoli & doctrinã: Scribo
vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis in fide, & verbum
Dei manet in vobis, & facitis illud, & viciſtis malignũ:
Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mũdo ſunt.
Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo.
Leuit 22 Offerte Deo obſecro florem iuuentutis, quaſi caput &
caudam ſenectutis, vt lex dicit, & bene vobis erit. Ma-
ledictus doloſus, qui habet ſanum agnum, & offert Deo
debilem, ait propheta: Quia maledictus qui iuuentu-
tem ſuam fortem diabolo in peccatis, & ſenectutẽ de-
bilem offert Deo Ille non offert vinum optimum pu-
rum & dulce, ſed fæces & vappam, abominabiles, quas
nec homo acceptaret. Nemo tamen in ſenectute con-
uerti non debet: Quia ſi non habet tunc annum for-
tem & ſanum, vel debilem offerat: & doleat ex corde,
ſe tempus iuuentutis conſumpſiſſe in vanis. Alij pro-
pter temporalium occupationem, quia diuites ſunt,
ideo deo minus ſeruiũt. Sed cui multum donatum eſt,
Pſ. 108 multum exigetur ab eo. Ideo ingratiſſimi conuincun-
tur, qui ponunt aduerſus Deum mala pro bonis, odium
pro ſua dilectione. Et pro eo quod eum deberent dili-
Ioel 2 gere, detrahunt ei debitam ſeruitutem. Tertij Deo nõ
ſeruiunt, quia benignus eſt miſericors, patiens & multę
miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Vult omnes
homines ſaluos fieri. Non vult mortem peccatoris, ſed
Ezec. 18 vt conuertatur & viuat. Miſeretur omnium & diſſimu-
Roma. 2 lat peccata hominum propter pœnitentiam Verùm,
cur tu diuitias bonitatis & patientiæ longanimitatis
eius contemnis? Cum non ignores, quòd benignitas
Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundum
duritiam tuam & impœnitẽs cor tuum, theſauriſas tibi
Eccleſ. 8 iram in die irę & reuelationis iuſti iudicij Dei. Sed
quia non profertur citò contra malos ſententia, abſq;
timore vllo filij hominum perpetrant mala. Quarti
excuſant ſe per paupertatem, timentes fame mori, ſi
ambula-

ambularent in lege domini, ſi proximos non circumuenirent in negotiis, ſi facerent aliis quæcunque ſibi fieri vellent: Et quod ſibi fieri nolunt aliis etiam non facerent. Sed meminiſſe deberent, quòd anima iuſti fame non moritur vel affligitur, ſed in diebus famis ſaturatur. Iactare deberent curam ſuam & cogitatum in dominum, & ipſe eos enutriret, vt in Helia cernere eſt, & in filiis Iſrael in deſerto. Quinti excuſant ſe per grauitatem. Durus inquiunt eſt ſermo domini, de ſeruitute ſua, & quis poteſt ſeruare eum? Sed mẽtitur iniquiquitas ſibi Mandata eius grauia non ſunt. Iugum domini ſuaue eſt, & onus eius leue. In via teſtimoniorum Dei Dauid delectatus fuit, ſicut in omnibus diuitiis. Erant ſuper mel & fauum dulciora illi mandata Dei. Via autem impiorum complantata eſt lapidibus, hoc eſt, plena eſt doloribus & duris peccatorum operibus, miſeriis & calamitatibus. Laſſantur in via iniquitatis & perditionis, ambulant vias difficiles: extremam, vt in filio prodigo manifeſtum eſt, ſuſtinent paupertatem & egeſtatem. Sexti erubeſcunt ſeruire Deo. Verùm qui me erubuerit coram hominibus, hũc ego quoque erubeſcam coram patre meo, & coram omnibus angelis & electis Dei. Paulus autem non erubeſcebat euangelium. Horum finis erit interitus, Zachæus nihil moratus eſt, propter omnium murmurationem: Libera voce Deum confeſſus eſt, confuſione contempta. Dauid non erubuit in Ephote lineo coram arca Dei ludere, pili nõ faciens, quòd vxor eius hoc in opere eũ deſpexit. Apoſtolus tantum aberat quòd crucem Chriſti erubeſceret, quod in ea ſola didicerat gloriari. Si tu hîc erubeſcis Chriſto ſeruire, qui tibi annis trigintatribus ſeruiuit ex charitate: tunc euacuas te à Chriſto, hoc eſt fructum perdis, quem in Chriſto habebas, à gratia eius decidiſti & ſalute, quam tibi promeruit: Nec tibi ſeruiet in vita æterna, vbi tranſiens, electis ſuis miniſtrabit in æternum & vltra.

Matt. 7
Prou. 10
Pſal. 36
3. Re. 17
Ioan. 6
1. Ioan. 5
Pſ. 118
Eccle. 21
Luca 15
Roma. 1
Luca 9
2. Reg. 6
Galat. 6
Luca 12

DD 3 HOMI-

HOMILIA SECVNDA.

CVM nemo deo ſeruire poſſit & diuitiis, vel duobus dominis, ideo conſequenter oſtendit, quod mundi ſeruitus eſt contemnenda, & tẽporalium noxiã ſuperfluámq; ſollicitudinem diſſuadet omnibus modis, etiam de neceſſariis ſuſtentationi vitæ. Duæ autem res vitæ humanæ ſunt neceſſariæ, victus videlicet & veſtitus. Vnde Apoſtolus de ſeipſo & aliis imitatoribus ſuis dicit. Habentes victum & quibus tegamur, his cõtenti ſumus. Horum autẽ non obſtante neceſſitate, multis rationibus oſtendit Saluator, quod eis per auaritiam & mentis ſollicitudinem ſeruiendum non ſit, quas ſenario numero comprehendit. Eas quàm potero breuiſſimè trãſcurram. Prima ratio eſt à maiori. Victus requiritur (vt ne Momus quidem reclamet) ad vitam animæ, indumentũ verò ad corporis fomentum: ſed Deus dedit quod maius eſt, animam videlicet & corpus, ergo quod minus eſt, ſuppeditabit, victum videlicet & veſtitum. *Ideo dico vobis, ne ſolliciti ſitis*, id eſt anxij & nimis intenti. Non dicit, nolite laborare: quia homo naſcitur ad laborem, ſicut auis ad volandum: Et labores manuum ſuarum manducare debet, & tunc beatus eſt, & bene illi erit. Et Apoſtolus manibus ſuis laborauit, voluit & alios laborare & operari manibus ſuis, quod bonum eſt. Et Deus Adæ dixit, quòd in laboribus comedere deberet fructum terræ. Ideo laborare manibus, bonum eſt, ſicut ociari malum & omnium malorum ſentina. Prohibet verò ſollicitudinem ſuperfluam & nimiam, quæ retrahit ab æternis, & animæ ſalute operanda *anima veſtra quid manducetis*, hoc eſt, animali vitæ veſtræ, quæ cibo ſuſtentatur. *neque corpori veſtro, quid induamini*, eſſe debetis ſolliciti. Rationẽ ſubdit dicens: *Nõnne anima plus eſt quam eſca?* de hoc dubitat nemo. Et attende quòd ſi prohibetur ſollicitudo neceſſitatis, multo magis prohibetur ſollicitudo ſuperfluitatis, Et iterum alte hoc reconde memoriæ, quòd anima plus eſt quam eſca. dignior eſt multum quidem per omnem modum, & nihilominus guloſi, quorum Deus venter eſt, precioſam & nobilem animã ſuam perdunt propter vilem eſcam & curam carnis, quam in deſideriis faciunt, vt in Adam & Eua clarũ eſt, & in Iudæis, qui pro carnibus

Iob 5
Pſ. 127
Act. 18
Philip. 3
Rom. 13

carnibus murmurabant, propter carnes vltricem paſſi ſunt mortem. Iterum obſerua & illud: Si corpus plus eſt quàm veſtimentum, cur tunc adeo deſipiũt luxuriæ dediti vt magis veſtes mundas appetant, & cultum veſtimentorum, quàm corpus à luxuriæ fœcibus, ventríſque fœda proluuiẽ expurgare curent? Imò quotidie corpus ſuum tradunt impudicitiæ, in operationem omnis immunditię, atque contumeliis afficiunt corpora ſua, pluſ quam equus & mulus, quib non eſt intellectus. Sed ſicut ſus volutabro luti ſe immergunt, in ſordibus vſque ſordeſcunt. & inſtar iumentorum in ſtercore luxuriæ computreſcunt. Sed & hoc obiter attende quod ſollicitudo multiplex in ſacris literis inuenitur. Vna laudabilis eſt & bona, quæ eſt circa ſpiritualia, animæ ſalutem concernentia, de qua Apoſtolus ait: Qui ſine vxore eſt, & mulier innupta & virgo, ſollicitus eſt, quomodo placeat Deo, & circa ea quæ domini ſunt, vt ſanctus ſit corpore & ſpiritu, vt digne ambulet Deo & euangelio Chriſti, in vocatione qua vocatus eſt, cum omni humilitate & manſuetudine, &c. ſollicitus eſt ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Hæc ſollicitudo omnem curam, omne ſtudium ſuum eò ordinat, vt quæ beneplacita ſunt Deo, faciat ſemper, vt immaculatũ ſe cuſtodiat ab hoc ſeculo, vt ambulet in lege domini, iuxta illud Ioſue dictum: Tantum confortamini & eſtote ſolliciti, vt cuſtodiatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi, vt non declinetis ex eis, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram. Sollicite ambulat cũ Deo & coram Deo, qui ſeipſum & animã ſuã cuſtodit ſollicitè, ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Eand: ſollicitudinem oſtendit, quam ſancti habuerunt omnes, qui Deo placuerunt ab initio Vnde exitum eorum intuetur. & conuerſationis eorum fidẽ imitatur. Sollicitè curat ſeipſum ſtat ſuper cuſtodiam ſuam ac probabilem ſe offert Deo, operarium inconfuſibilem. Sollicitus eſt de pauperum prouiſione: ſollicitus eſt de aliorum ædificatione & ſalute. Hæc eſt ſollicitudo omnium Eccleſiarum, quomodò Deo & omnibus hominibus placeat in bono. Secunda tolerabilis, de qua inſtruitur homo in Geneſi per Deum: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Sic & Martha ſollicita erat, & erga plurima turbabatur. Per hanc parentes proli ſuæ debent theſauriſare moderate,

Num. 11 · *Sollicitudo.* · *1. Cor. 7* · *Philip. 1.* · *Iac. 1* · *Hebr. 11.* · *Gen. 3.*

1. Tim.5 Adeóque eſt rationi & ſcripturæ conſona vt Apoſtolus dicat: Si quis ſuorum, & maximè domeſticorū, curam ſiue ſollicitudinem non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Iuſtum eſt enim, vt vir bonus prouideat domui ſuæ. Hanc moderatam & iuxta veram ſyncerámque charitatem ſollicitudinem, Salomon docet di-

Prou 8 cens: Vſquequo piger dormis? Et quòd de temporalium prouiſione loquatur, verba quę ſequuntur ſubindicant, quibus ait: Si impiger fueris, veniet vt fons meſſis tua, & egeſtas longe fugiet à te Et iterum: Vade ad formicam piger, conſidera vias eius, & diſce ſapientiam: Quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æſtte cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat. Hanc etiam habet, qui vxorem ducit. Sic & mulieres adoleſcentes curam domus habere debent, hoc eſt, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum. Tertia eſt vituperabilis & damnationi obnoxia, quæ oritur ex ſui & nimio temporalium rerum amore, & diffidentia prouiſionis diuinæ, de qua hîc Chriſtus loquitur & Apoſtolus ad Corint. De hac

1. Cor.7 etiam dicit ad Philip. Nihil ſolliciti ſitis. Hæc radix om-

Phil.4 nium malorum eſt Hæc ſuffocat verbum Dei, ne fructificet in cordibus eorum, calce abiicit legem Dei. Hæc ſollicitudo ſuperflua fit quatuor modis: Aut ex parte rerum temporalium, de quibus plus æquo & iuſto eſt ſollicitudo, cùm tanquam finis quæruntur. Vt illi qui dixerunt: Hæc eſt pars noſtra & ſors noſtra. Cùm Deus ſit

Sap.2 finis omnium. Aut propter ſuperfluū ſtudium, per quod in ſpiritualibus & ſua ſalute operanda cum metu & tremore homo impeditur. Nemo igitur militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe de-

Matt.6 uouit. Aut quando eſt inutilis, vt de re futura: craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi. Aut quando eſt inordinata ex parte timoris ſuperflui, vt quando homo facit quod ſuum eſt, & nihilominus neceſſaria ſibi timet, defutura. Vel quando contra Deum & charitatis proximi legem vult ſibi ac ſuis prouidere, vt impij dixerunt apud Philonem, & ſapientia diſſuadet a-

Sap.2 pud Salomonem. Sic dixerunt Iudæi, non rectè cogitantes apud ſeipſos, filij deſertores, faciendo conſilium, ſed non ex deo, ordientes telam, ſed non per

Eſa.30 ſpiritumſanctum: Si dimittimus eum ſic venient Romani

mani & tollent locum noſtrum & gentem. Sic quicunque hoc modo diuitias coaceruant, fructum non capiunt ex eis,& quas congregauerunt copias, euoment. ſimiles ſunt homini qui in arena ædificat, qui lapides in hyeme colligit, qui ſementem mittit in aquam. Altera ratio, qua execrabilem ſollicitudinem ſeruator noſter diſſuadet, eſt iſta: Si dominus volucres cœli & piſces maris, oues &,boues vniuerſas ſed & pecora campi abſque eorum ſollicitudine paſcit, qui ſunt homine inferiores, multo magis homines, qui multis paſceribbus pluris ſunt & meliores. *reſpicite volatilia cœli*, & docebunt te,teſte Iob,dum non ſollicitantur,quomodo cibus eorum naſcatur, *quia non ſerunt*, *neque metunt,neque congregant in horrea.* Ecce tria excludit ab eis circa quæ filij huius ſeculi maximè ſunt ſolliciti.Obſerua nihilominus,quòd non dicit: Non volant ad grana colligenda: Quia Deus laborem & prouidentiam non prohibet,ſed ſollicitudinem noxiam & cupiditatem, omnium malorum radicem.*pater*, non volatilium,ſed *veſter* cœleſtis per adoptionis gratiam,in qua clamamus,Abba pater.*paſcit illa*. Paterfamilias paſcit ſeruos & ancillas,paſcit animalia, ſed in obſequium filiorum Quanto ergo magis filios,qui chariores ſunt illis.Pater qui ſcit, veſter, qui vult, cœleſtis, qui poteſt: *Nónne vos magis pluris*, precij, æſtimationis & curæ, *eſtis illis?* in oculis Dei. Verùm his non obſtantibus nonnunquam Deus occulto (iuſto tamen ſemper) iudicio ſuo ſubtrahit hominibus neceſſaria vitæ. Primò propter peccata hominum. Conſumentur fame,& deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. Grando, fames & mors, omnia propter vindictam. Sic tempore Achab regis peſſimi, non pluit ſuper terram annis tribus & menſibus ſex, Sic tempore Dauid fames trium fuit annorum propter iniuſtitias Saul regis, & innocentum afflictionem. Fames item alia ſæua nimis fuit ſub Heliſæo. Et hanc pœnam dominus minatur, ſi non ſeruiunt ei ſoli, & ſeruant mandata illius. Secundo exercendæ virtutis gratia. Sic in fame & ſiti Apoſtolus domino militauit. Et alij, tanta perfectionis gratia erant repleti, vt mundus eorum dignus contubernio non eſſet: tamen circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes,anguſtiati, afflicti. Tertio propter importunitatem cupiditatis noſtræ

Ioan. 11. Iob 12. 3.Reg.17. 4.Reg.6.

& auaritiæ, Immoderatus enim temporalium appetitus facit vt neceſſariis careamus, dicente domino: Fames pro qua ſolliciti eſtis, adhærebit vobis. Quarto in remedium peccatorum. Multi enim multa mala committerent, ſi deliciis affluerent carnalibus. Filius ad cor rediit, quando cœpit egere. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Peritum medicum agit Deus, qui multa ſubtrahit male habentibus, quæ illis videt & nouit nocina. Quinto propter ingratitudinem noſtram. Non eſt enim dignus dandis, qui gratus non eſt pro acceptis. Totum perditum reputatur quod datum eſt ingrato. Ad locum vnde exeunt flumina gratiarum, per gratiarum actionem oportet redeant, vt iterum fluant. Sexto propter abuſum noſtrum. Dignum profectò eſt vt qui abutimur creaturis Dei & beneficiis ad eius irritationem, etiam neceſſariis priuemur. Septimò vt Deum credamus nobis dare temporalia, alioqui multi crederent quod ex ſollicitudine ſua illa haberent, & non Deus daret hæc omnia. Neque enim qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, Deus: Vel quòd ex debito hæc daret Deus. Quis prius dedit illi, & retribuetur ei? Igitur propter nimiam charitatem ſuam & bonitatem, & non propter iuſtitiam noſtram, præſtat nobis omnia abundè. Temporalia ad vſum, ſpiritualia ad meritum, & cœleſtia ad fruendum. Tertia ratio talis eſt, eius eſt corpus nutrire, qui ei debitam quantitatem largitur, ſed hoc facit deus: non ergo humana ſollicitudine. Vnde dicit. *Quis autem veſtrum cogitans*, id eſt, cogitatione ſiue ſollicitudine, *poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Imo digitum vnum? quaſi dicat, nullus. Omnis ergo ſolicitudo noſtra in eum proiici debet, qui corpus nobis dedit & ſtaturam, quoniam ipſi cura eſt de nobis. Sequitur de veſtitu. Quarta ratio ſumitur ex comparatione liliorum, quæ pereunt, areſcunt & comburuntur, quæ veſtit tam miris & variis coloribus: multo magis veſtiet homines, qui ſunt immortales, quò ad animam, & capaces beatitudinis. Igitur *& de veſtimentis quid ſolliciti eſtis?* Neque hic laborem prohibet, ſed ſollicitudinem nimiam.

Margin notes: Hier. 48 (beside "mes pro qua"); Luca 12 (beside "remedium peccatorum"); Eccle. 1 (beside "na. Quinto"); 1. Cor. 9 (beside "credamus nobis"); 1. Pet. 5. (beside "llus. Omnis")

conſiderate

conſiderate lilia agri, vt nomine liliorum omne genus florum intelligatur *quomodo creſcunt* Dei, munere qui illis rorem dat & pluuiam de cœlo abſque eorum ſollicitudine, & per iſta incrementum illis dat & mirabiles colorum varietates. *non laborant*, coloribus ſe ornando. Vel, Non laborant pro acquirendo victu vt creſcant. *neque nent*, vt veſtimenta coloris varij ſibi texant. Et nihilominus regalia indumenta excedunt & omnem induſtriam humanam vnde ſequitur, *dico autem vobis* ego qui ſum veritas, cuius verbum manet inæternum, *quòd neque Salomon*, qui præ aliis regibus dilectus Deo ſuo erat, & vocabatur, & præ omnibus regibus delitiis abũdauit & diuitiis, *in omnia gloria ſua*, triplici videlicet, diuitiarum, ſapientię & potentiæ *coopertus eſt*, tam pulchro, tam fragrante, tam mira colorum varietate diſtincto veſtimento. Taceo de virtute florum, *ſicut vnum ex iſtis*, liliis & floribus. Reuera quid ſericum, quid pictura textricum ad illa? Quid rubet vt roſa? Quid candet vt lilium? Quid tam ad ſanitatem vtile eſt vt flores? Quid redolet vt viola & vinea florens. Poſſunt textores diuerſos flores artis induſtria in veſtimentis depingere, ſed florum nec virtutem, nec odorem, illis dare poſſunt, Fictum non verum eſt, quod oculos paſcit. In Salomone fuerũt veſtes alienę, in lilio propriæ, illæ ab arte, iſtæ à natura. *Si autem fœnum agri*, id eſt, flores ſiue lilia, qui fœnum dicuntur propter viriditatem, agri propter communicatem, *quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur*. vt quid vile vt comburatur, *Deus ſic veſtit*, ſic pulchre, ſi mirifice, ſine ſua ſollicitudine, *quanto magis vos*, veſtiet in corpore, lana & lino ad neceſſitatem? In anima autem induet vos Chriſtum, amiciet vos ſole, induet vos iuſtitia, & nouum hominem qui creatur ſecundum deum induet, byſſus & purpura erit veſtis animæ, fortitudo & decor, & duplicibus adornabitur. & omnis familia eius. De quo nobis grandis ſermo & difficilis explicatu. Sed de his non eſt modò dicendum per ſingula. Verùm qualis ſit externus habitus (ſi tamen non fuerit pretioſus, & corpus teguerit) parum retulerit, ſed de animæ ornatu plus oporteret nos eſſe ſollicitos. At (quod citra cordis mœrorem dicere nequeo) animam nudam dimittimus, nihil verentes quòd ante oculos Dei & omnium electorum eius apparet confuſio & turpitudo. Et

[Margin: Ioan. 14; Rom. 13; Gal. 3; Prou. 3]

Et quòd non niſi veſtita veſte nuptiali ac virtutum
Matt.22 ſplendore.ſed nuptias regales ei patebit ingreſſus.Cor
Sap.9 pus autem quod aggrauat animam, mox in cinerem
rediturum & terram, tanto ſtudio varietate circumamicimus,& componimus,vt omnium oculis, qui ea quę carnis ſunt ſapiunt,cupiunt & quærunt, mirabiles ſumus.Et quantiſlibet auri & argenti mollibus veſtimen precioſis, fœda caro noſtra ornetur, quid eſt aliud caro,quàm ſaccus ſtercorum animæ onus, diaboli armapeccatorum ſcatebra, laqueus mortis. *Quanto magis vos*,ſcilicet veſtiet,& de neceſſariis vobis prouidebit Vos inquam qui eſtis *modicæ fidei*. Et re vera modicæ fidei ſumus,quos exemplis inſenſibilium rerum opor-
1.Cor. 7 tet ad fidem reducere & docere quæ ſunt ſalutis.Quin
Phil.4 ta ratio talis eſt:Si Deus infideles paſcit & malos, qui Deum ignorant,& nihil de eius prouidentia credunt & ſciunt,ergo multo plus fideles & bonos. dicit ergo. *Nolite ergo ſolliciti eſſe*.Volo vos ſine ſollicitudine eſſe.Et iterum:Nihil ſolliciti ſitis,*dicentes*, *Quid manducabimus aut quid bibemus*. hoc pertinet ad alimentũ *aut quo operiemur*?quod pertinet ad veſtimentum,Et non dicit,noli-
Eſai 64
1.Cor. 2 te quærere.nolite laborare,ſed nolite eſſe ſolliciti.*Hæc*
Iob.22 *enim omnia gentes inquirunt*.Vel quia nullam ſpem futurorum bonorum.quæ Deus præparauit his qui diligunt eum,habent.Neque Deum eorum quæ in terra fiunt, curam aut prouidentiam habere putant,Nec à iudiciis
Sap.2 Dei timent.Sed hominem ſicut iumenta arbitrantur. ideo hæc,quærunt,perinde ac maxima bona, & vera bona nec ſciunt.nec appetunt,nec quærunt. Chriſtiani,vero ò,potius de veris bonis eſſe debent ſolliciti.

Sexta ratio ſumitur ex ſollicitudine dei pro nobis, qui & ſcit neceſſitatem noſtram quòd his indigemus. Pro paruulis enim pater eſt ſollicitus. dicit ergo, *Scit enim pater veſter quia omnibus his indigetis*.ad vitæ conſeruationem.Indigetis inquit.In quo verbo damnantur qui cibo,potu & veſtimentis abutuntur, ſupra neceſſitatem. Vel ad luxuriam, vel ad crapulam & ebrietatem, vel iactantiam vel ad ſuperbiam, vel vt confundant eos qui talia non habent, vel qui cibo & potu & veſtimentis ſuis alios ſcandaliſant.offendunt,contriſtant, opus Dei deſtruunt infirmos in fide & imperfectos in moribus infirmant.Væ autem mundo à ſcandalis tantis, in

tempore

tempore iſto periculoſo & diebus malis. De his longus ſermo, imò iuſti libri multi conſcribi poſſent, Expende emphaſim verborum iſtorum: Pater veſter vt non dubites de voluntate. Scit quia indigetis, vt non dubites de effectu. Et quis ignorat, quoniam pater miſericordiarum eſt pius, benignus & miſericors, & clemens, bonus, Abunde ſatis oſtendit non eſſe ſeruiendum Mammonę pro neceſſitate temporalium, Iam oſtendit, quòd ſeruiendum eſt Deo in timore, in ſanctitate & iuſtitia, omnibus diebus noſtris: qui dat miniſtris ſuis regnum cœlorum, & adiicit temporalia Oſtendit autem quid ſit quærendum principaliter, & de quo mens debeat eſſe ſollicita, & ordinem verum Nempe, triplex bonum, cœleſte, ſpirituale, temporale. Vel bonum vtile, honeſtum, delectabile. Bonum gloriæ, gratiæ, fortunæ. Bonum maximum, minus, minimum. Primum debet eſſe in intentione, ſicut finis & præmium: Vt reportemus finem fidei noſtræ, vitam æternam. Secundum in operatione, tanquam meritum Poſtremum in adiectione, tanquam ſuſtentamentũ. Et hoc eſt quod dicit: Nolite eſſe ſolliciti quærendo temporalia, vt mundi huius filij & amatores Sed quid tunc? *Quærite primum*, & principaliter, ſuper omnia ante omnia, & in tota anima veſtra, *regnum dei.* quod extra vos eſt, intra vos eſt ſupra vos eſt. Primùm regnum Eccleſiæ, & corpus Chriſti myſticum, in quod intratur per fidem & baptiſmum. Alterum eſt regnum conſcientiæ, quod intra nos eſt, in quo Deus hominem regit & dirigit in ſemita mandatorum ſuorum, atque deducit per vias rectas in via regia & excellentiori charitatis. Tertium eſt regnum cœlorum iuſtis paratum ab origine mundi De quo apud Lucam proximus paſſioni dominus ait: Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. Et ne ſit error in quærendo, & ne fruſtra illud quæratur, oſtendit viam bonam per quam ambulent, dicens: *& iuſtitiam eius* Ecce via ad regnum, iuſtitia fidei ad regnum Eccleſiæ: Iuſtitia bonitatis, charitatis, ad regnum conſcientiæ: Iuſtitia operis & meriti, ad regnum cœli Iuſti enim fulgebunt ſicut ſol in regno cœlorum. Primùm eſt in fide, ſecundum in charitate, tertium in ſpe expectatur. In regnum fidei tranſtulit nos Deus gratis, ſine operibus iuſtitiæ quæ feciſſemus nos. Regnum conſcientiæ

Pſ. 118
1. Pet. 1
Pſ. 118
Luc. 22
Mat. 19
Rom. 8

tiæ

tiæ vim patitur, ibi legitime certare oportet pro corona gloriæ Ibi in operibus bonis, quæ Deus præparauit, ordinauit & mandauit, ambulare, oportet. Ibi oportet in omnibus operibus bonis fructificare, omnibus virtutibus ornari, in illis militare, militiam bonam, habendo fidem ad Deum, & conſcientiam ſiue vitam bonam, Iuſtitia regni, eſt omnia quæ Chriſtus
Rom. 15 docuit ſeruare & facere, Ad iſtud tota vita noſtra ordinari debet. Et accipitur iuſtitia hic pro iuſtitia communi, quæ complectitur omnes virtutes, omnem animæ & corporis rectitudinem Per hanc homo recte ordinatur ad Deum, ad ſeipſum & ad proximum, vbique
Sap 5 & in omnibus inſtitutus & ordinatus eſt. Omnibus omnia efficitur, per omnia omnibus placet in bono, non quærens in hoc quod ſibi vtile eſt, ſed quod multi, vel potius quod omnibus, vt ſalui fiant Iſti iuſti in
2. Pet. 2 perpetuum viuent, & apud dominum eſt merces eorum Iſti intrabunt in vitam æternam. Iſt autem iuſtus, qui iuſtitiam operatur prius dictam. Tertiò loco ſubſidium temporale promittitur. *et hæc omnia*, temporalia videlicet & infima bona, victus & veſtitus,
Rom. 8 adiicientur vobis, non dabuntur, ne regno & virtutibus videantur æquiparanda. Additio eſt minoris boni, aut eius boni quod non quæritur principaliter, aut boni quo vtendum eſt ad finis intenti conſecutionem. Et ideo non dari, ſed rei iam datæ diuino promiſſo, quo diuinę conſortes naturæ efficimur, hæredes Dei, & cohæredes Chriſti adiici dicuntur. Iacta igitur cogitatum tum in dominum, & ipſe te enutriet. Hic errant mundani tripliciter. Primò, quia principaliter & ante omnia quærunt temporalia, ſecundario autem & per
Eccle. 9 accidens, quærunt (ſi tamen quærunt & non aſpernantur, vel pedibus margaritas cœleſtes porcorum inſtar non conculcant, & ſcientiam viarum Dei habere recuſant) bona gratiæ, & regnum Dei internum in corde: Quod eſt iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpirituſancto. non eſca & potus. Secundo quia regnum Dei vltimò & quidem ſerò, nimis, quando nec tempus, nec locus, nec ratio nec ſapientia, nec ſcientia bene operandi & merendi ſunt, poſt mortem videlicet, quærunt, inæternum miſericordiam non conſecuturi vt patet in ſtultis virginibus, in edonibus & bibonibus.

bus,qui etſi verbum domini audierunt,virtutes in nomine Chriſti multas fecerunt,exauditi tamen non ſunt quia operati erant iniquitatem, & clauſa ianua pulſauerunt,Tertiò. quia quærunt regnum Dei, ſed non quærunt iuſtitiam eius: quæ eſt Deum & Chriſtum imitari ſicut filij chariſſimi, formam vel imaginem cœleſtis Adæ portare, ſeruare omnia quæ præcepit Chriſtus,declinare à malo & facere bonum ſine defectione.Ad hoc enim ordinatur tota vita Chriſtiana. *Mat. 25* Sic filij Zebedæi regnare volebant cum Chriſto in cœlo,antequam legitimè certauerint in mundo.Volebant coronam iuſtitiæ ordine præpoſtero accipere, ante- *Eph.5* quam bonum certamen certauerint.fidem vſque in finem ſeruauerint. Volebant ante laborem mercedem *2.Tim. 4* accipere,& errauerunt.Vos eſtis qui permanſiſtis mecum &c.

DOMINICA XVII. POST PENTECOST. IN EPIST. ad Eph iiij. Sermo.

O*Bſecro vos ego vinctus in Domino.* In iſta lectione Apoſtolus fideles in virtutibus & moribus bonis ad iuſtitiam omnem adimplendam erudit: dicens. Obſecro vos per miſericordiam Dei,& per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum , & per charitatem ſpiritusſancti. Generoſus enim eſt animus hominis,magis vult verborũ dulcedine comiter duci,quã aſperis verbis im- *1.Pet.2* portunè trahi.Ideò quãuis Philemoni imperare potuiſſel ꝙ ad rẽ ꝑtinebat,tamẽ propter charitatẽ magis voluit eũ obſecrare.Ego Paulus pater veſter in euãgelio, & apoſtolus,*vinctus in domino*.id eſt, propter dominum vniuerſorũ,nõ propter mea facinora. Et hoc eſt gloria *Luc.2* magna,& gratia corã Deo .Obſecro *vt digne ambuletis*, de virtutem eundo proficiendo cum paruulo Ieſu in ſapientia & ætate & gratia , apud deum & homines, ſemper,*vocatione ſancta qua vocati eſtis*, & virtutes annunciate tum moribus,tum verbis,eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ ſuũ,in regnũ ſuũ & in partem ſortis ſanctorum in lumine. Ergo ſecundum eũ qui vocauit vos ſanctũ,& vos in omni conuerſatione

veſtra

veſtra ſancti eſtote,ſicut ſcriptū eſt:Sancti eſtote, quo-
Leuit. 19 niam ego ſanctus ſum. Quales ergo nos eſſe oportet
2. *Petr.* 3 in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, vnuſquiſque
Philip. 1 apud ſe recogitet. Ergo iuxta Apoſtolum non ſufficit
Coloſ. 1 vocatio ad fidem, ſed vita deo & euangelio digna re-
1. *Theſ.* 3 quiritur,hoc eſt bona opera, quæ præparauit deus, vt
in illis ambulemus,poſtquam de morte ad vitā tranſlati
ſumus. Vnde alibi ait: Ambulate dignè deo, ei per
omnia placentes,in omni opere bono fructificātes. Sic
Apoſtolus omnibus placuit in bono. Nulli dedit vllam
offenſionem.Sanctè,iuſtè, & ſine querela omnibus ad-
fuit,exemplum omnium bonorū operum ſeipſum aliis
præbuit,in doctrina,in integritate, in grauitate. Am-
bulauit ſicut Chriſtus ambulauit, *cum omni humilitate*,
Phil. 2 cordis,oris & operis Humiliter ſentite de vobis,& alios
ſuperiores vobis arbitramini Humiliter loquimini de
vobis,vos canes mortuos & pulices vocando cum Da
uid Cinerem & puluerem cum Abraham. Abortiuos,
minimos ſanctorum,maximos peccatorum, cum Pau-
1. *Re.* 26 lo.Humilia obſequia aliis impendēdo.Lauādo pedes
Gen. 18 pauperum,miniſtrādo egenis & infirmis &c.Hic caue-
1. *Co.* 15 re oportet ne quis nequiter ſe humliet, ſicut hypocri-
1. *Tim.* 1 tæ,cum interiora eius plena ſint dolis. *& manſuetudine*
mitate,& cum manſuetudine opera veſtra perficite, &
Mat. 12 cum magna tranquillitate iudicate,& cum reuerentia
Luc 21 omnia diſponite,ſine ira & turbatione. Has virtutes
Iac 2 ſpecialiter ſeruator noſter docuit opere & ſermone,
Luc. 8 dicens.Diſcite à me,quia mitis ſum. & humilis corde.
cum patientia.in aduerſis, in qua poſſidere animas ve-
Heb. 11 ſtras poteſtis,Hæc opus perfectum habet. In hac ſola,
terra bona & optima in ſemine ſuſcepto fructum cen-
tuplum profert. Hæc electis in primis neceſſaria. vt in
ea voluntatem dei facientes, repromiſſionem vitæ æ-
ternæ reportent.Et in ea *ſupportantes inuicem in charitate*,
quæ patiens & benigna eſt: Et aliorum onera portan-
do, adimplete legem regalem & perfectæ libertatis Ie-
ſu Chriſti, quæ in vno ſermone & verbo, dilectionis
Gal. 5 impletur,vt Apoſtolus dicit. Et obſerua, quòd in chari-
1. *Cor.* 13 tate hæc ſupportatio fieri debet, eo quod charitas ve-
ra,omnia ſuffert, & omnia ſuſtinet, ac magis dolet ex-
ulceratoris & exaſperatoris vicem & noxam, quā pro-
prias contumelias, moleſtias & læſiones & improperia.
Sed

Sed & vnitatem,conſenſionem et vnanimitatem ec- 1. Cor.8
cleſiaſticæ pacis imprimis monet obſeruandam,quia in
pace vocauit nos deus pacis et dilectionis.Vt dixi, am-
bulate dignè deo et euangelio.Et cùm hoc *ſolliciti* eſto-
te et omnem curam ſubinferte, *ſeruare vnitatem ſpiritus*,
id eſt,eccleſiæ quam facit ſpiritusſanctus,ſicut è contra
ſchiſmata turbationes,diſſentiones et hæreſes, Satan Act 4
et diabolus. Sic multitudinis quam in vnum vocauit Pſal.6
deus, erat cor vnum et anima vna. Habitabant vnius
moris in domo,et hoc *in vinculo pacis* Chriſti,quæ vin-
culum eſt huius vnitatis. Hanc pacem Chriſtus in cœ-
na dedit.Hanc inſtar teſtamēti hæredibus ſuis reliquit.
Hāc in cruce fecit,in qua omnia pacificauit in ſangui- Ioan. 20
ne ſuo.Hanc à mortuis reſurgens primum diſcipulis in Epheſ.1 5
pace congregatis inſtauratam annunciauit. Proinde,
pacem ſequi debemus & ſanctimoniā, ſine quibus ne-
mo videbit Deum, nec partem in ſorte iuſtorum acci- Ioan. 20
piet in lumine viuentium. Hanc vnitatem ſeruare de- Hebr. 12
bemus,diligenter,quia ſollicitè. Spiritualiter,quia ſpi-
ritu indiſſolubiliter,quia in vinculo pacis.Et tūc Deus Coloſ.1
pacis & dilectionis eſt nobiſcum, eo quòd in pace eſt
locus eius. Hæc pax eſt,ſi bona noſtra inuicem diligi-
mus, communicamus & fouemus. Si peccata quæ ſi-
ne damno tritici, aut cum ſpe colligendorum eradica-
ri non poſſunt,vſque ad meſſem vltimam patienter to-
leramus: ſicut Dauid proditiones Ioab dum innocen-
tes in dolo occidit,videlicet Abner & Amaſiam, viros 1. Reg. 3
meliores ſe & virtutis, Sic etiam ad tempus ſuum Se- 2.Re.20
mei malicias diſſimulauit. Ad hoc vinculū pacis ſer- 2.Re.16
uandum vrgere vos debet illud quòd eſtis, *vnum corpus*
Chriſti myſticū,& alter alterius membrū. Inter mem- Rom. 12
bra autem vnius corporis nō eſt ſchiſma, & vnū aliud 1.Cor.
fouet,nutrit,iuuat & tuetur *vnus ſpiritus* vos qui corpus 12.
Chriſti eſtis, vos viuificat, regit, docet, & diuiſiones Ephes.4
gratiarū operatur,& omnia bona in ſingulis & in om-
nibus huius corporis mēbris. Et ſi ab iſto corpore ali-
quod membrum abſcinditur,formam quidem qua co-
gnoſcitur retinet,ſed putreſcit, proiicitur à facie ocu-
lorum,ad nihilum vltra valet, quia ſpiritum vnitatis &
viuificantem non habet.Fruſtra igitur membrum hoc
foris de forma gloriatur & tumet, dum intus ſpiritum
viuificantem non habet.Ille omnia in omnibus opera-

tur, & ſine eo nihil poſſunt. Ille ſpiritus facit nos deo
Rom. 15 adhærere, & vnum ſpiritũ cum eo eſſe. Facit quod multitudo cor vnum & vnam animam habet, vno ore deum
Titi 3 laudat, idipſum volunt & nolunt omnes in bono. Et
1. Tim. 1. hoc facite, *ſicut vocati eſtis*, non ex operibus iuſtitiæ, quæ feciſſetis, ſed ex mera gratia & miſericordia dei, quæ ſuperabũdauit in vobis, *in vna ſpe vocationis veſtræ*, id eſt, ad vnam rem (quæ eſt effectus vocationis) ſperatam: Nempè, beatitudinem æternam, Ad cœnam quip-
Apoc. 19 pè nuptiarum agni vocati ſumus. Et iterum: Repromiſ-
Hebr. 9 ſionem accipiant qui vocati ſunt, æternę hæreditatis &
Titi 3 regni cæleſtis. Et iterum: Hæredes ſumus ſecundum ſpem vitę æternę. Ratione quadruplici rurſus aſtruit quare vnitas eccleſiaſtica inuiolabiliter eſt ſeruanda. Tum quòd omnes vnum habemus rectorem, vnã partem, ſacramenta eadem, vnum deum & patrem. Dicit
Apoc. 19 ergo: *Vnus dominus* Ieſus Chriſtus, qui eſt rex regum, dominus dominantium, & princeps regum terræ Ideo
Matt 12 vnitas ſeruanda. Non enim ſunt multi domini, quorum
Luce 14 diuerſis voluntatibus pateat diſcordia, ſicut vſu venit,
Zach. 14 cùm regnum in ſe diuiſum eſt, & domus ſupra domum
Ezec. 37 cadit. Vel quando rex vnus cõtra alium vadit committere bellum Iam vnus eſt rex & vnus dominus eſt omnium, & nomen eius vnum. Rex vnus omnibus imperans eſt, & non ſunt amplius duæ gẽtes, mutuo ſe bellis laceſſentes, & prouocantes. *vna fides*, de eodem cui iubemur credere, & eodem modo operari. Vna in omnibus fides, non numero, ſed genere, quia ſimilis in ſingulis. *vnum baptiſma*, quo regeneramur & renouamur per ſpiritumſanctum, & aquam in verbo vitæ, æquale à quocunque detur, nec iterabile, quia vnus eſt qui intus baptizat ſpirituſſanctus, Itẽ nõ iteratur ex morte Chriſti: Quicũque enim baptizamur, in morte Chriſti bapti-
Roma. 6 zamur. Chriſtus antè ſemel pro peccatis noſtris mor-
1. Petr. 3 tuus eſt, & amplius non moritur. mors illi vltra nõ dominatur. *Vnus deus* creando *& pater omnium*, amando & gubernando. Ideo nemo poteſt ſe alteri præferre. Nunquid non pater eſt vnus omnium noſtrũ? Nunquid
M lac. 2 non deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſ-
Matt. 25 quiſque noſtrum fratrem ſuum, violans pactum patrum
Sap. 14 noſtrorum? Vnus eſt pater noſter, qui in cœlis eſt. Et alibi: Tua autem pater prouidentia cuncta gubernat,

quæ

qui ſuper omnes eſt, excellentia dignitatis, *& per omnia,* præſentia ſuæ maieſtatis, *& in omnibus* bonis & rectis corde, per gratiam inhabitationis. Quia ipſe in ſancto habitat & manſionem apud eum facit. Poſſunt hæc etiam perſonis diſtinctis appropriari. Nam deus & pater omnium, eſt ſuper omnes per excellētiam, velut author & princeps vniuerſorum, omnem habēs virtutem, omnia proſpiciens, omnibus imperans, in cuius ditione cuncta ſunt poſita, cuius poteſtati nemo poteſt reſiſtere. Et omnia quæ vult facit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Et per omnia, quo ad filium, per quem omnia facta ſunt. Qui omnia operatur ſecundum conſiliū voluntatis ſuæ. Et in omnibus nobis, per gratiam, quō ad ſpiritum ſanctū, quia membra noſtra templum ſunt ſpiritusſancti. Neceſſariò igitur cōcordes eſſe debemus, & corpore ſubueniendo, & ſpiritu amando ſyncerè, ſicut concordes ſumus idem præmium expectando, & eundem denarium diurnum, & eandem iuſtitię coronam incorruptam. Quia ſub vno domino militamus &c.

Ioan. 14 *Sapien. 9* *Heſt. 13* *Ioan. 1* *Epheſ. 1* *1. Cor. 6* *Matt. 20* *1. Cor. 9*

In eccleſia eſt multiplex vnitas.

Ante omnia eſt ibi vnitas corporis Chriſti, quod ex diuerſis membris componitur. Quia multi vnum corpus ſumus. Vnum caput Chriſtus, quo regitur. Idipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam. Vnus ſpiritus, quo viuificatur. Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus. Vnum euangelium quo inſtruitur. Si quis aliud euangelizauerit &c. Vnum ſacramentum, quo regeneratur & ſanctificatur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Vnus cibus, quo reficitur. De vno pane & de vno calice participamus. Vnum precium quo redimitur, videlicet ſanguine Chriſti. Vno patre ex quo propagatur. Vno magiſtro quo docetur. Vnum ouile in quo paſcitur &c. Vna merces qua remuneratur: Ego ſum merces tua magna nimis.

Rom. 12 *1. Cor. 12.* *Epheſ. 4* *Galat. 1* *1. Cor. 10.* *1. Petr. 1* *Gene 15*

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN, IN EVANG. Lucæ vij. Sermo.

MAGNA ſunt omnia opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius, ſicut ſcriptum eſt. *Pſ. 100*

 Quàm

Quàm magnificata ſunt opera tua domine, nimis profundæ factę ſunt cogitationes tuę, eo quòd omnia in ſapientia feciſti. Ideo viri inſipientes non cognoſcunt, & ſtulti ea non intelligunt. Vt omnia taceā, verbis quis poterit æquare loquendo, quantum miraculū ſit creatio tot animarum omni die, infuſio gratiæ & iuſtificatio tot peccatorum? Vt taceam de ortu & occaſu ſolis, de motu cœlorum, & id genus aliis innumeris, de quibus appoſitè illud dici poteſt Pſalmi. Venite & videte opera domini, quæ poſuit prodigia ſuper terrā. Verum, hæc aſſiduitate nobis vilnerunt, adeo, vt rarus ſit qui ea attendere curet. Ideo Chriſtus dei ſapientia & virtus, innouauit ſigna, immutauit mirabilia, glorificauit manum ſuam & brachium dextrum ſuum. Opera talia fecit, quæ nemo alius fecit, vt qui verbis illius non crederent, vel operibus crederent & ſignis: ſed filij diaboli doctrinam eius aſpernabantur, miracula eius blaſphemabant, & in Beelzebub facta calumniabantur. Imò & ipſum ſanctum ſanctórum Beelzebub appellabant. At, ſicut nec ſapientiam, ita nec benignitatem Chriſti vicit malitia, imò vicit in bono malum, verè mitis & humilis corde. Hoc præſens atteſtatur euangelium, in quo oſtenditur quòd poſtquā ei reddiderunt mala pro bonis, odium pro ſua dilectione, adhuc benefecit in bona voluntate ſua Iudæis, et filium vnicum matris ſuę viduę reuocauit ad vitam. Et tria in eo facit. Vnum eſt occurſus delati funeris. Alterum eſt reſuſcitatio adoleſcentis. Tertium magnificatio diuini muneris. Dicit ergo: *Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim.* Ad literam Naim ciuitas Galilæę eſt, duobus miliaribus diſtans à monte Thabor. Dum igitur Ieſus in terris viſus, et cū hominibus conuerſatus eſt, non ſedit ocioſus, deliciis affluens, honorem ab hominibus non accepit, non imperabat cū auſteritate, ſicut reges terrę, et omnes qui ſua quęrunt, non quę Ieſu Chriſti. Ibat mittens ſemen ſanctum, verbum ſuū ſuper omnes aquas, docendo omnēs populos. Ibat ipſe dignos ſe circuiens et quęrēs, vt in viis ſuis oſtēderet ſe illis hilariter, et in omni prouidentia occurreret illis. Ibat Ieſus verus ſol iuſtitię, et proficiebat ſapientia et ętate et gratia apud deum et homines. Non tamen abiit in concilio impiorum, nec in via peccatorum ſtetit, nec in cathedra peſtilētię ſedit.

Pſal. 54 · *Eccle. 36* · *Luce 16* · *Matt. 10* · *Sapien. 7* · *Pſal. 50* · *Baruc. 3* · *Matt. 13* · *Sapien. 6*

dit. Ibat & pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. Ibat ouem perditam & drachmam accenſa cum lucerna diligentiſſimè quærens, donec inuenit eam Hanc vt poſſit inuenire, iuit in ciuitatē, non dei viuentis Hieruſalem cœleſtem, & multorū milium *Hebr. 12* angelorū frequentiam: ſed dimiſit, & in hūc mundum, ciuitatem magnam, eam quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus & Babylō magna & fortis, venit. Sed *Apoc. 14* nomina hæc in præſentiarum diſcutere nolo. Ibi quæſiuit, quia quæ perierat, ibi ouis oberrabat in inuiis, & inaquoſis, & non in via ciuitatis habitaculi, quam nec ſciuit, nec potuit in tenebris ambulans, & malitia excæcatus miſer homo, inuenire. Donec venit lux magna, quæ omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat. Ille nobis notas fecit vias vitę. Et modo *Pſal. 15* ibat in ciuitatē quæ vocatur Naim, quæ interpretatur motus vel motio, & mundum hunc qui tranſit cū concupiſcentia ſua, & nunquam in eodem ſtatu permanet, ſignificat. Mundus iſte mare magnum & ſpatioſum, in *Pſ. 103* quo reptilia ſunt, quorū non eſt numerus, ventis ſuperbię commouetur, fluctus tribulationum ad cœlū vſque exaltat, nunquam in vera pace Chriſti, qua expers eſt, tranquillus eſt in ſeipſo. Qui mare hoc nauigāt, & domino in ſpiritu & in veritate ſeruiunt, ſciūt & enarrant pericula eius, nēpè, quòd totus in maligno eſt poſitus. Dictus ergo eſt mundus, non à munditia, ſed à motu & *Eſaia 24* fluctuatione: ſemper enim commouetur, & cōfractione confringitur Et Chriſtus in hunc veniens, commotione *Ioan. 7* ſalutari eum cōmouit, videlicet, nouitate doctrinę, quia nunquam ſic homo locutus eſt. Gratię ſuę plenitudine, *2. Petr. 2* de qua omnes accepimus. Conuerſationis & vitæ ſanctitate, quia peccatum non fecit. & princeps mundi nihil in eo habuit. Miraculornm gloria & claritate Adeò miris, vt ipſi filij diaboli dicerēt: Tanta ſigna hic homo facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum Eſt autem in mundo quintuplex commotio, vt taceam cæteras, videlicet: naturę, fortunę, voluntatis, voluptatis & tentationis. Fluxus & mutatio naturę eſt, à natiuitate in infantiam, in pueritiam, deinde in iuuentutem &c. Dicente Pſal. Mane ſicut herba tranſeat. Ecce pueritię viriditas: Mane floreat pueritia, & tranſeat in bono vel in malo in iuuentute. veſpere ſenectutis decidat: ecce

caſus ſenectutis, indurct & areſcat, ecce mors. Iſte motus ſine omni quiete eſt, Quaſi enim flos egreditur & conteritur &c. Et ſic quaſi aquæ dilabimur in terram.
Sap. 2. 5 De hoc vide in libro ſapiétiæ Salomonis Fortunæ mutatio quanta eſt: A proſperitate in aduerſitatem, vt Iob: A diuitijs in penuriam, vt Lot, omnibus relictis exiuit Sodomā ab amicis in deſolationem, vt Nabuchodonoſor: A principatu in ſubiectionem viliſſimam, vt Adonibezeth: A gaudio in triſtitiam, vt diues epulo, vel Dauid cum perſequeretur à filio ſuo Abſalon. Igitur omnia, vanitas. Ludit in humanís, incerta prouidentia reus, Commotio voluntatis mira eſt: nunc diligit, mox quem dilexit odit: Non poteſt ei quiſquam pacificè loqui, grauis eſt ei ad videndum. Quo teneam nodo mutantem Protea vultum? Voluptatis mirabilis commotio eſt. Sedet populus manducare & bibere, ſurgunt ludere, poſt hoc tradunt ſe impudicitiæ. Roſis ſe coronant, vbique relinquunt ſigna lætitiæ ſuæ. Omni voluptate perfruuntur. Sed & ibi vanitas eſt & afflictio ſpiritus maxima. Lætātur cùm maleficiunt, & in rebus peſſimis exultant. Non dormiunt, niſi cum maleſecerint. Et repentinus eos ſu-
Prou. 4 peruenit interitus. Quinta commotio tentationum eſt, & hæc nunquam quieſcit, eſt enim ſicut mare feruens. Semper hic vigilare oportet, vna victa, decem redeunt.
Eſai. 57 Caro, mundus, demonia, diuerſa mouent prælia. Tentatio hydra ſerpens eſt, cui capite vno abſciſo multa renaſcebantur. Igitur, militia eſt vita hominis ſuper terrā. Armis hic opus apoſtolicis, videlicet cingulo caſtitatis, ſcuto bonæ voluntatis & fidei, lorica iuſtitiæ, gladio verbi dei, galea ſpei, charitatis ariete. Hic nullum diabolo locum dare oportet, hic fortiter ei in fide oportet reſiſtere, & ſic fugit confuſus. Huic ergo ciuitati ſanguinum Chriſtus appropinquauit, ad eam iuit, vt fluctus eius cō-
Matt. 10 peſceret, tempeſtates eius ſedaret, facerétque tranquil-
Ioan. 6 litatem. Docuit enim gratiæ, non naturæ ſequi inclinationem. Docuit fortunæ mutabilitatem æqui boni que conſulere, ad voluntatem & ordinationem dei cuncta referre. Docuit voluntatem noſtram voluntati diuinæ conformare. Docuit voluptates aſpernari, per anguſtam portam intrare. Et tunc tantum abeſt, vt nobis noceat, quod etiam omnia nobis cooperantur in bo-
Rom. 8 num. *Et ibant cum eo diſcipuli eius*, audiendo magiſtrum,

militcs

milites ducem ſequendo, ſtellæ ſolem, oues paſtorem, filij ſponſi ſponſum comitando, infirmi medicum non deſerendo, pulli gallinam, orphani & pupilli patrem: deſolati conſolatorem cæci, verum lumen: pauperes, diuitem: liberati, redemptorem. Et quò abirent, aut vbi bene eſſent ſine illo? Væ illi qui Ieſum deſerit, qui cum illo non ambulat. Quò ibimus Domine à te? dixit Petrus. Verba vitæ æternæ habes. *Et turba copioſa.* Multi vt doctrinam eius audirent. Alij vt ſanarentur à lāguoribus ſuis. Nonnulli vt illi neceſſaria vitæ miniſtrarent, vel vt miracula eius viderent quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur, vel vt caperent eum in ſermone, aut aliquid viderent, vnde eum accuſarent. Sic multis erat odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Poſitus fuit in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael. *cum autem appropinquaret portæ ciuitatis,* corpore & pietatis miſericordiæque ſuę dulcedine. *ecce defunctus efferebatur.* Iudęi mortuos ſuos extra ciuitates ſepeliebant, vt etiam in Lazari ſepultura apparet & Chriſti *filius vnicus matri ſuæ.* Ex hoc maior fuit cauſa doloris, maiórque neceſſitas conſolationis: Dolor enim de morte vnigeniti, grauiſſimus eſt. Hic Propheta volens monere ad grauiſſimum dolorem, dicit: Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum. Et Zacharias ait: Plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum. *Et hæc vidua erat.* O quàm amara conditio matris eſt. Prius maritum amiſit, iam chariſsimæ, prolis ſolatio orbata eſt. Sic eam puto intra lamenta dixiſſe: Heu me fili mi, vt quid te amiſi lumen oculorum meorum, baculum ſenectutis meæ, ſolatium vitæ meæ, ſpem poſteritatis meæ. Omnia ſimul in te habui, Tu meæ deliciæ, tu gaudium meum, tu inter tribulationes quæ inuenerunt me nimis. ſicut & viduas omnes calicem iſtum ſalutarem, ſed amarum valde bibere oportet, conſolatio mea eras poſt deum ſuperplena. O fili mi, vtinam ego mortua eſſem pro te. *& turba ciuitatis multa cum illa.* Vt ſic turba multa quæ conuenerat ex vtraq; parte, miraculū videret in laudes Dei tacentia prius ora laxarēt, teſtes beneficij eſſent vſque ad fines terræ. Et qui mortuo miſericordiam fecerunt eum comitando ad ſepulturā, miſericordiā hanc ſunt conſecuti, quod tātum miraculum

Gen.50 oculis ſuis viderunt. Sic Ioſeph patrem ſuum Iacob, magna comitante caterua, vt viuus expetierat, ad ſepul-
1. Re 13 chrum patrum ſuorum perduxit. Dauid vir ſecundũ cor
Act.8 Dei feretrum Abner cum multo populo ſequebatur. Sic Stephanum viri timorati curauerunt, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. Inſuper qui conuenerant acceperunt corpus Ieſu, noſtræ redemptionis opere conſummato: de cruce, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire mortuos ſuos. Ecce regum rex, & Dominus vniuerſorum, iuxta morem, non iuxta legis præſcriptum, quod nullum prorſus habebant, ſepeliri voluit. At noſtri temporis impoſtores, Satanæ apoſtoli, doctores mendaces & cæci, cæcorum ductores, morem eccleſiæ in ſepeliendis fidelium corporibus, ſuggillant horrendis ſcommatibus extenuant, ſcurrilibus verbis damnant. Quem tamen Eccleſia Dei, diuo teſte Dyoniſio, ab apoſtolorum ordinatione habet &
Hier.7 vſu. At recte filiis deſertoribus, hæretico fermento corruptis rependitur: Nam dum hîc beſtias viuunt, & Satanica obſtinatione ipſis ſunt infidelibus peiores, indigni prorſus ſunt eccleſiaſtico more ſepeliri. ſed ſepultura aſini ſepeliuntur. Moriuntur vt iuxta vulgare prouerbiũ incipiam, ſine lux, ſine crux, ſine oleum, ſine deum. Et verè ſine fide electorum, abſque ſpe piorum, nec charitatis ſynceræ, vllum dum vixerunt, ſignum vel opus o-
Sap 3 ſtenderunt. Ore quidem Chriſtum confitebantur nonnulli eorum, ſed factis negabant, atque erant abominabiles in ſtudiis ſuis, ſcandaloſi in vita & operibus, increduli verbis dei, quibus iuſtis gloriam, iniuſtis interminatur pœnam æternam. Hinc eſt, quòd à iudiciis Dei non timuerunt. audacter Deum prouocauerunt, percuſſerunt fœdus cum morte, & cum inferno fecerunt pactum
Iſa.28 Poſuerunt mendacium ſpem ſuam, & mendacio ſe protexerunt, dicentes: Flagellum inundans iuſti iudicij Dei cùm tranſierint, non veniet ſuper nos. Sunt adeo ſecuri impij iſti, quaſi iuſtorum opera haberent. Hinc ſunt etiã ad opera bona, non ſolum reprobi, ſed ea ſuggillant, exufflant, deridenr, damnant, nec adiutoria, ſed impedimenta ſalutis ea fore garriunt impudenter. Qualis er-
Tit.1. go vita erat, talis finis ſequitur eos. Beſtias malas vixerunt & viuunt, adhuc in ſordibus ſordeſcentes, & in ſtercore ſuo computreſcentes. Similes ergo imò deteriores

deteriores beſtiis cum ſint, idcirco vnus interitus iſtorum hominum eſt & iumentorum, & ęqua vtrorúmque conditio, nihílque habēt iumentis quod laudibus proſequi poſſint, âmplius. Verùm, quod culpā habeat & vituperio dignum, excedūt omnes beſtias, & patri ſuo diabolo ſimiles ſunt, cuius deſideria animo propenſiſſimo faciūt & opera Hinc poſt mortem, morticina eorū quaſi ſtercus ſuper faciem terræ ſunt. Et ſicut abortiua abſcondantur & proiiciuntur à facie terræ. Sed cantant, dicis Lutherani, ante corpora ſepeliendorum pſalmos ſpirituales. Et hoc Eccleſia Dei, ſynagoga Satanę accepit, Sic ſimeiſant impii, ne, ſi nullos ſeruarēt Eccleſiæ ritus, oſtentatores eorū ſcandalizarētur, & abirent retro. Ad hæc, non propter Ieſum tantum hoc fāciūt cæci duces eorum, ſed propter nummos. In quibus iurauerim, ſi nihil dederis eis, ſi venerit vnus eorum, ſi verbum vnū cantauerint. Pſalmos ſpirituales eos mentiris cantare: Non ſunt pſalmi, non ſunt cantica ſpiritualia, ſed ſunt damnata eorū dogmata, hęretica paradoxa. verbis pſalmorum aliquantis adumbrata, perinde ac cū potio quędam mortifera, melle modico, aut ſaccharo, ne venenū deprehendatur, aſpergitur, vel oblinitur. Blaſphemijs plena ſunt cantica eorum, dulce venenum animæ ſunt, quibus mortifera ſua dogmata, memoriæ ſuorū arctius infiguntur: ſæpius inculcātur tenacius adhærent. Et iam priſcis hæreticis mos iſte erat, à quibus noſtri ſeductores: vt genimina viperarum, perinde ac à ſuis parentibus venenum hoc hęreditario iure acceperunt. Et quaſi leproſi filij, à leproſis parentib. orti. Vnaquæque enim arbor, iuxta genus ſuum fructum facit. Nec canticis iſtis Deus promeretur: ſed irritatur, prouocatur ad iram. Nec defuncti anima per hæc vel minimum habet refrigerij quid aut vtilitatis, ſed quodammodo peius quando per cantica iſta Deus blaſphematur, veritas in mandacium vertitur, animæ quæ non moriuntur, fides multorum ſubuertitur, cœli ingreſſus prohibetur, magis ac magis ea cantantes, laqueis mortis inuoluuntur. Sic verum eſt eorum, non eccleſiæ axioma: Iuſtus Lutheranus in omni opere bono peccat. Sic & verum eſt quod ſtentoria voce clamant: Viuentium opera, nihil prodeſſe defunctis, ſed ſuis, qui moriuntur in peccatis ſuis Iuſtorum autem deprecatio, multum valet defunctis, qui in vera

Eſai. 3

Matt. 15

Iac.5 fide electorum mortui ſunt in Chriſto, Qui corde contrito & humiliato, iniuſtitias ſuas ante mortem Domino confeſſi ſunt & ſacerdoti, loco Dei, & abſoluti, necnon pane vitæ cibati, ac oleo ſancto vncti in nomine Domini, ac deinde in Domino obdormierunt. Lutherano autem impio aliquo mortuo, nulla eſt vltra *Iob 7* ſpes reliqua vlla in æternum. Ad aquilonem cadunt moriendo. ibi erunt & manent, in æternum non videbunt lumen In eccleſia ergo malignantium nulla ſpes, nulla ſalus, nulla miſericordia, nulla redemptio eſt defunctis, quod ſancti doctores concorditer aſſerunt & ſentiunt omnes. Stultiſſimi proinde eſſent Lutherani ſi pro ſuis orarent defunctis. Sic ventum paſcerent, lauarent laterem, litus ararent, oleum & operam perderent. Ex iſto euangelio, quanto cum honore mortuos ſuos Iudæi ſepelierunt, colligere valemus. Abraham amicus Dei appellatus, paterque fidei noſtræ, data pecunia agrum emit pro ſepulchro vxoris ſuæ dilectæ Ioſeph patrem ſuum Iacob cum multa gloria ſepeliuit. Iudæi Ioſeph. Nec id abſonum cuiquam videri debet, quod piorum corpora ſanctis ritibus, deuotis canticis, hymnis, orationibus & pſalmis ſepeliuntur in terris Nam corpora iſta dum viuebant templa fuerunt ſpiritusſancti, qui habitauit in eis. Fuerunt membra eorum arma iuſtitiæ deo, atque ea exhibuerunt ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. *Rom.6* In corpore iſto Deum portauerunt & glorificauerunt, in corpore ſuo mortificationem Ieſu Chriſti ſemper circumferebant. & vita Ieſu in corporibus eorum manifeſtabatur. Hæc Domino ſemper exhibuerunt, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem per rationabile obſequium ſuum. Sic ſicut ſemper Chriſtus in ſanctorum corporibus magnificatus eſt in vita eorum, *1. Cor.6* ſic etiam magnificatur Chriſtus in eis poſt mortem. An ignoratis quod membra piorum & corpora membra ſunt Chriſti? Sic Deum in eis glorificamus. Cum vero requieſcant in ſancta ſpe reſurrectionis & gloriæ futuræ filiorum Dei, dignum profecto eſt, vt cum gloria terræ tradantur. Sunt filij patris fratres Chriſti, templa ſpiritusſancti hæredes Dei cohæredes Chriſti, ciues ſanctorum, domeſtici Dei, genus electorum, regale ſacerdotium, &c. Deinde ſequitur quod inferius eſt ſcriptum. Inſuper

cum

cum animæ eorum,vt anima Lazari portentur in cœlum,poſt debitum,mortis,vtrique in lætitia egrediuntur & in pace deducuntur.Montes & colles cantant coram eis laudes,& omnia ligna regionis plaudent manu. Merito & nos ad delationem corporis laudes Dei decantamus.non contriſtamur ſicut cæteri qui ſpem non habent.Impij autem,qui hanc ſpem non habent,& hic membra ſua tradiderunt immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,& contumeliis affecerunt corpora ſua, in quorum mortalibus corporibus peccatum regnauit,& eius concupiſcentiis obediuerunt,etiam dignam vitę & ſceleribus ſuis accipiunt ſepulturam. Quæ & futuræ confuſionis quæ omnes impios manet in fine,cũ Deus iudicabit orbem terræ in æquitate,iam ſpeciem habet eis.Hic etiam notandum eſt,quod tres mortuos Dominus legitur ſuſcitaſſe. Primum in domo.hunc in porta, Lazarum in ſepulchro. Ad quartum Chriſtus non venit,ſed ait:Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos.Puella in domo,peccatorem occultum ſignificat, peccatis mortuum in conſcientia interiori,cui mors per feneſtras ſenſuum aſcendit, Adoleſcens in porta, peccatis mortuum ſignificat in peccato exteriori,iuxta illud: Foris interficit gladius & domi mors ſimilis eſt. Lazarus fœtens & quatriduanus in ſepulchro eum ſignificat, qui in peccatis ſuis & delictis mortuus eſt, & in peccatis ſepultus, grauiſque premitur lapide conſuetudinis malæ.Iſti ſicut vulnerati dormientes ſunt in ſepulchris fœtore pleni,& omni ſpurcitia peccatorum,quorũ deus non eſt memor amplius ad miſerendum.Et ipſi de manu eius repulſi ſunt.Niſi eleemoſynis proximorum & interceſſione iuuentur:vt in Lazaro cernere eſt Ad quartum non iuit,nec rogatus fuit vt ei ſubueniret,& eos ſignificat,qui glorientur in malitia,& quòd potẽtes ſunt iniquitate Qui lætantur cùm maleſecerint, & in rebus peſſimis exultant.Qui peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicant,& non abſcondunt. Qui dicũt in corde ſuo, non mouebimur à generatione in generationem ſine malo.Qui declinant cor & linguam ſuam in verba malitiæ,ad excuſationes concinnandas in peccatis ſuis. Qui per riſum ſcelus operantur. Iſti in iniquitatibus ſuis venditi ſunt ſub peccato vt faciant mala, & in ſceleribus eorum dimittit eos Deus.Atque eos dimittit, ſecun

Mat.9 | Ioan. 11 | Luc.9 | Pſ.87 | Pſ.9 | Pro.10

ſecundum deſideria cordis eorum,eunt in adinuentio-
nibus ſuis peſſimis.Vix & rarò eiuſmodi reuertuntur
Rom.3 ad Dominum,Deum ſuum,rarò relicta malitia, appræ-
hendunt ſemitas vitæ,quia nolunt intelligere vt bene
agant.Iniquitatem verò meditantur in cubilibus ſuis,
aſtant omnibus viis non bonis,malitiam diligunt.Odio
habent bonum.& diligunt malum.At horum damnatio
iuſta eſt.Verùm,ſi conuertuntur ad Dominum Deum
Ioel 1 ſuum,in toto corde ſuo,in ieiunio & fletu, & in plan-
ctu,& ſcindunt corda ſua,& non veſtimenta ſua, ſuſci-
pit eos ſicut filium prodigum,delet omnes iniquitates
tegit peccata eorum,omnium impietatum eorum am-
plius non recordatur,quia benignus & miſericors eſt,
patiens multæ miſericordiæ & præſtabilis ſuper mali-
Pſ.102 tia.Propitiatur omnibus iniquitatibus eorũ,ſanat om-
nes infirmitates eorum,redimit de interitu vitam eorũ,
coronat eos in miſericordia & miſerationibus,replet in
bonis deſiderium eorum renouatur vt aquilæ iuuentus
eorum.Et hoc inſinuatur hic in iuuene reſuſcitato, cu-
ius declarationem alteri Homiliæ reſeruemus.Soli deo
honor & gloria.

HOMILIA SECVNDA

Vam, cùm vidiſſet. ſic triſtem, deſolatam &
afflictam.Et ſic apparet benignitas & hu-
manitas Chriſti.Et hæc ratio fuit facien-
Pſ.102 di hoc miraculum intrinſeca & propin-
qua.Et vide hic tria commendabilia in
Chriſto,Aſpectus miſericordiæ.Beatus quem ſic aſpicis
Domine Ieſu,aſpice ſic etiam in me, & miſerere mei,
ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Alterũ
eſt effectus dulcis & pius,quia *miſericordia motus,*magno
miſericordiæ & pietatis affectu, quomodo miſeretur
1.Reg. 3 pater filiorum , imò multo affectuoſius quàm ma-
ter miſereatur filio vteri ſui.Commota quippe ſunt vi-
ſcera miſericordiæ eius ,in quibus viſitauit nos oriens
ex alto,ſicut mulieris illius ſuper filio ſuo , ſic & hic
viſcera Chriſti,ſuper deſolata matre Miſericordia nã-
que & miſeratio cum eo creuerunt ab infantia, & de v-
tero matris eius benedictæ , egreſſæ ſunt ſecum. Ecce
vnum membrũ patitur,in triſtitia eſt,anguſtiæ ei ſunt
vndique

vndique. Et dum nemo erat qui eam conſolaretur ex omnibus charis eius, caput ecce noſtrum Chriſtus, miſericordia motum eſt ſuper eam, vicem eius doluit, vt & cętera membra corporis eius. quod eſt, eccleſia, vno membro dolente ei compati diſcant & quicquid calamitatis & triſtitiæ vident in proximo, ſeipſos pati arbitrari debet. Sicut ſcriptum eſt. Memētote vinctorum tanquã ſimul vel ipſi vincti eſſetis, & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes. Sic Iob, vir virtutis & gratiæ, flebat ſuper eo, qui afflictus erat, & anima eius pauperi compatiebatur. Quis infirmatur, et ego non infirmor? ait vas electionis. Quis ſcandalizatur, et ego non vror? Maiore cum mœrore calamitas afflixit aliena, quàm propria. Sed parum eſt alienæ compati miſeriæ niſi afflictã conſolemur verbis conſolatoriis, et ei. pro viribus noſtris auxilium præſtiterimus, ac quod ad poſſibile nobis eſt, triſtitiam eius in gaudium conuerterimus. Vtrũque miſericordiarum pater et omnis conſolationis Deus huic viduæ fecit, vt et nos euntes diſcamus, quòd miſericordiam vult et non ſacrificium. Igitur viſa vidua iſta, miſericordia motus eſt ſuper illam, et dixit illi, ecce affatus dulcis et conſolatorius, de bono theſauro cordis, quo eructabat verbum bonum conſolationis plenum, ſuper mel et fauum dulcius ori et auditu eius. Noli flere, quia reſurget filius tuus. Iam iam viuum aſpicies, quem mortuum gemitibus inenarrabilibus deplãgis, et non vis nec potes conſolari, quia non eſt viuus: atque erat, Mox videbis gloriam Dei in filio tuo. Hoc bone Ieſu muneris tui erat, vt conſolareris, omnes lugẽtes, et nunc cor viduæ huius conſolatus es. Iam opere adimples quod Hieremias. cùm venires in terram te facturum prædixit. Conuertam luctum eorum in gaudiũ, et conſolabor eos, et lætificabo à dolore ſuo. Verùm. cùm parum ſit verbo diligere et lingua, niſi dilectio opere oſtendatur et veritate. Si frater et ſoror nudi ſunt, et indigeant victu quotidiano et veſte. Dicat autem dices aliquis illis. Ite in pace, calefacimini et ſaturamini non dederit autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit pauperibus et egenis ſermo auditus? Sic, et hic, niſi filium matris reſuſcitaſſet, parum fuiſſet, verba eius audiuiſſe quibus triſtem animum eius demulcebat. Ideo ſequitur: *& acceſſit et tetigit loculum*, Iam opus

He. 13
Iob. 30
2. Co. 11
Oſea 6
Matt. 2
Iac. 2
Matt. 7

opus ſequitur:Non enim qui dicunt et docent, ſed qui faciunt voluntatem patris cœleſtis intrabunt in regnũ
Mat.3 cœlorum.Sic regnum cœlorum non eſt in ſermone, ſed in virtute.Atque arbor non ex foliis,ſed ex fructibus cognoſcitur,bona ſit an mala.Non enim folia verborum tantùm,ſed fructus operum bonorum, et lucis in nobis requirit Chriſtus.Quos qui non facit,excidetur et in ignem mittetur æternum Sic hic poſt gratuitum viduæ aſpectum,poſt miſericordiæ pium affectum,
4.Re.4 poſt conſolationem verborum,iam ſequitur ipſum opus:reſuſcitatio mirifica videlicet ipſius defuncti.Acceſſit ergo vita ad mortuum,Ipſe enim reſurrectio eſt et vita:Acceſſit virtus ad eum qui viribus erat omnibus deſtitutus.Virtus enim et ſapientia patris Chriſtus eſt. Sic Heliſæus etiam acceſſit ad ſuſcitandum puerum mortuum.Sic fecit & vertex apoſtolorum Petrus Tabitam Et Paulus excitaturus adoleſcentem Et tetigit loculum.Loculus diminu iuè dicitur locellus in quo ia-
Act.20 cet mortuus Cui enim regna multa & magna, ampla palatia,domus magnificæ,non ſufficiebant viuenti pro loco,ei mortuo ſufficit locus,paruus duotum latitudinis & octo longitudinis pedum.Sic Alexander magnus, au diens quodam referente:præter eum quem ſuo iam impe rio ſubegit pro magna parte, alios plures eſſe mũdos
Baru.3 ingemiſcendo fertur dixiſſe:Heu mihi,quod adhuc vix vnius mundi dominium habeo.iuxta illud Iuuenalis,Pellæo iuueni,vnus non ſufficit orbis.Immatura verò morte Alexandro præoccupato,quidam dixit de illo,Quem totus mundus heri non capiebat,hodie parua continet vrna Et quem heri totus mundus timuit,iam deſpicitur ab omnibus,& ſuis abominabilis factus eſt & horrori. Vbi quæſo ſunt principes mundi,& qui dominantur ſuper beſtias,quæ ſunt ſuper terram?Qui in auibus cœli ludunt,qui argentum theſauriſant & aurum in quo con
Pſ.48 fidunt homines,& non eſt finis acquiſitionis eorũ?Qui argentum fabricant & ſolliciti ſunt,nec inuentio eſt operum illorum,exterminati ſunt,& ad inferos deſcenderunt,& alij in locum eorum exurrexunt,& ſepulcha,domus eorum inæternum.Loculum tetigit,vt effectus ſalutis & vitæ tactu corporis Chriſti, in quo plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter deueniret ad mortuũ: eſt enim corpus vitæ,& caro uerbi omnipotentis,inſtru

mentum

mentum deitatis, cuius habet virtutem. Sicut enim
ferrum ignitum igni adiunctum perficit opus ignis,
ſic poſtquam caro vnita eſt verbo, & verbum caro fa-
ctum, caro illa ſanctiſſima, ſicut verbum omnia viui-
ficat, omnia innouat, & mortem expellit *Ii autem qui* Ioan. 1
portabant, ſteterunt, domino ad feretrum accedente & ait
Ieſus imperando, quia ſermo eius poteſtate plenus eſt.
Qui rurſus ait per Eſaiam: Conſilium meum ſtabit, & Eſai. 46
omnis voluntas mea fiet. Ipſe igitur qui habet claues
mortis & inferni, qui mortificat & viuificat, deducit ad
inferos & reducit, loquebatur mortuo, tanquam viuen- Apo. 1
ti, ipſe cui omnia viuunt, cuius voci omnia obediunt, qui
vocat ſtellas, & dicunt adſumus, & lucent in iucundita-
te ei qui fecit illas. *adoleſcens* ſic vocat ea quæ nõ ſunt tã
quã ea quæ ſunt. Quaſi dicat virtute propria tibi impe- Deut. 32
ro: non alium inuoco. non per alium te adiuro. Fecerũt Baru. 3
quidem ſancti, dilecti & electi dei ſigna magna in popu
lo, & maiora quã fecit Chriſtus. ſed non virtute propria
ſed in nomine Ieſu, dicente Petro ad claudum ex vtero
matris ſuæ, In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, am
bula. Et iterũ, Ænea, ſanet te dominus Ieſus Chriſtus.
Surge & ſterne tibi. Hinc cõſtanter dixit: Viri Iſraelitæ Actu. 13
quid miramini in hoc aut nos quid intuemini? quaſi
noſtra virtute & poteſtate claudum hunc fecerimus am
bulare. In fide nominis Ieſu hunc quem vos vidiſtis &
noſtis, confirmauit nomen eius, & fides quæ per eum
eſt, dedit integrã ſanitatẽ iſtam in conſpectu omnium Actu. 9
veſtrũ. Hinc iterum in conſpectu concilij repletus ſpiri-
tuſancto Petrus, dixit de eodem claudo: Principes po-
puli & ſeniores Iſrael, audite: ſi nos hodie diiudicamur Actu. 3
in benefacto hominis infirmi, in quo iſte infirmus ſa-
uus factus eſt, notum ſit omnibus vobis, & omni plebi
Iſrael, quia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Naza
reni, quẽ vos occidiſtis, in hoc iſte aſtat corã vobis ſa-
nus. In fide ergo & in nomine Ieſu ſancti mira fecerũt, Act. 4
Chriſtus virtute propria. Et ſi nonnunquam patrẽ inuo
cat, hoc facit ſecundum naturam humanam, in qua mi
nor eſt patre. Et vt patrẽ ſemper glorificet in omnibus Ioan. 11
operib⁹ ſuis, à quo ſicut eſſe habet ſic habet & poſſe: ti-
bi dico ſurge, qui dormis, & exurge à mortuis, ſic Lazar⁹
amic⁹ etiã dormiuit Chriſto. Nec puella ei mortua erat Mar 8
ſed dormiuit, Et Stephanus obdormiuit in domino, Act. 7
in

in magno iudicij die reſurrecturus & euigilaturus in vitam ęternam. Dorminnt Chriſto, nobis mortui ſunt omnes, qui viam vniuerſę carnis ſunt ingreſſi. *et reſedit qui erat mortuus*, prius, quod eſt vnum ſignum reſuſcita-
1. Reg. 1 tionis & vitę. Aliud ſequitur. *et cœpit loqui*, magnalia Dei, & quanta ei Deus feciſſet beneficia. *et dedit illum matri ſuæ*, viuum & incolumem, quę incõſolabiliter dolebat de morte eius. Dederat eum matri ſuę prius, in ſua conceptione, ſicut Anna dicebat: Domine ſi dederis ſerue tuę ſexum virilem, &c. Nunc altera vice dat eum matri ſuę. Et ſi fortitan eum non bene cuſtodiuit
Pſ. 35 prius in timore Dei, & propter ſuam negligentiam & filij inſolentiam & peccata, in filio eſt punita ad tempus, vt eum reciperet meliorem, atque hic gauderet de probitate eius & iuſtitia, & poſtea eum cohæredem haberet in vita æterna. Iudicia quippe Dei abyſſus multa, ſed iuſta ſemper ſunt & vera: Ideo ſæpe in filiis punit parentes. Vel quòd carnaliter & non ſpiritualiter eos
1. Reg. 2 dilexerunt, quòd in diſciplina & in timore dei eos non educauerunt, malitias eorum diſſimulant, luxurias eorum & potationes vel palpant, vel vt Heli non cum imperio & ſeuerè, ſed leniter arguunt. Vel theſauriſant eis de mammona iniquitatis per vſuras, rapinas, dolos, circumuentiones. Et vt proles ditare poſſint, Dei iuſtiſſimas leges tranſgrediuntur peſſimè. Intelligant, hæc
Eccle. 30 parentes, & ſibi prolique conſulant quæ ſunt Dei &
Prou. 13 ſalutis. Inſtruant eos tempeſtiuè. Illud alto pectori recondant documentnm ſapientis: Qui diligit filium, aſſiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſſimo ſuo, vt non palpet proximorum otia. Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo ſicut Tobias ſenior in filio ſuo, dicente Raguele: Benedictio ſit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium ſuum in zelum mittit inimicum, & in medio amicornm gloriabitur in illo. In vita ſua videt, & lætatur in illo. Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium tuum, & pauentem te facies: lude cum illo, & contriſtabit te. Non corrideas illi: ne condoleas: & in nouiſſimo obſtupeſcēt dentes tui. Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt, ne forte

induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animę. Doce filiũ tuum & operare in illo, ne in turpitudinem illius oſtendas. Hæc verba Sapientis ſcribite in tabulis cordis veſtri, & nunquam excidant de memoria veſtra. Sed & illud Salomonis, quaſi appenſum quid, ſemper ante oculos veſtros verſetur: Qui parcit virgę, odit filiũ ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit eum. Et vos adoleſcentes, qui iam robur & ętatem eſtis aſſecuti, attendite periculum ſalutis veſtrę, ſi fortè matres veſtrę in pueritia veſtra vos dimiſerunt voluntati veſtrę, ne vt fieri aſſolet, confundatis matrem veſtram, videte ne poſt carnis petulantiam ambulare incipiatis. Ne comeſſationibus potationibúſque indulgeatis. Ne cum ſcurris & leuiſſimis mimis, paternam ſubſtantiam profundatis. Vindex enim horum eſt Deus. Et ſicut triſtitiam ſuper triſtitiam facitis parentibus veſtris, ſic filij qui naſcentur ex vobis, remetiẽtur vobis & addent. Hæc per excurſum dicta ſunt, & forſitan verius quàm optarim. Non tamen arbitror adoleſcentem hunc magnis fuiſſe obnoxium peccatis: Sed pro leuibus forſitã exceſſibus, ſuper matrem viduam hæc venit calamitas, vt cæterę matres eo ſint circa filiorum cuſtodiam vigilantiores. Vel pro gloria Dei oſtendenda in illo, vt in cæco Vel aliorum profectum, vt Lazarus. Nam ſicut reproborum & eorũ quos dat in ſenſum reprobũ Deus horrenda ſcelera diſſimulat, nec vt dignum foret, pœnis iuſtis punit, cùm paterna indigni ſint flagellatione: Sic in electis, etiã paruos exceſſus punit grauiter, ſtatim plectitur, cum ea quam filiis tribuit paterna diſciplina. Et hoc magni beneficii indiciũ eſt: Nempè corripi à domino, ne cum hoc mundo damnemur. Nec tę moueat quòd mater pro vnici pignoris ſui vita Chriſtum verbis non interpellauit, vt Chananæa pro filia; Nec per alios interceſſores, vt fecit Centurio, & Martha, & Magdalena. Magno cordis, ad cordium inſpectorem, Chriſtum, clamauit affectu, inſtar Moyſi, cui dominus licet nullum verbum protulerit, dixit; Quid clamas ad me? Clamauit vterque deſiderio & affectu magno, & ad votum vterque meruit exaudiri, iuxta illud: Deſiderium animę eius tribuiſti ei. Vera enim oratio, non eſt in oris vocibus altis, ſed in feruentiſſimis affectibus cordis. Valentiores ſunt voces, deſideria pia & ſancta cordis

Eccle. 42
Ioan. 9
Ioan. 11
Ioan. 11
Exod. 14

3. Re. 18 cordis apud ſacratiſſimas aures Dei, omnibus clamoribus ſacerdotum Baal, vel eorum qui ſic auram populi venantur. Nec ſola hic cõſolatur mater rediuiuum accipiens veteri ſuí pignus, ſed & emolumẽta magna inde populus aſſecutus eſt, & præſens & abſens. Præſentes ex iſto miraculo timorem, magnificationem & laudem Dei conceperũt atque dederũt. Quid timore Dei ſalubrius? Quid magnificatione Dei ſublimius? Quid laude Dei iuſtius homini, & acceptius Deo noſtro? *accepit autem omnes timor.* Vel pro reuerentia maieſtatis eius, vel timor admirationis, tantæ virtutis, quã imperio ſuo mortuum reſuſcitauit. Et quis non timebit te,

Eccleſ. 32 ô rex gentium? Beatus homo cui datum eſt habere timorẽ domini. Nihil enim melius eſt quàm timor Dei. Et melior eſt vnus timens Deum, quàm mille viri impij. Et nos fratres chariſſimi hoc audito miraculo, demus locum timori Dei in cordibus noſtris, quia ſine

Ec. l. ſ. 1 timore nemo poteſt iuſtificari Beatus autem qui timet

Pſ. 111 dominum, & ambulat in viis eius. Cum metu ergo &

Philip. 2 tremore, ſalutem noſtram operemur. Stemus in iuſtitia & timore Dei. Seruiamus placentes Deo, cũm metu & reuerentia: Timentibus ſiquidem Deũ bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicentur. Longum autẽ foret timoris Dei fructus enarrare omnes *et magnificabant Deum.* Magnificare dominum, eſt de ipſo magna credere, ſperare, æſtimare dicere & præ-

Luca 1. dicare: Quia magnus dominus & laudabilis nimis. Sic

Iacob. 1 Elizabet Mariam magnificauit, Deum in ea glorificauit. Mariæ autem anima dominum magnificauit, qui ei magna fecit. A quo omne datum optimũ, & omne donum perfectum de ſurſum deſcendit. Magnificabant & hi Chriſtum in laude, magnificabant dominum, nõ ſeipſos, ſicut illi qui dixerunt: Linguam noſtram magnificabimus, &c. Nos eorum imitatores efficiamur. Glorificemus Deum quantumcunque poterimus, nam ſupervalebit adhuc & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Deum, exaltemus illum quantum poſſumus, maior eſt enim omni laude. Quibus verò laudibus eũ extulerint, quomodo eum glorificauerunt, audiamus. Dicebant enim: *quia propheta magnus ſurrexit in nobis,* quantum ad illuminationem intellectus quò ad fidem. Illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum:

mundum: Cùm ſit lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis ſuę Iſrael. *et quia Deus viſitauit plebem ſuam.* Ecce viſitator & medicus quò ad ſanationem affectus, quò ad bonitatem, charitatem & mores, Chriſtus fuit propheta magnus. Ecce eius ſublimitas. Surrexit in nobis, quod eſt noſtra vtilitas. Soli Deo honor & gloria. Ioan. 1

DOMINICA XVIII. POST PENTECOST. IN EPISTO. I. Corinth. j. Sermo.

GRATIAS *ago Deo meo ſemper, etc.* Poſtquam vas electionis & miſericordię, gratia plenum & veritate, de corde ſuo bono filiis gratiæ Corinthiis, quos per euangelium in Chriſto genuerat, in exordio epiſtolę, gratiam & pacem Dei, quæ omnē ſenſum exuperat, precatus eſt, à patre miſericordiarum, à quo omne datum optimum & omne donū perfectum deſcendit, & à Domino Ieſu Chriſto, per quē ſicut per diſpenſatorem fidelem & prudentē multiplicē gratiam ſuam deus pater nobis diſpenſat & abundāter omnibus largitur: Mox gratias agit deo ſuo ſemper pro illis, eò quod illos dignatus eſt vocatione ſua ſancta. Quòd illos de tenebris gentilitatis vocauit, ex ſola miſericordia & abyſſali bonitate ſua, in admirabile lumen ſuum. Nempè, in lumen fidei & Euangelij gratię, & omnia vincentis veritatis. Quæ eos liberat & ſaluat in regnum Dei cœleſte, ſi manſerint in veritate & bonitate vſque in finem Dicit ergo: *gratias ago*, corde, lingua, & opere, quia grati deo eſſe debemus, pro omnibus quæ retribuit nobis. Sic gratias deo egit ſemper pro inenarrabilibus donis illius, inter quæ vnum erat vocatio, iuſtificatio & glorificatio Corinth. Ecce actus angelicus & ciuium vranicorum. Nā in cœlo gaudium & lætitia inuenitur, gratiarū actio & vox laudis, Sed cui? *deo*, à quo omne donum optimum, & omne datum perfectū deſcendit. Ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia bona, & ex eo ſicut ex fonte viuo & puteo aquarum viuentium, & ex eo tanquam ex mari magno, omnia gratiæ flumina exeunt, ac terrā ſua alluuione irrigant, poſtremo

2. Theſ. 1 — 1. Pet. 2 — 3. Eſdr. 4 — Ioan. 8 — Coloſ 3 — 2. Cor 9 — Eſaia 5 1 — Rom. 11 — Eccleſ. 1

mo per gratiarū actionem in mare illud infinitæ ſubſtantiæ reuertuntur, vt iterum fluant. Deo vtique om-
Deut. 23 nium, ſed *meo* ſingulariter, deus omnium, quia poſſedit & fecit & creauit omnia, gubernat & diſponit omnia ſuauiter & moderatur: ſed meus peculiariter, eo quod eum colo & adoro in ſpiritu & veritate, amo vnicè, honoro obſeruanter. Sic olim dictus eſt deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, & deus Danielis; Quia ex eo pendebant, eum intendebant, in eius gloriam opera ſua
Exod. 9 omnia faciebant. Sed qnando agis gratias deo tuo, ô
Dan. 6 vas in honorē, vti'e domino et ad omne opus bonum paratum? *ſemper.* Oro ſine intermiſſione. Benedico dominū in omni tēpore, ſemper laus eius eſt in ore meo,
2. Tim 2 iuxta illud; Semper ago gratias Deo pro vobis, quòd elegit vos deus primitias in ſalutem, in ſanctificatione
Pſ 33 ſpiritus, et in fide veritatis. Et pro quibus ſemper oras et nunquā deficis? *pro vobis*, filiis meis chariſſimis, quos
2. Theſ. 2 per Euangelium Chriſto genui. Quos more matris lacte alui hactenus, eo quòd ſolidi cibi iuſtitiæ, nondum capaces fuiſtis. Quos ego plantaui in oliuam bonā; fructiferam, ſanctam et pinguē, et Apollo rigauit: ſed deus incrementum in vobis dedit, ſic quod fructificatis deo fructus iuſtitię et lucis, in omni opere et ſermone bono. Omnis ſanè qui beneficiū accipit, gratitudinis debitor eſt benefactori. Ideo, nouem ſceleris arguuntur et
Luca 17 ingratitudinis, qui mundationis accepto beneficio, non reuertebātur, nec gratias egerūt debitas Chriſto mū-
Gene 40 datori. Et pincerna Pharaonis culpatur quod coniectoris ſui beneficio, ſuccedentibus proſperis fuit oblitus.
Eſaia 1 Hinc dominus ait: filios enutriui et exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me et mei obliti ſunt diebus innumeris. Sic filij ſcelerati, ſemen nequā, populus exaſperans, mox vt de Ægypto educti ſunt, obliti ſunt benefactorum dei, qui in ſignis et virtutibus tam ſtupendis de iugo ferreo
Exod. 32 et durā ſeruitute eorum qui eos opprimebāt, liberauit, et fecerunt vitulum, cui honores diuinos detulerūt. Sileat, qui præſtat beneficia, enarret ea, qui accipit, ac datorem in laude magnificet quantum poteſt. Verùm re-
Pſ 108 tribuere mala pro bonis, odium pro dilectione, benefactorem gratis odire, perſequi iniuſtè, ei occultè ponere inſidias, tractare et conſiliari quomodo doloſè poſſit eum occidere, occultè ei detrahere, beneficia iniuriis

compen-

compenſare.extrema & diabolica.& Iudaicæ perfidiæ, malitia eſt. Nam diabolus crudelis eſt & nõ miſeretur, & tanto crudelior eſt,malis & ſæuior, quanto amplius & propenſius deſideria eius & opera fecerunt. Alta ergo mente conſiderandũ,quod hoc ſcelus,deus patiens, miſericors,benignus & ſuper malitiã præſtabilis, ſummè odit. Nã propter ingratitudinem collata bona aufert ab ingratis,vt in Lucifero, & eius cauda quam ſecum traxit è cœlo, cernere eſt. In prothoplaſto item & Saul ac Iuda proditore, vt taceam ſeruum malum & pigrum, qui non ſolùm non poſuit ad vſuram domini ſui talentum,ſed & dominum ſuum natura bonũ, & ſolum bonum,iniuſtum & malum eſſe non eſt calumniari veritus, & laceſſere mẽdaciis falſis.Taceo Cain ſeptobrum,cum inuidia tabeſcente iter habentẽ, & odio iniquo innocentem fratrem odientem & occidentẽ. Propter hoc vitium exceptis octo perſonis, humanum genus diluuio deletum eſt. Omnes item qui exierũnt de Ægypto à viginti annis & ſupra,non intrauerũt in terram lacte & melle manantem,ſed proſtrati ſunt in deſerto,duob. exceptis. Sed & poſt ingreſſum terræ quotiens dereliquerunt deum factorem ſuum,deum qui eis benefecit:& ſeruierunt ſculptilibus Chanaan, tradidit eos dominus in manus gentiũ, & dominabantur eorũ qui odiebant eos. Inſuper captiui ducebantur in exteras regiones,locum & gentem perdiderunt. Et heu fruſtra culpamus Iudæos, nos qui in Chriſti ſacramenta iurauimus. Nam ille pauper propter nos,& ſapiens, ſua ſapientia mundum à diabolo, ſua ſapientia liberauit: ſed heu nemo pauperis illius amplius recordatur, nemo vindicatori eſt grat⁹. Sic vinea ablata eſt ab ingratis Iudæis,vſque deum exacerbantibus, & data gentibus,vt fructum domino reddant tẽporibus ſuis. Deinde ingratis dimiſſa peccata rurſus imputantur, vt in exemplo crudelis ſerui cernere eſt, qui noluit conſerui ſui miſereri,ſicut dominus ſui fuit miſertus. Super hæc & promiſſa eis à deo beneficia ſubtrahuntur & negantur. Quia baptiſatis & mũdatis lauacro aquæ in verbo vitæ,vita æterna promittitur; ſed ſi hanc gratiam Dei inuacuum accipiũt,ſi retro poſt Satanam abeunt, ſi ad vomitum ingrati reuertuntur vt canes, & ſues poſt lotionem ad volutabrũ luti. Ipſi ſe indignos reddunt vita

Ioel 2
Apoc.12
Geneſ. 4
Geneſ.7
Num. 14
Deut.32
Pſ.105
2.Cor 8
Eccleſ.9
Matt.21
Ephеſ.5

æterna, quia clauſa eſt ianua cœli omnibus qui operātur iniquitatem,& lampades extinctas portant. Ingratus fuit Dauid Ionathę filio, ideo deus nepoti ſuo, decem tribus ſubtraxit,& Hieroboam dedit. Hieroboam ingratus deo fuit: nam vt rex ſemper maneret, populū ſuum à deo auertit: Ideo locum, gentem, regnum & vitam amiſit, vſque ad internitionem. Taceo ingratū Ioas erga Zachariam. Aman ſuperbus bonitate Aſſueri abutens, extremam confuſionem finem malitiæ ſuæ reportauit. Multa bona opera ex patre ſuo deo Chriſtus oſtendit Iudęis, nihilominus voluerunt eum lapidare. Et poſtea morte turpiſſima eum condemnauerūt, ſuffigentes eum in crucē. Ideo, ſunt reprobati. At Apoſtolus non fuit particeps eorum, magis autem gratias Deo ſine intermiſſione egit. Et huius cauſam ſubſtituit, dicens: *in gratia dei*, hoc eſt, ob gratiam dei, quæ vobis per Chriſtum eſt impartita affluenter. *quæ data eſt vobis*, gratia, ſine vllis meritis & bonis operibus veſtris. *in Chriſto Ieſu*, qui eam differenter diſtribuit fidelibus & dilectis ſuis, vnicuique ſecundum propriam virtutem, prout ipſe vult. Cum filio namque pater celeſtis nobis omnia donauit. *Quia, per* diuitias bonitatis & miſericordiæ Chriſti, *in omnibus* bonis & donis ſpiritualibus, neceſſariis ad ſalutem veſtram operandam cum metu & tremore, *diuites facti eſtis in il*. Qui ideo egenus propter nos factus eſt, vt ſua nos inopia ditaret. Ipſe diuites nos efficit in gratia: non in huius mundi falſis & caducis diuitiis. Vnde notādum, quòd duo ſunt genera diuitiarum. Sunt enim diuitiæ huius mundi, terrenæ & iniquæ de quibus ſcriptum eſt, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & in deſideria multa & inutilia & nociua, que mergunt homines in interitum & perditionem. Vnde nihil iniquius eſt, quàm amare pecuniam. Et qui diues eſt, non eſt immunis à delicto. Væ ergo vobis diuitibus qui habetis hic conſolationem veſtram. Quia fallaciæ diuitiarum, ſuffocant curis, voluptatibus & ſollicitudinibus verbum dei, ne fructum proferat qui maneat in vitam æternā. Ideo facilius eſt camelum per foramen acus trāſire quā diuitē intrare in regnum dei. Nā diuites per potentiam pauperes opprimunt, quod eſt peccatū clamans in cœlū. Mercedem operariorum deſtaudant, epulantur ſuper terram

Margin notes: 3. Re. 12 — 2. Par. 24 — Ioan. 9 — Ephe. 2 — Tit. 3. — Mat. 24 — Rom. 8. — 2. Cor. 8. — 1. Tim. 6 — Eccl. 10 — Luce 8 — Matt. 19 — Luc. 2 — Exod. 2 — Ecl 2 — Iob 21

terram ſplēdidè bibunt vinum in phialis,niſi oculis ſuis negant,nec prohibent corda ſua quin omni voluptate fruantur:Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad infernum deſcendunt. etiam tunc quando calicibus epotandis vacant, & in luxuriis corpora ſua enutriunt: & pax & ſecuritas dicunt. Tunc repentinus eis interitus ſuperuenit,& inuoluuntur in peccatis ſuis Tunc relinquunt alienis & ingratis diuitias ſuas, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Hoc diues epulo atteſtatur,qui guttā aquæ deſiderat & impetrare non poteſt. Quia iudicium ſine miſericordia fiet illis, qui egenis & pauperibus miſericordiam non fecerunt. Beati autem pauperes es ſpiritu,quoniā ipſorū eſt regnum cœlorum Agite ergo nunc diuites,in pecunia & peccatis,plorate,& vlulate in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis,in die qua non ſperatis,& hora qua neſcitis,eoquòd iudex iam ante ianuam ſtat, Diuitię veſtræ in quibus habuiſtis fiduciam,putrefactæ ſunt, veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt: Aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit:hoc eſt, contra vos in augmentum pœnarum,& māducabit carnes veſtras ſicut ignis.Qui quantum vos glorificaſtis & in delitiis fuiſtis, tantum dabitur vobis tormentorum & luctus. Theſauriſaſtis vobis iram & vindictam in nouiſſimis diebus reuelandam.Sic diues cum dormit,nihil ſecum præter peccata ſua,ſumit.Melior proinde eſt pauper,ambulans in ſimplicitate,quàm diues in prauis itineribus. Væ ergo illi qui non eſt in deo diues. Aliæ ſunt diuitiæ ſpirituales bonorum:Beatus vir, ait Dauid, qui timet dominum, quia gloria vera,& diuitiæ celeſtes.in domo cōſcientię eius.Has diues deus ſecum adfert quando ad ſe diligētem venit,& manſionem apud eum facit.Secum portat diuitias ſuperbas,ſiue ſupernas, & iuſtitiam In viis iuſtitiæ ambulat , vt ditet diligentes ſe , & theſauros eorum repleat.Hinc hortatur ut à ſe abſque auro a argento & nulla commutatione emamus aurum ignitū, & probatum.ſyncerę dilectionis,vt cum eo locupletes fiamus in deo,.Nam diligentibus deum omnia cooperātur in bonū,& omnia quęcunq; faciūt, proſperātut. Hęc eſt benedictio Dei,quę verę diuites facit. Iſti ſūt diuites in gr̃a,in fide, vt Iacob.ait, & in bonis operibus,

Pſal. 48
Luc. 16
Iacob. 2
Mat. 5
Luc. 12
Iacob. 5
Apoc. 18
Iob. 24
Geen. 1[illegible]
Pſal. 112
Prou. 8
Eſai 55
Rom 8
Eſa. 1
Prou. 10

vt

vt Apoſtolus præcipit,quia theſaurum non deficientem, in charitate omnia opera ſua faciendo,ſibi theſauriſant in cælo : & in abundantia meritorum ingrediuntur ſepulchra ſua.Ergo melius incomparabiliter eſt in hac vita modicum iuſto,ſuper diuitias peccatorum multas. Et vos electi & dilecti, diuites facti eſtis in Chriſto, qui plenus eſt gratia & veritate. Diues item in omnes qui inuocant eum in veritate, & diſcedunt ab iniquitate. Diuites inquam facti eſtis *in omni verbo*, doctrinæ ſanæ. quia potentes eſtis exhortari in doctrina ſana & eos qui contradicunt & reſiſtunt veritati, conuincere & arguere. *Et in omni ſcientia*, dei ſalutis & ſanctorum, hoc eſt, in omni ſcientia ſcripturarum & intellectu ſpirituali. Quia iam ſcripturarum profunda, limpido intellectus acumine ſcrutamini, & abſcondita eius (multos ad iuſtitiam erudiendo) producitis in lucem, laborando in verbo & doctrina. Diuites igitur facti eſtis in illis, & accepta tenetis, *ſicut teſtimonium Chriſti*, id eſt, ſecundum analogiam ſiue concordiam ad eius euangelium. Vel teſtimonium noſtrum de Chriſto *confirmatum eſt in vobis*, id eſt, firmiter radicatum. Aliter enim non eſſet recta ſcientia ſi à Chriſti diſcordaret doctrina. Et hoc teſtimonium Chriſti confirmatum etiam eſt à me.ſcripturarum veteris teſtamenti teſtimoniis, & ſignis & virtutibus à me factis. Et ſic diuites in Chriſto facti eſtis, *ita quòd nil.i. vobis*, qui ſpirituales eſtis, & in ſpiritu deo ſeruitis, *deſit in vllagratia*, ad ſalutem neceſſaria. Tam largiter iuxta magnificentiam ſuam regiam dona ſua largitus eſt vobis, lux mundi, deus ſcientiarum, & ſpiritus veritatis omnem veritatem docens. Hoc etiam Apoſtolus fecit,qui docuit in omni ſapientia, vt exhiberet omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu. Hæc eſt perfectio ſufficientiæ, quia perfectum eſt cui nihil deeſt. Sic & Ioannes vox verbi, ſolis aurora, & præco iudicis,ſcientiam ſalutis plebi dei dedit, & parauit domino plebem perfectam. & ſimiles iam eſtis per fidem & gratiam, in qua ſtatis, hominibus *expectantibus*, cum deſiderio & amore,*reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti*, hoc eſt viſionem & cognitionem eius perfectam, quæ eſt vita æterna,vt ipſe teſtatus eſt. Sic expectatis eum vigilantes in bonis operibus,donec reuertatur à nuptiis. Cupitis

diſſolui & eſſe cum Chriſto: & quod mortale eſt à vita abſorberi, vt eum facie ad faciem ſicuti eſt in decore ſuo videatis. Interim patienter ferendo quòd incolatus veſter prolongatur, in hoc loco horroris, mœroris, doloris & vaſtę ſolitudinis. Tædet animam veſtram vitæ ueſtræ. & dicitis: Libera me domine de corpore mortis huius, quod animam grauat & infirmum ad bonũ eſt, imò rebelle eſt ſpiritui Vnde homo voce ſua ad dominum clamat, voce ſua ad dominum deprecatur cum Dauid, dicens: Libera me à perſequẽtibus me, quia cõfortati ſunt ſuper me, educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iuſti, donec retribuas mihi ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum. Donec ſuper omnia bona tua me conſtituas, & me lætifices in gaudio cũ vultu tuo. Nam ſolummodo tunc ſaciabor, quando apparuerit gloria tua, & cognouerò te ſicut cognitus ſum. Psal. 16 Phili. 3
Fœlix & ter quaterque beatus qui expectat per ſpem reualationem gloriæ filiorum dei & interim non peccat, ſed facit bonitatem, & ſeipſum ſanctificat, ſicut & ille ſanctus eſt: Quia ſpes iſta eum non confundit: quia dominus manifeſtat ei ſemetipſum, vt videat eũ per ſpeciem. Hoc facit ille, qui eſt dominus potens in cęlo & in terra. Ergo lubeſt ei cùm voluerit, poſſe. Vult, quia vult omnes homines ſaluos fieri, quia noſter, quia caro & frater noſter eſt. Imò & pater, & hoc facit iuxta nomen ſuum quia Ieſus, quod ſaluator interpretatur, & Chriſtus vnctus præ participib. ſuis oleo lætitiæ, quia plenus gratiæ & veritatis., & de plenitudine eius nos omnes gratiam pro gratia accipimus. Ideo parcit omnibus, diſſimulat peccata, expectat ad pœnitentiam: quia amat animas, & neminem vult perire, ſed omnes ad pœnitẽtiam conuerti, Vel dominus noſter, quantum ad diuinitatem, Ieſus Chriſtus quantum ad humanitatem, vt ſic oculus reficiatur, & ſaluetur homo ingrediendo & egrediẽdo, Int⁹. in diuinitatis, foris in humanitatis Chriſti aperta viſione. Qui Ieſus Chriſtus, per gratiã ſuam *confirmabit vos*, qui ſtabiles & immobiles ſtatis in fide & iuuſtitia, *vſque in finẽ*, in omni opere & ſermone bono. In finẽ vitę, vniuſcuiuſq;. Vel in finẽ ſeculi, iuxta illud, Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad cũſummationem ſeculi, cõfirmabit inquã, ita vt ſitis *ſine crimine*, id eſt, ſine graui Rom. 5 Sapi. 12 1 Tim. 2 Mat. 1 Psa. 143 Ioa. 1 Sapi. 11 2 Pet. 3 Esai. 30

&

mortali peccato. Crimen namque eſt peccatum, ac cuſatione & damnatione dignum Et non dicit, ſine peccato, quia in multis offendimus omnes, & ſepties in die cadit iuſtus in venialia peccata & reſurgit. Et ſi diceremus quòd peccata venialia non haberemus, mentiremur. & veritas in nobis non eſſet Vos confirmabit, qui tenditis *in diem aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti*, quando veniet cum poteſtate magna & maieſtate, adeò quòd eum omnes videbunt, etiam illi qui eum pupugerunt. Illa eſt magna dies domini & terribilis valde malis, ſed deſiderabilis bonis, quia ſuper omnia bona domini ſui conſtituentur. Laus deo.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOST. IN EVANG.

Lucæ xiiij. Sermo.

Eccl. 8
Prou. 25

OMNI negocio, tempus eſt & oportunitas. Nam mala aurea in lectis argẽteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Hinc ex ore fatui parabola reprobatur, quia non dicit eam in tempore ſuo, Sapientia autem patris, Chriſtus, omnia opera ſua numero & pondere & menſura fecit. Rectum modum, & menſuram debitam, ſpeciem & numerum, ordinem ſanctiſſimũ & pondus, in omnibus ſuis verbis & operibus tenuit. Hoc in euangelio hodierno inter omnia quæ egit, operando & docendo palam eſt omnibus Venit enim quærere & ſal uare quod perierat. Venit, vt nos doceret vias ſuas, & vt ambularemus in ſemitis eius. Illud autem aptius in ſabbatis fecit, quando conueniebant ad eum vndique turbæ multæ, vt audirent eum, & ſanarẽtur ab infirmitatibus ſuis. Sic vt hodierna euangelij teſtatur hiſtoria, ſabbato inuitatus in conuiuio vel prandio, ſanat hydropicum, & ſeminat ſemen ſuum, doctrinam ſalutis. Tangitur quidem hîc refectio ſaluatoris, quæ veram in eo oſtendit infirmitatem humanam. Et ſanatio languoris, oſtendens poteſtatem diuinitatis. Demum additur eius ad humilitatem exhortatio, ac via docetur aſſequendi veri culmen honoris, qui à ſolo Deo datur. Vel ſi malueris, in iſto euangelio oſtenditur vniuerſalis Chriſti poteſtas, in infirmi curatione, Manifeſtatur eius ſapientia

in maleuolorum irrefragabili confutatione. Declaratur & eius abyſſalis ſemperque exuberans bonitas, in conuiuantium benigna inſtructione, Poteſtas Dei erat ei & miſericordia. Imò, beatus erat & ſolus potens. In eo erant omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei abſconditi, ideo ſciuit omnia. Charitas verò eius ſupereminet ſcientiam & captum omnis intellectus. ideo in operibus ſuis ſemper oſtendit abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos. Sed textum percurramus. *Cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſæorum.* In domũ principis phariſæorum dominus intrauit: non eo quòd ibi lautioribus cuperet cibis carnis refici, aut vino præcipuo & abundanti ſe inebriaret, vt magnifici, in hoc ſeculo, carnis curam in deſideriis facientes, in vſu habent. Hoc impium eſt & nefas maximum vel cogitare. Væ enim eis qui ſaturantur, & hic habent conſolationem ſuam in delitiis carnalibus, Chriſtus eſt interminatus. ipſe verò facere cœpit & docere Non quæſiuit quæ eorum ſunt, ſed eos & ſalutem eorum. Omnia fecit propter electos, vt ſalutem aſſequerentur. Intrauit ergo ad phariſæi domum, vt pietatis opus, quo Chriſtum egenũ & pauperem factum propter nos, inuitauerat, vberiori recompenſaret mercede. Magnum profectò eſt pietatis emolumentum, promiſſionem enim vitæ quæ nunc eſt habet & futuræ. Comedit cũ eis, vt eos ædificaret ad fidem & mores bonos, qui maximè formantur in conuictu. Sic docuit eos opere & verbo, abnegare impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, piè & iuſtè viuere in hoc ſeculo odire animam ſuam in hoc mundo, & cuſtodire eam in vitam æternam. Oſtendit & hoc modo veram erga eos dilectionem, quæ eſt legis plenitudo, dũ non recordatur, & quaſi neſciret eorum malitias, ad eos accedit humiliter benignè eis in bona voluntate ſua facit. Sicque quod docuerat, opere adimplet: Nempe: diligere inimicos, benefacere odientibus. Peſſimè meriti erant de Chriſto phariſæi. At ille retribuit illis pro malis bona, pro odio dilectionem. Vicit in bono malum. Carbones ignis congeſſit ſuper capita eorum, licet noluerint reuerti: & omne conſilium eius cum inuidia tabeſcente iter habentes, faſtu mentis fruſtra inflati deſpexerint, verus tamen ſol iuſtitiæ, veritatis, charitatiſque radios à fœcibus iſtis non retraxit. Ne dicere poſ-

1.Tim. 6 *Luc. 12* *Mat. 5* *Sap. 5*

poſſent in veritate, Iuſtitiæ lumen non luxit nobis. Venit ecce lux in mundum, cum eis conuerſatus eſt, habitauit in eis, miniſter circumciſionis factus. Sed illi ſciē-
Sap.2 tiā viarū eius ſcire noluerūt, abſcōderunt ſe à calore dilectionis eius, & magis dilexerunt tenebras errorum & peccatorum, quàm lucem veritatis, ſanctitatis & diuinitatis eius, adeò vt grauis eis eſſet ad videndum. Horum
1.Pet.2 cauſa eſt: Quia opera eorum mala erant Nec id mirum
1.Theſ.2 cùm ipſi malæ arbores eſſent, ſerui mali & nequam,
Mat.5 homines mali & iniqui operarij mali Omnis enim qui malè agit, odit lucem & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Ex hoc & aliis ſcripturæ locis hoc habemus documentum ſalutare, quòd ſemper conuerſationem bonam inter homines habere debemus, ac omnibus placere in bono, vt ſi qui detrahunt de nobis, confundantur, dum eis adſumus ſanctè, iuſtè & ſine querela, atque lux noſtra lucet coram hominibus, & vident
1.Theſ.5 opera noſtra bona. Maximè tamen in ſanctis conuerſationibus, in gratia, in ſynceritate, in ſobrietate, & omnium morum decore nos ſeruare debemus, cùm panem cum ſecularibus manducamus, Ibi nedum crapulam & ebrietatem vitare debemus, ſed nec vllum verbum ocioſum ibi dicere phas eſt, & nullus ſermo malus ex ore noſtro ibi procedere debet, ſed ſi quis bonus eſt, qui ædificationem fidei & gratiam det audientibus. Ibi non ſolùm ab eo, quod ſuapte natura malum eſt, ſed etiam ab omni ſpecie mala abſtinendū eſt, vt nemini vllam demus offenſionem, ne vituperetur miniſterium noſtrum. Curæ nobis ſit, vt pro pane corporali, hoſpites noſtros pane verbi Dei, exempla & documenta ſalutis dando, paſcamus. Vt ſicut illi corpora noſtra reficiunt cibo qui perit, ſic nos exemplo Chriſti, animas hoſpitum verbo gratiæ eius, qui cibus eſt animæ reficiamus, qui permanet in vitam æternam. Et ſicut qui nos recipiunt, diuerſa nobis fercula apponunt, ſic nos illis doctrinas varias & ſalutares, tum operibus, tum moribus, tum exhortationibus ſanctis refundamus. Vt verbum abunde habitet in nobis. Er dum loquimur, ſermones dei loquamur. Et dum prædicamus ſobrietatem, abſtinentiam, continentiam, temperantiam, carnis cum viciis & concupiſcentiis crucifixionem, & id genus virtutes: & non facimus, ſed huic ſeculo nos conformamus, ambulamus in

luxuriis,

luxuriis, in deſideriis, vinolẽtiis, potationibus, comeſſationibus, impudicitiis, & verbis ſcurras æquamus, & clamoribus lupos repræſentamus, oculos plenos habentes adulterij, inceſſabilis delicti, turpiloqui, vaniloqui, multiloqui, ſtultiloqui, incompoſiti, indiſciplinati, criminatores, deriſores, detractores, ſuſurrones, leues, voluptatum amatores magis quàm dei, non ſolùm nullam ſpeciem pietatis habentes, præter raſum caput & cucullam immunditiis plenam vino & cicera perfuſa ac indurata, vt non religioſus habitus, ſed exuuium magis immundæ ſuis dixeris, volutæ in volutabro luti hic nomen per nos blaſphematur, laqueus fumus venationi, ſcandala pusilli gregis Chriſti, offenſiones facimus. Quò ad poſſumus perdimus fratres pro quibus Chriſtus mortuus eſt, infirmamus eos in fide & bonis moribus. Percutimus multorum conſcientias infirmas, deſtruimus opus Dei, quod per ſanctos ſuos tanto cum labore erexerat, ædificaueratque in eis. Sic autem in fratres offendentes, in Chriſtum peccamus, cuius filij ſunt & fratres, peccamus in ſpiritũ ſanctum, cuius templa ſunt, domus & habitacula, quæ quantum in nobis eſt ſcandalis noſtris violamus, ſanctuaria eius in terra profanamus, & igne accendimus concupiſcentiæ carnalis, qui vſque ad inferni nouiſſima ardebit, & non extinguetur, ideo diſperdet nos Deus in malitia noſtra, & nullam habemus de peccatis noſtris excuſationem. Proinde obſecro vos chariſſimi tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam, conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonã, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderã tes, glorificẽt Deum in die viſitationis ſuæ. Quando aſpiciens in eos miſeretur eorum, ſecundum iudicium diligentium nomen eius. Tunc Deum glorificabunt in vobis, quia per ſanctam conuerſationem veſtram in timore Dei, ipſi de vana conuerſatione ſua ſunt erepti, & ſuper ſemitas iuſtitię deducti atque vobiſcum iam in omni conuerſatione ſua vobiſcum ſancti ſunt, ſecundum eum qui nos omnes vocauit in gratiam in qua ſtamus, & in regnum ſuum cœleſte & de tenebris in admirabile lumen ſuum. Dignè ergo Deo & Euangelio Chriſti ambulate in omnibus vosipſos præbete exemplum bonorum operum in

1. Pet. 2 — *Rom. 1* — *Rom. 8* — *Iſai. 5* — *Rom. 14* — *Mal. 1* — *Rom. 8* — *Iſai. 66* — *1. Pet. 2* — *Pſ. 118*

in doctrina,in integritate,in grauitate.Eſtote exemplũ fidelium,in verbo,in conuerſatione,in charitate,in fide in caſtitate:in ſobrietate:Eſtote forma vitæ ſanctitatis ſpecula,virtutum imagines.lumina mundi,vitæ, regulæ perfectionis,lucernæ populi, angeli terreſtres, fratres
Rom.8 Chriſti,filij altiſſimi,dij per gratiæ adoptionem & participationem, hæredes Dei,& cohæredes Chriſti, Qui facit hæc,huic erit gloria æterna Sed ad propoſitum reuertamur.Ieſus pauper & inops à iuuentute ſua,qui nõ habuit vbi caput ſuum reclinaret,ingreſſus eſt domum principis,vt dum corporalia acciperet, ſpiritualia illis tribueret in abundantia,vt de plenitudine ſua illis gratiam doctrinæ,& panis verbi ſui daret,pro gratia pietatis & inuitationis Sicque illius inopia diuites efficerentur in illo, vt nihil eis deeſſet in vlla gratia. Date ergo pauperibus parua, & dabuntur vobis magna.Date caduca & quæ pereunt cuſtodita,& dabuntur vobis æterna.Sic mirabili commutatione accipietis,pro corporalibus ſpiritualia,pro eleemoſyna gratiam, pro miſericordia pauperum,miſericordiam remiſſionis peccatorum,pro terrenis,cœleſtia,& vitam æternam ſabbato, quando plus cæteris diebus eſt miſericordiæ operibus
4.Re.6 incumbendum.manducare panem.Quamuis nomine panis,omnia vitę neceſſaria,excluſis ſuperfluis deſignentur,ſicut in oratione dominica petimus,Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie Et panis nomine, omnis cibus intelligatur,iuxta illud,Pone panem & aquam coram eis. vt comedant & bibant. Appoſitáque eſt eis ciborum magna præparatio,& comederunt & biberunt Hic tamen panis ſolius fit mentio quia refectio hæc quantum ad Chriſtum,non fuit ſuperfluitatis, ſed frugalitatis,ſed ſobrietatis,ſed neceſſitatis. Vbi quæſo edones & bibones ſuam excuſabunt profuſionem omnem qui non ſolum paſcua bona ouium depaſcunt,inſuper & reliquias paſcuarum ſuarum pedibus ſuis conculcant?Et cum puriſſimam aquam bibunt, reliquam pedibus ſuis turbant? Væ vobis qui potentes eſtis ad bibendum vinum & viri fortes ad miſcendas ebrietates Væ illis qui cum impiis comeſſationibus vacant, re-
Iſai.28 bus fruuntur quæ ſunt,vt Philo in libro digeſſit Sapiẽ
& 6 tiæ?aux lege ibidem.Væ illis qui abſorbentur à vino, errant in ebrietate.&c.Væ qui bibunt vinum in Phia-
lis,

ſis.&c Qui quotidie veſcuntur ſplendidè. Quorum cor pora crapula grauantur & ebrietate Qui veluti bruta animalia, quibus non eſt intellectus, pro voluptate ducunt, ſi in diem delitiis fruuntur, labes & maculæ, qui conuiuunt in erroribus ſuis, inſultant piè in Chriſto viuentibus, oculos habentes plenos adulterij, & qui à peccato ceſſare neſciunt, &c Et obſerua, quòd iſtud opus pietatis, multipliciter commendatur Ex parte eius cui eſt impenſum, Chriſto videlicet pauperi, pauperibus. enim diſtribuere bona noſtra debemus, non amicis aut pecunioſis, Et quicquid neceſſitatem patientibus pro Chriſti nomine & gloria impartimur, damus Chriſto, nec mercede debita defraudabimur. Tum ex parte largientis quia Princeps ſacerdotum. Principes enim & qui multa habent, abundanter tribuere pauperibus debent, Sed iam non ſolum non largiuntur egenis, ſed panem eorum eis auferunt, atque viri ſanguinum ſunt & dici debent. Tertiò ex parte temporis, quia in ſabbato, quo die pauperes vocandi ſunt ad menſam. Quarto, ex parte rei datæ, quæ duplex fuit: hoſpitalitas videlicet, contra eos qui pauperes abominantur etiam proximos, nec ſinunt vt domos eorum intrent. Sed Deus dicit, Egenos vagóſque induc in domum tuam. Lutherani verò religioſos de monaſteriis ſuis expellunt, & vt ſcelus ſuum & impietatem obumbrent, & non arguantur malitiæ & nequitiæ, pauperes illuc introducũt Sed eos quos iam in ſuæ prauitatis naſſam traxerunt, vel vt eos hoc modo adhuc ſecum in perditionem trahãt, Et ſic ſub pietatis, prætextu, ſicut Iudas ſub pacis ſigno, tradunt pauperes, quos à fide in hæreſim ſuam trahũt: Animas pauperum occidunt. Et ſub poteſtatis titulo, quam ad vindictam malorum & laudem bonorum acceperunt in ædificationem, item & non in deſtructionem, ſicut Iezabel impiiſſima, vineam Naboth auferũt hæredem verò extra vineam eiiciunt, & occidunt: & tunc hæreditas eorum eſt Iam vide quomodo hæreditas monaſteriorum, facta eſt Lutheranorum. Alij Antiocho in ſcelere pares, eiectis religioſis, conſtituunt ibi viros impios, quibus monaſteria largiuntur, qui templa & loca cultui diuino dedicata, ſcortationibus replent & luxuria, ſicut ſcriptum eſt: Templum luxuria & comeſſationibus erat plenum, & ſcortantium cum me-

2. Pet. 2

Eſai. 58

Ezec. 13

2. Co. 10

1. Re. 21

2. Mac.

reticis

retricibus,ſacriſque ædibus mulieres ſe vltro ingerebãt intrò ferentes ea quæ non licet. Sic expulſis religioſis, conſtituunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, filios Belial & perditionis, qui ſunt in laqueum magnũ & diabolum omnis boni, omnis diſciplinæ, omnis pietatis & ſalutis. Et fit hoc ad inſidias, ad abrogationem ſanctificationis & cultus Dei, ad conculcationem euangelicæ vitę, ad ſubuerſionem fidei electorum: ad perdendas animas, Chriſti ſanguine redemptas. Sic ſanctificatio deſolatur, ſicut ſolitudo, dies feſti conuertuntur in luctum, ſabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicatur ignominia eius, & ſublimitas eius conuertitur in luctũ. Et cùm hæc fecerunt, nihil ſibi conſcij ſunt, veros ſe euangelicos profitentur, obſequium, ſe præſtare Deo putant, vitam ſibi pollicentur æternã. Atque adeò ſunt
2.Petr.2 de ſalute ſecuri, quaſi iam cum Chriſto regnarent in
Matt.22 cœlo. Sic apoſtoli Satanę, magiſtri mẽdaces, duces cæci, imponunt filiis tenebrarum & perditionis, quod in clariſſima luce impingunt quaſi in tenebris, per dulces ſermones & benedictiones ſic corda eorum ſeducunt,
Rom. 16 dum eos beatos dicunt, & in deſideriis peſſimis laudant, placentia illis loquuntur, errores eis vident, auferunt ab eis viam mandatorum Dei, quæ impoſſibilia dicunt obſeruatu, nulliúſque fructus & meriti eorum dicunt obſeruationem. Solam verò fidem ſuam fictam
Hiere.5 iuſtificare dicunt & ſaluare. Hæc populus inſipiens diligit. Populus meus, ait Deus, dilexit talia. Hæc pro oraculis amplectuntur, licet meræ nugæ ſint & impoſturæ atque inſaniæ falſæ O inſenſati Alemani, quis vos faſcinauit non obedire veritati? Qui ſpiritu cœpiſtis, iam carne conſummatis. Qui currebatis bene, conuerſi eſtis in arcum prauum & in ſcoriam mutati. Hæc de pietatis operibus Lutheranorum ad præſens dicta ſufficiant. Rurſus ait ſcriptura: Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim quidam Deo placuerunt, vt Abra-
Heb.13 ham & Lot, angelis hoſpitio receptis. Et Iob de ſeipſo
Gen. 18 ait Foras non manſit peregrinus, oſtium meum viatori
Io 31 patuit. Tales epiſcoporum domus eſſe deberent & ſacerdotum. At in epiſcoporum iam aulis, mimi & perditiſſimi rabulæ habentur in honore, & vix Lazaro ante fores portæ exterioris locus eſt, taceo ꝙ nemo eius
miſeretur.

miſeretur, nemo illi micas panis, quæ cadunt de menſa domini, tribuit. Taceo quòd ibi canes impudentiſſimi, non ſolùm bipedes, ſed & quadrupedes comedunt: non ſolùm vſque ad ſaturitatem, ſed & vſque ad vomitum, & Chriſtus ibi in pauperibus eſurit & ſitit. Iſte etiam princeps Chriſto dedit ſuſtentationẽ vitæ, & ad menſam propriam illum recepit, quod ex eo apertum eſt quòd in menſa doctrinę ſuę panem, in quo viuit homo interior, illis diſtribuit, ſicut ſcriptum eſt: Frange eſurienti panem tuum. Et Iob ait: ſi comedi buccellam ſolus. Iam principes potius Iudam ſecum habent in menſa, qui intingit cum eis in paropſidem, quam Petrũ vel Paulum. Et eis refunditur, quod qui edit panes eorum, leuat cõtra eos calcaneum ſuum, maledicit eis, magnificat ſuper eos ſupplãtationem, verba iniqua aduerſus eos conſtituit. Sequitur phariſæorum malignitas, quæ diu ſe occultare non poteſt. *Et ipſi*, phariſæi, *obſeruabant eum*, ſi ſabbatum ſolueret. Obſeruat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum in factis obſeruatores, in dictis contradictores, in tormẽtis erant eius deriſores, qui debebant eius doctrinam ſuſcipere, opera eius magnificare, pro tormentis & paſſione ſua ei gratias agere. Sed malitia ſic corda eorum ſubuerterat, ſic corda eorum excæcauerat, ſic volũtates eorum indurauerat, quòd doctrinã eius dicebant falſam, ipſúmque aſſerebant ſeductorem: facta eius Beelſebub principi attribuebant dæmoniorum, & eum peccatorẽ calumniabantur & Beelzebub ipſum. Pro ſceleribus ſuis, nõ pro iuſtitia & generis humani redemptione eum pati blaſphemabant. De inuidia alibi latius dicam. Hæc diabolicum eſt peccatum. Quia inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Imitãtur autem illum qui ſunt ex parte eius, ipſi phariſæi. Attẽdebant ſi quid faceret, quod calumniari poſſent: Vt bona eius in malum poſſent vertere, & in electis operibus eius maculam ponere. Hoc peccatum in oculis eſt, quia nequam eſt oculus inuidi, & veneno oculorum atque aſpectu hominẽ occidit, inſtar baſiliſci. Eſt in auribus, quia libenter audit mala de eo quem odit. Eſt in ore per detractionem. Inuidi enim acuunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenũ aſpidum ſub labiis eorum. Si mordeat ſerpẽs in occulto, vel in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit

Matt. 25 *Eſaia 58* *Iob 31* *Matt. 12* *Ioel 9* *Sapien. 2*

trahit. Eſt in opere, quia frequenter impedit alterius bonum opus, ſalutem aliorum. Sic Iudæi prohibebant Apoſtolo gentibus loqui euangelium vt ſalui fierent. *& ecce homo quidam hydropicus, erat ante illum*, ex malitia vt creditur phariſæorum adductus. O malitia. Paſcunt ecce dominum, & ei nocere intendunt. Habebant exteriorem amicitiam, & interiorem malitiam, charitatem

Prou. 26 prætendebant, & inuidiam in corde gerebant. Beneficium præſtabant foris, & nocumenta ac dolos tractabant in corde. Septem nequitiæ erant in cordibus eo-

Prou. 23 rum. Ergo ne comedas cū homine inuido, nec deſideres cibos eius Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius non eſt tecū. Igitur vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam, &c. In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè

Matt. 16 ponit ei inſidias. Hydropicus iſte Chriſtum non petit pro ſanitate corporis. Vel, quia non audebat, timore phariſæorum. Vel, quia infirmitatem ſuā loqui pro eo confidebat. Vel, quod magis credibile eſt, Chriſtum fi-

Pſal. 37 lium Dei viui credebat, vnde & cordis ei credebat ar-

Pſal. 68 cana eſſe manifeſta. Domine, dixit, ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Exaudi me domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua, quia tu noſti abſcōdita cordis Fides iſta in auribus Chriſti loquebatur, & ſaluum fecit eum. Sed Dominus videns cogitationes eorum, calumniandi eis

Iob 5 viā præcluſit, ſicut Iob dicit: Diſſipat cogitationes malignorum, nec poſſunt implere manus illorum quod cœperant. Appræhēdit ſapientes in aſtucia ſua, & conſilia prauorum diſſipat. Quæſtionē ergo proponit, qua eos concludit. *& reſpondens Ieſus*, ad cogitationes eorū malas, quas vidit & cognouit. Ecce ſapiētia Chriſti di-

3. Reg. 8 uina. Solus enim Deus corda omniū hominum nouit.

Ioan. 7 *dixit ad legiſperitos*, qui legē ſciebant, ſed non faciebant.

Roma. 2 Docebant alios, ſeipſos non docebant. Iſti præeminebant in ſapiētia, ideo meritò ab eis quæritur iudicium. *& phariſæos*, tanquam perfectioris vitæ & conuerſationis. *Si licet ſabbato curare?* Si licet opera charitatis facere, ſine externo labore, abſq; ſabbati violatione? quale eſt, ſolo verbo infirmum curare Hoc autem interrogauit non quòd de hoc dubitaret, ſed vt eorum cæcam affectatámque malitiam ex cōceſſis apertius argueret,

.oráque

oráque eorum obſtrueret loquentia iniqua. *at illi tacuerunt*, confuſi,conuicti & concluſi. Quicquid enim dicerent, ſermonibus ſuis ſeipſos illaquearent. Si licet, cur ipſum obſeruant? Si non licet, cur ipſi pecora ſua curant? Arguit ergo eos malitia eorum, & ipſorũ auerſio increpauit eos. Teſtimonium illis reddidit conſcientia eorum, & inter ſe inuicem cogitationes ſe accuſabant, conuincebant, dãnabant eos. Sic inciderunt in foueam, quam pedibus Chriſti parauerant. Verùm ſapientiam non vicit malitia, nec bonitatis ſuæ fontẽ, quo minus flueret malignantium obſtruxit aut impediuit obſtinatio. *ipſe verò apprehenſum*, manu videlicet medicinalis virtutis ſuæ, non neceſſitatis cauſa, ſed pietatis affectu, & humilitatis exẽplo, qui mitis erat & humilis corde. Per hoc oſtendit, ſe non abhorrere quãcunque hominis infirmitatem, cum & languores noſtros ipſe tulerit, & dolores noſtros ipſe portauerit. Vel vt euangeliſta Matthæus hæc verba recitat, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. Non vt ſibi haberet, ſed vt à nobis ea auferret. *ſanauit eum ac dimiſit*, ſanatũ abire quò vellet. Ex hoc Domini facto edocemur, contemnere ſcandala eorum, qui non ex ignorantia, ſed ex malitia ſcandalizantur in optimis factis iuſtorum. Sinite eos, ait, cæci ſunt & duces cæcorũ. Hic cõſidera, quòd opera neceſſitatis, vt eſt adaquatio animalium, facere licet in ſabbato, & circuncíſio, & quæ ad honorem diuinum fiunt, vt ſunt: oblationes, orationes, cantus, & id genus exercitia pietatis. Sanatio autẽ hominis, ſolo verbo aut contactu manus, maximum eſt neceſſitatis opus, & charitatis & pietatis. Et cũ in diebus feſtiuis honor Dei ſit præcipuè cumulandus, conſequens eſt, licitum fuiſſe & optimum, Chriſtum ſabbatis infirmos curaſſe. Et opere curationis tã miraculoſæ, Dei potentia relucebat, Dei ſapientia emicuit, & abyſſalis eius bonitas apparuit, ac circunſtantes in Dei laudes erumpebant, & benedictionem in ſanatione infirmi huius Dei potentia eſt oſtenſa. Iã Chriſti ſapientia oſtẽditur in obſeruatorũ confutatione, in qua prius propoſitam quæſtionẽ ſoluit. *& reſpondent ad illos*, non ad verba oris, ſed cordis: Quia in corde cogitabãt mala & dolos. *dixit*, manifeſtè, quia in occulto locutus eſt nihil, vt omnes audirent, etiam qui oderũt eum. *Cuius*

Margin: Hiere. 2 · Rom. 2 · Matt. 11 · Matt. 8 · Matt. 15 · Ioan. 7 · Matt. 12 · Ioan. 17

veſtrum aſinus aut bos in puteum cadit, & non continuò extrahet illum in die ſabbati? non expectans diem alterum. Quaſi dicat: ſi non creditis ſabbatum in tam laborioſis operibus violari, quæ tamen cupiditatis habent radicem, quanto minus mihi indignari fas eſt, qui totum hominem ſanum feci: quod eſt opus maximę (in qua tota lex pendet & prophetæ) charitatis. Nemini enim quicquam debetis, niſi vt inuicem diligatis. Sed in propatulo eſt, quod dilectionem Dei & proximi, non habetis in vobis. Opera enim quæ facitis, & zelus veſter amarus quem habetis in cordibus veſtris, id atteſtantur. Ad hæc verba Sapientiæ æternę, muta fiebant labia doloſa, & omnis iniquitas oppilauit os ſuum. Confuſi teſtimonio cõſcientiæ proprię, ſed minimè emendati. Moraliter, puteus peccatum eſt. Bos & aſinus homines ſunt, qui honorem ſuum ignorantes, nec peccatum comparantur iumentis inſipientibus, & ſimiles illis fiunt. Iſti ſtatim ſunt de fouea peccatorũ retrahendi, ne abſorbeat eos profundum, & ſubmergantur in aquis vehementibus, & cadant in profundum deſperationis, quaſi lapis vel plumbum. Nam ſi in profundum venerint, actum eſt cum eis. Omne cõſilium & omnem ſalutis doctrinam, retrorſum proiiciũt, Deum contemnunt, homines non reuerentur, inſumunt in peccatis, inſtar iumentorum in ſtercore peccatorum ſuorum computreſcunt. Quod à nobis auertat Deus per miſeſericordiam ſuam, Amen.

Matt. 22 *Rom. 13* *Iacob. 3* *Roma. 3* *Prou. 18*

HOMILIA SECVNDA.

BONVS homo de bono theſauro cordis ſui ſemper profert bona, docet vtilia, conſulit ſublimia, mandat neceſſaria, viã Dei in veritate docet, corripit inquietos, cõſolatur puſillanimes. Et ſi quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vt in multis offendimus omnes, in partem deductum inſtruit in ſpiritu lenitatis, & ſeipſum conſiderat quã eſt ad mala propenſus, & quòd ſepties cadat iuſtus in die, imperfectũ ſuũ attendit. Sic Christus legiſperitos & phariſæos, quãuis id malitia eorum exegiſſet, nõ in furore ſuo arguit, nec in ira ſua corripuit, ſed cùm iuſtus eſſet & pius, corripuit

Galat. 6 *Prou. 24.* *Pſal. 6*

eos in miſericordia,& increpauit eos nõnunquã,ac rationabili conſequentia cõcluſit,vt vel ſic cognoſcerent quòd noluit mortem eorum,ſed magis vt cõuerterentur & viuerent. Voluit pius paſtor,omnes oues colligere,ex omnib.locis in quos diſperſę erant.Quod perierat,requiſiuit:quod abiectũ erat voluit reducere, quod confractum fuit,voluit alligare,quod infirmum , voluit cõſolidare, & quod pingue & forte cuſtodire:& paſcere eas in iudicio,vt omnes ad agnitionem ſui nominis venirent & ſaluarẽtur, quod nec vnus periret ex puſillis qui in eum credunt. Sed ipſi noluerunt ſub alis eius colligi,noluerũt reuerti,noluerunt accipere diſciplinã. Sapientiam autem & diſciplinã qui abiicit,infęlix eſt, & vacua ſpes eius , & labores ſine fructu , & mobilia opera eius. Et quamuis diuitias bonitatis eius contemnerent,nec potentiam eius qua infirmũ curauerat formidarent,nec ſapientiam eius qua eos concluſerat,admirarentur,honorarẽt,aut diligerent: Patiẽter nihilominus egit cũ eis,& pepercit eis, expectans vt vel anno ſequenti faciant fructum bonum, malitia relicta. In multa ergo patiẽtia ſuſtinuit vaſa irę apta ad interitũ, quia eius ſunt omnia,& quia amat animas,& vt oſtenderet diuitias bonitatis ſuę ſuper nos in ſeipſo, Adiecit ergo in bono,& in b onitate ſua docuit eos iuſtificationes ſuas ſolus bonus. Fodit circa arborem , & ſtercora mittit,arguit , obſecrat , increpat,in omni patientia & doctrina.Inſtat opportunè, importunè,opus facit euãgeliſtę, miniſteriũ ſuũ impleuit:Docuit ergo eos,quomodo verum honorẽ conſequi poſſunt,qui à ſolo Deo eſt,exhortando eos ad humilitatem.Ille ergo Chriſtus qui prius locutus fuit cũ legiſperitis & phariſæis , nunc reliquos compellat à phariſæo inuitatos,ad veram eos exhortans mentis & corporis humilitatẽ. *Dicebat autem ad inuitatos,parabolam.* intendens eos docere de infimo, non de ſupremo loco appetendo, hoc eſt,voluit per eã eos docere,vt ſe omnibus reputarent inferiores,negligentiores , imperfectiores. Vt in humilitate ſuperiores ſibiinuicem arbitrarentur,& dicerent ſe minimos omnium,ſicut Apoſtolus aſſerit, ſe minimũ apoſtolorum, abortiuum,minimum omnium ſanctorũ,primum verò, ſiue maximum peccatorũ. Sic humiliter voluit vt ſentiremus de nobis,quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilib. autem

Ezec. 14
Hiere. 5
Sapien. 3
Roma. 2
2.Petr. 3
Roma. 9
Philip. 2
1.Cor. 15.

autem dat gratiã. Vt non eſſet exaltatum cor noſtrum, neq; elati eſſent oculi noſtri. Vt ſemper viliores ſiamus quàm prius eramus, & humiles ſimus in oculis noſtris: Nam Deus populũ humilẽ ſaluũ facit, & oculos ſuperborũ humiliat, & gloriã præcedit humilitas. Sed attende quòd humilitas gemina eſt, vera & falſa. Vera humilitas eſt vera ſuiipſius cognitio, & deſpectus infra omnes. Seipſum donis dei indignũ iudicare, atque eligere, appetere, & deſiderare abiectũ eſſe in domo Dei, & cũ Chriſto, ſi honor offertur ei & defertur, ſe elongare, fugiendo & manere in ſolitudine. Sic Moyſes cùm ad populi ducatum vocaretur à Deo, quantum licuit, reſtitit, & ſe excuſauit. Dathan, Core & Abiron, vaſa iniquitatis bellantia, vt fures erant, & non vocati à Deo, aliunde aſcenderunt, ſuperbiam Luciferi, non humilitatem Chriſti imitantes. Sed humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis à Deo, qui eſt ante ſecula, & humilitatem reſpicit in cœlo & in terra. Humilitas ſimulata & falſa, duplex iniquitas eſt, de qua ſcriptum eſt: Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Sub iſta immẽſa latet ſuperbia. Hæc honorẽ fugere ſe ſimulat, quẽ toto corde deſiderat. Sic ſe agni vellere operit, ne vileſcat ne agnoſcatur ſuperbia. Sed ſi promouetur, ouis vellus proiicit, & lupus qui tectus latuit, in omnibus quę agit apparet, & ex fructibus cognoſcitur. Parabolã ergo iſtã intendit ad ſcopum iſtũ, ne cupidi ſint honorum & dignitatũ, intelligens *quomodo primos accubitus eligerent*, & amant in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominib. Rabbi. Qui honores quęrit in terra, cõfuſionẽ inueniet in cœlo. Dicit ergo: *Cum inuitatus fueris ad nuptias*, litera nihil habet difficultatis. Sed cũ parabola ſit, latẽs in ea ſenſus, vt nucleus è teſta, eſt eruendus. Nuptiæ ad quas inuitamur triplices ſunt, videlicet culpæ, gratiæ, gloriæ. Priores inter animã celebrantur & diabolũ, per cõſenſum peccati mortalis. Ad illas inuitat diabolus per prauas ſuggeſtiones, per malos homines, per oblectamẽta carnis, per mũdi vanitates, pelliciẽdo animas inſtabiles ad peccatũ. Totus mũdus in maligno poſitus, ad has nuptias venit. Nũcij eius & multi ſunt & diligentes in commiſſo. Venire clamãt voce tã alta, vt in omnẽ terrã exeat ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. To-

tus

Marginal notes: Pſal. 17 — Exod. 3 — Matt. 23 — Eſa. 1.

tus mundus poſt ipſos currit. Venite canunt fruamur *Sapi.2*
rebus quæ ſunt,& vtamur creatura tāquam in iuuētu-
te celeriter &c. Reges terræ & omnes populi, principes
& omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, ſenes cum
iunioribus, ſimul in vnū diuites & pauperes ad nuptias
illas currūt Omnes cōuerſi ſunt ad curſum ſuū, quaſi *Hier.8*
equus impetu vadēs in prǣliū. Aut ſicut grex porcorū, à
malis ſpiritibus inuaſus, rapido curſu in mare ſe prǣci-
pitauerit, ſic filij huius ſeculi & amatores feſtināt ad ma
lū, Ibi calix proſtitutionis potatur, & vinū iræ Dei. Vua *Prou.8*
eorū vua fellis, & botrus amariſſimus. De vinea Sodo-
morū vinea eorū, & de ſuburbanis Gomorræ. Fel dra- *Apoc. 14*
conū, vinum eorū, & venenū aſpidū inſanabile. Ibi da- *Eſai.51*
tur calix dæmoniorū, Ibi bibunt quaſi aquā iniquitatē *Deut. 32*
& ſubſannationē. Iſti hoſpites, inſanię plenas vigilias ha *1.Cor.10*
bēt, neque vitā neque nuptias iā mūdas cuſtodiūt. Sed
& alius aliū per inuidiā occidit, aut adulterans contri-
ſtat, & omnia cōmixta ſunt: Sanguis, homicidiū, furtum
& fictio, corruptio & infidelitas, turbatio, periurium, tu-
multus, bonorum Dei immemoratio animarum inqui-
natio, natiuitatis immutatio, nuptiarū inconſtantia, in-
ordinatio mœchiæ & impudicitiæ. Aut enim dū lætan-
tur inſaniunt aut viuunt iniuſtè, aut periurant cibo. Se-
det ibi populus edere & bibere, & ſurgunt ludere. Bi-
bunt vinum in phialis optimo vnguento delibuti Dor- *Amos. 6.*
miunt in lectis eburneis, laſciuiunt in ſtratis. ſuis Co-
medunt agnos de grege, & vitulos de medio armenti.
Neſciunt præ ebrietate, abſorbentur à vino, errāt in e-
brietate, neſciunt Deum, ignorant iudicium. Omnes
menſæ plenæ ſunt vomitu & ſordibus, ita vt non ſit vl- *Eſai.50*
tra locus. Venite clamant alter ad alterum, valenter
ſicut prǣco regis Babylonis, Sumamus vinum, implea-
mur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras & mul-
to amplius. De vino & potu, ac moribus nuptiarum *Gen.3*
diaboli iſta ſufficiant. De cibis pauca inſeramus. Ibi
eſt fructus inobedientiæ, arboris ſcientiæ boni & ma-
li. Ibi lenticula eſt vilis Eſau, pro qua vendidit ſua
primitiua & benedictionem paternam. Ibi coturni-
ces apponuntur, pro quibus murmurauerunt & per-
cuſſi ſunt in deſerto. Item piſces Ægypti cucu-
meres & pepones, porri & cępæ & allia. Saul ibi gre- *Num. 11*
ges optimos ouium & armētorum de præda reſeruatos *1.Re. 15*

adducit Abſalon reliquias conuiuij ſui in quo fratrem ſuum occidit, mittit. Herodes: cum amicis ſuis & omni apparatu menſæ ſuæ, nuptias iſtas honorat. Quid ita? Mittit regi tenebrarum & principi huius mundi, apros iracundiæ, pauones ſuperbiæ, columbas luxuriæ, lupos rapinæ, vulpes doloſitatis, vrſos gulæ, equos impudicitiæ, leones crudelitatis, porcos immunditiæ, tauros temeritatis & duritiæ. Et id genus carnium ſpecies omnes. Sed attende, quòd in nouiſſimo loco recumbendum eſt, conſiderando pœnam æternam, non in primo loco, vbi momentanea eſt peccati delectatio. Memorare ait Sapiens, nouiſſima tua, & in æternum non
Eccle. 7 peccabis. Vtinam ſaperent filij hominum, graui corde, qui modo diligunt vanitatem & quærunt mendacium, & iſta intelligerent, ac nouiſſima ſua, quę modò tardāt, prouiderent. Dubio procul, non intēderent fallaciæ ſerpentis, & carnis illecebris. Fauus diſtillās labia ſerpētis, & nitidius oleo guttur eius: Nouiſsima autē amara quaſi abſyntiū, & acuta quaſi gladuis biceps Quaſi rōphea bis
Apoc. 18 acuta, hominis iniquitas, plaga illius nō eſt ſanitas, Vtinā attenderent, quod quantum quis ſe iam glorificat & eſt in deliciis, tantum dabitur ei tormēti & luctus. Præter intentum ſic calamus effluxit, Stipendia peccato-
Rom 6 rum, mors. Nuptiæ gratiæ & virtutum, in vita quæ nunc
Ioan. 3 eſt, celebrantur. In eis Chriſtus ſponſus, Eccleſia & a-
2. Cor. 11 nima fidelis ſponſa eſt, verè Chriſto per fidem deſpon-
Oſea 2 ſata. In his Deus coniungitur animæ, fiunt cor vnum & anima vna, imò & vnus ſpiritus cum eo, dum ei adhæret per amorem. Huic ſponſæ, ſponſus omnia diuinæ virtutis ſuæ munera, prout magnificentia regia dignum eſt, tribuit abundanter, quæ ad vitam Chriſtiformem & pietatem neceſſaria ſunt ei, per quæ diuinæ fit con-
2. Pet. 1 ſors naturæ. Huic ornamenta omnia & veſtis virtutum largitur, quibus cum ſe ornat & induit, ac omnium oculis eſt gratioſa, & rex ipſe decorem eius concupiſcit. Hanc per gratiam multiformem fœcūdat, cum qua, cùm facit voluntatem patris qui in cœlis eſt, & fructificat in omni opere bono, quod bona opera facit, filios, tot fructus ſalutis & lucis profert, parturit, parit, imaginem, filij vnigeniti præ ſe ferentes. Ex iſta coniunctione triplex bonum matrimonij exoritur, & beatam hanc coniunctionem comitatur: Fidei

videli-

videlicet, prolis, & ſacramenti, Fidei: ne anima fornicetur cum diabolo, ſicut illi per Hieremiam exprobatur. Tu fornicata es cum amatoribus multis. Quot enim illicita deſideria habet in corde, quot peccata committit in opere, tot adulteria committit cum animarum violatore, totiens ſe proſtituit, totiens adulterum in lectum viri ſui recipit, totiens à Deo, cui in baptiſmo fidem promiſit, fornicatur, & fit rea mortis. Nam adulteri & fornicatores, regnum Dei non poſsidebunt. Et lex, mortis ſupplicium eius interminatur. Si lapidibus adulteri & adulteræ huius mundi puniendi ſunt & obruendi, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei aſpernatur, verũ ſponſum ſuum: & diabolum, Chriſto fugato & expulſo (quia non habitat iuxta eũ malignus, coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat, & pallium breue, vtrumque operire non poteſt) recipit in cordis ſui lectum. Sicut nemo poteſt duobus dominis ſeruire, ita nemo poteſt duos ſponſos habere. Nulla participatio iuſtitiæ cum iniquitate. Chriſtus iuſtitia eſt, diabolus iniquitas. Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Bonum prolis ibi eſſe debet. Hæc eſt benedictio coniugatorum, qua eis benedixit Deus, dicens: Creſcite & multiplicamini. Et ſterilis eſſe non debet inter ſponſas Chriſti. Sed vxor eius ſicut vitis abundans eſſe debet in lateribus domus eius, quæ domus eſt Eccleſia. Sic ſaluatur mulier per filiorum generationem, hoc eſt, per bonorum operum multiplicationem, vt prius eſt dictum, quæ præparauit Deus, vt in eis ambulemus. Si tamen permanſerit in fide & dilectione, & ſanctificatione & ſobrietate. Bonum ſacramenti debet eſſe, vt inter ſponſum & ſponſam diuiſio nulla, & nunquam fiat per peccatum. Peccata ſiquidem diuidunt inter animã & Deum, & peccata noſtra abſcõdunt faciem eius à nobis, ne exaudiat. Eſt autem in matrimonio carnali triplex vnio, nempe conſenſus animorum, vt ſit illis idem velle & nolle, & hæc fit per verum & cordialẽ amorem. Altera per corporum cõmixtionem. Poſtrema, per indiuiduã cohabitationẽ eorum qua homo relictis parentibus adhæret vxori ſuæ. Sic in matrimonio Chriſti & animæ eſt charitas perpetua, ex parte Chriſti Naturæ cõformitas quia verbum caro factum eſt, dum ſemen Abrahæ

Hier. 3 | 1. Cor. 6 | Heb. 10 | Matt. 6 | Gen. 1 | Eph. 2 | Heb. 6

appræhendit, factus ex muliere. Vt ſic per omnia fratribus aſſimilaretur abſque peccato. Perpetuam etiam cum ſponſa habet cohabitationem, manens nobiſcum
Matt. 28 vſque ad finem ſeculi. Et hoc ſi nos manemus in charitate, & pacem inquirimus & eam perſequimur. Sic venit & manſionem apud nos facit. Pacem habete & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Eo quòd in pace factus eſt locus eius, ſicut ſcriptura dicit: Habitabo in illis & inhabitabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Ad has inuitamur, per occultas
Pſal. 82 cordis inſpirationes, & allocutiones, vbi audit anima quod in ea loquatur Dominus Deus. Et quaſi furtiuè ſuſcipit venas ſuſurrii eius. Inuitamur per lectiones, per prędicationes, per creaturarum omnium voces, niſi ſimus ſine intellectu, ſicut equus & mulus. Magnalia iſtarum nuptiarum, quis poterit æquare loquendo? Deficiet me tempus, enarrantem de magnificentia ſponſi,
Pſal. 112 & quomodo magnificè agit cum ſponſa. Suſcitat ſiquidem à terra inopem, & de ſtercore peccatorum erigit, eligit, & deſponſat pauperem. Idque citra eius meritum, alioqui gratia non eſſet gratia. Ob nihil aliud quàm quòd collocat eam cum principibus, non huius mundi, vbi vanitas eſt, ſed cum principibus populi ſui, qui in cœlis regnant cum eo. Taceo de veſtitu deaurato, veſte videlicet nuptiali charitatis, in qua ſponſam ſponſo o-
Pſal. 44 portet aſtare à dextris eius. Taceo varietatem, & vt Ezechiel dicit, veſtimēta multicoloria, quibus neceſſe eſt ſponſam ſe circundare vt ſponſo placeat cœleſti. Nec iſta de externo & precioſo veſtimentorum cultu debes accipere, quem apoſtoli Petrus & Paulus mulieribus interdicunt: ſed de interno animæ ornatu intelligenda
Ibidem. ſcias. Omnis enim gloria eius ab intus, in fimbriis aureis. Vnde legis in Canticis: Abſque eo quod intrinſecus latet quod ſoli eſt ſponſo qui dedit, cognitum. Externus quippe ſponſæ cultus, quem in ſancta conuerſatione habet, mirabilis eſt & omnium oculis ſtupendus. Quia non in ſapientia carnali, ſed in gratia conuerſatur in hoc mundo, in ſimplicitate cordis, & in ſynceritate dei angelos viuit, Chriſtum imitatur, Chriſtum induta eſt & ſole amicta. Vt ſicut angelus ſuſcipiatur à ſponſi amicis, & ſicut Chriſtus Ieſus: Sic pulchra qui-
2 *Cor.* 1 dem eſt & decora filia Hieruſalem, terribilis vt caſtrorū
acies

acies ordinata, in omnibus. quæ loquitur & operatur. At parum eſt hoc, ſi conferatur ad illud quod intrinſecus latet, quod ſoli ſponſo notum eſt. Enarra hic fercula & fructus, enumera vina condita, qubus in nuptiis iſtis hoſpites cum ſponſo & ſponſa perfruuntur. Vel ſolum calicem ſalutaris domini, & panem vitæ qui de cœlo deſcendit, quis non miretur? An non calix cui benedicimus, calix benedictionis eſt, & participatio ſanguinis Chriſti? Et panis quem frangimus, panis vitæ, & participatio corporis Domini eſt? Verùm in his omnibus, ſponſa lauda bonitatem, & noli altum ſapere, ſed time. Non te eleuet cor tuum, ſed recumbe in nouiſſimo loco. Cogita quòd in peccatis concepit te mater tua. Quod filius iræ natus es. Quòd cuncta cogitatio cordis tui, & omnes ſenſus tui, intenti ſunt ad malum omni tempore, quòd non habitat in te, hoc eſt, in carne tua, bonum. Cogita quàm in multis offendiſti, etiã poſt quàm renatus es ex aqua & ſpiritu ſancto. Cogita quòd indignus es corrigiã calciamenti eius procumbens ſoluere, & ex bonitatis eius exuberantiſſima benignitate aſcitus es in fratrem, adoptatus in filium, coniunctus in ſponſam. Idque ex mera gratia, ſine omni opere iuſtitiæ, quod feciſſes tu. Ex nobis Domine Ieſu perditio noſtra, ſolummodo ex te auxilium & ſalus noſtra. Erras ſicut ouis quæ periit, ſi te aliquid eſſe putas, cùm nihil ſis. Quid obſecro habes quod non accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis illud? Nobis igitur confuſio faciei, ſoli Deo honor & gloria, de omnibus quæ retribuit nobis. Ad has nuptias nos inuitant omnia quæ ſunt in cœlo & in terra, Ab eis ſe excuſant ſuperbi, qui emunt villam. Auari qui iuga boum probare eunt. Luxurioſi, qui vxorem duxerunt, Et omnes qui operantur iniquitatem, & in lege Dei nolunt ambulare. Tertiæ nuptiæ, ſunt gloriæ cœleſtis, ad quas ſponſus ſponſam quæ hic ei adhæſit in gratia, cum gloria magna introducit & conſtituit ſuper omnia bona ſua, atque tranſiens miniſtrat ei. De quibus penitus tacendum eſt in præſentiarum. Ab his nuptiis repelluntur omnes operarij iniquitatis, quia eos non cognoſcit, Omnes qui non operantur in talento accepto, dum tempus habent ſalutem ſuam cum metu & tremore. Omnes qui veſte nuptiali charitatis non ſunt induti.

Om-

Marginal references: 1.Co. 10 · Rom. 11 · Iac. 3 · Ioan. 3 · 1.Pet. 1 · Oſea. 13 · 2.Cor. 4 · 1.Tim. 1 · Luc. 12 · Luc. 13 · Mat. 25 · Phili. 2 · Mat. 25

Omnes qui opera miſericordiæ, tum ſpiritualia, tum corporalia facere neglexerunt. Ad nuptias verò gratię & gloriæ vocati ſumus, quotquot in Chriſto baptiſati ſumus. Sed quid iam facere debemus? Non diſcumbas in primo loco. In primo loco diſcumbere tribus modis fieri poteſt. In corde ſuo, aliis ſe præponendo. Et hoc eſt quod hic dicitur: Non diſcumbas in primo loco, hoc eſt noli extolli in cogitatu tuo, de gratia tua multiformi, de meritis tuis, de eloquentia, intellectus acrimonia, memoriæ tenacitate, de peritia linguarum, de virtutibus, de ſcientiis, de dignitatibus, de nobilitate & diuitiis. Per hæc te aliis præponendo, aliis te meliorem, beatiorem, perfectiorem reputando. Sicut phariſæus ille, qui dum non ſenſit humiliter de ſe, ſed ſua opera iactauit,
Luc. 18 reprobatus eſt à Deo. Et alius, qui dixit, Diues ſum, & nullius egeo. Vanitas ſuperbiæ eleuat cor vt ſe neſciat
Apoc. 3 & videre nequeat. Veritas humilitatis cor deprimit, vt oculis ſuis videat imperfectum ſuum. Sic humilis Dauid, ſecum habitans dixit de ſeipſo. Quem perſequeris rex Iſrael? Canem mortuum perſequeris, & pulicem v-
1. Re. 24 num. Amicus Dei Abraham, viſitans ſpeciem ſuam, ad
Gen. 18 dominum dixit, Loquar ad dominum meum cùm ſim puluis & cinis? Imò vnigenitus Dei filius naturam aſſumptam conſiderans, de ſeipſo loquitur in loco quodã: Ego ſum vermis & non homo. Et talem de nobis noſipſos
Pſ. 21 ſos voluit habere æſtimationem: dum docuit: dicens, cũ omnia feceritis quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus, Et totum quod in vobis laude dignum depræhenditis, gratiæ Dei acceptum referte. Quid ecce
Mat. 11 miraculi hoc eſt? Chriſtus Ioannem plus quàm prophetam dicit, cui inter mulierum natos nemo conferendus. Et Ioannes ſeipſum ſuo modulo ac pede metiens, fatetur ſe vocem clamantis in deſerto. Quid verò voce fragilius ac minus permanens? Taceo, quàm humiliter Apoſtolus Paulus ſenſit de ſeipſo. Sed filij tenebrarum quàm magna præſumunt de ſeipſis. ex rege Tyri diſce. Dixiſti ait Ezechiel, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris. Sed humiliauit eũ Deus vſque ad terram. Secundo aliquis in primo loco recumbit, dum locum appetit excellentiorem, non contentus ſorte ſua & vocatione, qua vocauit eum Deus. Hoc fecit Lucifer, qui In cœlum dixit aſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo

bo ſolium meum,ſedebo in monte teſtamenti in lateri bus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſi milis ero altiſſimo. Sic eleuatum eſt cor eius in decore ſuo,vt Ezechiel dicit. Veruntamen ad infernum eſt de tractus,Nemo enim ſibi aſſumit honorem niſi qui voca tur à deo vt Aaron &c. Tertiò,primatum vſurpando, vt Dathan,Abſalon,Iaſon,Menelaus,Annas & Caiphas. Ex iſtis oſtenſum arbitror abunde ſatis, quod ambitio & præſumptio impedimēta ſunt veri honoris. Vnde pri mus locus eſt fugiendus,Tum *ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo.* honoratior,ſanctior, perfectior in gratia & meritis. Ille honoratior,qui virtuoſior in conuerſatione,ſanctior in mente,iuſtior in opere, humilior in ſua reputatione,ditior in gratia, abundantior in meritis, acceptior coram Deo, Magna ergo eſt nobis humilitatis indicta neceſſitas,cùm nemo ſciat odióne an amore dignus ſit,& cùm multa bona occulta poſſunt eſſe in alio,nobis ignota,ſoli Deo cognita. Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis qui eſt in ipſo?& Deus cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta. Deprime ergo cor tuum,& meliora de aliis quàm de te ſemper præſume. Magni periculi res eſt,ſi vel vni te præ fers,ſalutis verò magnum eſt indicium,ſi te omnium ſre putas nouiſſimum & abiectiorem. Tum, quòd locus ſublimis indigno non eſt ſtabilis,ſed inde eiicitur. Vt ex Luciferi caſu,& Datan Core atque Abiron cunctis eſt manifeſtum,Item in Abimelech,Abſalon,Iaſone,Mene lao,Alchimo,Antiocho,Alexandro magno ideo ait, *& veniens qui te & illum inuitauit,dicat tibi,da huic locum.* Deponit enim potentes de ſede, & exaltat humiles. Hunc humiliat & hunc exaltat,quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto,& inclinat ex hoc in illud. Sedes ducum ſuperborum deſtruit Deus,& ſedere,facit mites pro eis. Tertiò idem probat ex confuſione, quæ ſequitur. *& tunc incipias cum rubore nouiſsimum locum tenere.* Sicut ſuperbus Aman confuſus eſt coram Mardochæo, quem deſperat in corde ſuo,vt cernere eſt in libro Heſter,& in Holoferne. Simile habes de Antiocho,qui ſuperbia repletus,ignem ſpirabat animo in Iudæos. Sed mox humiliatus à Deo,interceſſiones ad Deum petiit ab his,quos nec ſepultura dignos ſe habiturum putauit Quid illos commemorem,qui videntes iuſtos cū Chri

ſto

Num. 16

2.Re. 15

Heb. 4

Eſai. 4

Apo. 12

Luc. 1

Pſ. 74

ſto in gloria,turbabuntur timore horribili,& mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis gementes & præ
Sap. 5 anguſtia ſpiritus dicentes intra ſe pœnitentiam agentes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum,&c. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei,& inter ſan-
Ephe. 5 ctos ſors illorum eſt.Ergo errauimus,&c. Ecce nunc nouiſſimum locum tenent. Ad inferos deſcenderunt. Non habent hæreditatem in regno Chriſti & Dei, Alij verò in locum eorum exurrexerunt Sic pro Saulè liuido, Dauid conſtituitur Pro Vaſti regina ſuperba.Heſter eligi-
Heſt. 1 tur.In locum & regnum Iudæorum aſperantium genti-
Rom. 11 les vocantur ad fidem & ſalutem In locum Iudæ proditoris,Matthias eligitur in teſtem Chriſti Iam quid obſeruandum ſit ei,qui vult veri aſſequi culmen honoris, docet,nempe humilitas. *ſed cùm vocatus fueris.* non te excuſa,ſicut qui dicebant ſe non poſſe venire &c.ſed *vade* affectu & opere de virtute in virtutem relictis omnibus ſalutis impedimentis. *& recumbe in nouiſsimo loco*,id eſt, omnibus te inferiorem reputato. Quanto maiores, humilia te in omnibus,& huius humilitatis magnum eſt
Actu. 1 emolumentum. Nam ex hoc gratiam & amicitiam reportabis *vt cum venerit,qui te inuitauit.* Intrat rex regum & princeps regum terræ,vt videat diſcumbentes. Dominus de cœlo proſpicit ſuper filios hominum,vt videat ſi eſt intelligens & requirens Deum Ipſe eſt qui finxit ſingillatim corda eorum,qui intelligit omnia opera, eorũ
Mat. 12 Intrat inquam & venit,vel mentes viſitando,& rore gratiæ ſuæ terram cordis inebriando atque rigando,& fructum bonorum operum requirendo. Vel rationem de villicatione vniuſcuiuſque requirendo. *dicet tibi,amice,*
Pſ. 83 propter humilitatem,cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Vos dixi amicos,quia omnia quę audiui à patre meo
Apo. 1 nota feci vobis Humilibus verò & paruulis dat intellectum,& reuelat ſua ſecreta. Amice,quia quæ præcepi tibi,feciſti, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę præcipio vobis. Verè amicus,quia amici & familiares in domibus amicorum ſe humiliant,& ſi quis eos vult honorare, dicunt. Nequaquam.ſed honorentur alij,quoniam ego de domo ſum. Sic humilitas facit hominem amicum Dei,
Matt. 21 & ſuperbia inimicum. Alterum eſt conſecutio loci dignioris. *aſcende ſuperius.* tu qui te humiliaſti,hic in gratia in pàtria aſcende in gloria. Melius, ergo eſt vt dicatur

tibi,

tibi aſcende ſuperius, quàm vt humilieris corã principe.
Tertiũ eſt honoris gloria, quæ ſequitur dignitatẽ. *& erit
tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.* in eadẽ beatitudine, Prou. 26
vel in eadẽ fide quieſcentibus Gloriã enim præcedit hu-
militas q igiturhumiliatus fuerit interius, erit in gloria,
& qui inclinauerit oculos ſuos exteriores, ipſe ſaluabi- Ion. 12
tur. Magna eſt gloria eius in ſalutari ſuo, quod eſt Chri
ſtus qui gloriam & magnum decorem imponet ſuper L c. 2
eum. & dabit eum benedictionem in ſeculum ſeculi, &
lætificabit eum in gaudio cum vultu ſuo Rationem ve-
rò, cur ille qui in primo loco recumbit ex eo eiicitur, &
ille qui in nouiſſimo exaltatur, cuncti pariter audiamus.
quia omnis, ſit diues vel pauper, nobilis vel ignobilis. *qui
exaltat*, meliorem aliis ſe reputando, honorem ambien- Prou. 29
do vſurpando, *hum liabitur*, hic vel in futuro, ſponte vel
inuitè. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiri-
tu ſuſcipiet gloria Sic Dauid typo ſuperbiæ inflatus po-
pulum numerauit: correptus humiliauit ſe, & veniam
meruit. Pharao extulit caput contra omnipotentem, Hebr. 5
ſed inuitus fuit vſque ad infernum depreſſus. ſicut humi Pſ. 88
liantur etiam omnes obſtinari peccatores terræ *& om-
nis qui ſe humiliat.* cum Maria & Chriſto. Ieſu ſeruatore
noſtro, qui humiliauit ſemetipſum, cùm in forma Dei
eſſet, *exaltabitur* Hic & in futuro exaltabitur, in officio, Eſai. 40
in præmio, & nota quod dicit. Qui ſe humiliat, ſcilicet
voluntariè. non qui humiliantur inuiti & neceſſitate, vt
fures, latrones & homicidæ, & qui ſe exaltat: non qui
exaltatur à Deo videlicet, vt Chriſtus & Aaron, & Da
uid ſicut ſcriptum eſt: exaltaui electum de plebe mea.
Vel ab hominibus, ſicut apoſtoli elegerunt ſeptem dia-
conos, & in omnibus ciuitatibus conſtituerunt epiſco- 1. Reg 2
pos. Quia non poteſtas. ſed ambitio & elatio in crimine
eſt. Nec dicit, qui caput humiliat, ſed ſe, ſcilicet totum.
eſt enim qui nequiter ſe humiliat. & interiora eius ple
na ſunt dolo. Humilis & humilitas exaltatur tribus in
locis, in mundo, per gratiæ collationem. Omnis vallis
exaltabitur. Per dignitatem, exaltaui electum de plebe
mea, Per famæ & ſanctitatis diffuſionem. Quicunque
honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contem
nunt me, erunt ignobiles, in iudicio exaltabuntur, quia
erunt cum Chriſto in aëre, in honore, quia mali dicent 1 Cor 5
ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter
ſan-

ſanctos ſors illorum eſt, in poteſtate, quia iudicabunt cum Chriſto de hoc mundo, in cœlo exaltabuntur, quò ad locum, quia humilis ſupremus eſt omnium, in honore, quia reges & ſacerdotes & filij Dei omnes, in poteſtate, quia cuiuſlibet operis poteſtatem habebunt, ex oppoſito ſuperbi humiliantur in mũdo per gratiæ ſubtractionem, per dignitatis priuationem. per confuſionis diffuſionem, in iudicio, iacebunt in terra, erunt maledicti, iudicabuntur ad pœnam æternam, in infernum detrudentur, erunt in extrema confuſione, in nullo poterunt ſe iuuare.

DOMINICA XIX. POST PENTECOST. IN EPIST. Epheſior. iiij. Sermo.

RENOVAMINI *ſpiritu mentis veſtræ* In hoc totus erat doctor gẽtium in fide & veritate, vt ſi non omnes, vel plures conuerteret ab errore viarum quę iucunt ad mortẽ, in quibus multi ambulant, & reduceret ſuper ſemitas iuſtitię & arctam viam quę ducit ad cœlum. quam pauci inueniunt, & ſaluos faceret in regnũ dei. Ideo inſtabat opportunè, importunè, prædicabat verbũ, mare circuibat & aridam, arguebat, obſecrabat, increpabat in om-
Rom. 15 ni patientia & doctrina. Ita vt à Hieruſalem per circuitum vſq; ad Illyricum repleuerit euangelium Chriſti.
Pſal. 10 Et vt hoc ordinate miniſterium adimpleat, iuſtitiam docet faciendam, eo quod iuſtus eſt dominus, & iuſti-
Act. 10 tiam diligit & iuſtos. Et certus erat comperítque in
Pſal. 14 veritate quod in omni gente qui timet deum & operatur iuſtitiam, ſine vlla perſonarum acceptione: acceptus eſt illi, requieſcit in monte ſancto eius, intrabit in vitã
Pſal. 44 æternam. Iuſtitiæ verò duæ partes integrales ſunt, vi-
Pſal. 14 delicet declinare à malo, & facere bonum. quod aliis verbis ſic exprimit: Ingredi ſine macula, & operari iuſtitiam. & alibi ſic: odire iniquitatem, & diligere iuſtitiam. Ad hæc Apoſtolus in Epiſtola hodierna hos adhortatur & exemplo ſuo & verbo doctrinæ. Et ante hu-
Col. 3 ius epiſtolæ exordium docet, veterem hominem & Adam terrenum & animalẽ deponere & exuere Hoc eſt, vitioſam

vitioſam cōuerſationem, brutales motus, vitam peccatricem, deo odioſa, abominabilia & offenſiua opera. Et hæc faciens, ipſum veterem hominem ſuis coloribus deſcribit, dicens: Hoc dico & teſtificor in domino, qui per me loquitur, prò quo & legatione fungor apud vos. Dico autem, quòd non licet vobis ambulare ſicut gentes ambulant, in vanitate ſenſus veſtri, qui tenebris obſcuratum habent intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum: Qui deſperantes ſemetipſos tradunt impudicitię, in operationem immūditię in auiditate. Ecce veterem hominem deſcribens, dicit, quòd ambulat in ſui ſenſus vanitate, in ſuę mentis cæcitate, & in operationis ſuę damnabili prauitate. Hac catena conſtrictus tenetur, funiculus iſte triplex, difficulter rumpitur. Deinde ad eius depoſitionem nos inducit, dicens: Vos autem (qui miſericordiam cōſecuti eſtis, & de tenebris tantis vocati in admirabile lumen fidei & euangelij) non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu. Qui eſt via in exēplo, veritas in documento, vita in præmio. Deponite ergo vos. Quia homo ſibiipſi grauis eſt, dum ſe peccatorum onere grauiſſimo (quod eū in interitum & perditionem mergit) grauat. Deponite ergo omne pondus & circunſtans vos peccatum. Deponite vos inquā, quia nullus homini peior, nocentior, periculoſior & damnabilior hoſtis eſt, quàm ipſe ſibiipſi, ſi in timore dei inſtanter nō tenet ſemetipſum. Deponite vos igitur, non ſecundum corporis vel animæ ſubſtantiam, ſed ſecundum priſtinam conuerſationem terrenam in qua portaſtis imaginem Adæ terreni, & ambulaſtis ſecundum principem aeris huius, qui in filiis diffidētiæ operatur, & comparati fuiſtis iumentis inſipiētibus, & ſimiles illis facti, faciendo voluntatem & inclinationem carnis. Sed illum veterem hominem deponite, ſecundū iſtam carnalem, beſtialē & planè diabolicam cōuerſationem, quia corrumpitur et abominabilis fit, et putreſcit iumenti inſtar, in ſtercore ſuo, ſecundum deſideria carnis ambulans et erroris. Erroris dicit quia tā voluptas carnis, quàm concupiſcentia oculorū, quàm ſuperbia vitę, vanitas eſt et inſtar vmbræ tranſit, et ſicut fumus, mox diſpergitur. Vel vetus homo à deſideriis erroris corrūpitur,

[Margin notes: 2. Cor. 15. & 5 — Eccleſ. 4 — 1. Pet. 2 — Ioan. 14 — Iob 7 — Hebr. 12 — 1. Cor. 15 — Epheſ. 2 — Pſal. 48 — Ioel 1 — 1. Ioan. 2 — Sapien. 2]

pitur,quia tranſit mundus & cõcupiſcentia eius.Et homo mundum & ea quæ in mundo ſunt diligens,ab eis deteritur,ſicut à rubigine ſua ferrum conſumitur, à tinea veſtimentum,pomum a ſua putredine, & lignum à verme. Hæc enim ab iis quæ ea in nihilum redigunt, naſcuntur & prodeũt.Nũc ſequitur epiſtola huius diei. *Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ.* Hic poſtquã docuit declinare à malo,odire iniquitatem,immaculatum
Iudas. ſe cuſtodire ab hoc ſeculo , odire eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam , ab omni via mala prohibere pedes ſuos,nemini dare vllam offenſionem,ab omni ſpecie mala ſe abſtinere:Nunc docet Chriſtum induere,& ſicut ille ambulauit ambulare, imaginem Adæ cœleſtis portare , fructificare Deo in omnibus operibus bonis, omnibus placere in bonum ad ædificationem , ſanctè, iuſtè & ſine querela omnibus adeſſe , in omnibus nos ſicut Dei miniſtros exhibere , exemplum noſmetipſos in omnibus præbere bonorum operum, in doctrina ſa-
Philip. 1 na,in integritate morũ & diſciplinæ. Conuerſationem
Pſal.6 in cœlis & cœleſtẽ in terris habere.Dicit ergo : Renouamini , vos inueterati dierum malorum, & inueterati
Eſa. 5 inter omnes inimicos veſtros,trahendo iniquitatem in funiculis vanitatis , & quaſi vinculũ plauſtri,peccatum.
Eccl.ſ. 5 Et qui tardatis conuerti ad Dominum , & differtis de
Eſa. 38 die in diem, & interim additis præuaricationes & peccatum ſuper peccatum.Reuertimini ad Dominum , & renouamini ſpiritu ſancto , rectore mentis veſtræ. Vel renouamini quotidie,ſpiritu mẽtis veſtræ, id eſt in ſpiritu,qui eſt vita mentis veſtræ,dum per gratiam viuificatur. Vel ſpiritu mentis veſtræ,id eſt , ſpiritu , qui eſt,
Rom. 12 mens,quæ eſt ſubiectum renouationis iuxta illud: Renouamini in nouitate ſenſus veſtri.Primo modo tenetur ſpiritus efficienter pro ſpirituſancto.Secundò modo pro gratia quæ formaliter renouat.Tertiò materialiter,pro anima. *& induite nouum hominem* , nouũ Adã, hoc eſt Chriſtum , portando eius imaginem , imitando eum ſicut filios oportet chariſſimos, ambulando in di-
Apoc. 12 lectione,ſicut ille ambulauit.Sic mulier illa,ſpõſa agni, amicta ſole iuſtitię perhibetur. Hinc alibi dicit:Induite
Rom. 13 Dominum Ieſum Chriſtum. Hic nouus homo dicitur, quia nouo modo conceptus,natus , conuerſatus, mortuus,reſuſcitatus,exaltatus eſt,& fecit omnia noua , vt

prius

prius dixi. *qui* nouus homo Chriſtus, *ſecundum deum,*
id eſt, ſecundum operationem dei, non naturæ ordine,
creatus eſt, id eſt, cõceptus eſt. Quia per virtutem altiſ- *Luca 1*
ſimi & obumbrationem ſpiritusſancti, *in iuſtitia,* perfe-
cta, *& ſanctitate,* perfecta: Quia peccatum non fecit, *Eſai. 53*
nec dolus inuentus eſt in ore eius. In eo princeps hu- *1. Pet. 2*
ius mundi nihil habuit. Nec odio iniquo & gratis eum *Ioan. 14*
odientes, de vllo peccato in veritate eum arguere po-
tuerunt. *veritatis*, non hypocriſis: Quia plenus gratia *Ioan. 8*
& veritate fuit. Fuit iuſtus ad proximum, ſanctus ad ſe- *Pſal. 68*
ipſum, verax ad deum. Per iuſtitiam pro nobis quæ non *1. Cor. 1*
rapuit exoluit. Per abundantiam gratię & ſanctitatis
ſuæ, nos ditauit. Per veritatem, omnia quæ de ipſo in
lege, & pſalmis & prophetis dicta ac ſcripta ſunt, con-
ſummauit. Vel poſuit iuſtitiam quæ communis virtus *Luca 24*
eſt, contra auaritiam, ſanctitatem, contra luxuriam, ve-
ritatem, contra ſuperbiam hypocriſis. Debemus autem *Eſaia 26*
quadruplicem vetuſtatẽ deponere. Erroris vetuſtatem
à ratione, vt vetus error abeat. Eramus enim inſipien- *Titi 3*
tes & increduli, errantes ſicut oues quę perierunt: & ſi-
dera errantia, quando ſeruiuimus deſideriis & volupta-
tibus variis. Qui tales ſunt, errant omnes in ſolitudine *Pſ. 106*
in inaquoſo. & viam ciuitatis habitaculi non inueniunt.
Iſti ſemper errant corde, ideo in requiem domini nun- *Pſal. 94*
quam intrant. Sola namque veritas liberat credentes *Ioan. 8*
in Chriſtum, quam qui ignorant, ignorabuntur cũ vir- *Matt. 25*
ginibus ſtultis. Secundò vetuſtatem prauę affectionis
in voluntate. Hoc eſt vetus fermentum quod expurga- *1. Cor 5*
ri debet. Quia eius modica pars, totã maſſam bonorum *Gal. 5*
operum corrumpit. Nam dum oculus nequã eſt & vo-
luntas impura, totum corpus operum tenebroſum eſt.
Qui tales ſunt, adiiciunt ſuper peccata ſua, & ſemper *Iſaia 57*
vetera cumulant delicta, veteribus iungentes noua. Sic *Prou. 6*
impij ſunt quaſi mare feruens, quod quieſcere non po-
teſt, quia corde prauo ſemper machinantur malum, &
redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.
Tertiò debemus deponere vetuſtatem praui ſermonis
ex ore. Vt recedant vetera de ore noſtro, & linguis lo-
quamur nouis, quę Dei ſunt & ſalutis. Quatenus nullus *Epheſ. 4*
ſermo malus ex ore noſtro procedat, ſed is ſolummo-
do, qui bonus eſt & ędificationem fidei, & gratiam dat
audientibus. Quartò, vetuſtatem praui operis in con-

Pſal.6 uerſatione, ne inter inimicos noſtros inueteraſcamus,
Eſaie 65 ſicut maledicti pueri centum annorum. Talis fiat ille
Dan. 13 inueteratus dierum malorum. Sic omnes filij alieni &
Pſal 7 adulterini, inueterantur, & claudicāt à ſemitis ſuis. At
nos debemus in nouitate vitę ambulare, per viam no-
Hebr. 10 uam dilectionis ſyncerę, quā initiauit nobis Chriſtus.
Pſ.103 Rurſus aduertēdum quòd renouari debemus, ad inſtar
Pſal 50 terrę, aquilę, ſerpentis & vaſis De terra ſcriptum eſt;
Hier. 4 Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis fa-
Pſ.102 ciem terrę. Et iterum: Cor mundum crea in me deus,
& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Et alibi
Hiere.18 dicitur: Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpi-
nas. De aquila ſcriptum eſt; Renouabitur vt aquilę iu-
Mat.10 uentus tua. De ſerpente ait ſeruator: Eſtote prudentes
ſicut ſerpentes. De vaſe inutili, fracto & in contume-
liam, figulus mox aliud facere poteſt in honorem, ſan-
ctificatum, vtile domino, & ad omne opus bonum pa-
ratum. Hæc per ſymbola latè extendi poſſunt. *Propter
quod*, quia vetus homo eſt exuendus & nouus induen-
Pſal. 33 dus: Quia declinandum eſt à malo & bonū faciendum,
deponentes mendacium, tāquam graue onus, quod autho-
rem demergit in infernum: Quia deus perdet omnes,
Pſal.5 qui loquuntur mendacium Et os quod mentitur, occi-
Sapien 1 dit animam ſuam. Omne ergo mendacium eſt depo-
nendum, ſiue iocoſum, ſiue officioſum, ſiue pernitioſum
Matt.5 fuerit, vt ſermo noſter ſit, Eſt eſt, non, non. Nam quod
his abundantius eſt, ex malo eſt. *loquimini veritatem*,
quæ pars eſt nouæ vitæ. *vnuſquiſque cum proximo ſuo*, ſi-
ue fidelis ſit, ſiue infidelis. Quia omnis homo proxi-
mus noſter eſt, vt ex Samaritani parabola manifeſtum
Luce 10 eſt *quoniam ſumus inuicem membra*. Multi enim vnū cor-
Rom. 12 pus ſumus in Chriſto, ſinguli autē alter alterius mem-
1.Cor.12 bra Hæc veritas opponitur quadruplici vitio: Falſitati;
Sic callidi errant ab vtero, loquuntur falſa. ſic ingratus
1. Ma Demetrius mentiebatur omnia quæ dixit. Duplicitati;
11. Sic enim probatur peccator duplici lingua. Iſte operit
Eccleſ.6 odium fraudulenter, & ſi malicia eius reuelata fuerit in
Prov. 25 conſilio & deprehenſa, dicit: Ludens feci. Pacem talis
loquitur cum proximo ſuo, mala autem ſunt in corde
Pſal 2 eius, & ibi tractat dolos. Diligit proximum in ore ſuo,
Hiere.9 & lingua ſua mentitur ei. Cor autem eius non eſt re-
ctum cum eo. Sed ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius

Doloſitati,

Doloſitati vulpinę. Sic diminutę ſunt veritates à filiis *Pſal.* 79
hominum. Vana loquitur vnuſquiſque cum proximo *Prou.* 26
ſuo:labia doloſa in corde & corde loquitur. Aliud ore *Pſal.* 11
promptum,aliud corde clauſum habet. Simulationi:ſic *Saluſtius.*
ſimulator ore decipit proximum ſuum Vt Ioab,Abner *Prou.* 16
& Amaſa:Simon Troianos:Gabaonitę ſic impoſuerūt
Ioſue. Et mulier Tecuites illuſit Dauidi. Sed ſic non
oportet fieri,quia vnum membrum in eodem corpore,
aliud nutrit,fouet,defendit, adiuuat & confortat. Dehortatur deinde iram, quę iuſtitiam dei non operatur,
dicens: *Iraſcimini*, hoc eſt: Si iraſcimini primo motu,
aut irritamini, tunc reſiſtite diabolo. *& nolite peccare.*
Perfectorum eſt, ira non tangi. Eorum videlicet, qui
mites ſunt & humiles corde. Sed ſi ex infirmitate noſtra ventus irę, domum mentis noſtrę concuſſerit, &
repentè irruerit in eam, tunc erumpens furor eſt cohibendus, dominandum eſt animo, vt non exeat in
conuitia, contumelias, opprobria, maledica verba,
aut iniurias, aut læſiones, aut odium: Quia omnis *Matt.* 5
qui iraſcitur fratri ſuo, reus eſt concilio. Si Racha
dicit, iudicio. Si fatue, gehennę ignis. Si autem
iræ locum dederitis,tunc breuis ſit, & *ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram*, vt citius ira cor deſerat, quàm *Malac.* 4
ſol occidat:Quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.Vel ſic:Ira
veſtra ſi quæ perſtringit animum, non tamen tanta ſit
quòd ſolem rationis obtenebret.Vel ſic, vt accipiatur
de Chriſto, qui eſt ſol iuſtitiæ. Vt ſi quæ ira vos conturbat, abſit tamen vt tanta ſit propter quam ſol iuſtitiæ Chriſtus in vobis occidat, & vos deſerat, aut
quæ animam occidat per culpam. Nam virum ſtultum *Iob* 5
interficit iracundia. *Nolite ergò locum dare diabolo*, in ira
perſeuerandò, ne ira creſcat in odium, & diabolus feſtucam creſcere faciat in trabem, & halitu ſuo ex ſcintilla ignem magnum faciat,ſufflando. Inſuper *qui furabatur*, ante vocationem, *iam*, poſtquam in baptiſmo *Iob* 41
Chriſtum induit, *non furetur*: nec vllum ſcelus aliud
deſignet amplius. *magis autem laboret operando manibus* *Eſaia* 59
ſuis,quod bonum eſt, non praua opera lucri,aut telas aranearum texendo, ſed *vt habeat vnde tribuat neceſſitatem* *Act.* 20
patienti, ſicut Paulus fecit.

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN, IN EVANG. Matt.xxij. Sermo. 1

VT IN infirmitatibus corporis,ſic & in vitiis animæ vſu venire ſolet,& damnis rerum : Nam dum morbus corporis nouus eſt, malagmate curari poteſt ſiue emplaſtro. Vel ſi peſtis hominem præoccupat, antequam venena ſua vt regulus diffundat , ſanguinis minutione in locis opportunis vel curatur , vel minus periculoſus & noxius redditur. Si autem in principio quis ſuper ſuã cuſtodiam non ſteterit,remedia neglexerit,conſilia ſapientum contempſerit,poſtquam ſomnũ dedit oculis ſuis,& palpebris ſuis dormitationem,venenum ſe diffudit,& omnem ſanguinem infecit. Tunc fit dolor perpetuus,& plaga deſperabilis,& communi curſu renuit curari Iam non eſt malagma apponere, fomẽta olei ad nihilum valent vltra , cùm iam plaga tumet, & altas morbus egit radices. Hoc in damnis rerum ſimili experientia videmus. Ab vna ſcintilla augetur ignis,& ille dum paruus eſt,ab vno extingui poteſt. Si verò non fuerit paruus extinctus, in immenſum ſubitò ſe extendit , & vix ab vniuerſis populis qui adſunt, poteſt ſopiri. Sic hæreticum dogma, vix vni atque alteri placet, dum per inimicum hominem incipit ſeminari Verùm dormientibus hominibus & diſsimulantibus, ſegniterque agentibus , qui poteſtatem acceperunt & gladium ad vindictam malorum,& in promptu habere deberent omnem vlciſci inobedientiam, omne malum auferre ex agro Eccleſiæ , qui deberent munitiones diabolicas & Apoſtolorum eius deſtruere , & omnem intellectum ac altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei ac ſanctiſsimæ fidei electorum diffinitiones & ritus , in captiuitatem redigere, & obſequium Chriſti : Vt non in deſtructionem Eccleſiæ & animarum manifeſtam perniciem , ſed in ædificationem eius & lucrum animarum talentum quod cumulatiſsimũ acceperunt intellectus erogarẽt. Illis mercenariis,lupo veniente fugientibus, hæreticus lupus rapit,diſpergit,mactat,perdit,& zizania triticum opprimit.Sermo enim eorũ vt cãcer ſerpit,adeò, quòd extrahi

Abacuc. *Hier. 15* *Eccle. 11* *Mat. 23*

extrahi ſine tritici periculo & damno manifeſto nequit. Hinc Domini ſententia vtrunque iubetur ſini, vt ſimul creſcat. Tunc tacet Deus impio conculcante, iuſtiorem ſe, & facit homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducem. Tunc corruit in plateis veritas & iuſtitia non poteſt ingredi. Tunc veritas ſit in obliuionem, & qui recedit à malo, prædæ patet. Peccator verò laudatur in deſideriis animæ ſuæ, & iniqui benedicuntur. Tunc terra grauatur iniquitate eorum, corruit, & non adiicit vt reſurgat. Sic in morbis & infirmitatibus eſt animæ & morum corruptione, & diſciplinæ caſu in monaſteriis, cum deordinatio aliqua aut vitium hominem occupare cœperit, antequã placere experit, interim quod de eo erubeſcitur, priuſquam ducitur in conſuetudinem & operantis corruperit affectum interim quod iudicium eius non peruerterit, ſpes eſt reſipiſcendi, emendæ & correctionis. Sed ſi frontem meretricis ſibi fecerit, & noluerit erubeſcere, ſi duxerit in conſuetudinem, ſi timor Dei non eſt ante oculos eius, & homines iam non reuereretur, tunc fit audax, ſibiipſi placet. Hæc via illorum ſcandalum ipſis, poſtea in ore ſuo ſibi complacent, in rebus peſsimis exultant, gloriantur in malitia, peccant ſine verecundia, prædicant ſua peccata vt Sodoma, deſpumant ſuas confuſiones, dicunt bonum malum, malum bonum: ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem, dulce amarum, & amarum dulce. Et cùm ſic in profundum venerint, contemnunt Deum, poteſtate præditos, & omnia conſilia ſalutis. Indurantur quaſi lapis & adamas in peccatis ſuis, falſò ſibi de magna Dei miſericordia blandiuntur, tandem de venia deſperant. Tunc inuidere incipiunt fraternæ gratiæ, dolent meliores ſe viuere, quorum comparatione ipſi reprobi cenſentur & habentur. Ideo meliorum incipiunt famam denigrare, doctrinæ derogare, opera eorum optima calumniari, nec non & vitæ eorum inſidiantur, & ſi poſſunt, morte turpiſsima eos condemnant. Et ſi arguantur malitiæ ſuæ & nequitiæ, veritatem agnitam & negant & impugnant: vel data opera ſcripturas deprauant, vt ſint eis velamen ſuæ malitiæ, & excuſatio peccatorum. Et hoc tanto elaborant vafriciæ colore, vt obſequium ſe Deo præſtitiſſe perſuadeant, & meriti maximi feciſſe opus

Iſa. 5 (margin, beside "temnunt Deum")

1. Pet. 4 (margin, beside "præſtitiſſe perſuadeant")

apud ſuos aſſentatores. vbi Deo maximè diſplicent,
Ioan 16 vbi legem eius peſſimè præuaricantur, & rei ſunt æter
næ damnationis, Hæc in phariſæis, ſcribis, Sadducæis
& legiſperitis credibilia facta ſunt nimis, Iſti Chriſtum
Eph.2. receperunt in principio, & literam occidentē ſequētes
ſperauerunt quod in manu forti & brachio excelſo redempturus
eſſet Iſrael, de affligentibus eos, & qui ceperant
eos. Verum cùm hanc Iſraelis carnalis, carnalem, diſtuliſſet
redemptionem, nihil prorſus ſolliciti quod redimere voluit Iſrael de poteſtate
diaboli, & ex omnibus iniquitatibus eius Eripuit
enim credentes de poteſtate tenebrarum, expolians
principatus & poteſtates traduxit confidenter, palàm
triumphans eos in ſeipſo, & tranſtulit in regnum ſuum
quos elegerat ante mundi conſtitutionem. Sed hanc eius
gratiam abiecerunt, & pro nihilo habuerunt. Adhæc,
cùm cœpiſſet viam Dei, docere in veritate, & vitia
eorum durè increpare, factus eſt eis inimicus, vera eis
Terentius dicens Vt & comicus ait obſequium amicos, veritas odium
parit. Odio habuerunt corripientem, non poterant
ei quicquam pacificè loqui (niſi vbi amicitiam
fingebant in verbis, & dolos cogitabant in corde, vt
eum caperent in ſermone) grauis eis erat ad videndum.
Sic in hodierno euāgelio veritatis inimici, ipſam
æternā veritatem, de veritate percūctātur, non vt veritatem
ſciant, aut faciant ſed vt in veritatis verbis calumniam
ei ſtruant vel capiant, contra iuſtitiam & veritatem.
Cum inuidia igitur tabeſcente iter habentes
Sapi 6 filij diaboli, audito quòd ſilentium impoſuiſſet ſcribis
& phariſæis, ipſe veritas & ſapientia patris Chriſtus,
conuenerunt in vnum, vt eſſent concordes in doloſa
interrogatione, qui tamen erant diuerſi & maxime
contrarij in doctrina. Sic & dæmones maxima in-
1.Cor 1 ter ſe odia habent, in perſecutione tamen hominum &
Ioan. 8 maligna tentatione, vnum ſunt, omnes conueniunt, omnes
concordāt Non ergo mirū, ſi miniſtri & filij eius,
dum deſideria eius facere moliūtur, in vnū conueniūt,
conſentiunt in idipſum, idipſum dicunt omnes. Sic Pi-
Luc.23 latus & Herodes etiā in morte Chriſti facti ſunt amici.
Conuenerūt ergo principes ſacerdotum cum aliis ſuæ
2. Pet. 8 malitiæ participibus in vnum aduerſus Dominū Deū
patrem, & aduerſus Chriſtum eius. Conueniunt, vt tentent

tent

tent vincere, iam victi à diabolo, & capere in ſermone, iam capti in iniquitatibus ſuis, & vinculis peccatorum ſuorum conſtricti. Multitudine illud adoriuutur opus nefarium, quia aliter ſe deſiderio ſuo potiri non poſſe putabant. Et ſi vnum concluderet Chriſtus alter doloſior & aſtutior contra eum replicaret. Et quod vnius malitia non videret & cogitaret, alterius excogitaret, vt emolumentum ſocietatis haberent, etiam in malo. *acceſſerunt ergo ad Ieſum phariſæi*, congregati in vnum, vt multitudine vincerent, quem ratione vincere non poterant. A virtute & veritate ſe nudos eſſe profeſſi, ſunt, qui multitudine ſe armauerunt. *et interrogauit eum vnus*, doloſior ac captioſior omnium. Dicebāt enim apud ſe, vnus loquatur per omnibus, & omnes loquamur ꝑ vnū. vt ſiquidē vicerit, omnes videamur victores, ſi victus fuerit, vnus ſolus videatur confuſus. Ideo dicit, *vnus ex eis*, latus in corde, & vanus in ſermone. Iſte ſpurius vt alter Goliath, in viribus ſuis, & armis linguæ peſtiferæ confiſus, contra verum & humilem Dauid noſtrum progreditur, non minus in verbis ſuis & argumentis confiſus, 1.Re.17
quàm Goliath in viribus ſuis & armis Quanto putamus eum faſtu, pauperem Chriſtum in ſuo corde deſpexiſſe Arbitror eum ante congreſſum epinicia cantaſſe in corde ſuo. Et accinctum perinde ac diſcinctum Iob. 13
gloriaſſe atque ouaſſe apud ſemetipſum. Ideo non abſolutè iſte vnus dicitur & vulgaris eruditionis, ſed *legis doctor*, & non legis factor, ſed præuaricator. Vnde putabant iſti phariſæi atque ipſe Goliath, quòd Chriſtus nō poſſet reſiſtere & contradicere verbis ab ipſo proferendis. Iſte ſimilis eſt Heliu in faſtu & præſumptione Et Rom. 2
dum ſapiens apud ſemetipſum & in oculis ſuis fuit ſtultiam ſuam exaltauit, & ſtultus factus fuit De phariſæorū, ſcribarúmque faſtu, quid Apoſtolus dicat, audiamus. Requieſcis in lege ait, & glorīaris in Deo, & noſti voluntatē eius, & probas vtiliora inſtructus per legē, cōfidis teipſum eſſe ducē cæcorū, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtratum infantium, habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege, Iſte ergo tantus ac talis legis doctor, ergo magiſterio honoratus, & phariſæus, ergo vita probatus, & pluſculum quid ſanctior cæteris hominibus, ſecundum ſpeciem, & non ſecundum virtutem. Sed iam videa-

HOMILIA SECVNDA

MAli homines & ſeductores ſemper proficiunt in peius. In ſordibus vſque ſordeſcunt & trahũt iniquitatem in funiculis vanitatis, addendo præuaricationes, & peccatum ſuper peccatum. Vnde non ſatis huic obſtinato erat, quòd ipſe malus erat in ſeipſo in corde ſuo venenum cordis ſui effunditur de malo cordis ſui theſauro, inſidioſè Dominum interrogando. Et dicit, magiſter. Magiſtrum vocat, cuius non vult eſſe diſcipulus, nec facere & ſeruare doctrinam Cùm ſcriptũ ſit. Si in ſermone meo manſeritis, verè diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et cœco nato dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis, nos Moſi diſcipuli ſumus. Caput Chriſti verbis demulcet, honoris vocula, & oleum vendit, dicendo, magiſter, & cum laudat priuſquam interrogat, vt facilius ei imponat, *quod eſt mandatum magnum in lege*, quam nobis Deus dedit in diſpoſitione angelorum. De mandato magno, interrogat, qui minimum non ſeruat, & digito ſuo minimo non mouet. Ille de maiore iuſtitia debet interrogare, qui minorem impleuit. Verũtamen hanc ei iniquitatem in præſentiarum nõ exprobrat Chriſtus. ne calumniis magis inſeruire videatur quàm ſalutari doctrinæ, atque patientiam videatur neglexiſſe, quæ opus perfectum habet, Et ne oblatam negligat. datam ſibi ad docendum occaſionem. Nunquam enim opportunius docere potuit hanc ſuper omnia vincentem & neceſſariã, veritatem, quàm ab illis interrogatus, & in vnum conglomeratis. Et ab eo cui omnes phariſæi & legis doctores primas partes & palmam eruditionis & ſapientiæ tribuebant, Sic altiores in cordibus eorum egit radices ſermo Chriſti, ſic maioris apud vulgum fuit reputationis auctoritatis, quando illi eam non impugnauerunt, ſed approbauerunt reſponſionem, qui populum regere videbantur, & ex quibus anima populi pendebat & ſalus. Omni negotio tẽpus & opportunitas Et de dilectione dicturus, dilectionem prius opere ſeruat & veritate: Dum inimicos patienter audit, benignè inſtruit, nullo æmulationis vel ſigno vel verbo exulcerat. Nam lingua eucharis in bono homine abundat. Omnia ecce ſuffert, om-

Eſai. 5

Ioan. 8

Ioan. 9

Iac. 2

1. Co. 15

omnia ſuſtinet,non eſt memor iniuriarum, inſidiarum, non comminiſcitur vno verbo,vincit in bono malum. Diſſimulat peccata eorum, nolens quemquam eorum
Act.1 perire,eò quòd animas amat,ſed voluit eos ad pœnitentiam conuerti Hic ſalutare habemus documentũ,quod prædicatores prius facere debent ea quæ verbis homines docere volunt,vt facere incipiant & docere, Efficacior
Rom. 16 enim multo eſt lingua operis,quàm oris. Dat voci ſuæ quam ore profert,vocem virtutis,qui prædicationem ſuam ſignis operum cõfirmat & veritate.Hæc ſunt ſigna præcedentia & ſequentia.ſignis & prodigiis maiora,
2.Co. 12 quibus electorum ſuorum ſermones confirmat Deus Docere ſolummodo & non facere,etiam operarij iniquitatis poſſunt,& ſigna multa facere etiam vera in virtute fidei & nominis Chriſti: Poſſunt apoſtoli Satanæ prædicare verbum Dei,ſe transfigurare quaſi miniſtri iuſtitiæ forent euangeliique præcones, miſſi à Deo.Sicut & Satanas legis verba Chriſtum tentans protulit ore ſuo maledicto,fruſtra rete technarum ſuarum ante pedes Chriſti expandens,Poſſunt filij huius ſeculi,ſpeciem pietatis ad horam prætendere,in ſimulata angelorum religione ad mometum ambulare,inſtolis,virtutem verò pietatis abnegant operibus ſuis tenebrarum.Et in malignitate eorum fictio eorum, vt fumus & ſomnium ſurgentium euaneſcit,Sunt eiuſmodi prædicatores cymbala tinnientia,ſunt candelæ lucentes , quæ dum aliis ſeruiunt,pereunt in ſeipſis,vt lapides à miliariis,& manus lapideæ aut ferreæ iuxta viam, quæ aliis iter rectũ
Deut. 16 & viam regiam oſtendunt:Ipſa autem immobilia manent in pluuiis,frigoribus & calore,imò ſeipſos condẽnant ore proprio,& Deum quomodo eos debeat iudicare,docent.Ait illi Ieſus,ſine omni tergiuerſatione & verborum inuolucro,ſine omni cunctatione , ſynceram veritatem.diliges dominum deum tuum. Docet ergo duo charitatis præcepta aliis præeminere. Dilige , ecce ipſum præceptum Ratio huius,, Dominum
Gala.4 Deum tuum.Modum,ex toto corde tuo,&c.Dilige , non tantùm cognoſce,quia cognoſcere Deum vnum propriũ eſt humanæ naturæ:diligere verò,religioſi cordis & recti. Recti enim diligunt eum.Dilige,non time tantum, quia diligere eſt filiorum,timere autem ſeruorum Nos verò non ſumus ancillæ filij,ſed liberæ,nec accepimus

ſpiritum

ſpiritum timoris, iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Tum quia timor neceſſitatis eſt, diligere verò libertatis Tum quod timor pœnam euadit, mercedem verò iuſtitię non habet. Nam quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, Deus præparauit his qui diligunt eum. Obiectum dilectionis exprimit dicens dominum deum tuum Dilige dominum omnipotentem cui debetur timor: deum omnia videntem, cui debetur honor: tuum, ſe tibi dantem, cui amor, Dominũ qui pro te factus eſt ſeruus, Deum qui pro te factus eſt homo: Tuum, qui totus pro te eſt expenſus. Modum diligendi ſubſtituit, dicens, *ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. & ex tota mente tua* Hoc alibi diffuſius expoſui & Deo duce & adiutore alibi latius exponam. Hoc tantum dixiſſe in præſentiarum, quòd actus dilectionis totius hominis rectitudinem & ordinem complectitur. hominis videlicet interioris, qui ad Dei imaginem factus eſt, & hominis exterioris: qui dum ſecundum charitatis regulatur ordinem, modum & mandatum, ſimilitudinem præ ſe fert omnipotentis, omnia in numero, in menſura & in pondere diſponentis, Complectitur ergo perfectus modus diligendi Deum actum interiorem & exteriorē dilectionis, Actus interior triplex eſt, ſecundum tres partes imaginis. Requiritur enim ſpecies dilecti, pręſens in memoria, & conuerſio ſuper ipſam per actum intelligentiæ, & affectio voluntatis ad ipſam. His additur perfectio exterioris operis. Vt deus diligatur, tota mente, id eſt memoria ſine obliuione. Toto corde, id eſt, intellectu ſine errore, Tota anima, id eſt, voluntate, ſine de ordinatione & contradictione. Et ex omnibus viribus tuis, hoc eſt perſeueranter & ſine defectione, vt non poſſit à Chriſti charitate ſeparari. Vt teneat dilectum, & non dimittat: etiam: ſi pro eo oporteat pati, in carcerem & in mortem ire cum eo. Ex omnibus viribus tui corporis. Vt quicquid in corpore tuo eſt fortitudinis ſanitatis, pulchritudinis, temporis & ſenſuum charitatē ſpiret, redoleat, præ ſe ferat domini Dei tui. Vt ad eum fortitudinem tuam cuſtodias, vt exultes vt gigas ad currendam viam hanc charitatis excellentiorem vt ſiue comedas ſiue bibas, ſiue dormias, ſiue labores, ſiue aliud quodcunque facias, omnia in gloriam Dei facias, vt glorifices,

1. Cor. 2

Gen. 1

Sap. 11

Rom. 8

rifices & portes Deum & corpore tuo,vt in templo de
1.Cor. 6 &,ſpiritusſancti quod eſt corpus tuum, omnia membra
tua dicant gloriam Dei. Adæ cœleſtis portent ſimilitu-
dinem,arma ſint iuſtitiæ in ſanctificationem. Et id iuſtè
reuera & neceſſario ſic fieri oportet, cùm corpora no-
Gal.4 ſtra membra ſint Chriſti & corporis eius. Ideo tam ſan
ctè,tam iuſtè & ſine omni querela in medio nationis
prauæ & peruerſæ conuerſari & lucere nos oportet, &
1.Pet.3 mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro & in
corporeis noſtris membris quæ ſunt ſuper terram circū
ferre,quòd vita Ieſu manifeſtetur,ac veluti in ſpeculo
reluceat,in corporibus noſtris,& in carne noſtra morta
li. Apoſtolus ſic ſobriè piè & iuſtè viuebat in hoc mun-
Gal.3 do,quòd Galatæ eum ſicut angelum Dei exceperunt:&
1. Pet. 2 ſicut Chriſtum Ieſum. Et nos formæ ſuæ imitatores eſ-
ſe voluit,ſicut & ipſe Chriſti. Quales igitur nos eſſe o-
portet(qui in Chriſto baptizati,Chriſtum induimus,a-
micti lumine ſicut veſtimento)in ſanctis conuerſationi
bus,vt hanc charitatis formam,nempè ex omnibus viri
bus noſtris corporeis impleamus opere, & veritate ad
Roma, 2 gloriam Dei & proximorum ædificationem Vt opera
1.Cor.6 noſtra bona videntes,Deum in nobis glorificent in die
viſitationis. Quod ſi ſecundum ſeculum mundi huius
ambulamus,& huic ſeculo nos conformamus, viuendo
ſecundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus, qui
nunc omnem in filiis diffidentiæ impietatem operatur,
& exhibemus membra noſtra arma iniquitatis peccato
& ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, &
1.Ioan. 5 peccatum regnat in mortali corpore noſtro, & obedi-
mus concupiſcentiis eius,tunc non diligimus Deum ex
totis viribus noſtris. Sed nomen Dei benedictum, per
nos blaſphematur inter gentes, & deum inhonoramus,
templum ſanctum eius polluimus & violamus,ideò di-
ſperdet nos Deus. Et membra Chriſti tollimus, & faci-
mus membra diaboli quod ipſo eſt auditu horrendum;
Præcipuum autem datur de dilectione mandatum,quia
facillimum & nullum eo liberius, Nihil enim,tam libe-
Ps. 18 rum,tam facile,& in hominis cuiuſuis poteſtate, quàm
Deut. 30 eſt amare. Vnde nullus ſe poteſt à calore eius & imple
pletione in veritate excuſare. Ab eleemoſynis poſſunt
ſe excuſare,inopes rebus & nihil habentes A ſeruitiis,
ſimplices. A laboribus,infirmi. A doctrina,hebetes. A vi

giliis

giliis multis & ieiuniis, delicati & in delitiis enutriti. A peregrinatione claudi. Amare autem omnes poſſunt, quia ad dilectionem veram & ſynceram Dei & proximi, nihil externum requiritur, ſed totũ quod intus eſt, debitum dilectionis ſoluit, reddit & perficit. Item propter eius precioſitatem & gratioſitatem Omnia enim accepta facit coram deo, & omnia lenia reddit, quæ mundi amatores, amara cenſent & impoſſibilia factu. Sicut odio Deo ſunt impius & impietas eius, ſic diligentes ſe diligit, & placita ei ſunt opera eorum quæ facta pullulāt ex radice charitatis. Diligens Deum dicit: Mandata eius grauia non ſunt. Et iterum: Paratum cor meũ deus paratum cor meum, vt cuſtodiam mandata tua. Eſt item amor virtuoſiſſimus Nam ſurſum agit animam vbi dilectus eſt in dextra Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſapit, cupit & quærit non quæ ſuper terram. Viuus quidam animæ motus eſt, ſemper ad anteriora vrgens amantem, vt vbique proſequatur dilectum. Vt eat ſemper de virtute in virtutem, & lucis inſtar ſemper procedit in via Dei, & creſcit vſque ad perfectum diem. Idque tam euidenter, vt profectus eius omnibus ſit manifeſtus Amor noſter, pondus noſtrum: eo ferimur quocunque ferimur. Eius virtus, vt alia taceam, in tribus patet. Vincit bella, quia fortis vt mors eſt dilectio. Implet mandata, quia plenitudo legis dilectio Dirigit ad ſuperna, quia recti diligunt te. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Eſt mandatum. primum, & vltimum. Vltimum, quia finis præcepti eſt charitas in conſummatione, quia omnia complet & compræhendit. Quicquid enim vnquam præceptum eſt, in verbo & mandato dilectionis inſtauratur. Sed primum eſt in intentione, eo modo, quo finis eſt primum in intentione. Sic pari modo quod eſt vltimum in reſolutione, eſt primum compoſitione. Cùm igitur omnia mandata ad hoc reſoluantur. patet quod eſt primum & vltimum. Eſt & antiquũ & nouum Antiquum duratione, quia à principio datum & legi naturæ inditum, dicente ſcriptura: Chariſſimi, nõ mandatum nouum ſcribo vobis, ſed vetus. Nouum verò ab effectu, quia innouat hominem in interiori homine, prius tamen veteri homine ſecundum priſtinam conuerſationem depoſito, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, & induit eum nouum hominem, qui ſe-

Prou. 8

Gal. 5

1. Ioan. 2

ſecundum Deum creatur in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Sic renouatur vt aquilę iuuentus diligentium Deũ, Sic ille ad Deum introiuit, qui renouauit iuuẽtutem eius. Sic Deus renouat faciem terræ, dum ſpiritum ſuum in terrenos mittit, per quem in ſpiritu renouantur, & fiunt de terrenis, cœleſtes. Renouantur ſiue reformantur in nouitate ſenſus ſui. Vetera tranſeunt in eis qui Deum diligunt, & homo exterior corrumpitur, ſed homo interior renouatur de die in diem, & fiunt in eis
Gal. 6 omnia noua. In Chriſto enim Ieſu, neque circunciſio aliquid valet, neque præputium, ſed hic noua creatura. Ergo te bone Ieſu per bonitatem tuam obteſtor & charitatem Cor mundum crea in me, & ſpiritum re-
Pſ. 50 ctum innoua in viſceribus meis. Hinc Chriſtus ait: Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Eſt vnum & multiplex, vnũ in radice, multiplex in ramis & opere. *ſecundum autem ſimile eſt huic* vbi circa proximi dilectionem etiam tria innuit, actũ dicens: Diliges: obiectum, quia proximum: modũ, ſicut teipſum. Illud ſimile eſt priori mandato, quia de re ſimili ſcilicet homine, qui ad ſimilitudinem Dei eſt factus: Quia de actu ſimili vel eodem, quia de dilectione. Proinde, cùm dicitur, ſecundum, non eſt ordo, niſi quantum ad materiam, quę eſt Deus & proximus. Vnum enim eſt præceptum de dilectione: vel eſt ordo cauſalitatis, quia
Leuit. 19 amor proximi cauſatur ex amore dei. Vel dic quòd hoc illi eſt ſimile: Tum quia vtrunque eſt de dilectione, & quia eadẽ dilectione Deus diligitur & proximus. Tum quòd vnum ad aliud ſequitur. Qui enim diligit Deum, diligit & proximum, & econuerſo. Vel quia imago Dei eſt homo, in quo Deus diligitur. Vel quod vtrique eadem eſt merces repromiſſa *diliges proximum tuum*. Proximus eſt omnis homo qui poteſt conſequi ſalutem, ſiue ſaluari *ſicut teipſum*, ſcilicet, in quo teipſum, eo videlicet affectu, quo teipſum. Vel propter quod teipſum, ſcilicet propter Deum. Vel ad quod teipſum, videlicet, ad gratiam & ad gloriam. Vel qua ratione teipſum, quia videlicet Dei imago eſt, & capax diuinæ bonitatis. Vel quandiu teipſum, quia teipſum, quia ſemper. Hinc irrefragabili conſequentia colligitur, quòd qui ſeipſum nõ diligit vero & ſyncero amore, nec proximum ſuum verè diligit, & ſecundum Deum: ergo qui diligunt iniquita-

tem

tem & operantur iniuſtitiam,ſeipſos odiunt Et qui ſibi nequam ſunt,cui boni obſecro eſſe poſſunt? Verè ergo dixit ille inter gentes eloquentiſſimus, quòd amicitia inter malos eſſe non poteſt & ſceleratos. Vt ergo amor & dilectio proximi Deo acceptus & nobis ſit meritorius,tres debet habere conditiones,vt ſit verus, iuſtus & ſanctus. Sit verus, vt ei quem diligit bonum optet & velit Hæc eſt charitas vera,ex fide nõ ficta. Cùm enim homo naturaliter diligit ſeipſum, motus ipſius amoris in duo tendit. In ſeipſum cui vult bonum,tũ in bonum quod ſibiiſi optat. Et quãuis vtrumque diligere & amare dicatur,tamen vero amore diligit ſeipſum, cui bonũ illud optat. Bonũ verò quod homo ſibiipſi optat, quaſi per accidens diligere cõprobatur,prout ex conſequenti ſub actu amoris cadit. Abſurdum ſiquidem eſt ſentire,quod ille verè & vero amore ametur, cuius deſtructionem aliquis concupiſcit Multa ſiquidem bona ſunt data à Deo, quæ dum homo in vſum ſuum conuertit, deſtruit & conſumit. Sicut verbi gratia equus ſunt & mulus,panis quotidianus quem mãducamus, vinũ cùm bibitur in iocunditate,veſtis dum induitur Vnde manifeſtè apparet, quod cùm homo huiuſmodi & conſimilia in vtilitatem & vſum ſuum cõuertere concupiſcit, vero amore ſeipſum diligit. Res verò illas,quaſi accidẽtaliter & abuſiuè amat,& non verè. Quæcunque ergo homo concupiſcit pro vſu ſuo, & naturali amore ſuiipſius,vt ſunt quæ ſunt pro corporis ſuſtẽtatione, quorum grandis eſt numerus. Omnia hæc cũ in vſum ſuum aſſumit, vt ex dictis dilucidum eſt, non vero amore ea diligit, ſed magis in illis vero amore diligit ſeipſum. Præcipit verò Deus quòd quilibet diligat proximum ſicut ſeipſum hoc eſt amore vero, non abuſiuo & falſo. Non ſicut amatur panis,vinum, veſtis,equus, &c. quæ quidem non diligit ſicut ſeipſum, ſed propter ſeipſum, id eſt propter propriam vtilitatem & commoditatem. Et ſicut alias res mundi aſſumere poteſt homo in vſum ſuum,ſicut homines ipſos. Quos ſi diligit homo, quia vtiles ſibi ſunt aut delectabiles, manifeſtè apparet,quòd eos non vero amore diligit ſicut equum, panem, vinum & id genus res cæteras. Ille igitur vero amore diligit proximos,qui non propter aliquas vtilitates ſuas, non propter ſperata beneficia, non propter affinitates,con-

Cicero de amicitia.

Eccleſ.31

ſanguinitates, ſed propter hoc tãtùm, quia ſunt noſtrę naturę participes & vocationis cœleſtis: Quia ſunt imagine Dei & ſimilitudine eius inſigniti, quia ſunt filij Dei, vaſa gratiæ & electionis fratres Chriſti, & cohæredes. Penſent iuncti matrimonio, an vero amore ſe diligant. Penſent parentes an vero amore proles ſuas ament Sed quomodo tales vero amore diligent inimicós, qui eos quos maximè videntur amare, odiũt in veritate? Væ igitur habitãtibus in terra. Quia omnes quę

1.Cor. 10. ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Apoſtolus verè proximos dilexit, qui non quæ ſunt in eis & ab eis quod ei fuiſſet vtile, ſed quod multis & ipſis quos amauit: Nempè vt ſalui fierent Non quæro veſtra ait, ſed vos: Quia charitas non quærit quæ ſua ſunt Secundò amor proximi debet eſſe iuſtus. Hæc eſt charitas ordinata, de conſcientia bona, iuxta illud: Ordinauit in me charitatem Nam quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Vnuſquiſque enim naturaliter, iuſto ordine diligit ſeipſum. Iuſtitia hoc omnium calculis requirit, vt minori bono maius & maiori maximum præponatur. Tria autẽ bona habemus. maxima, media, infima. animam, corpus & externam ſubſtantiam Quis autem eſt hominum, qui non malit oculis corporis orbari, quàm oculis mentis & rationis, cùm ex hoc homo fieret amens? Quis item pro vita naturali tuenda vel conſeruanda, naturali induſtria, non cuncta terrena poſtponat, vel in medicos

Iob 2 erogaret, vt miſera mulier illa. Pellẽ pro pelle, ait Satan, hoc eſt, vitam alterius pro ſua conſeruanda. & cuncta quæ habet homo, id eſt omnem ſubſtantiam mundi, dabit pro anima & vita ſua cõſeruanda Sunt tamen multi, qui hunc ordinem peruertunt, qui propter dilectionem corporis inordinatam, dũ illud in delitiis enutrire volunt, animam ipſam odiunt & perdunt, vt in

Matt. 10 euangelio Chriſtus docet. Rurſus ſunt qui propter bona caduca & falſas diuitias cõquirendas, Dei iuſtas leges præuaricantur. Seipſos periculis latronum, periculis in via, in ſolitudine, in falſis fratribus, & laboribus multis exponunt, & mille diſcriminibus vitæ. In quibus manifeſtè apparet, quòd hoc ordine iuſtitiæ, nec ſeipſos diligunt nec proximos, nec bona cupiunt Verùm cùm dicatur: diliges proximum tuũ ſicut temetipſum, apertè innoteſcit, quòd in tribus bonis iſtis ſemper homo pro-

mo proximo ſuo præponere debet ſemetipſum. Vnde ſi contingat extremus caſus, quòd vel ſubſtantia mea vel tua neceſſariò perire debeat, permittere poſſum, vt pereat tua, ne pereat mea. Quod autem permittam vt pereat mea, ne pereat tua, conſilium perfectionis eſt, non præceptum. Similiter per omnia eſt de corporali vita mea & tua ſentiendum. Aliter tamen de anima dicẽdum eſt: Quia ſemper de neceſſitate ſalutis eſt ſalutem animæ meæ præponere tuæ. Vnde ſi contingat, quòd debeo contra Deum agere, & Deum offendere, vt te poſſim ſaluare, hîc nequaquam animã meam perdere debeo, vt ſaluem tuam. Eatenus ſiquidem vnuſquiſque animam ſuam debet diligere quatenus ipſum Deum, qui eſt ſuper omnia benedictus, amat. Plus enim quiſque Deum diligere tenetur quàm proximũ. Non debet ergo quiſque vt proximum ſaluet, animam ſuam damnare. Imò pro toto mundo ſaluando, nõ debet homo velle detrimẽtum animæ ſuæ ſuſtinere. Quid enim prodeſſet homini ſi vniuerſum mundũ lucraretur, animæ verò ſuæ detrimẽtum pateretur? Neque enim gradus altior eſt dilectionis quàm pro ſalute proximi tradere vitam corporalem. Sic ſeruator noſter, pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus animam noſtram pro fratribus ponere. Maiorem hac dilectionem nemo habet. Vnde ſequitur, quòd animam quatenus principium humanæ vitæ eſt, pro proximo ponere excepta neceſſitate extrema, ad conſilij perfectionem pertinet, non præcepti. In hoc exemplũ ſeipſum poſuit vas electionis Apoſtol. dicens: Ego autem libentiſſimè impendar, & ſuperimpendar pro animabus veſtris. Et iterum: Laboro vſq; ad vincula, quaſi malè operãs, ſed verbum Domini non eſt alligatũ. Ideo omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur. Hæc penſent parentes carnales, qui prolibus ſuis de mammona iniquitatis diuitias huius mundi & opes congerunt, ad propriam & prolium damnationem æternam. Iſti & ſe & proles odio iniquo odire per omnẽ fidem comprobantur, cùm diligant iniquitatem. Æmulantur eos, ſed non bene, dum inſenſatorum more Galatarum, non acquieſcunt veritati, ſed conſentiunt iniquitati, & magiſtris mendacibus, loquentibus eis placentia, credunt. Adeò cum ipſis cæcis ducibus cadunt in foueã æternæ

Rom. 9

Ioan. 15

1. Tim. 2

Prou.5 damnationis. Iſti parentes regnũ cœlorum nõ intrant,
& proles ſuas,ſi quæ ex eis illud intrare volunt, piè in
Prou.5 Chriſto viuendo in hoc mũdo, intrare nõ ſinunt:Imò,
ne in illud intrare poſſint, funibus eas peccatorum li-
gant, onerant oneribus opum malè partarum,ne ſur-
gere poſſint, in rete diaboli pedes eorum mittunt. Iſti
filios ſuos & filias ſuas dæmonibus immolant.Ephraim
(ait Oſeæ)qui creſcens interpretatur,deducens ad in-
terfectionem filios ſuos. Penſent parẽtes & propinqui
quomodo ſuos diligant,vel potius odiant, ſicut ſeipſos:
Qui illis aduerſa valetudine laborant bus pithones
conſulunt & maleficas. & pro ſalute corporis animas
perdunt. & morte digni ſunt æterna, medici,qui malè
habentibus ea conſulunt.ea permittũt quæ verbo Dei
Eſaia 5 aduerſantur.Et patroni,aduocati & iuriſtæ,qui pro nũ-
Eſaia 10 mo iuſtitiam auferunt à iuſto,qui malis in malis cauſis
Eſaia 9 patrocinantur & iuſtis in iuſtis cauſis aduerſantur. Dã-
nationis rei hic conuincuntur parentes,qui proles ſuas
matrimonio iungunt vſurariis,raptoribus, oppreſſori-
bus,& vndecunque etiam ex iniquo diuites factis, vel
pro temporali gloria, vel pro conſolatione carnali Et
vt receptui canam,dilucidum ex his arbitror vniuerſis,
quòd ſi quis proximis ſuis temporalia bona, contra ſa-
lutem corporis vel animæ optat, aut corporalia com-
moda in detrimentum animæ ſuæ quærat, neutiquam
eos diligit iuſto amore,atque nec ſeipſum,ſed odit po-
tius & occidit & damnat: Non enim qui mala agunt
ſolummodo digni ſunt morte,ſed etiã qui conſentiunt
Hæc eſt facientibus. Tertiò amor proximi debet eſſe ſanctus.
dilectio Illud autem ſanctũ eſt & dicitur,quod ad Dei gloriam
pura & ordinatur & famulatum.Vnde altaria ſancta & vaſa di-
ſancta de uino honori deputata dicuntur. Deus autem cùm om-
corde pu- nium bonorum,fons,radix, origo,autor & dator ſit &
ro. comprobetur,ad ipſum diligendum tanquam ad com-
mune bonum & ſummum bonum naturaliter omnis
homo inclinatur,quemadmodũ omnia flumina exeunt
Eccleſ.1 mare,& ad mare reuertuntur.Intelligimus quidẽ quod
quodam naturali inſtinctu, commune bonum particu-
lari præfertur.& vnaquæque pars ad bonum totius na-
turaliter inclinatur.Huius euidentiſſimum ſignum eſt,
quòd manus ſe obiicit,ne caput aut cor lædatur, & pe-
des ſi poſſunt,fugæ præſidium pro eis arripiunt,ex quo

eis hu-

eis humani corporis vita fluit. Hoc quoque naturali inſtinctu, quilibet ſemetipſum ordinat in Deum ſicut in beatitudinis fontem, ſicut pars in bonum totius naturaliter ordinatur. Perficitur autem in hoc mundo, charitatis virtute, qua homo ſeipſum diligit propter Deũ. Præcipit verò Deus, bonitas ipſa, homini ſuum diligere proximum ſicut ſemetipſum, id eſt, ſalutẽ animæ proximi ſui quærere, & ad Deum illum dirigere, ſicut ſeipſum. Hoc eſt, ſicut ipſe ad Deum naturaliter inclinatur, dirigere debet illum, bonis exemplis, ſanctis monitis, doctrina ſalutari, & ſi in aliquo offendit, correptione benigna, & increpatione quæ fit in miſericordia. Vel ſi hoc modo nihil proficit, increpatione dura, quatenus ſanus ſit in fide, in moribus integer, ſyncerus in dilectione. Vel dicat Eccleſiæ, vt hierarcha eũ arguat, cum omni imperio, & exhortetur, vt ſpiritus ſaluus fiat à morte, & lucretur Chriſto. Et hic propriè dicitur amor ſanctus. Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum amore ſancto, videlicet. Sunt nempè amores quidã, qui huius amoris ſancti ſpeciem habent, virtutem verò eius abnegant: Vt ſunt amor naturalis, amor ciuilis & ſocialis. Amor naturalis inter cõſanguineos eſt & fratres & ſorores, cùm ſe diligunt, quia ex eiſdem parentibus ſunt prognati. Amor iſte, non eſt ſanctus, nec ſufficiens ad ſalutem. Siquidem ethnici ſic ſe diligunt, & publicani. Amor ciuilis inter illos eſt, qui hac ſola ratione ſe diligunt, quia eiuſdem municipes ſunt ciuitatis. Vel ſub eodẽ Principe. Vel quia idem ius habent. Imò ſecundum vnumquodque officium, & negotium aliqua conuenientia & amicitia inuenitur. Sicut qui in eadem ſchola vel ſtudio vnà ſtuduerunt, &c. Huiuſmodi autem dilectio, quamuis duas præcedentes conditiones amoris in ſe comprehendere poſſit, videlicet quòd ſit verus, & quodammodo iuſtus, ſed non continet in ſe, quod quilibet eorum ſit ſanctus, quia non eſt gratuitus, nec ordinatur in Deum: Talis eſt amor, vt dictum eſt, ethnicorum & publicanorum. Sic ſe diligũt latrones, raptores & compotatores. Verùm illa dilectio non eſt de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Vel qui talis eſt, vel vt talis fiat. Et hoc verè eſt proximum diligere ſicut ſeipſum. Præceptum verò dilectionis Dei ſecundum modum

Galat. 6

Titi 1.

dum hîc poſitum & præſcriptum,ſecundum modũ quẽ debet habere,hîc impletur in via,dũ nihil contra Deũ agitur,amatur,hoc eſt,omne peccatum mortale, deuitatur. Secundum verò modum quem poteſt habere, à Chriſto & benedicta matre impletum eſt in via, & ab electis in patria impletur. Dum non ſolùm nihil contra Deum, ſed etiam præter eum nihil amant Modus autem dilectionis Dei ponitur hîc vt allicitiuum, vel vt ſignum futuri,quando Deus erit omnia in omnibus & repleuerit in bonis deſiderium noſtrum.Cui eſt laus & honor in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

IN *his duobus praeceptis,tota lex pendet & prophetæ.* Quia totus decalogus,& monitiones & comminationes ad charitatem ordinant,charitatem ſpirant.in charitate radicantur,fundantur,conſumuntur,implentur inſtaurantur. Hoc enim intendunt, vt charitas doceatur,ordinetur,opere & veritate ſeruetur, augeatur, conſummetur. Sed & illud attende quod quaſi ſcopus eſt eorum quæ dicta ſunt de proximi dilectione, & faſciculus paruus:Quod proximos diligere debemus vt euangelium habet, ſed modus diligendi penes quatuor cauſas attendi debet Penes cauſam finalem, vt diligatur propter Deum, hoc eſt, vt eo fine diligatur ſolummodo, vt ſaluetur & veniat ad ſalutem:Ideò quicquid ei ad ſalutem aſſequendam confert, ei pro virili mea ſubordino & procuro. Et quicquid ei in via ſalutis impedimento eſt & eſſe poteſt, ne in illud impingat pedibus, de via ei ſubmoueo. Penes cauſam naturalem,videlicet vt diligatur eius bonum, non malum: Virtus non vicium: Profectus non defectus. Tertiò penes cauſam formalem, ſcilicet vt ordine debito,circa Deum,& ſupra temporalia. Tum penes efficientem cauſam.ſiue mouentem:Videlicet quia homo quia imagine dei & ſimilitudine eſt inſignitus, quia à Chriſto electus ante mundi conſtitutionem, vocatus per gratiam in ſocietatem filij eius:Quia dignè Deo & euangelio in hoc mundo viuit & ambulat,Deo per omnia placet,in omni opere bono fructificat, creſcit in ſcientia Dei & in omni virtute, confortatus ſecundum potentiam claritatis eius.Vel ſi talis non eſt,tunc

Amor ſanctus. *Amor verus.* *Amor uſtus.*

diligo eum, quia talis fieri poteſt Et vt hoc fiat, tum exemplis bonis, tum ſalutaribus monitis, tum debitis & neceſſariis auxiliis, & conſolationibus opem fero ei quantum poſſum. Hoc modo & Deus diligit nos & Chriſtus Hoc ergo eſt præceptum meum ait Chriſtus, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. In hoc cognoſcent homines.quòd mei diſcipuli eſtis,ſi hanc dilectionem habueritis ad inuicem. Vlterius, vt à concepto malitiæ propoſito eos reuocet ad verum ſui amorem, oſtendit quòd ipſe ſit filius Dei *Congregatis autem phariſæis*,qui ad tentandum venerant, *interrogauit eos*, conniter. Non vt ſe iactaret.nec vt illos confunderet, ſed vt illos erudiret ad iuſtitiam fidei,& de lege ſua doceret eos.Qui miſericordiam habet,docet.&erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Et labia iuſti, erudiunt plurimos dicens. *Quid vobis videtur de Chriſto?* Dupliciter errãt Iudæi circa Chriſtum Primò circa perſonam eius: Non enim credunt, quòd ipſe ſit deſideratus cunctis gentibus,deſiderium collium æternorum,& expectatio gentium. ſtella orta ex Iacob, verus Meſſias & mundi ſaluator.Sed eum expectant adhuc Hinc incredulis dixit: Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me.Secundò errant circa eius naturam, quia non credunt Chriſtum, quem falſò expectant,eſſe Deum, ſed hominem purũ.Hinc blaſphemiæ eum arguebat, quod patrem ſuum Deum eſſe dicebat,dicentes:De bono opere tuo,non lapidamus te,ſed de blaſphemia.Quia tu homo.purus,videlicet cũ ſis,facis teipſum Deum.Et illud:Filium Dei ſe nominat.Verùm Chriſtus non ſe fecit Deum, ſed pater ex vtero ante luciferum genuit eũ Deum, & deitatem ei dedit. Et cùm Deus eſſet, factus eſt homo. Et de iſto errore ſecundo interrogat eos, cuius filius eſt. Hanc etiam ideo quæſtionem mouet, vt quia totam legem ad duo mandata deduxerat, dilectionis, tanquam ſcientiarum Deus, & ipſa ſapientia patris. vult vlterius, hęc duo mandata ad vnum diligibile reducere, quod eſt ipſe Chriſtus Ieſus, Deus & homo. Nihil enim diligibile tanquam Deus & proximus.niſi ipſe *cuius filius eſt*?hominis ſolius, an hominis & dei? vt ſit Emmanuel quod omnino neceſſe eſt vt affirmetis. Neque enim ſolus homo, genus humanum ab ira paternæ traditionis redimere

Ioan. 5

Eze. 18

Ioan. 15

Ioan. 10

Sapi. 2

Eſai. 7

Matt. 16 potuit,& à poteſtate tenebrarum. Nec ſolus Deus debuit *Dicunt ei: Dauid.* Et hæc vera eſt reſponſio,ſed non plena. Secundum carnem quidem filius Dauid erat. Vnde Piſcator Petrus rectius reſpondit & plenius: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et patris ſui diaboli atteſtatione,generatio praua & infideles filij ipſi comprobantur:ipſe enim prius dixit,& voce magna clamauit, dicens:Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? Clamauit ecce pater veſter diabolus,ergo confeſſionis eius veritatem & teſtimonium de Chriſto auditis. Et quare ſolummodo eum imitamini in malo,vt ſitis homicidæ, inuidi & non ſtatis in veritate. At, ſi Prophetis fidem non datis de diuinitate Chriſti, in quo omnes ei teſtimonium perhibent. nec verbis Chriſti, nec Apoſtolo Petro creditis,vel patri veſtro diabolo credite de Chriſto,quòd verus ſit filius Dei. Alioqui ſcitote, quod ille vos accuſabit coram patre meo,qui in cœlis eſt, qui & ipſe teſtimonium Chriſto perhibuit,quod dilectus eius filius eſt, de infidelitate veſtra. At adeò frontem perfricuiſtis,in tam magnum & profundum malorũ veniſtis,adeò in reprobum ſenſum dati eſtis & excæcati per malitiam,vt nec Moyſi credatis,in quo ſperatis,nec legis verbis,nec prophetarũ oraculis,nec patris mei cœleſtis aſſertionibus,nec patris veſtri diaboli teſtimoniis fidẽ dare vultis. Vel in hac vna patrem veſtrum confeſſione,qui hactenus in omnibus ferme deſideriis eius malis & operibus eum ſecuti eſtis,imitamini: Et tunc ſalutis vobis ianua aperta erit. Alioqui,non eſt vobis ſalus,& in peccato veſtro moriemini. Omnis enim qui credit in me,nõ moritur,ſed habet vitã æternã. Sed verbũ meũ non capit in vobis nec verbis meis credere vultis vt Eſaias de vobis ante multa tẽpora prædixit. Verumtamen,vt veſtro vos gladio occidã, vt ex verbis veſtris vos vel occidã,vel conuincã,vel quod magis cupio,inſtruã & conuertã *ait illis.* qui me purum hominẽ dicitis ex ſemine Dauid natum. Si hoc verum eſt,*quomodo ergo Dauid,* cui incerta & occulta ſapientiæ ſuæ Deus manifeſtauit,*vocat eum*,Meſſiam,videlicet me.*in ſpiritu*, prophetico & in ſpiritusſancto per quem prophetæ edocti & illuminati, locuti ſunt. Et non in ſpiritu erroris incerto,nec voluntate humana,*vocat eum dominum?* quod nequaquam liceret, nec verè dicere poſſet, ſi eſſet ſolummo

Matt. 8

Ioan. 5

Ioan. 8

Eſa. 6

lummodo homo purus, ex ſemine eius ortus & ex ra- *Pſ.105*
dice Ieſſe. *dicens: Dixit dominus* pater, creator cœli & ter-
ræ, *domino meo* filio, Meſſiæ, *ſede à dextris meis.* Quod er-
go Meſsias iſte non ſit purus homo probatur triplici-
ter ex hac Pſalmi authoritate: Tum quòd vocat eum
dominum, cùm non ſit homo filius & dominus alte-
rius, ſecundum eandem naturam. Ergo in Meſsia eſt
alia natura ſecundum quam eſt filius, & alia, ſecun-
dum quam eſt dominus Dauid. Alia via idem ſic pro-
batur: Quando Dauid verba iſta dixit, nondum erat
Meſsias natus homo, quomodo igitur dominus illius
erat qui nondum erat? Oportet ergo aliam naturam
præter humanam in Chriſto ponere, in qua eo tem-
pore dominus eius erat: hanc autem diuinam opor-
tet fuiſſe vel angelicam. Sed Angelus non poteſt for-
ma eſſe corporis humani eſſentialis. Igitur Deus erat
in Chriſto mundum ſibi reconcilians, & ſecundum
deitatem eius dominus erat, & ſecundum humanita-
tem eſt filius eius. Tertiò probatur idem ex hoc quod
ſequitur: Sede à dextris meis. Impoſsibile eſt purum
hominem ſedere à dextris Dei. Iudæi autem miro mo- *Marc.16*
do hanc ad nothum intellectum detorquent ſcriptu- *Heb.1*
ram, ſicut & cæteras ſcripturas deprauant: Sed men-
titur iniquitas ſibi. Nos autem confitemur, quod Ie-
ſus aſſumptus eſt in cœlum. & ſedet à dextris Dei pa-
tris, tanto melior angelis effectus, quanto differentius *Cant.2*
præ illis nomen hæreditauit. *donec ponam inimicos tuos,* *Eccle.6*
qui ſunt angeli Satanæ, qui non tenuerunt ſuum prin-
cipatũ. Et homines reprobi, filij inobedientiæ. qui au-
dacter Deũ prouocant in impietatibus ſuis iſti nolunt
Chriſtum regnare ſuper ſe, dirũpunt vincula charitatis
eius in quibus electos poſt ſe trahit, vt currunt in odore
vnguentorũ ſuorũ Vincula hæc alligatura ſalutis ſunt.
Et proiiciũt à ſe iugũ eius ſuaue, & onus illius leue. *ſca-
bellũ pedũ tuorũ* hoc eſt, donec oẽs rebelles tibi ſubiu-
gauero: Vel bona volũtaria ſubiectione, vt videlicet cre
dãt et verũ Deũ & hominẽ ſpõte & animo propẽſo: vel
coacta ſubiectiõe, vt in diẽ iudicij reſeruenẽ puniẽdi, &
credãt tunc & cõfiteãtur inuitè. *Si ergo Dauid.* vir ſecũ-
dũ cor Dei & eximius prophetarũ. *vocat eum dominum,*
ſecundum veritatem in ſpiritu veritatis & prophetico,
quomodo filius eius eſt? videlicet tantum vt vos impiè a-

 ſtrui-

ſtruitis & blaſphematis? Cùm filius propagatione ſubiectus ſit patri Eſt ergo filius Dauid & dominus Filius ſecundum humanam, & dominus eius ſecundum naturam diuinam. Ex quibus ſequitur quòd meſsias veſter, ego, Deus homo. *& nemo poterat ei reſpondere verbum.* quia irrefragibile erat argumentum. *nec auſus fuit quiſquam ex illa die amplius eum interrogare*, timore ſimilis confuſionis & confutationis. Sic confutati ſermonibus veritatis vltra non interrogant inimici veritatis, & veritatis agnitæ impugnatores, ſed apertiſsimè cõprehenſum Romanæ tradunt poteſtati, de multis per inuidiã accuſantes eum quem ſciebãt innocentem. Ex quo intelligimus venena inuidiæ poſſe quidem ſuperari, ſopiri verò & tolli aut difficilimè aut impoſsibile. Hic etiam ex eo manifeſtiſsimé eorum innoteſcit inuidia & malitia, quòd nihil amplius interrogãt eum: quem experiẽdo experiebantur in omnibus quæ fecit, dixit, docuit & reſpondit, ſanctiſsimè egit, ſapientiſsimus fuit, irreprehenſibiliter reſpondit. Enimuero ſi veritatis cognoſcen dę gratia dominum interrogaſſent. gratias egiſſent quã maximas, eum feciſſent maximi, amaſſent vnicè, honoraſſent obſeruanter, fuiſſent in amore eius accenſi, ad interrogandum magis fuiſſent animati. Sed ex quo non interrogabant eum, niſi vt eum caperent in ſermone, confunderent & accuſarent, ideo hac ſua ſe videntes molitione peſsima defraudatos, imò, ſuo videntes caſſe ſe captos & cecidiſſe in foueã quã pedibus Chriſti parauerant, atque in caput ſuum iniquitatem ſuã & dolum deſcendiſſe & verticem confuſi tacent: Non verbis, ſed verberibus poſt hac acturi cum eo: Vt eradant eum de terra viuentium, & vt nomen eius amplius non memoretur. Sed oppoſitũ accidit illis: Nam pro obediẽtia mortis Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur & ſit benedictũ, ex hoc nunc & vſque in ſeculũ.

Prou. 18
Hiere. 11
Pſal. 14

DOMINICA XX. POST PENTECOST. IN EPIST.

Ephe. v.

V*Idete itaque fratres quomodo cautè ambuletis.* Propter nos homines & propter ſalutem noſtram in

in medio terræ operandam, pater miſericordiarum fi lium ſuum vnigenitum miſit in hunc mundum. Filius Pſ. 73
verò patri obediendo vſque ad turpiſſimam crucis
mortem omnia conſummauit, ac nos in ſanguine ſuo de Ioan. 3
manu inimicorum noſtrorum & omnium qui oderunt Luc. 1
nos liberauit, & in libertatem filiorũ dei aſſeruit. Qua- Apoc. 5
tenus nunc voluntatem dei, credendo & diligendo, & Rom. 8
faciendo reportemus repromiſſiones: Nempe coronam Heb. 10
iuſtitiæ & vitæ, deum diligentibus repromiſſam. Ve- 2. Tim. 4
rùm multi ſemeptiſos fallunt, ſolam fidem ſine bonis
operibus iuſtificare & ſaluare mentientes, & quod pe-
ius eſt opera bona ſuggillant, cane & angue peius odiũt Iac. 1
immaculatos ſe cuſtodientes ab hoc ſeculo ſolicitè am
bulantes in lege dei cum Deo ſuo, ab omni via mala
prohibentes pedes ſuos fructificantes Deo in omnibus
operibus bonis. Agentes & facientes, quæcunque ſunt, Iacob. 1
vera, pudica iuſta ſancta, amabilia, bonæ famæ, virtuoſa Phil. 4
& diſciplinæ perſequuntur, eorum bonam conuerſatio-
nem calumniantur, derident & damnant, de eis omnia
mala mentiendo, dicunt, hos bonoperarios vocant, eos Mat. 5
aſpernari Chriſtum blaterãt, & eius paſſionem, falſè ca
uillantur. Sunt eis graues ad videndum, non poſſunt eis
vnum verbum pacificè loqui, ipſa vita eos putant indi-
gnos. tollendos eos de terra clamant, nec fas eſſe eos vi
uere. Sic filij perditionis, tenebrarum & diaboli, ſemet- Luc. 16
ipſos iuſtificant & innocentes, piè viuentes in Chriſto,
lumina mundi, ſal terræ, filios lucis, pacis & dei, condem Mat. 12
nant ſceleratiſſimè. Verùm qui in amore dei & timore
perfecti ſunt pro minimo, imò pro nihilo habent quòd
ab eis iudicantur, aſpernantur. Nam ſi impiis placerent, 1. Cor. 4
Chriſti ſerui non eſſent. Si mundus eos honoraret, lau-
dibus cumularet, beatos diceret & amaret, inimici Dei
eſſent, iuxta illud: Qui vult amicus mundi huius eſſe,
& diligit mundum, inimicus Dei conſtituitur, & chari- Gal. 1
tas patris non eſt in illo. Tu fidem obtendis & gloria- Iacob. 4
ris in fide ſed mortua, ſed vana, ſed inani, ſed ficta, ſed
reproborum, ſed dæmonum, Si omnem fidem habueris, 1. Cor. 13
ita vt montes trãsferres, nihil es, nihil fides iſta tibi pro
deſt. Sola fides ſaluat quæ operatur & adimplet omnem
iuſtitiam per dilectionem. Qui facit hoc, acceptus eſt Gal. 5
Deo. Dicit ergo Apoſtolus: videte fratres, mei dile- Rom. 12
ctiſſimi, qui mecum vnum patrem in cœlis Dei. & Mat. 23
vnam

vnam matrem eccleſiam,ſponſam agni & vxorem Chri
ſti,habetis in terra Videte & vigilate in fide,ſuper cuſto
diam veſtram ſtate,ac ſollicitè conſiderate, quomodo
1.Co.11 cautè ambuletis,in dilectione Dei & ꝓximi,nō declinā
Deut.5 do ex hac via regia excellentiori. Neque ad dexteram
neque ad ſiniſtram,quoniam bellum vobis infertur à
fronte & à tergo.Irruūt ſuper vos inimici veſtri, ac vos
laceſſunt,à dextris & à ſiniſtris ſuperius & inferius vo-
bis inſidiantur,intus & inferius vobis inſidiantur,intus,
1.Ioan.2 & foris vos moleſtant & perdere moliuntur.Videte ita-
Tit.1 que fratres quomodo cautè ambuletis,quia multi ſedu-
ctores exierunt in mundum. Seducunt enim incautos,
multa.Nempè,lex membrorum,ipſa ſenſualitas.Deinde
ipſa quæ ſenſualitati fręna laxat, hæretica peruerſitas,
Tertiò ſerpentis & Satanæ calliditas.Poſtremò, ſcan-
dala & exempla,hominum ſecundum hoc ſeculum &
diaboli voluntatem viuentium Primò vigilandum &
cautè ambulandum eſt,ne nos libido & concupiſcentia
Gal.5 carnis in naſſam ſuam trahat Hæc ſemper contra ſpiri-
Rom.7 tum concupiſcit,& cum Dalila ſpacium & requiem ſpi-
Iudicū 16 ritui,vero Samſoni non dat donec blanditiis ſuis tradi
derit eum in manus inimicorum ſuorum. Iſte hoſtis &
Gal.5 fur domeſticus eſt,cuius mortis laqueos nemo euadit,ni
ſi qui iugiter cum viciis & concupiſcentiis carnem ſuā
Gen.4 crucifigit.caſtigat & mortificat.Hæc Adam ſuperauit in
paradiſo.Hæc cepit, ligauit & exoculauit fortiſſimum
Gen.7 Samſonem,corrupit originalem mundum ante diluuiū,
Gen 19 ſubuertit & cœleſti igne Pentapolim conſumpſit: Hæc
Num.25 tribum Beniamin penè exterminauit, & filios Iſrael cū
2.Reg.2 Madianitibus mulieribus fornicari cōſtituit,Hæc Dauj-
dem ſanctiſſimum in foueam altam protruſit,vnde Do-
mino manum ſibi porrigente exiuit.Hæc ſapientiſſimū
Salomonem in ſenectute omnium virorum ſtultiſſimum
3.Re.11 fecit.Hæc illaqueat omnes qui carnis ſuæ curam in de-
Prou.10 ſideriis faciunt.Et qui illi?Omnes gentes.Quique terri-
genæ & filij hominum:ſimul in vnum diuites & paupe-
Pſ.48 res.Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna
deſcendunt.Inclinara eſt domus voluptatis carnalis, ad
mortem & ad inferos greſſus eius.Omnes qui ingrediū
Iob 11 tur ad hanc ſalacem & procacem meretricem,non reuer
Prou.2 tuntur ad dominum deum ſuum: nec apprehendunt ſe-
mitas vitæ, ſed inſtar iumentorum in ſtercore ſuo

compu

computreſcunt. Deinde cautè ambulandum ne hæreticæ peruerſitatis nos ſeducat perſuaſio. Nam labia eius fauum diſtillant, & nitidius oleo eſt guttur eius. Et multos ſeducunt, multorum fidem ſubuertunt, multi ſequũtur luxurias eorum. Nam vendunt oleum, loquuntur placentia, beatificant impiè agentes libertatem pollicentur, cùm ipſi ſerui ſint peccatorum & corruptionis. Sed hoc deuita ait ad Titum. Et Chriſtus nobis ab eis iubet attendere, quia corrumpunt non ſolùm bonos mores colloquiis ſuis prauis ſed & corpus & animam perdunt in gehennam. Tertiò eſt nobis attendendum ne ſeducamur à dæmonibus, qui ab initio homicidæ fuerunt. Iſti lupi infernales non ſaciantur cæde ſed ad internitionem vſque ſemper mucro eorum deſæuit. Contra iſtos mundi principes & poteſtates, aduerſus inſidias diaboli, contra mundi rectores, contra ſpirituales nequitias, nobis colluctatio eſt iugis & periculoſa. Beati qui illis fortiter in fide reſiſtunt, & nullum eis locum dant. Quia ſi eis cum ope dei reſiſtitur, ſunt muſca infirmiores: ſi locus eis datur, ſunt leone fortiores & crudeliores lupis, & vrſis exaſperatis. Quarto videndum ne exemplis malorum & ſcandalis operantium iniquitates corrumpamur Ecce in medio laqueorum incedimus, iuxta iter in quo ambulamus funes mortis extenti ſunt ſcandalorũ, & foueæ profundæ multæ nimis. Sic habitamus cũ ſcorpionibus. Et rarus eſt, qui cum peruerſis non peruertatur, qui inter gentes idololatras commixtus & habitans non diſcat opera eorum, & non ſumat ſcandalum animæ ſuæ Horum fugienda ſunt conſortia, alioqui, amicus ſtultorũ ſimilis eis efficitur Nã quãti periculi res ſit cũ peruerſis vel breui tẽporis ſpacio verſari, vertex apoſtolorũ argumẽto eſt, qui inter peruerſos ſtãs ad ignẽ, negauit ſe noſſe hominẽ, quẽ paulò ante fœliciter cõfeſſus fuerat deũ. Ergo, qui amat periculum perit in illo Nec ſolummodo curandum nobis eſt, ne ſeducamur aut lædamur ab aliis, ſed & hæc ratione maximè, ne forſitan dicto aut facto minus recto aliis offendicula aut ſcandala demus, & vituperetur miniſterium noſtrum. Sed hoc curemus vt ea quæ pacis ſunt ſectemur & quæ ædificationis ſunt inuicẽ cuſtodiamus. Ne deſtruamus opus dei, ne aliquis pereat ex minimis ex dicto aut facto noſtro, propter quem Chriſtus mortuus eſt, ne periret, Sed melius

Marginal references: Prou. 5 · Mat. 24 · Tit. 3 · Mat. 7 · 1 Cor 15 · Mat. 10 · 2. Re. 8 · Ephe. 6 · 1. Pet. 5 · Ezech. 2 · Pſ. 105 · Prou. 22 · Prou. 22 · Mat. 36 · Eccl. 5 · Rom 14 · 2. Cor. 6

lius eſſet, quod mola aſinaria ſuſpenderetur in collum
Mat. 18 noſtrum, & demergeremur in profundum maris, quàm
ſcandalum vllum daremus. Hic breuitatis gratia ca-
lamum prohibere cogor defluentem, Non quaſi inſi-
pientes, & incompoſiti, vt gentes faciunt quæ ignorant
Col. 4 deum, & quomodo debeant ambulare & placere deo
ac proximos ædificare, iuſtè ſanctè & piè viuendo in hoc
mundo. ſed vos, ambulate vt ſapientia & viis ſapientiæ.
Hinc Apoſtolus ait: In ſapientia ambulate ad eos qui
foris ſunt Nam viæ ſapientiæ ſunt viæ pulchræ. & om-
Prou. 3 nes pacificæ, Has vias frater domini retexit dicens, ſa-
pientia quæ de ſurſum à patre luminum deſcendit, pu-
dica eſt, pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis cōſentiēs, ple
na miſericordia & fructib⁹ bonis, ſine ſimulatione, ſynce
ris & abſque fictione omnia iudicans, & in bonam par-
Iacob 3 tem omnia ſimpliciter (quantum fieri poteſt) referens.
Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, & intelligit miſericor-
dias domini. At modo non ſunt longæui ſapientes, nec
ſenes iudicium intelligunt. Sapientes quidem ſunt vt fa
ciant mala: bene autem facere neſciunt & nolunt intel
ligere vt bene agant, quod extrema inſania eſt. Nam ſo-
lus ille ſapiens eſt qui audit verba Dei, & facit ea. Qui
hæc ſcit & non facit, ſtultus eſt, etiam ſi Salomone ſa-
pientior per inflantem ſcientiam eſſet. Vita ſancta, ob-
Luc. 17 ſeruatio mandatorum Dei, dilectionis ſynceræ in operi
1. Cor. 4 bus & veritate oſtenſio ſapientia vera eſt. Quia regnum
Dei, quod intra nos eſt, non eſt in ſermone, ſed in virtu
te. Iuſtitia eſt vera ſapientia, & pax & gaudium in ſpiri-
Rom. 14 tuſancto. Qui in iſtis ſeruit Chriſto. ſapiens eſt, placet
Deo, & probatus eſt hominibus. Ambulemus proinde
1. Cor. 13 in via altiori charitatis & dilectionis, & per charitatis
mandatum euadimus prudentiores inimicis noſtris, ſi
in æternum nobis eſt in moribus & conuerſatione. Et per
Pſ. 118 dilectionem ſuper omnes docētes nos, & ſuper ſenes (in
quibus eſt ſapiētia) ſumus ſapientiores. Cautè ambule-
mus. Prouidere nobis de bona & fideli ſocietate debe-
Iob 12 mus in viis noſtris Sic viuendo quòd Deus nobiſcū ſit
in itineribus noſtris & angeli eius boni, & tales qui piè
viuant in Chriſto. Deinde ambulemus in lumine Dei,
quòd eſt ſignatū ſuper nos Nempè rationis, & fidei, ſicut
Pſ 4 filij lucis, & non in tenebris noctis, ne offendamus ad la
pidem Chriſtum pedes noſtros. Teneamus in manibus
noſtris

noſtris baculum crucis, calciati pedes in præparatio-
nem euangelij pacis. Habeamus apud nos panem verbi
Dei, aquam viuam ſapientiæ ſalutaris & gratiæ ſpiritus Ephe.6
ſancti. induti ſimus armis lucis. ſic vt in die honeſtè am
bulemus. Feſtinemus ad patriam, tranſeamus pacificè,
monetam bonam & veram virtutum, & non earum ima
ginem ſolam habeamus apud nos: Nam cum ea emere Ioan 4. 7
à Deo poſſumus quicquid optamus. Super omnia, de Eccl. 15
ponamus omne onus & circunſtans nos peccatum, quia
iſtis onerarati in viis iuſtitiæ ambulare non poſſunt, ſed
deficiunt viribus, & moriuntur ſub onere. redimentes tē
pus, omne opus bonum quod poteſt manus noſtra inſtā Heb. 12
ter operando. Sic oportet nos ſalutem noſtram operari
cum metu & tremore, ſeminare in ſpiritu, theſaurum
bonum nobis in cœlo theſaurizare, bonum certamen Eccl.9
certare, curſum conſummare, fidem ſeruare, in vinea la
borare, donec dies gratiæ & miſericordiæ eſt, Nam cùm Mat. 22
nox mortis venit, tunc nemo poteſt amplius iſta opera Luc.14
ri Hoc tempus neglexerunt, qui nolebant ad nuptias
venire. Hoc ſeruus malus & piger neglexit, ideo dāna-
ti ſunt & illi & hic. Hoc tempus non redimunt omnes
qui hunc mundum & quæ in mundo ſunt, diligunt. Qui Mat. 20
diligunt vanitatem, quærunt mendacium, operantur ini Rom.2
quitatem, & Deo odibilia opera faciunt Iſti ſtant in
foro ocioſi, & theſaurizant ſibi iram Dei ſecūdum cor-
da ſua dura & impœnitentia. in die iræ & reuelationis
iuſti iudicij Dei. Redimite ergo tempus, quoniam dies Heb.4
mali ſunt. id eſt, quia crebrò multa impedimenta ope-
randi ſalutem, iuſtitiam, & quod bonum eſt, occur-
runt, tum quod totus mundus in maligno eſt poſitus.
Feſtinant tempora. feſtinemus & nos ingredi in re- Ouidius.
quiem paratam nobis à conſtitutione mundi, Tem-
pora labuntur, more fluentis aquæ Nec quæ præte-
rijt curſu reuocabitur vnda Nec quæ præteriit ho- 2.Reg. 4
ra redire poteſt Sic & nos ad mortem ſemper curri-
mus & morimur omnes, & quaſi aquæ quæ non reuer-
tuntur, dilabimur in terram Dies etiam mali dicuntur,
non in ſe ſed eo quòd multa mala per malos in eis fa- Gene.47
cinora deſignantur. Tum quod multę miſeriæ & calami
tates nobis in eis occurrūt. Sic Iacob dixit: Dies peregri
nationis meę vitæ, pauci ſunt & maliquia repleti, mul-
tis miſeriis. Ex quo talis eſt vita hominis, & tantis

reum

circumcluſa periculis,& repleta miſeriis, *propterea*, vos qui in partem ſortis ſanctorum in lumine acciti eſtis,

Coloſ.1 & ciues ſanctorum & domeſtici dei facti, *nolite fieri imprudentes*, id eſt,incōſiderati,ſicut illa gens abſque con-

Ephe.2

Deut.23 ſilio & ſine prudētia fuit , nō ſapiens ea quæ Dei ſunt,

Num.14 nec intelligens,nec requirens deū,nec nouiſſima prouidens.Ideo omnes proſtrati ſunt in deſerto, Ioſue &

Galat.3 Caleb exceptis Tales etiam inſenſati & ſtulti Galatæ

Matt.25 fuerunt. Tales fuerunt virgines ſtultæ, & immiſericordes & alij qui verbum Dei audierūt & non fecerunt.

Matt.10 Vos eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Non prudentia

Roma.8 carnis,quæ mors eſt,ſed prudentiā ſpiritus,quæ eſt vi-

Luca 2 ta & pax.Hæc eſt prudentia iuſtorum, ad quam Ioannes conuertit incredulos.Hanc habuit ſerūus fidelis & bonus,dum in talento domini negociabatur,ideo cum fœnore multo ad dominum reuerſus,in laude eſt ab eo magnifiatus,& ſuper omnia bona eius conſtitutus.Hinc Salomon ait,Principium ſapientiæ, timor domini, &

Mat.25 ſcientia ſanctorum prudentia. ſed eſtote intelligentes

Luc.19 quæ ſit voluntas domini bona beneplacens & perfecta. Et nolite fieri ſicut equus & mulus,quibus non eſt intellectus.vnde hic ſequitur,*quæ ſit voluntas* Dei, & facite eam. Quia ſerūus ſciens voluntatem domini ſui, & non

Prou.9 faciens eam,vapulat multis.Voluntas autem dei, non poteſt non optima eſſe.Et tunc fratres,ſorores & ma-

Luc.12 tres Chriſti ſumus,cūm patris eius facimus voluntatē. Et voluntatis patris ſu fuit, quòd voluntatem patris ſui fecit,& opus eius impleuit. *Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Non formaliter, ſed effectiuè & cauſaliter, vt patet in Lot in Geneſi , qui poſt vinum pota-

Gene.19 tum commiſit inceſtum Eſt autem vinum quadruplex,

Prou.20 videlicet vinum vitis,quod eſt res luxurioſa. Vinū hoc

Eccl.19 & mulieres,apoſtatare faciunt ſapientes. Aliud eſt bonum, ſcilicet feruor compunctionis. Potaſti nos vino compunctionis ait Dauid. Tertium melius eſt,ſcilicet feruor contemplationis,de quo ſcriptum eſt: Quid eſt

Zacha,9 bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum & vinum germinās virgines?Sicera hæc danda eſt mærentibus & vinum hoc iis qui amaro ſunt corde, vt bibant & obliuiſcātur egeſtatis ſuæ, & dolorum non recordentur amplius. Hoc vino Apoſtoli inebriati

Prou.31 ſunt in die Pentecoſtes. Quartum eſt optimum,quod bibit

Chriſtus cũ electis ſuis in regno patris ſui. *Sed impl-a-* *Act. 2*
mini ſpirituſa-cto, qui datur ſobriis & caſtis. Qui eſt vi- *Matt. 26*
num nouum, lætari & exultare faciens in Domino, &
pſallere nomini domini altiſſimi Iſto muſto repleti
fuerunt credentes in die Pentecoſtes à ſpirituſancto
lo juentes, ſpirituſancto, inſtigante, nõ vino. *vobiſmetipſis*
id eſt, ad veſtram deuotionem, exultationem, in deo ſa- *Act. 2*
lutari veſtro, & inſtructionem. Vel adinuicẽ, alternan-
tibus choris *in pſalmis*, qui ad bonam operationem ad-
monent, *& hymnis*, qui de laudibus Dei agunt. *& can-
ticis ſpiritualibus*, quæ de æterno gaudio ſunt. Et ideo
ſpiritualiter ſpiritualia intelligenda ſunt. Et poſt locu-
tionem horum, *cantantes*. Hîc tangit quatuor conditio-
nes neceſſarias in diuino officio, vt placeat Deo, vide-
licet: Vocis alacritatem, ibi, cantantes. Exultabunt la-
bia mea cùm cantauero tibi. Et iterum: vox exultatio- *Pſal. 70*
nis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Et rurſum: Bene *Pſ. 117*
pſallite ei in vociferatione. Secundò operis confor- *Pſal. 32*
mitatem, ibi: *& pſallentes*, ſcilicet opere. Quia non eſt
ſpecioſa laus in ore peccatoris. Tertiò cordis atten-
tionem. quia *in cordibus veſtris*, non in labiis ſolis Deum
honorando, & interim corde longè à Deo per inanes *Eſaia 29*
cogitationes recedendo. Sed pſallẽdum ſpiritu & men- 1. Cor.
te Cor & caro noſtra exultare debent in Deum viuum. 14.
Confitebor tibi domine in toto corde meo, ait Dauid. *Pſal. 85*
Quartò, rectam intentionem, quia *domino*, id eſt, ad *Pſ. 110*
honorem Dei. Non vt videatur ab hominibus & lau-
detur. Pſallite Deo noſtro, pſallite. Sic pſalmum dicam *Pſal. 60*
nomini tuo in ſeculum ſeculi, vt reddam vota mea de
die in diem. Hinc ad Coll. iij ait: In omni ſapientia, do-
centes & commonentes voſmetipſos in pſalmis, hym-
nis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cor-
dibus veſtris Domino. Deinde ad gratiarũ actionem
exhortans, dicit: *Gratias agentes.* vbi quinque tangit.
Quid agendum? Quia gratias. Quando? Semper. Pro
quo? Pro omnibus. Quomodo? In nomine Domini.
Cui? Deo & patri. Ergo gratiæ ſunt referendæ. Verè,
quia gratias agentes. Continuè, quia ſemper. Integrè,
quia pro omnibus. Ordinatè, quia in nomine Domini.
Rectè quia deo. Benedicite ergo omnia opera domini *Pſ. 102*
dominum *gratias agentes*, verbis debitis. *ſemper*, & be-
nedicite dominum in omni tempore, ſemper laus eius

Pſal.33 ſit in ore veſtro, quia nunquam ceſſant eius beneficia.
pro omnibus, quæ retribuit nobis, & inenarrabilibus
Pſ. 117 donis eius, tam proſperis quàm aduerſis. Et hoc *in nomine domini*, id eſt, ad exaltationem nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo pater nobis
Pſal. 73 omnia bona largitur. Ipſe eſt nomen domini benedi-
Ioan, 1 ctum. Et dicit Apoſtolus, Domini, propter poteſtatem eius, noſtri, propter charitatem, Ieſu propter ſalutem quam operatus eſt Chriſtus propter gratiæ plenitudinem de qua accipimus omnes, Deo noſtro, per creationem, & patri noſtro, per regenerationē. *ſubiecti inuicem in timore Chriſti* Charitate ſiquidem ſyncera, alter alteri ſubiici debemus, non rei terreſtris vllius amore, aut formidine, ſed in timore Chriſti ſancto, qui permanet in ſeculum ſeculi, ſine quo nemo poteſt iuſtificari, vel
Coloſ. 2 ſtabilis in Dei ſeruitio manere. Qui enim ob Chriſti amorem per charitatem mutuam inuicem ſe ſubdiderint, quandiu tali perfectionis vinculo ſunt deuincti,
Galat. 5 nec à Deo per peccatū, nec ab inuicem per diſſentio-
Pſal. 96 nes, lites & odia diuidi poſſunt: Quia diligentes Deū, odiunt malum, & non agunt perperam, & inuicem ſeruiunt in charitate ſpiritus. Nec tātùm ſubditi poteſtate præditis, ſed & prælati ſubditis debent ſubiici & eſſe
Rom. 12 conſolationi, ſeruiendo eis in charitate, & curam ſalutis eorum gerendo in ſollicitudine. Nam & ſi maiorum ſit dignitas & honor, adminiſtratoria tamen eſt Ergo
Luca 22 qui maior eſt inter fratres in officio, eſſe debet in ſuo animo & foris in obſequio, ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Sic & Chriſtus inter diſcipulos fuit, ſicut qui miniſtrat. Nec miniſtrari ſibi venerat, ſed aliis miniſtrare: Ideo etiam ex humilitate, pedes
Matt. 20 eorum lauit. Nam ſubditi non ſunt propter prælatos, ſed econuerſo prælati propter ſubditos conſtituuntur,
Ioan. 13 vt ſint forma gregis ex animo, & ſe eis exemplum præ-
Rom. 14 beant in omnibus operibus bonis. Sic Apoſtolus cùm liber eſſet, omnium ſe ſeruum fecit. Qui in his ſeruit Chriſto, placet deo & probatus eſt hominibus.

DOMINICA XX POST PENTECOSTEN, IN EVANGELIVM,

Matth. ix.

VSV cernimus & experientia edocemur quòd bona bonos, & arbor mala malos fructus facit, vt ipſe

ipſe ſeruator noſter in apicibus euangelicis dicit. Pari modo & bonus homo de bono theſauro cordis ſui bona verba profert, quę ædificationem fidei & gratiam dant auditoribus illis, qui ea quæ Ieſu Chriſti & ſalutis ſunt, audire deſiderant. Semper enim piè in Chriſto viuentium ſermo in gratia ſale condítus eſt. Nec boni & recti corde, hic pedem figunt aut gradum ſiſtunt, ſed omnibus placent in bono, quæ ædificationis ſunt vbique ſectantur, omnes prouocāt ad amorem dei. Sic in euangelio hodierno, oblatio deſcribitur miſerabilis infirmi, & deſiderata oſtenſio virtutis Chriſti, demū magnificatio accepti beneficij. Dicit ergo: *aſcendens Ieſus in nauiculam*. Non ſemper vtens potentia deitatis, nec ſemper humanitatis humilitate, ſed alternatione congruentiſſima, omnia fecit in ſapientia. Nunc in miraculis diuinam potentiam, nunc in humilitatis operibus veram in ſe oſtēdit humanam naturam. In nauiculam, non in nauim aſcendit, quod humillimæ paupertatis eius eſt inſigne. *& tranſfretauit*, qui filios Iſrael per mare rubrum ſicco traduxit veſtigio. Tranſfretauit autem mare Galilæę, de terra Geraſenorum, qui rogauerant eum, vt tranſiret à finibus eorum. Et ideo ſtatim egreſſus eſt. Longè diuerſius huius ſeculi filij faciunt: Qui ſi paruam quandam habent potentiam, ea ſemper vti (vtinam nunquam abuterentur) volunt. Ideo cū auſteritate imperant & cum potentia. Timori magis eſſe appetunt, quàm diligi. Præeſſe cupiunt, prodeſſe ne cogitant quidē. *& venit in ciuitatem ſuam*, Capharnaum. domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarū & vniuerſi qui habitant in eo. Eius ſunt omnia. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Ecce dicebant, hic eſt hæres. Ideo in propria venit. Sed cùm ſic diues eſſet, propter nos tamen egenus factus eſt, adeo vt nec haberet vbi caput ſuū reclinaret: Nec miniſtrari, ſed miniſtrare venit. Pauper proinde erat, & in laboribus à iuuētute ſua. Toto diſpenſationis ſuæ tempore, propter nos inſtar paruuli erat, & licet Dominus omniū eſſet, hac tamen non eſt vſus poteſtate & adminiſtratione, vt prophetæ eius fideles inuenirētur, qui eū in paupertate huc venturum prædixerūt & victurum. Hic autem in ſuam dicitur veniſſe ciuitatē, non quam legibus regebat, vel poteſtate premebat, vel exactionibus grauabat: ſed in qua

Matt 7
Luca 6
Coloſ. 4
2. Tim. 3
Matt. 8
3 Rec. 34
Pſal. 23
Pſal 8
Pſal. 87

prædicationis ſuæ in auſpicio, habitauit frequentius, crebrius docuit, ſtupēdas virtutes fecit, vt ei exprobratur poſtea à Chriſto. *Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto*, quia nullo modo mouere ſe poterat. Marcus verò & Lucas, referūt quòd Chriſtus in domo prædicauit. hoc cùm innotuiſſet, conuenerunt multi, ita vt non caperent neque ad ianuam. Et venerunt ad eum ferentes paralyticū, qui à quatuor portabatur. Et cùm non poſſent offerre eum illi præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſerunt eum cùm lecto in mediū ante Ieſum. Et hæc fuit pietas vera, vtilis ad omnia, promiſſionem vitæ habēs quæ nunc eſt & futu-

Coloſ. 3 rę. Hæc ſunt viſcera miſericordię, in quibus nos Chriſtus viſitauit, oriens ex alto. Iſta viſcera induere debemus. Vt ſi quid patitur vnum membrum, compatiantur omnia membra. *Videns autem Ieſus fidem illorum*, & deferentium & eius qui erat oblatus: Neq; enim ſe permiſiſſet ſubmitti de tecto, niſi crediſſet. Nec tantum co-

Hiere. 5 gnoſcebat fidem eorū, quantum eā approbabat. Oculi

Titi 1 tui reſpiciunt fidem. Quamuis ibi loci, fides pro fidelitate potius accipiatur, quàm pro fide electorum Dei, in qua iuſtus viuit, & quæ vincit mundum, & per quam iuſtificamur. Gloſa dicit: Quorum fidem vt vidit, portantiū videlicet, non paralytici, qui ſenſu carebat. Sed verè aſtruitur, quòd paralyticus fidem habuit, minorem quàm illum portantes. Et fortè merito portantiū data eſt ei fides, propter quod ſanationis meritum, attribuitur magis fidei portantium, quàm paralytici. Quod autem fidem habuit, ex ſequētibus patet, quia dixit paralytico: *Confide fili.* Lucas dicit, homo. Vtrumque verum eſt. Homo dicitur, quia peccauit, filius dū ei peccata di-

Hebr. 11 miſit. Sine fide autē impoſſibile eſt placere deo. Et fide corda purificantur. Vnde ſequitur: *Remittuntur tibi peccata tua*, propter quæ tā graui es corporis infirmitate percuſſus. Quamuis enim ſanitas corporis vel aliquid eiuſmodi detur alicui propter alienā fidem, & interceſſionem, remiſſio tamen nemini datur ſine propria fide. Inſtar etiam boni expertiſſimíque medici, agit Samaritanus noſter. Medicus ſiquidē bonus, primò infirmitatis tollit radicem, quæ fuit peccatum, deinde pharmaca tribuit ſanitatis. Et quid tam eſt ad ſalutē efficax, quàm confidere in Deum? Vnde ait: Confide fili. Tu es ipſe

Deus meus,qui doces vtilia. Bonū eſt cōfidere in Domino, quàm confidere in homine. Quia non eſt confuſio confidentibus in Deum. Reſpicite filij, nationes hominum,& ſcitote, quia nullus ſperauit in domino & confuſus eſt &c.Benedictus proinde vir omnis, qui cōfidit in domino &c. & erit dominus fiducia eius. Hinc conſolationis plenum ad : Abdemelech verbum dominus dixit:Erit tibi anima tua in ſalutē, quia in me habuiſti fiduciam.Et nos ſtemus cōfidenter,& videbimus auxilium domini ſuper nos.At mali confidunt in nihili, & ſperant in iniquitate,ſed cōfunduntur, quia Dominus ſpernit eos. De vana ſpe habes alibi. Hîc diſcere debemus,quod crebrò grauiſſimis percutimur infirmitatibus corporis,propter peccata quæ cōmiſimus. Vnde malè habentes primo monendi ſunt de pœnitentia. Quia ad correctionem peccatorum,multi cōualeſcunt de infirmitatibus ſuis. Volens tranſeo,quàm varias ob cauſas Deus nos flagellat in hoc mundo. Paralyticus iſte ſignificat peccatorem, qui iacet in lecto prauæ delectationis,opertus pallio malæ conſuetudinis, calidus feruore cōcupiſcentię, membrorum officio deſtitutus, expers motiuæ virtutis charitatis,ex qua totum corpus compactum & connexum, per omnē iuncturam ſubminiſtrationis : Vnde nihil boni operatur, manus ſuas ad mandata Dei non leuat, pedes ſuos in viam pacis non dirigit,viam mandatorum Dei non currit.Hic aliorum meritis,precibus, interceſſionibus & exhortationibus oportet vt ad Chriſtum portetur,& præcipuè exemplis aliorum bonis:alioqui ſanitatem aut vix,aut non conſequitur in æternum. Ecce fides hunc adportantium, & ſedulitas multū cōtulit ei. Fides & interceſſio Centurionis profuit eius puero, inſtantia in petēdo, & Regulo cum tota domo ſua ſalutē animę,& filie eius corporis ſanitatem fidémq; promeruit, & filię Chananeę à diabolo liberationē,merita,iuſtitia & interceſſio beati Iob,amicis ſuis piaculorum meruit expiationē. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Propter decē iuſtos Deus parcere voluit quinq; ciuitatibus,ſi reperti fuiſſent in eis.Moyſes orando, idololatris obtinuit remiſſionem. Aaron thurificando inter mortuos ſtans & viuentes, pro populo deprecans,ceſſauit plaga. Quod modò tam pauci conuertuntur peccatores,in promptu

Eſaia 48 · *Hiere.17* · *Hiere.39* · *Matt.15* · *Iob 42* · *Iacob 5* · *Gene.18* · *Exod.32*

Prou.1 cauſa eſt,quia deſunt qui portet eos ad Chriſtum.Ipſe benignus eſt & miſericors,patiens & multæ miſericordiæ,& præſtabilis ſuper malitia Ideo vocat,trahit,com-
Eccle.17 pellit,gratiā offert veniā pollicetur & vitam Expectat vt miſereatur nolēs aliquos perire Hinc mādauit Deus vnicuique de proximo,vt eum reducat ad Chriſtū. Si errat,vt eum ab errore viæ ſuæ cōuertat.Alioqui(quod facere ſuper omnia tenetur)ipſum nō ſicut ſeipſum diligere cōuincitur At charitas iſta his malis diebus,quādo heu abundauit malitia,in multis refriguit, in multis eſt penitus extincta. Ideo tam pauci ſaluātur. Imò tā ſunt homines impij facti,reprobi & mali vt cū Chriſto ambulantes,ab eo retrahāt. Et ne eum ſequantur im-
Gal. 5 pediunt bonos,à via veritatis reuocāt, ſeculū hoc diligere cogūt,& ea quę ſunt in hoc mūdo.Multi proinde ſunt in his malis dieb⁹,qui quaſi inuitos homines multos ad diabolū ducūt,dū eos à fide abducūt,colloquiis prauis mores bonos corrūpūt,fidē ſubuertūt, in errores dulcibus ſermonibus eos pelliciūt. Illud tamē quā diligētiſſimè altæ memoriæ reconde,quod multa ad verā fiduciā in deū ſunt neceſſaria,videlicet, veritas fidei electorū,quæ per dilectionē operatur.Per quam ſancti
Heb. 11 vincūt mundū & regna,& operātur iuſtitiā Qui ſic cre-
Prou.10 dit in Deū nō confundetur. Iſti finē fidei ſuæ reportabunt ſalutem animarū ſuarū. Spes piorū,quia ſpes impiorū peribit,& abominatio eſt apud Deum Spes autē iuſtorum non confundit,quia iuſti ſperant in Domino & faciunt bonitatem. Nec delinquunt qui ſperant in eo Sed ſanctificat ſe,ſicut ipſe ſanctus eſt Nam in Do-
1.Cor. 2 mino ſperare, & bonitatem non facere, non eſt ſpes, ſed preſumptio nequiſſima, aridā nequitiā cooperiens Charitas ſyncera.Ipſe diligētes ſe diligit,& eis diligētibus bona illa quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,
Iob.11 nec in cor hominis aſcenderunt, præparauit Hæc eſt corona vitæ, vt dicit Iacobus. Iſti Deum diligentes, mandata & ſermones Chriſti cuſtodiunt, & opere adimplent, ideo beati ſunt in facto ſuo. Puritas item conſcientiæ. Nam citatus ad iudicem, non vadit cum fiducia, niſi bonum habuerit conſcientiæ teſtimonium
Hebr.2 cùm ſit timida nequitia, & ſemper ſæua præſumat perturbata conſcientia Arguit iniquos malitia ipſorum, & auerſio eorum increpat eos. Secura autem mens

mens quaſi iuge conuiuium. Chariſsimi, ait Ioannes: ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Hæc igitur eſt gloria vera iuſtorum teſtimonium conſcientiæ eorum, nempe, quòd in ſimplicitate cordis & in ſynceritate & gratia Dei, & non in ſapientia carnali conuerſantur in hoc mundo Sic in pace & in idipſum dormiunt & requieſcunt. Poſtremò fiduciam dat magnam, vt multa prætercam, obedientia diuinæ voluntatis. Nam ciuitas quæ regis edicta contemnit, mandatis non obtemperat, nec eum ſuper ſe vult regnare, non poteſt fiduciam gratiæ eius habere cùm venerit ad eam, cum poteſtate magna & maieſtate dare vnicuique ſecũdũ opera ſua. Timeamus igitur Deum & cuſtodiamus mãdata eius. Quia voluntatẽ timentiũ ſe faciet, & deprecationes eorũ exaudiet & ſaluos faciet eos. Et Sapiẽs ait, Qui timetis Dominũ, diligite illũ, & ſperate in illũ, & in oblectationem vobis veniet miſericordia. Subditur iam malignantiũ cæca æmulatio & calũnia maledicta. *Et ecce quidam de ſcribis*, cum inuidia tabeſcente iter habentes, *dixerunt intra ſe*, quia timore populi, mala de malo cordis ſui theſauro proferre non audebant. Erant enim corda eorũ zelo amaro plena & contentionibus, ſicut nubes igne tẽpore fulguris, & quãuis lingua maledica incluſum virus nõ effuderunt, tamen intra cordis ſui arcanum dixerũt intra ſe, vbi Deus eſt arbiter: *Hic blaſphemat.* eſt autem blaſphemia, Dei iniuria, vel blaſphemare, eſt Deo iniuriam irrogare. Hoc fit tripliciter: Vel cùm Deo tribuitur, quod ei non conuenit. Vt, ſcio quia homo auſterus es, tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti. Item dæmonium habet: vel detrahendo aut negando ab eo aliquid quod ei conuenit, qualia multa efficiũt hæretici: Vt quod ſolã fidẽ reſpiciat, quòd opera bona nec curet, nec remuneret, &c. Vel cùm quod Dei ſolius eſt, attribuitur creaturis. Vt dicendo: Iſti ſunt dij tui Iſrael. Sicut qui incommunicabile nomen Dei lapidibus & lignis impoſuerunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & ſerpentium. Et mutauerunt veritatem Dei in mẽdacium, & coluerũt & ſeruierunt creaturæ potius quã creditori. qui eſt benedictus in ſecula. Hoc poſtremo modo, nempe, cum homo

Pſa. 144

Eccle. 2

Iacob. 3

Circa eat dines ca-li per am bul at.

Iob. 22

Exod. 32

ſibi tribuit, quod Dei ſolius eſt, falſe iudicabant & impiè condemnabant Chriſtum blaſphemare: Quia purum hominem ipſum putabant, & non Deum. Sed ipſi blaſphemi erant non Chriſtus. Ipſi dæmonium habebant, ipſi peccatores erant & ſeductores, non Chriſtus.

Mat. 17 Sed proprium eſt hoc malignantium, vt de iſtis vitiis pios calumnientur & bonos, quib. ipſi ſunt obnoxij & vſque ad os & exuberantiam pleni. Perinde ac ipſi tūc iuſti ſunt in oculis Dei, cum cōtra iuſtos omne malum dixerint mentientes. Et horum hic peccatum aggrauatur, quia dixit: remittuntur, non remitto, perinde ac ipſe eſſet qui remitteret. Vnde dixerunt, Marco teſte: Quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus? *Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorum*, impias videlicet & malas. quia iniuſta cogitatio eorum. Scio ait Iob, quia nulla te latet cogitatio. dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt, imò, diſcretor cogitationum & inten-

Mrrc. 2 tionum cordis eſt. Cum ergo vidiſſet Ieſus, quòd tota die verba eius execrabantur, & quòd omnes cogitatio-

Iob 42 nes ſcribarum eſſent in malum. Ex hoc autem, Deum ſe eſſe oſtendit, ergo peccata dimittere potuit. *Dixit Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* me videlicet non poſſe peccata dimittere, & quod Dei eſt me vſurpare? quaſi dicat, qua virtute cogitationes veſtras video, eadem poteſtate & peccata dimittere poſſum. Et idem roborat opere euidentiori, dicens: *Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua*, id eſt, ſolo verbo efficere vt dimittantur peccata, *an dicere, ſurge & ambula?* id eſt an ſolo verbo idque abſque mora, in momento in ictu oculi, vt ali-

1. Cor. 15 quis paralyticus ſurgat ſanus & ambulet quo voluerit. fit ſignum corporale, vt probetur ſpirituale quaſi dicat, ſi hoc vobis manifeſtius & maius eſt, videlicet manifeſta curatio corporum, quàm animarum, & poſſum primum, ergo & reliquum. Opera iſta ſanationis corporis & iuſtificationis animæ, ſi conſiderentur ex parte operantis Dei vel Chriſti, ſic æquè facile eſt vtrumque. Subeſt enim ei cùm voluerit poſſe, & omnia quæcunque vult,

Sap. 12 facit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis, quia ſine omni motu operatur & labore. ſola voluntate omnia efficiens. Si ex parte operis, ſic maior facilitas eſt ad vnum opus quàm ad aliud, ſic iuſtificare impium maius eſt quàm creare cœlum & terram, quia hic eſt reſi-

ſtentia

ſentia peccati,& motus liberi arbitrij,in alio nõ,Deinde probat intentum. *vt autem ſciatis*, vos phariſæi, qui inſtar aranei ad flores ſerpitis,non vt mel colligatis ſicut apes, ſed vt venenum ſugatis. Nam cùm patrem meum glorificare deberetis in operibus ſuis quæ per me facit: Ipſe enim pater meus in me manens,ipſe facit opera,quæ vos videtis me facere in vobis autem illud impletur Pſalmiſtæ verbum: Peccator videbit & iraſcetur,dentibus ſuis fremet & tabeſcet Et iterum: Conſiderat peccator iuſtum,& quærit mortificare eum. Vt au- Ioan.14
tem ſciatis vos quibus diſplicet, quòd ouem perditam quæro.quòd peccatores ad pœnitentiam recipio, quòd ſalutẽ in medio terræ operor & ſanitates, quòd radios doctrinæ meæ ſuper terram longè lateque diffundo,vt Pſal.111
omnes ad agnitionem veritatis veniant *quia filius hominis*, virginis, *habet poteſtatem dimittendi peccata in terra.* & notanter dicit in terra, quia in vita iſta locus eſt remiſſionis peccatorum quantum ad culpam. *tunc ait paralytico*,in lectulo decumbanti, omnium membrorum vſu & officio deſtituto *Surge tolle lectum tuum,& vade in domum tuam*. Tria contraria prædicta dicit, introductus fuit iacens contra quod dicit, ſurge:in lecto, contra quod dicit,tolle lectum tuum:paralyticus & immobilis,contra quod dicit,vade in domum tuam: Vt non videaris ſanus in præſentia mei tantum,ſed etiam abſens. *Et ſurrexit*, ſtatim ad imperium Domini, qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa *Et ſublato grabato, abiit inde coram omnibus*, vt dicit Marcus, in ſignum, quod iam eſſet corpore robuſtus, ſanus & diſpoſitus ad ambulandum *in domum ſuam*. Magna virtus vbi imperium ſine mora ſalus con- Pſal.110
comitatur Magna opera Domini,exquiſita in omnes voluntates eius. Ipſe rex eſt omnipotens, in ditione eius, Heſt.13
omnia ſunt poſita, & nemo eſt qui eius reſiſtere poſſit voluntati. Et vt Lucas ait: Abiit in domum ſuam magnificans Deum,pro accepto beneficio, Tunc magnificauit anima eius Dominũ, & ſpiritus eius exultauit in Deo ſalutari ſuo Et dixit Laudabo nomẽ dei(quod eſt Chriſtus Ieſus,)cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et vos qui magnalia operum eius vidiſtis in me,magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. Cãtate Domino,quoniam magnifice fecit,annunciate hoc in vniuerſa terra Spiritualiter notatur

perfecta ſpiritus humani conuerſio & ſanatio ab infirmitatibus peccatorum ſuorum, quibus à dæmonio male torquetur & vexatur. Hunc per quatuor portatores, ad Chriſtum oportet adduci, qui ſunt: mortis imperium, iudicij terror, inferni ſupplicia, æternæ vitæ gloria. Oportet eum poni ante Chriſtum, qui ſanat contritos corde, & alligat omnes contritiones eorum, ipſe miſſus eſt ſanare contritos corde: & non eos qui lætantur cum
Prou. 2. malefecerint, & in rebus peſſimis exultant. Deinde oportet omnem ſpem & fiduciam in Chriſtum ponere. Vt dicat: Ego in miſericordia tua ſuperſperaui. Et iterum: Speraui in miſericordia Dei in æternum & in ſeculum ſeculi. Sed & in miſericordia altiſſimi oportet ne commoueatur, quia ſperantem in domino miſericordia circundat. Neceſſe eſt inſuper, vt vocem Dei ducem audiat, voci eius obſequatur, vt ſurgat à te-
Ephe. 5 pore & ignauia, à ſomno mortis. Nec tardet conuerti ad dominum de die in diem. Pòſt requiritur manifeſta conuerſionis ædificatio. Debet enim coram illis ſurgere. Vt quos prius malè viuendo ſcandalizauit, illos iam exemplo pœnitentiæ & operibus iuſtitiæ fructi-
Luc. 7 búſque lucis ædificet, ſicut fecit Magdalena, Zachæus, Apoſtolus Paulus, vt iam luceat lux eius coram hominibus. Deinde neceſſaria eſt carnis caſtigatio, & in ſeruitutem ſpiritus redactio, vt carnis curam non faciat in deſideriis, ſed potius eam crucifigat cum vitiis & concupiſcentiis. Oportet enim eum lectum, id eſt, carnem in qua ſpiritus infirmus iacuerat, à terrenis deſideriis, ad voluntatem dei & ductum ſpiritus tollere. Obliuiſci ea quæ retro ſunt, & perinde ac ſtercora reputare. Ad ea verò quæ ante ſunt & ſurſum, vbi Chri-
Phili 3. ſtus eſt in dextera Dei patris ſedens, toto ſe conatu mentis extendere & erigere Eſt et conſciētiæ propriæ neceſſaria diſcuſſio diligens, vt erat in domum ſuam, vt viſitet ſpeciem ſuam, vt conſideret ſemetipſum. Sanctum & de cœlo deſcendit Noſce teipſum. Eſt et aſſidua Dei laudatio neceſſaria, vt magnificet Deum, et laudem ei dicat de omnibus quæ retribuit nobis. Sequitur, quem fructum factum miraculum fecerit in aſpicientibus. Et eſt triplex, quia viderunt, quod eſt rationis: quia timuerunt, quod eſt iraſcibilis, quia Deum glorificauerunt, quod eſt concupiſcibilis. Viderūt mirabilia

opera

opera Chriſti,timorem Dei per quem omnes homines declinant à malo,conceperunt, Deum glorificauerunt. Hic eum exaltando quantam poterant. Dicit ergo. *videntes autem turbæ* miraculum factum in paralytico. *timuerunt*,reuerendo & admirando. Lucas dicit quòd ſtupor apprehendit omnes *& glorificauerunt*, laudando Deum, qui dedit talem poteſtatem hominibus. Multa hic de fide & peccatorum dimiſſione & iuſtificatione dici poſſent,verùm de his proprios vide ſermones, Prou. 15 Luc. 5

DOMINICA XXI. POST PENTECOST. IN EPIST. Epheſior. vj. Sermo.

De cætero fratres,confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius In hac epiſtola verus miles Ieſu Chriſti,triumphator & traductor diaboli dux & imperator exercitus dei, electiſſimus optimusque anteſignanus Ieſu Chriſti,commilitones ſuos armat,non clipeo & galea de ferro, aut calibe factis,ſed armis cœleſtibus ex auro puriſſimo charitatis & doctrinæ euangelicæ fabricatis atque lapidibus precioſis omnium Chriſtiformium virtutum fulgore decoratis. Quatenus iis induti, angelorum ſanctorum & dei fulti adiutorio & protectione,cum Iuda Machabæo per hoſtium acies & caſtra, ignem ſpirantia,minas & cædes,ac ipſo aſpectu pauorem & horrorem incutientia,tranſeant illæſi , & ad interneccionem vſque hoſtibus proſtratis,cum gloria redeant ad Dominum virtutum & regem gloriæ , cuius bella gerunt,triumphum glorioſiſſimum acturi , quando ſpoliis hoſtium ditati abundantiſſimè ipſum Satanã vinctum catenis,conculcant & conterunt ſub pedibus, iuſtitiæ & gloriæ coronam pro legitimo certamine à iuſto iudice accepturi. Intueamur quomodo fortis armarus & cataphractatus,tribunus noſter contra fortem armatum qui in pace damnabili atrium ſuum à ſeculo poſſederat,& vt ſpurius ille Goliath. in armorum ſuorum firmitate & virium ſuarum fortitudine confidebat (Hæc ſiquidem tanta eſt,quòd ſuper terram nulla ei fortitudo comparari poteſt)confortatus in Domino & in poten- Pſ 90 2.Ma.10 Act 4.9 & 11 Matt. 12

potentiã,virtutis eius,qua indutus fuit ex alto,exiuit in
prælium,raptas oues & agnos de ore leonis & vrſi hu-
Iob 41 ius extraxit,arma illius in quibus fiduciam habuit, vni
uerſa abſtulit,vinctos ab eo & alligatos, in compedibus
& manicis ferreis,ſoluit In luto luxuriæ,in lateribus a-
Mar. 16 uaritiæ,in paleis vanitatis & ſuperbiæ,duriſſimo labore
ſeruientes ei die ac noctè,liberauit in ſignis & prodigiis
multis & ſtupendis,quæ per eum dominus fecit.ac qui-
bus ſermonem eius & legationem qua fungebatur pro
Mat. 10 Chriſto confirmauit.Et poſtremò iugum ferreum à fa-
1.Pet. 4 cie olei gratiæ multiplicis quam gratis,ſicut gratis, ac-
ceperat propenſiſſimo corde omnibus ad vitam æter-
nam pręordinatis adminiſtrans,computreſcere fecit, &
1.Co. 14 ſpolia illius diſtribuit.Quoſdam epiſcopos,quoſdam do
Ephe.4 ctores,alios paſtores,alios miniſtros in eccleſiis conſti-
tuens.Videamus quomodo omnibus ſeipſum omnia fe
cit,vt omnes lucrificaret & ſaluaret. In his omnibus
Rom. 13 Chriſtum fortem & potentem in prælio,qui vt gigas for
tiſſimus exultans,noſtræ redemptionis viam cucurrit,
ſicut filius chariſſimus imitabatur.& nobis ſemetipſum
formam dedit quam imitemur.abiectis operibus tene-
brarum,& armis lucis induti, ſicut & ipſe Chriſti fuit
Tit. 2 imitator perfectus in omnibus viis eius Ait autem. De
cætero.q.d.Hucuſque docui vos quomodo oporteat vos
ambulare & placere Deo,ſobriè,piè & iuſtè viuendo in
hoc ſeculo At de cætero,dicendum eſt,quomodo debe
1.Pet. 5 tis legitimè certare,laborare ſicut boni milites Chriſti,
Col.1 diabolo fortiter in fide reſiſtere.ipſum traducere & triũ
phare in vobismetipſis, & ſuo gladio maligno caput il-
lius abſcindere, & ſuis eũ laqueis,catenis & compedi-
bus ligare.De cætero igitur *fratres*,in fide & dilectione,
Pſ.67 laborate & certate ſecundũ operationem Ieſu Chriſti
quam operatur in vobis,in virtute ſua,non veſtra. Ipſe
dat virtutem & fortitudinem plebi ſuæ.*confortamini in do
mino* in bello contra diabolum,ſicut dictum eſt ad Ioſue
Confortare & eſto robuſtus.Vigilate,ſtate in fide,virili
Ioſ.1 ter agite.& confortamini in gratia quæ eſt in Chriſto
Ieſu,& per patientiam currite ad propoſitum vobis cer
1.Co.16 tamen.aſpicientes in authorem & conſummatorem fi-
dei,Ieſum,qui propoſito ſibi gaudio & corona gloriæ,
Heb. 12 crucem ſuſtinuit,confuſione contempta.Et in ea diabo

lum

lum in planctum conuertit,traduxit, triumphauit, foras eiecit,& Iſrael ex omnibus iniquitatibus ſuis redemit,& de poteſtate tenebrarum, ac tranſtulit in regnum ſuum.Et nunc in dextera Dei patris ſui ſedet in excelſis,vt ibi appareat vultui Dei,pro nobis interpellando,& ſe aduocatum noſtrum exhibendo. *Pſa. 129* *Rom.8* *Heb.7*

Nolite ergo timere dæmonum & miniſtrorum eorum multitudinem, quia plures vobiſcum ſunt quàm cum illis Nec pauere.Non enim veſtra pugna eſt, ſed Dei Solummodo confidenter ſtate,credite in Domino Deo veſtro,& ſecuri eritis,ac videbitis auxilium Domini ſuper vos,& omnia euenient vobis proſpera. Tunc Deus cuſtodit vos,Dominus protectio veſtra,ſuper manum dexterā veſtram.Per diem Sol non vret vos,neque Luna per noctem.Dominus cuſtodit vos ab omni malo,cuſtodit animas veſtras Dominus. Dominus cuſtodit introitum veſtrum & exitum veſtrum ex hoc nūc & vſque in ſeculum.& in potentia virtutis eius. Ipſe Dominus quaſi vir pugnator,omnipotens nomen eius. Ipſe ſolus potens in cœlo & in terra,in mari & in omnibus abyſſis,rex regum & Dominus dominantium. In virtute ergo inſuperabili quam ipſe in ſe confidentibus ſuppeditat,ſit fiducia veſtra, fortitudo enim noſtra eſt ſicut fauilla,aut arundo confracta aut vmbra.Ideò Ioſaphat dixit:In nobis non eſt tanta fortitudo vt poſſimus reſiſtere tantæ multitudini Et Dauid. Non enim in arcu meo ſperabo,& gladius meus non ſaluabit me. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu,& in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Et dico cum Hieremia:Dominus mecum eſt tanquam bellator fortis,ideo qui me perſequuntur cadent & infirmi erunt. Ipſe cum electis ſuis eum in veritate inuocantibus, eſt in tribulationibus eorum, quæ eos inueniunt nimis, quia multæ tribulationes iuſtorum,& circumdant eos mala quorum non eſt numerus, Sed in his omnibus Deus eſt refugium iuſtorum,& virtus,adiutor in tribulationibus quæ inueniunt eos nimis,Ideo non timent mala,etiam ſi ambulant in medio vmbræ,mortis, quoniam Deus cum eis eſt Sed dicunt:Dominus illuminatio mea & ſalus mea,quem timebo? Dominus protector vitæ meæ:à quo trepidabo. Dum appropinquāt ſuper me nocentes,vt edant carnes meas.Qui tribulant *1.Ioan.2* *2.Pa.20* *Pſ.120* *Exod.15* *Eſai.13* *Pſ.41* *Hiere.20* *Pſ.33* *Pſ.45* *Pſ.22* *Pſ.26*

me

me inimici mei,ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.Ideo,ſi conſiſtant aduerſum me caſtra,non timebit cor meũ. Et ſi exurgat aduerſum me prælium in hoc Deo meo
1.Co.10 ego ſperabo. Quia fidelis eſt Deus qui neminem patitur tentari ſupra id quod poteſt ſed facit cum tentatione,prouentum,quod poſſint qui in eum confidunt ſuſtinere.Ergo *Induite,vos armaturam* non Goliath ſpurij & Dei huius mundi & Principis, arma tenebrarum, quæ ſunt obſtinatio induratio præſumptio deſperatio inuidentia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ,finalis impœnitentia,cum omni malitia & nequitia & operibus malis vniuerſis,Sed induite vos armaturam dei,hoc eſt,quæ à ſolo Deo eſt,quæ Deo placet,
Col.2 Deo acceptos facit ea indutos. Qua Chriſtus Ieſus, verus deus & homo erat armatus quando cum Zabulo congrediens ipſum triumphauit & in ſemetipſo traduxit.Hæc eſt virtutum omne genus. Et dicit: induite,
Pſ.83 non fabricate.Quia ſolus deus gratiam & virtutes largitur & offert Hominis autem eſt oblatam gratiam accipere,virtutibus ſe ornare & armare, conſentiendo.
Sap.3 Hanc armaturam qui abiicit,ſpernit & negligit, infœlix eſt & vacua eſt ſpes illius,& labores ſine fructu, & decidit ſine honore,in contumelia inter mortuos in æ-
Sap.4 ternum.Ergo indumentum exigit honeſtas,quia turpe
1.Cor.4 eſt eſſe nudum in ſpectaculo.Spectaculum autem ſumus mundo,angelis,hominibus & Deo,qui omnes vias ho-
Iob 7 minum conſiderat.Armaturam exigit neceſſitas, Quia militia eſt vita hominis ſuper terram. Et inermem eſſe in prælio, periculi magni res eſt.Sed armaturam Dei,
Oſee 9 exigit vtilitas.Væ namque nobis,cùm Deus receſſerit à nobis.Væ nobis cùm ſoli ſumus,oues ſine paſtore, milites ſine duce,&c.Ideò dicit. Induite voſmetipſos, non alios ſolummodo,armaturam Dei,quia eſtis,in ſpectaculo,in prælio,in malitia poſiti Et hoc facite *vt poſsitis ſtare*,diuino fulti præſidio firmi & ſtabiles & immobiles ſicut domus ſupra firmam petram ædificata *aduerſus inſidias diaboli*,hoc eſt,dolos machinationes & aſtutias ſerpentis.Nam multæ ſunt inſidiæ doloſi.& timeo, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua,ſic & ſenſus veſtri corrumpantur à ſimplicitate,quæ eſt in Chriſto Ieſu.Et dicit inſidias,non vires, quia plures ſeducit technis fraudium & cuniculis aſtutiarũ,quàm vincat po
ten

pótentiam. Timendus hoſtis, quia iniquus, quia diabo-
lus, aſtutus. vnde dicit inſidias maleuolus, vnde dicit ad
uerſus. Neceſſitatem ſumendi arma lucis & Dei ſub-
dit, dicens: *Quoniam non eſt nobis colluctatio*, id eſt, vicinum
& cominus bellum *aduerſus carnem et ſanguinem* ſolum-
modo, hoc eſt contra homines. qui caro ſunt & ſpiritus
vadens. Vel ſolummodo contra illa vitia, quæ ſunt ex
carne & ſanguine. Sic caro & ſanguis regnum Dei non
poſſidebunt. Sed colluctatio & bellum eminus & comi-
nus, ſine intermiſſione eſt nobis, *aduerſus principes*, huius
mundi, *& poteſtates*, inuiſibiles, *aduerſus mundi*, hoc eſt Ioan. 14
malorum hominum in reprobum ſenſum datorum, qui & 12
mundus ſunt, qui Chriſtum non cògnoſcit, electos per-
ſequitur, ſpiritumſanctum non poteſt accipere, & totus Ioan. 1
in maligno eſt poſitus, *rectores*. quia hos regunt qui ope- 1. Ioan. 5
ra eorum & deſideria maligna faciunt cùm rex ſit ſu- Ioan 8
per omnes filios ſuperbiæ, & in filiis diffidentiæ opere- Iob. 41
tur Deo odibilia opera. *tenebrarum harum*, id eſt, peccato
rum, qui tenebroſa opera faciunt, tenebris obſcuratum
intellectum habent, in tenebris ambulant, tenebras ma
gis quàm lucem diligunt, & tenebris æternis inuoluun-
tur. *contra ſpiritualia nequitiæ*, id eſt, contra ſpirituales &
nequam hoſtes, *in cæleſtibus* Quia non pro modica re &
parui momenti pugna nobis cum illis & colluctatio
eſt ſed pro cœleſti hæreditate nobis promiſſa, quam tol
lere nobis moliuntur, Vel in cœleſtibus, pro virtutibus
& gratia quibus cœlum promeremur, quas nobis nitun
tur auferre. Vel in cœleſtibus, hoc eſt, contra dæmones
qui in cœleſtibus, hoc eſt. in aere caliginoſo morantur, Mat. 11
Vnde volucres cœli vocantur à ſeruatore in euangelio
regni. Rurſus idem inculcat, quatenus reſiſtamus ma
lo, & perſeueremus in bono dicens: *propterea* ex quo tã
pernicioſos, doloſos, fortes & malignos hoſtes habetis,
& non pro corruptibili corona, ſed pro incorruptibili, 1. Cor 9
bellum geritis & pro tali brauio, accipite, de manu dei
extenta, qui dat omnibus iuxta magnificentiam ſuam,
affluẽter. Aperit manũ ſuã, & implet omne animal ſua Iacob 1
benedictione. *armaturam* dei, hoc eſt, gratiã eius multipli Pſ. 144
cem, & virtutes ſanctas, quibus filios lucis armat. & non
clipeo aut galea, &c. Quia arma militiæ noſtræ, non
carnalia ſunt, ſed ſpiritualia, valida admodum
virtute Dei, ad deſtructionem molitionum diabolica-

2.Cor. 1 runt. *vt poſsitis reſiſtere*, fortiter diabolo in fide, & nullum
1 Pet. 5 ei locum dare. *in die malo*, id eſt, malis. Vel in die malo,
Matt. 13 id eſt, in præſenti vita, vbi malitia exuberat, & zizania
Luc. 8 triticum deprimit, ac ſimul exortæ ſpinæ, ſuffocăt verbum Dei: Nec non impij iuſtos conculcant deridetur iuſti ſimplicitas, & qui reced t à malo, prædæ patet. Vbi iniquitas inſtar diluuij abundauit, & perdidit omnes.
Gene. 7 Vbi veritas in plateis corruit, æquitas non poteſt ingre-
Eſai 59 di, iuſtitia facta eſt in obliuionem. & charitas multorũ
Matt. 24 (ne dicam omnium) refriguit, & malitia abũdauit. Vbi non eſt requirens deum aut faciens bonum, non eſt vſque ad vnum Sed omnes declinauerunt in obligationes, omnes corrupti ſunt in iniquitatibus, omnes ſimul inutiles facti ſunt. Omnes currunt ad malũ, ſicut equus impetu vadens in prælium. *& in omnibus*, proſperis & aduerſis, *perfecti*, gratiis & virtutibus ac ſpiritusſancti diſtributionibus, *ſtare*, in iuſtitia, & dei timore, in fide & ſpe, in vera dilectione. Verùm, quia multi poſt victoriam ceciderunt, ideo iam ſeriatim explicat, quomodo ſtandum ſit & hoſtis ſub pedibus conculcandus ac triumphandus. *State ergo*, ô milites Chriſti, reſiſtite diabolo, nolite ei locum dare, & fugiet à vobis. Nolite
Luce 17 retroaſpicere, ſicut vxor Lot. Nolite ad vomitum canis
2. Petr. 2 inſtar redire. Nolite retro poſt Satanã conuertere vos,
2. Tim. 5 ſed ſtate & tenete quod habetis, ne alius accipiat coro-
Apoc 3 nam veſtrã. Permane ô miles Chriſti in bonitate, alios
Rom 11 qui & tu excidéris ſicut palmes infructuoſus, & ramus
Ioan. 15 inutilis aut arbor infructuoſa, ac in ignem proiicieris ad comburendum. State ergo *ſuccincti lumbos veſtros*, cingulo continentiæ, contra carnalia deſideria, quæ militant aduerſus animam, & ſemper contra ſpũm concupiſcunt. Et hoc non ſimulatoriè vt hypocritæ, ſed *in veri-*
2. Pet. 2 *tate*, hoc eſt, propter Chriſtum & regnum cœlorum, ſicut
Apoc. 1 filij regni ſe caſtrant, & puritatem cordis & corporis ſeruant. De lumbis cordis, ſcriptum eſt, Succincti lumbos mentis veſtræ Et hoc, vt Ioannes ait, cingulo aureo charitatis Sic filius hominis præcinctus ad mammillas
Luc. 12 (ſub quibus cor deliteſcit) zona aurea ſcribitur. De lumbis corporis dicitur: Sint lumbi veſtri præcincti, vt nullis carnis illecebris maculentur. Et ſtate *induti lori-*
2, Co. 6 *cam iuſtitiæ* id eſt, iuſtitiam pro lorica, quæ ſicut lorica vndique protegit. Quia vnicuique ius ſuum tribuit, deo & ſu-

& ſuperiori, ſibi & æquali Hinc Apoſtolus ait: Per ar- 2. Cor. 6
ma iuſtitię, à dextris & à ſiniſtris, & tunc omnia ſunt optimè ordinata, quando ſacerdotes Dei induti ſunt iuſtitiam, & iuſtitiam diligunt, qui iudicant terram, ac pro iuſtitia agonizăt & certant vſque ad mortem. Sic ille iuſtitia indutus fuit vt lorica. Et Apoſtolus. Nos au- 1. Theſ. 5
tem qui dei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricam fidei & charitatis. Et Iob de ſeipſo ait: Iuſtitia indutus ſum & Iob 29
veſtiui me ſicut veſtimento & diademate, iudicio meo. *Et calciati pedes*, hoc eſt, affectiones veſtræ munitę ſint virtutibus, ne à vicijs pungantur & lædantur. Prohibe- Hiere 2
te pedes veſtros à nuditate. Vnde ſcriptũ eſt de ſponſa agni: Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, fi- Canti. 7
lia principis. Calciamenta hæc ſanctorũ præcedentium exempla ſunt, quibus pedes affectionum noſtrarũ muniuntur & teguntur, ne offendant ad lapides, ne luto maculentur, aut terram tangant, & ſine vlla offenſione viam excellentiorem charitatis deambulẽt. Iſta calcia- Luca 15
menta iuſſit pater dare filio redeunti, & eis pedes illius adornare *in præparationem euangelij pacis*. Hoc eſt, vt ſitis parati ad faciendum & prædicandum Euangelium, Marc. 6
quod annunciat pacẽ Dei, & dat pacem pectoris, temporis & æternitatis Ad hoc deſignãdum dicit Marcus, miſſos ad prædicandum apoſtolos calciatos inceſſiſſe ſandaliis, quibus muniuntur pedes, ne immediatè tangant terram, ſed nudi maneat in parte ſuperiori. Quia affectiones euangelizantium pacem Dei, & dirigentes Num. 2
auditorum pedes in viam pacis euangelicæ, ad terrena Luca 1
non debent affici, ſed ſolummodo ea quæ ſurſum ſunt quærere & ſapere, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Imò, terrena deſpicere ſicut lutum, & calcare ſicut detrimẽtum. Sic Ioannes calciauit auditores ſuos, Coloſ 3
quando corda patrum conuertit in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorũ, hac opera Domino parans plebem perfectam. Et vas electionis ait: imitatores eorum Philip. 3
eſtote, qui fide & patientia hæreditarunt promiſſiones dei. Horum intuemini exitum, & conuerſationis fidem imitamini. Hoc facere, eſt pedes ſuos in præparationem euangelij pacis calciare. Sic calciati non erant, qui Chriſti euangelium deridebãt. Qui ei contradicebant & blaſphemabãt viam Dei. Qui ſermones Dei retror- Heb. 2
ſum proiecerunt, & abiecerunt legem Domini exerci- & 3.

tuum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerũt. Quibus verbum Domini fit in opprobriũ, & non ſuſcipiunt illud, & derident illud tota die. Eorum damnatio iuſta eſt. Ecce Euangelizantium habitus, quia calciati pedes, actus, quia euangelizare, fructus, quia pacem. *In omnibus*, tentationum inſultibus & præliis, ſiue à diabolo, ſiue à carne, ſiue à mundo illatis. *ſumentes ſcutum fidei*, & veritatis. ſecundum illud: Scuto circundabit te veri-
Pſal. 90 tas eius, non timebis à timore nocturno, nec vllum tibi
Hebr. 11 maligni iaculũ aliquid læſionis poterit inferre. Scutum fidei, eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum
1. *Cor*. 5 non apparentium. Nam ſicut ſcutum ipſum armatum
Galat. 2 & alia eius arma protegit, & primum occurrit, ſic & fides Ieſu Chriſti & Dei, eſt quam primo diabolus impugnat. Portatur etiam in ſiniſtra ad modum ſcuti, quoniam ſolummodo in vita iſta in fide ambulamus & viuimus filij Dei. *in quo*, ſcuto fidei, *poßitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere*. Firma enim fides de bonis cœ-
Eſaia 64 leſtibus (quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in
Eſ. or. 2 cor hominis aſcenderunt) quæ ſperantur & per patientiam expectantur, repellit ictus tẽtationum diabolicarum, & impugnationum quarumlibet quaſi ſcutum in-
Roma. 8 expugnabile. Quia ſecum reputat quòd non ſunt con-
Tobia 2 dignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriã quę reuelabitur in illis, qui fidem ſuam non mutãt à Deo. Sub iſto ſcuto tuta eſt iuſtitia & conſcientia ſecura, ſicut ſub munimine omnium virtutum. Ignea dicuntur tela, quia ignem (qui nũquam dicit ſufficit, & vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicãs comburẽnſque virtutum genimina, ac ardẽs vſque ad inferni nouiſſima) concupiſcentiæ carnalis & oculorum, nec non faſtus vitę, in cordibus eorum, qui ſeipſos & mundum diligunt, accendunt, & in conſcientia horum ſentiunt
Galat. 5 ardorẽ, qui diabolo fortiter in fide non reſiſtunt. Ne-
1. *Ioan*. 5 quiſſimus eſt diabolus. Caro enim mala eſt, quæ aduerſus ſpiritũ concupiſcit, Mundus nequior, quia totus eſt poſitus in maligno. At, diabolus eſt nequiſſimus, qui inſidiatur vt ſerpens callidus, & dum ſic nihil in electis proficit, tanquam leo rugiens circuit tabernacula iuſto-
Rom. 16 rum, & terram perambulat, quærens quos deuoret. Ne-
Titi 1 quam itẽ ſunt miniſtri diaboli, maximè hæretici, dum
Matt. 15 ſe in apoſtolos Chriſti transfigurant, nequiores dum

faſcinant inſtabiles,Nequiſſimi,dum ſcripturas adulterant & deprauant, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentum, fidem multorum ſubuertunt,& aſſentatores ſuos ſecum perdunt, ac ſimul in foueam cadunt. *et galeam ſalutis aſſumite*, id eſt, ſpem ſalutis,vt dicit ad Theſſalonicenſes.Hæc memoriam abundãtia ſuauitatis replet æternę vitę, ideo pro nihilo habet quæ ſunt in terra. Nam qui ſperat æterna,facilè cotemnit tẽporalia. Spe illa iam ſalui ſumus, quia ſpes,quæ facit bonitatem, quæ non peccat, quæ ſanctificat habentem ſe ſicut & Deus ſanctus eſt, non confundit.Vnde dicit: Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum (id eſt,ſecundũ gloſſam,ſalutem meam quam ei commendaui,& coronam iuſtitię,quam reddet mihi in illa die: Hæc enim in ſpe & fide illius collocaui,) ſeruare in illum diem.Hanc ſicut anchoram in cœlo iuſti habent collocatam, & per hanc ſe tenent ad terram viuentium, ne per procellas & tempeſtates tribulationũ ſubmergantur in profundo quaſi lapis. Vnde eſt quod iuſtus ſperat in morte ſua.Hinc Iob dicebat:Etiã ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Beatus vir qui ſic ſperat in eo. Super omnia & ante omnia aſſumite *gladium ſpiritus*, quem dat ſpiritus ſanctus ad feriendum & ſuperandum inimicum, cũ quo & caput eius amputare poſſunt milites Chriſti. *quod eſt verbum dei.* Hic eſt gladius quẽ Chriſtus venit mittere in terram, qui non fouet conſentientes in malo, ſed ſeparat eos & conciliat electos in pace Dei Et aduerte, quod verbum dei dicitur gladius ſpirituſſancti. Tum quod ſpirituſſanctus illum fabricauit: quia ſpirituſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti dei homines.Non enim apoſtoli loquebantur, ſed ſpirituſſanctus loquebatur in eis,& per os ſanctorum,qui à ſeculo ſunt,prophetarum eius. Et Dauid ait de ſeipſo:Spiritus domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam. Tum quod ſpirituales hoſtes & inuiſibiles interficit. Quia ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Sic Chriſtus verbo Dei,Satanam vicit,confudit, traduxit & repulit. Sic omnes eius miniſtri,magiſtri mendaces, hæretici,verbo Dei ſunt victi. Tũ quòd ſpirituales homines ex carnalibus,ex terrenis, cœleſtes, ex beſtialibus, rationales facit, dum lacte iſto potantur & in eo creſcunt

1.Theſ.5 *2.Tim.1* *Hebr.6* *Prou 14* *Iob 13* *Matt.10* *2.Petr.1* *Matt.10* *Luca 1* *2.Re.23* *Eſaia 11* *Matt.4* *1.Cor.3* *Hebr.4*

Roma. 8 creſcunt in ſalutem. Nam qui ex hoc pane viuunt, quæ
Ioan. 4 ſpiritus ſunt ſentiunt, diligunt & operantur. In ſpiritu Deo ſeruiunt, ſpiritus ductum ſequuntur, in ſpiritu & veritate Deum adorant, ſpiritualia æmulātur, ſpiritualia ſeminant, implentur agnitione voluntatis Dei in omni ſapientia & intellectu ſpiritali. Tanquam lapides viui ſupra lapidem reprobatū à Iudæis, ſuperædificant ſe in domos ſpirituales, in ſacerdotium ſanctum, & offerunt ſpirituales hoſtias (videlicet ſemetipſos) accepta-
Hebr. 4 biles deo per Chriſtum. Tum quod carnem à ſpiritu
Deut. 32 diuidit, & diſcernit cogitationes & intentiones cordis.
1. Reg. 2 Poſtremò, ſpiritus interiora vulnerat & medetur,
Luca 10 percutit & ſanat: Quia gladius eſt & medicina Medicina, qua Samaritanus noſter ſanat contritos corde, &
Pſ. 146 alligat omnes contritiones eorum hoc malagmate. Hanc ſeruo ſuo dedit Nempè, vetus & nouum Teſta-
Pſal. 50 mentum, duos denarios, vt cum ea ſanet omnes infir-
Pſ. 102 mitates eorum, qui corda contrita habent, & ſpiritus humiliatos.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN, IN EVANG. Matth. xxij. Sermo.

Pſal. 36 MVLTI eò dilabuntur inſanię, vt illos beatos cenſeant qui proſperanrur in via ſua, etiamſi non viuant ſecundum voluntatem Dei At tota via aberrant. Nā proſperitas ſtultorum perdet illos. Flagellat verò Deus omnes filios quos recipit, & quaſi pater in filiis ſic ſibi complacet in eis. Via autem impiorū proſperatur, & bene eſt omnib. qui præuaricātur & iniquè agunt. Abundant tabernacula prædonum, & audacter
Iob 12 prouocant Deum, cùm ipſe dederit omnia in manus eorum. Hoc Sapiens admirans Eccleſiaſtes ait: Sunt iuſti quibus mala proueniūt, quaſi opera egerint impiorum, & ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorum facta habeant. & quem non moueret iſta impiorum proſperitas, qua ex animi ſententia omnia eis eueniunt, vt arcta vitę via deſerta, cum impiis ducant in bonis dies
Eccleſ. 2 ſuos, & omni voluptate fruuntur? Quando & electus
Pſal. 72 Dauid dicat: Mei penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus

greſſus mei:quia zelaui ſuper iniquos, pacē peccatorum videns. Dehinc in omnem ventum, vltro citróque hanc cauſam ventilat. Et licet omnem lapidem mouerit, non tamen potuit ſeipſum conſolari: nec ab itineribus eorum malis continere ſe, & pedes ſuos reuocare, niſi quando de nouiſſimis eorum ſecum reputans, quis finis eorum futurus ſit, intellexit. Eſt etenim via eorum talis, vt carnalibus videatur recta, ſed nouiſſima eius ducunt ad mortem. Rectè quapropter alibi monet vir ſecundum cor Dei, dicens: Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. Sed ſpera in Domino, & fac bonitatem, &c. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, confirmat autē iuſtos Dominus, vſque in finem, in omni opere & ſermone bono: & quamuis diu expectet Deus ad pœnitentiam (quia laneos pedes dij habent, vt in prouerbio trito eſt,) verùm ſi tempore indulto in ſuperbia abutūtur, venit ad eos in nocte ſicut fur, & manum iuſtitiæ eius in quam horrendum eſt incidere, non euadunt. Et cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperuenit interitus. In euangelio ergo iſto exuberans Dei bonitas effertur in nuptiarum præparatione. Deinde volūtaria & affectata hominum malitia & peruerſitas cōminiſcitur, in gratię eius contemptu & neglectione. Poſtremò ſubditur, meritorum examinatio in bonorum malorúmque retributione. Textum diſpiciamus. *Simile eſt regnum cœlorum*, hoc eſt ſtatus eccleſiæ militantis, quæ dicitur regnum cœlorum, vel etiam anima fidelis quia Deus regit eam, atque tunc ei nihil deeſt in vlla gratia. Et ſicut Deus in cœlis habitat, ſicut eſt cū ſuis electis vſque ad conſummationem ſeculi In cœlo videtur facie ad faciē, in eccleſia per cordis munditiam & fidem, in ſpeculo tamen & in ænigmate. In cœlo iugis eſt laus Dei, gratiarum actio, vox exultationis & ſalutis. Ibi aſtra matutina, & qui habitant in cœlo eum laudant in ſecula ſeculorum. In eccleſia electi replētur ſpirituſancto, benedicūt dominum in omni tempore, ſemper laus eius eſt in ore eorum Exultant in domino, confitentur domino in cithara, in pſalterio decem cordarum pſallunt ei Os eorum laude repletur, tota die magnitudinem & gloriam

Pſal. 36

Matt. 28

Dei cantant: Loquuntur ſibi alternantibus choris, in pſalmis, in hymnis & canticis ſpiritualibus. In eccleſia ſicut in cœlo, pax vera & Chriſti eſt hominibus bonæ voluntatis. Vtrobique Deus dominatur per potentiam regit per ſapientiam, diligit per charitatem, theſauros bonitatis & gratiæ effundit affluenter, omnia implet ſua benedictione. Altum eſt cœlum, iuſtorum verò conuerſatio in cœlis eſt, per patrem conreſcuſcitati cũ Chriſto à mortuis, cõſedent in ſpiritu cum eo in cœleſtibus. Etiam tunc cùm corpus retro vinctum & in profundiſſimo detinetur carcere, centum cubitis, ſi poſſibile eſſet in terræ viſceribus. Quid plura? Vt in cœlo ſic & in terra, ſtella à ſtella differt in claritate. Et lux earum longe latéque diffunditur ſuper terram ad gloriam Dei, ſimiliter & virtus earum. *homini regi*, id eſt, patri cœleſti, ad cuius imaginem conditus eſt homo, *qui fecit nuptias filio ſuo*, vnigenito, cùm eũ fecit incarnari, in vtero & thalamo virginali. De qua in natiuitate ſua proceſſit tanquam ſponſus de thalamo ſuo Iſtæ nuptiæ regales ſunt & magnificæ. Tum ratione ſponſi, qui & ipſe rex regũ eſt, dominus dominãtiũ, & princeps re-
Pſal. 44 gũ terræ. Ratione etiam paranymphi Gabrielis. Ratione ſponſæ quæ eſt Eccleſia prædeſtinatorum. Tum ratione ſpirituſſancti qui ſponſum hũc ſpecioſum præ filiis hominũ, ſpõſæ Eccleſię, quã ab æterno elegit & pręelegit, deſponſauit, quãdo verbũ caro factum eſt, & de ſpirituſancto in vtero virginis conceptus fuit. Ratione thalami, vteri virginalis. Ratione apparatus maximi, qui in thalamo iſto fuit. Ibi omnia munda erant, & ſine vlla cuiuſuis peccati macula. Ibi lectulus floridus malis ſtipatus: Ibi omnia ex auro puriſſimo charitatis plus quam ſeraphico erant contexta. Ibi lux fidei & veritatis luxit, ibi lectulus per ſpem eleuatus à terra fuit. In quatuor virtutibus cardinalibus firmatus, &c. Item ratione tẽporis, quia tertio anno regni ſui, quãdo venit & erat tẽporis plenitudo. Ratione itẽ motiui, quia ꝓpter nimiam charitatẽ ſuã qua dilexit nos, vt oſtẽderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuę in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu, vt nos ſalutem conſequeremur. Et illud obiter attẽde, quod incarnatio filij Dei aſſimilatur matrimonio. Tum ratione conſenſus. tum maximũ ob amorẽ, indiſſolubilem vnionẽ, &

maximum

maximum quem vxor aſſequitur honorem, ſi diuiti, ſi potenti, ſi nobili datur, vt patet de Heſter. Et hic homo factus eſt Deus. Tum quòd duo conueniunt ad hominem generandum, qui ſunt duo in carne vna ab eis generata: Sic in generatione ſpirituali filiorũ Dei & gratiæ, Chriſtus cum eccleſia ſpõſa, per verbum & aquam filios generant lucis & adoptionis. Deum immortalem quæ vox, quæ lingua poterit retexere, quàm multa, quàm precioſa dona ſponſæ largitur, per quæ non ſolùm diues eſt in Deo, & bonis omnibus affluit, ſed etiam diuinæ conſors naturæ efficitur? Has nuptias ab exordio Deus fecit, naturam humanam ad tãtam gloriam prædeſtinando, & Chriſtum caput eccleſiæ prçordinando. *et miſit ſeruos ſuos*, electos patriarchas & prophetas, *vocare inuitatos*, omnes, non ſolùm Iudæos, ſed etiam gentiles. Nam idem dominus eſt omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Et hac in re nulla eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. *ad nuptias*, id eſt, ad fidem incarnationis filij Dei, in quo ſolo, ſalus ſita eſt vniuerſorum. Ipſe enim mediator eſt Dei & hominum Chriſtus Ieſus, in quo Deus erat, mundum ſibi reconcilians. Non eſt in aliquo alio ſalus. Ipſe eſt oſtium & mediator, ipſe redemptor, qui librum aperuit, ſignacula ſoluit, ipſe liberauit pauperem cui non erat adiutor Sine iſta fide, nullus ſaluatus eſt, nec ſalutem aſſequi poterit inæternum. Iudæi tamen propius erant huic fidei quàm gentiles, propter legem quam nouerant, & legis vmbras quas partim, quamuis pauci, intellexerunt, & oracula manifeſtiſsima prophetarum, quæ per omne ſabbatum eis prælegebantur. Ideo notus in Iudæa deus, in Iſrael magnum nomen eius. At non taliter fecit omni nationi & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Ideo gentiles de lõge & à longe dicũtur fuiſſe & veniſſe ad fidem. Ad has nuptias vocauit per ſeruos. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio. Ecce non ſuffecit tibi domine quod per teipſum vocaſti nos, lumen vultus tui ſignãdo ſuper nos, opus legis ſcribendo in cordibus noſtris, per quod naturaliter ea quę legis ſunt cognoſcimus & facimus, etiam poſt Adæ lapſum. Atque vnuſquiſque ſibi lex eſt, vt non faciat alteri, quod ſibi non vult fieri. Et omnia quæcunque

Rom. 10 *Act. 10* *1 Cor. 5* *Pſ. 14* *Tob.*

volumus vt faciant nobis homines, hæc & illis faciamus. Hæc ſunt ſemina virtutum innata nobis teſte Tullio, quæ ſi pateremur coaleſcere, cum diuina ope & gratia, nos ad beatitudinem perducerent. Vocat & Deus ad has nuptias, loquendo intus ad cor, vel per prophetas & alios electos, vel per ſcripturas, vt Iudæos in lege gloriantes. Ideò dixit eis: Scrutamini ſcripturas, quia il-
Ioan. 5 læ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Sic lex pædagogus noſter eſt in Chriſtum: Et finis legis Chriſtus
Rom. 10 eſt ad iuſtitiam omni credenti. *& nolebant venire*, quia nolebant verbis Prophetarum fidem dare, & credere in Chriſtum. Nolebant inquam venire, credendo ſcri-
Prou. 19 pturis inuitantibus, obediendo ſeruis vocantibus, congaudendo nuptiis regalibus. Nolebant trahentem patrem ſequi, nolebant pulſanti filio aperire, clamorem eius audire, nolebant accipere oblatam gratiam ſpiritusſancti, nolebant intelligere vt bene agerent, noluit benedictionem. In lege eius noluerunt ambulare. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. In ventum locuti ſunt prophetæ dixerunt, & reſponſum non fuit in eis. Tantùm ſalutem neglexerunt. Non ergo fuit defectus inuitantis, nec culpa vocantis, vt modò nonnulli impiè blaſphemant, qui omnia ex abſoluta neceſſitate aſtruunt euenire, & omnia deum in omnibus operari, ſiue bona ſint, ſiue mala. Sed abſit hæc à fidelium mentibus cogitatio. Abſit à Deo impietas iſta. Nec impotentia abſtulit eis facultatem,
Rom. 2 nec ignorantia dedit eis cæcitatem, ſed ſola malitia voluntatis fecit contemptum, Quod igitur ad cœleſtes nuptias non veniunt homines (credendo, diligendo, voluntatem Dei faciendo, declinando à malo & faciendo
Act. 7 bonum) vnica & tota cauſa eſt, quia venire nolunt. Nolunt intelligere vt bene faciant, reſiſtunt ſpirituiſancto ſicut & patres eorum. Et licet deus ſic contemneretur, & ſerui eius miſſi, non tamen in ira ſua continere potuit miſericordias ſuas, ſed rurſus benignè fecit in bona voluntate ſua Sion. *& iterum miſit*, poſt electos & prophetas veteris teſtamenti, *alios ſeruos*, non peccati, ſed iuſtitiæ, Ecce quomodo inſtat opportunè Deus in omni patientia & doctrina, qui bonorum noſtrorum non eget, nec vllum ex bonitate noſtra habet emolumentũ nec vllum ex malitia noſtra & dãnatione ſuſtinet detrimen-

trimentum. Miſit pater miſericordiarũ alios ſeruos: Ioannem Baptiſtam, Simeonem ſenatum apoſtolorum, ſeptuaginta duos diſcipulos, in omnẽ locum & ciuitatẽ quò erat ipſe venturus, Et ſi parũ hoc tibi videtur, miſit & ipſum ſponſum filium ſuũ vnigenitũ, quẽ diligit, & in quo ſibi bene cõplacuit. Diſcipuli ergo, pro Chriſto legatione fungebantur, tanquã Deo exhortãte per eos: Obſecramus, inquiunt, reconciliamini deo. Longũ foret omnia verba quibus Chriſtus & diſcipuli inuitauerunt ad fidẽ totum mundum huic interſerere ſermoni. *dicens: Dicite inuitatis*, Iudęis, vocatis à tempore Abrahæ multifariã multiſque modis, *ecce prandiũ meum paraui.* prout magnificentia regia dignum eſt. Paraui prandiũ meũ, quia myſterium impleui, & feci in manè diei gratiæ, quando nox præceſſerat, & verus ſol iuſtitiæ nobis illuxit. Et hoc factum eſt manè, in meridie paſcebat & cubauit in cruce. Cœnam facit in æternitate. Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati ſunt. ſic allicit ex magnifico apparatu prandij. per prandium etiam optimè pœnitentia intelligi poteſt, ad quam tota ſcriptura hortatur & vocat, ad quã qui venire nolunt, cœnam agni non guſtabunt in æternum. veram autem pœnitentiã ſimulant multi, faciunt pauci. Allicit etiam ex cõuiuarum dignitate, quia nimis honorati ſunt amici Dei, dicens: *tauri mei*, qui ſunt patres veteris teſtamenti, qui ſub iugo legis laborauerunt, qui pondus diei portauerunt & æſtus, & inimicos Dei cornibus ventilauerunt. *& altilia mea*, quę ſunt patres noui teſtamenti, pinguedine & adipe charitatis ſaginati, pennis virtutum alati, ad ſuperna vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens erecti, de cibo & veſte nihil ſolliciti, ſed in diẽ viuentes, vocibus ſuis laudem Deo reſonant quantum poſſunt. *Pſal. 43* *occiſa ſunt.* Patres veteris teſtamenti in fide Chriſti in Domino mortui erãt. Apoſtoli tota die mortificabãtur propter Chriſtũ, ſemper itẽ parati erãt propter Chriſtum in carcerem & in mortem ire, vnde viuere illis Chriſtus erat, & mori lucrum: Semper item mortificationem Ieſu Chriſti in corpore ſuo circumferebant, & cum Chriſto cruci confixi erant. *Philip. 1* In prima vocatione, ſolùm vocantur inuitati, quam cùm gratiam aſpernarentur, additur in ſecunda occiſio taurorum & altilium: vt cùm verba eius audire nolumus, miſeri-

cors Deus per ſanctorum exempla nos allicit, vt eorum
Heb. 13 intuentes exitum conuerſationis, eorum fidem imitemur Et quod impoſſibile putabamus, tanto nobis fiat facilius quanto hoc ſeruaſſe cum gaudio, alios audimus *Et omnia parata ſunt*, & donata nobis per fidem Ieſu Chriſti. Omnia inquam quæ ad vitam Chriſtiformem & pietatem neceſſaria ſunt hominibus atque ſalutem. Omnia parata ſunt à Deo: ſed pauci ſunt parati. Pauci lampades ardentes in manibus deferunt. Omnia ſunt parata, cibus & panis vitæ, aqua ſapientiæ ſalutaris, noua via vitæ in Chriſto & ſanctis nobis oſtenſa. Ductores in via Chriſtus & Angeli nobis adſunt, locus paratus eſt & manſiones eius, Diabolus victus eſt, peccatum deletum, chirographus mortis cruci affixus, gratia in ſacramentis offertur exuberans, lux vera euangelij iam lucet, ſpirituſſanctus in vitæ arrabonem miſſus eſt, miſericordia Dei terra plena eſt, ne quis deſperet, virtus peccati tolerabilior facta eſt, & leuis in eis qui ambu-
Pſ. 118 lant in ſpiritu & veritate Omnia parata ſunt. Deus paratus eſt ad recipiendum reuertentes, quantumlibet cum multis amatoribus fornicatus quis fuerit. Paratus eſt ad ignoſcendum, ad grariam dandam, ad magnificandum, ad glorificandum. Paratus eſt ſacerdos vt abſoluat, Deus vt ignoſcat, angelus vt preces offerat, medicina vt ſanet cœlum vt pateat, corona vt remuneret, procurator vt laborantibus mercedem tribuat. Ergo
Eccle. 3 *venite*, ſine dilatione de die in diem, venite, credendo, ſperando, diligendo, operando, perſeuerando, relicta tamen prius malitia & omni impietate, ſecularibuſque deſideriis. *ad nuptias*, gratiæ in vita iſta, & gloriæ in futura.

HOMILIA SECVNDA.

Ioel. 2 QVantumlibet Deus miſereator ſit & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ & verax, ac præſtabilis ſuper malitia. Quantũlibet ſapientia foris prædicet, & in plateis det vocẽ ſuã, dicens: Cõuertimini ad correctionẽ meã. En ꝓferã vobis ſpũm meũ, & docebo vos vias meas. Tamẽ adeò in reprobum ſenſum dati ſumus, & conuerſi in arcũ prauũ, quòd vocantẽ non audidimus. extenſam eius manum aſpicere dedignamur.

Omne

Omne eius conſilium deſpicimus, omnia eius promiſſa aſpernamur. Ideò hic dicitur, *illi autem neglexerunt*, tantam ſalutem oblatam gratiam, tempus pœnitentiæ. Tāguntur ergo gratiæ dei & ſalutis impedimenta quædā magis vſitata, Vnum eſt negligentia, vt illi qui dicunt: Moram faciet dominus meus venire. qui Deum non timent: nam qui timet Deum, nihil negligit Qui pro nihilo habent terram deſiderabilem, iſti in vacuum gratiā Dei accipiunt. tota die in foro ſtant ocioſi, theſaurum nullum ſibi in cœlo theſauriſant, fructus bonorum operum nullos faciunt. ad vſuram domini talentum quod acceperunt, nō poſſunt In meſſe ſtertunt, in hyeme mēdicabunt. & non dabitur illis, etiam gutta aquæ frigidæ. Clamabunt & non exaudientur, imò nec eos agnoſcet, ſed negabit coram patre & angelis & omnibus electis ſuis, O horror, o ſtupor, o ira agni ſi talem ſe exhibebit agnus eis qui ocioſi fuerunt, miſericordiam facere neglexerunt qui non ſunt operati in talento. Taceo de virginibus ſtultis, quæ munditiam carnis, quia virgines. opera bona, quia lampades, fidem habuerunt, quia fide deſponſatæ erant Chriſto, & tamen excluſæ ſunt à nuptiis, Quid tunc illis eueniet, qui operantur iniuſtitiam, aſtant omni viæ non bonæ, quaſi aquam bibunt iniquitatem, currunt aduerſus Deum erecto collo, De illis ſequitur: *et abierunt*, cum filio prodigo, in regionem longinquam. & à lege Dei longè facti ſunt, dū vixerunt luxurioſe. Et nota quòd de luxurioſis ſermonem texens abierunt dicit, indiffinite, quia pauci ſunt, qui in foueam iſtam non cadant profundam. Qui veſtimenta ſua hic non inquinent. Quibus flamma iſta nihil noceat, quę comburit peccatores. Qui in lutum hoc non cadant. Iſti etiam peculiari modo & horribiliori abeunt & recedunt à Deo ſalutari ſuo. Et rarus eſt qui vincula iſta dirumpat, qui perfectè ab iſto diaboli laqueo, ſi ſemel in rete hoc pedes ſuos miſerit, reſipiſcat, dignos pœnitentiæ fructus faciat, ad dominum ex toto corde ſuo reuertatur. Et quis in multa non agit negligētia? Et quem libidinis ardor ſi non proſternit & polluit non mouet aliquando, non crebrò titillat Beatus cuius templum corporis ignis iſte, qui vſque ad inferni nouiſſima ardet, non incendit, & non redigit in nihilum ante oculos Dei. ſequitur. *alius*, vel quidam abiit. *in villam*

ſuam

Eccl. 7
Prou. 20
Oſea 2
Iob. 13
Prou. 22
Apo. 14
Pſ. 39
Prou. 2
Deut. 32

ſuam primatum ambiens & terrenam dominationem per ſuperbiam. At Deus ſuperbis reſiſtit, ſed humilibus
Iacob 4 dat gratiam ſuã *alius verò ad negotia ionem*, non cæleſtẽ de qua ſcriptum eſt: Negotiamini dum venio. ſed *ſ....*
Luc. 19 terrenam, quam ſponte ſua, non ex domini voluntate & mandato ſectatur, vt diues ſit in hoc mundo. Et ſic
Sap. 6 incidit in laqueos diaboli, &c. Ecce auaritia, per quam licet totum mundum lucretur, tamen animæ ſuæ detrimentum patitur. Sequitur *reliqui verò*, penitus in ſenſum reprobum dati, & cum inuidia tabeſcente iter habentes, *tenuerunt ſeruos eius*, manus ſuas in eos iniiciendo *et contumeliis affectos*, quia dixerunt omne malum contra eos mentiendo. Apoſtoli verò gaudebant quod digni habebantur pro nomine Ieſu contumelias pati. Et Apoſtolus ſibi placuit in contumeliis. Nec ſic ſaciati ſunt filij diaboli, ſed & eos *occiderunt*, deſideria patris
Act. 5 ſui faciendo & opera, qui fuit homicida ab initio. deus
2. Cor. 12 enim mortem non fecit. Imò, fecit hominem inexterminabilem. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur ergo illum: qui ſunt ex parte illius, Sed iſta eorum malitia, coronã gloriæ ſeruis regis dedit, & vitam nullo fine finiendam poſt probationem & legitimum certamen. Malis verò non ceſſit in in proſperum, *rex verò*, omnis terræ, Deus, *iratus eſt, cũ audiſſet*. Non dicit, quid audierit, ex quo innuitur, quòd manifeſta probatione nulla egent. Cùm ergo audiſſet vocem ſanguinis innocentum de terra clamantem in
Sap 1 cœlum, & vocem interfectorum, vinctorum, vindictam clamantium, iratus eſt, Ecce qui prius homo dicebatur quando inuitabat, & opera clementiæ agebat: Nunc autem in vltione rex tantùm, cùm vltionem accipit de inimicis ſuis, & abundanter retribuit facietibus ſuper-
Pſ. 46 biam. illos tanquam durus rex interrogans & iudicans, condemnat Iratus eſt, affectum iræ inferens. Neque e-
Gen. 4 nim ira perturbationem vllam in Deo ſignificat, quia
Mal. 7 non mutatur Deus: ſed pœnæ iuſtæ inflictionem, Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ. *et miſsis exercitibus ſuis*, ad literam contra Iudæos Romanis principibus
Pſ. 23 Vel angelis, quorum gratia crebrò dicitur Dominus virtutum Et Ioannes ait, quod exercitus qui in cœlo
Luc. 2 ſunt, ſequebantur eum. Sic multitudo cœleſtis exercitus apparuit cum angelo, qui paſtoribus natiuitatem Chri-

Chriſti annunciauit. Et illud: Caſtra Dei ſunt hæc,
Exercitus iſti etiam dæmones intelligi poſſunt, ſpiri-
tus ad vindictam creati: De quibus in Iob legimus, Va- *Gen,32*
dent & venient ſuper eum horribiles. Sic angelus do-
mini in exercitu Sennacherib, centum octoginta quin-
que milia vna nocte interfecit. Sic angelus Heliedo-
rum in templo flagellauit. Sic in bello contra Timo- *Iob.20*
theum, quinque angeli Iudæ Machabæo, & Iudæis o- *4.Re. 19*
pitulabantur & 50020 peditibus & ſexcentis equiti- *2.Ma.10*
bus occiſis Iudæos protexerunt In bello contra Lyſiã, *et 11*
etiam angelus Iudæ aſtitit. Hinc Dauid ait: Fiant tan-
quam puluis ante faciem venti, & angelus Domini co-
arctans eos Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum, &
angelus domini perſequens eos. *perdidit hom cidas illos,*
qui Dominum Ieſum occiderunt, & prophetas, & apo- *Pſ.34*
ſtolos perſecuti ſunt, & Domino non placent. In ea-
dem damnatione ſunt omnes qui ſeipſos occidunt
per peccatum & culpam, & alios per malum exem-
plum, vel hæreticam doctrinam *et ciuitatem illorum.* Hie- *Mat. 18*
ruſalem ſcilicet, vel corpus, in quo habitat anima, ſuc- *Mar.7*
cendit igni, per Romanos, Vel corpus ſuccendit igne
inferni, qui non extinguitur. Ibi impius luet omnia
quæ fecit. Iuſta Iudæorum deſcripta reprobatione, pia
ſequitur & miſericors gentium vocatio ad fidem incar *1.Tim.5*
nationis. *tunc ait ſeruis ſuis,* apoſtolis & electis, quos in
opus miniſterij aſſumpſit. Tunc videlicet, quando Iu-
dæi verbum Dei repellebant & indignos ſe iudicabant
æterna vita. *Nuptiæ quidem paratæ erant,* id eſt Chriſti in- *Eph.5*
carnatio facta eſt, verbum caro factum eſt, & habitauit
in nobis plenus gratia & veritate. Coniunctio Chriſti
cum eccleſia inchoata eſt, quod eſt magnum pietatis ſa
cramentum. Omnia Chriſti myſteria impleta ſunt. *ſed
qui inuitati fuerant*, per legem, prophetas & apoſto-
los, alioſque diſcipulos ſeptuagintaduo, & etiam per *Tit.3*
Chriſtum. Vnde ait: Si non veniſſem & eis locutus fuiſ
ſem, peccatum non haberent. *non erant digni* hoc eſt, nõ
ſe reddebant dignos. Indignus quippe totus mundus
fuit in maligno poſitus gratia Dei. Ideo gratis ſaluati
ſumus per fidem, & non ex nobis Et ad Titum, Appa-
ruit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei nõ
ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum
miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, per lauacrum
re-

regenerationis & renouationis ſpiritusſancti, quem effudit in nos abunde. Sed Iudæi indigni erant & manſerunt. Nam fidem Chriſti impugnabant, miſericor
Rom. 11 diam eius & gratiam contemnebant, Chriſtum blaſphemabant, ſpirituali gratiæ contumeliam faciebant, ſpirituiſancto reſtiterunt, baptiſmum deſpexerunt.
Pſ. 80 Atque iſtis malis operibus indignos ſe fecerunt magis ac magis nuptiis Chriſti. Propter incredulitatem
Eſai. 50 ipſorum ergo exciſi ſunt. Non audiuit populus meus vocem meam, & Iſrael non intendit mihi. Et dimiſi eos (ſicut & matrem eorum in ſceleribus ſuis) ſecundum
Luc. 15 deſideria cordis eorum, & eunt in adinuentionibus ſuis malis. Per fidem Chriſti & gratiam, per baptiſmum & Chriſti imitationem dignos, qui indigni erant, ſe nõ reddiderunt. Sic ille dixit, Non ſum dignus vocari filius tuus. Ne igitur ciuitas iſta Hieruſalem cœleſtis, quæ eſt mater noſtra inſtaurata remaneat, & ne ruinæ angelorum non impleantur. *Ite ergo ad exitus viarum.* Viæ, virtutes ſunt per quas itur ad Chriſtum, & in patriam viuentium repromiſſam. Sunt & viæ mandata Dei. Eſt & Chriſtus via, veritas & vita. Exitus viarum, vitia ſunt & peccata, in quibus impij ambulant, & viam ciuitatis habitaculi non inueniunt. Sunt & errores gentium, & defectus morum & virtutum. Sic errãt vt cæci, ambulant in tenebris, & viam domini igno-
Rom. 8 rant. Triplex autem via eſt, quæ ducit ad creatorem. Natura per lumen rationis. & hic eſt liber interior. Scriptura per mandatum legis: & hic eſt liber exterior. Creatura per veſtigium creatoris, & hic eſt liber inferior, ſemper ante oculos noſtros expanſus. Vtinam nobis eſſet intellectus, vt eum legere & intelligere poſſemus. Gentiles ergo extra vias iſtas, ſicut ouis quæ periit errabant. Ad illas oues adducendas, miſſi ſunt apoſtoli, quia audituri erant vocem eius. Errabant inquam, quia legem naturæ præuaricabantur, legem ſcripturæ ignorabant, non attendebant libro creaturarum, vt ex eo deum cognoſcerent quod potuiſſent. Et dum creaturis deſerto creatore per errorem adhæſerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori, factæ ſunt creaturæ Dei in odium, & in tentationem animæ, & in muſcipulam pedibus inſipientium, *& quoſcunque inueneritis,* ſine omni acceptione perſonarum, reges

terræ & omnes populos, *vocate ad nuptias*, id eſt, ad fidem incarnationis Chriſti. *Et egreſſi ſerui eius*, de Iudæá, Ecce eorum obedientia. In auditu auris obedierunt ei, *in vias*, id eſt, in ſectas & diſperſiones gentium, de quibus præceperat, ante ſuam paſſionem, in viam gētium ne abieritis. In vias iſtas ingreſſi ſunt, non vt eas approbarent, ſed vt inde homines reuocarent ad viam pacis & vitæ. Vel ſignanter in vias dicitur: Miſſi enim ad exitus viam veritatis non deſeruerunt inter idololatras. Non abierunt in concilio impiorum poſt impietates eorum, & in via peccatorum non ſteterunt, & in cathedra peſtilentiæ non ſederunt. Sed in via veritatis quam elegerant manebant, & idololatras ab errore viarum ad vias vitæ reduxerunt, & ſaluauerunt animas ſuas, & eorum qui eos audierunt, & ſunt ſecuri à morte. *congregauerunt omnes quos inuenerunt, bonos & malos*. Non ſimpliciter omnes: quia non omnes obediunt euangelio, nec omnium eſt fides, ſed quoſdam de omni genere hominum. Vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum. Sed quomodo inter gentiles aliquos bonos inuenire potuerunt? Niſi quòd teſte Apoſtolo, gentes quæ legem non habent, & quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi lex ſunt. Et multi gentilium in ſuo genere virtutibus naturalibus ornabantur, morum honeſtate fulgebant, propenſi ad bona Hi ergo aliorum comparatione, hic boni vocantur, quamuis non eſſent in ſtatu ſalutis. Sic & Paulus ait vni gentili: Non inſanio optime Feſte. Vel ideo dicuntur congregaſſe bonos & malos, quia ſagena fidei trahit bonos piſces & malos. Habet virgines prudentes & ſtultas. In area iſta triticum eſt cum palea. In agro iſto zizania creſcit cum tritico. In cœlo ſunt omnes boni: Mali ſunt omnes qui ſunt in inferno. Hic ſunt mali cũ bonis permixti, *et impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium*. quia crediderunt, quotquot præordinati erant ad vitā. Illud tamen perfectius implebitur in fine ſeculorum, cum plenitudo gentium intrauerit, quia tunc omnis Iſrael ſaluus fiet Sed iam de diuitiis gratiæ, miſericordiæ & bonitatis eius, nobis affluentiſſima largitate exhibita, in vita præſenti, audiuimus multa, & dulciora ſuper mel & fauum, his qui recto ſunt corde. Iā de diuina conſideratione ſequitur, quomodo de cœlo proſpicit

ſuper

Pſal. 1
Rom. 10
Rom. 2
Act. 26
Mat. 13

ſuper filios hominum, & in omni loco oculi eius con-
Ebr. 12 templantur bonos & malos. *Intrauit autem rex.* Ergo
cum timore & tremore in gratia quã accepimus, opor-
tet vt ei ſeruiamus. Quia omnes vię noſtrę ſunt in cõ-
ſpectu eius. Seruite ergo domino in timore, & exul-
tate ei cum tremore. Apprehendite, & ſeruate diſcipli-
nam, in moribus honeſtatem, in operibus decorem, in
Rama. 1 omnibus quæ cogitatis, dicitis & facitis: & nolite inſi-
pientes eſſe & incompoſiti in actibus, habitu, inceſſu &
motu veſtro: Vt nulli vllam detis offenſionem. Et hoc
facite, ne quando iraſcatur vobis dominus, qui nobiſcũ
eſt, & ambulant inter nos, in quo viuimus, mouemur &
Roma. 1 ſumus, & in ira eius pereatis à via iuſta. Reuelatur autẽ
ira Dei ſuper omnem impietatẽ & iniuſtitiam homi-
num. O quales nos ergo eſſe oportet in ſanctis conuer
ſationibus, coram tanta maieſtate in oculis Dei. Verè,
verè. Secundum eum qui vocauit nos ſanctum, & nos
1. Pet. 1 in omni conuerſatione noſtra ſanctos eſſe oportet, & in
timore incolatus noſtri tempore conuerſari, Vt nihil
à nobis fiat, quod oculos ſuæ maieſtatis offendat. Alio
qui nobis iraſcitur, faciem ſuam à nobis auertit, & ab-
ſcondit, gratiam ſubtrahit. & tunc erramus ſicut oues
Eſai 59 ſine paſtore offendimus, impingimus & labimur in vi-
1 Pet. 2 tia horrenda, quæ turpe eſt dicere Verè dominus eſt in
Ephſ. 3 loco ſancto iſto in quo dormimus ſtamus, loquimur &
operamur etiam opus quodcunque, & nos heu, eius
præſentiam ignoramus Imò quod peſſimum eſt atten
dere nolumus. Eò quod nolumus intelligere vt bene
Pſal. 35 faciamus. Sed ſi ſapimus, fidem rectam & electorum ha
bemus. in omni loco patentes ſumus, & Deo præſenti,
qui cœlum & terram implet, & cuius maieſtate & glo-
Hiere. 33 ria pleni ſunt cœli & terra, reuerentiam exhibemus, at-
que dicimus in corde noſtro: Terribilis eſt locus iſte,
non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli. Hinc in
omni loco dominationis eius benedictus Domino. In
omni loco manus puras leuamus ad Deum, in omni lo-
co oramus, vbique proſequimur dilectum Intrat ergo
rex in nuptias, qui vbique pręſens eſt. Sed de nouo in-
trare dicitur, cùm nouum gratiæ vel iræ ſuæ opus ope-
ratur. *Vt videret diſcumbentes.* Diſcũbere in nuptiis Chri
ſti eſt ſacramentis Eccleſiæ participare, in fide Chriſti
eſſe & ambulare, beneficiis & multiformi gratia eius
perfrui.

perfrui Et diligenter conſiderat quam iuſtè,quam ſanctè & ſine querela viuamus, & in medio nationis prauę & peruerſę luceamus ad gloriam Dei. Ipſe videt nos, & nos oculos clauſos habemus: vel puluere diuitiarũ, aut immunditia luxurię, vel rubore iracundię plenos, aut pelle ſuperbię obductos: ideo Deum non videmus vbique præſentem,ſicut ſcriptũ eſt: Supercecidit ignis & non viderunt ſolem. Oculos habemus & non videmus. *Pſal.37* Sic dominus ambulat nobiſcum in via, ſcripturas nobis aperit, & tamen oculi noſtri tenentur ne eum agnoſcamus. *Luca 24* Vnde Iob in perſona talium dixit:Si venerit ad me, non videbo eum. Et Ioannes Baptiſta ait:Medius veſtrum ſtetit,quem vos neſcitis.In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.Beati verò mũdo corde, qui intellectum habent ſine errore,& affectũ ſine malitia,& omni prauitate, quoniã ipſi Deũ hic vident.Talis fuit qui dixit: *Pſal 15* Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. *Et vidit hominem ibi,* id eſt totum cœtum malorum, qui in malitia ſociati & cõſentientes ſunt vnum, & vnũ corpus diaboli,quorum rex & caput Lucifer eſt, ſicut electi vnũ ſunt corpus Chriſti, ſub capite Chriſto. *Iob 41* *non veſtitum* intus in interiori homine, ſiue mente non ornatum & indutum, *veſte nuptiali.* Id eſt habẽtem quidem fidem,per quam ad nuptias intrauerat,ſed expertẽ charitatis. Multa hîc veritatis inimici de veſte nuptiali garriunt contra veritatem:Sed nobis, vt murus æneus veritas ſtat, quod veſtis nuptialis eſt charitas vera & ſyncera.A qua omnium ſanctorum ſentẽtia, ne latum quidem digitum diſcedere fas eſt, alicui pietatis & veritatis amatori. Iſta charitas in omnes virtutes, teſte Apoſtolo ramificat, vt radix ſancta & benedicta,ſecus decurſus aquarum gratię plantatę arboris inſtar. *1.Cor. 13.* Ideo omnium virtutum opera explet, in omni opere bono fructificat in tempore ſuo. Quod eſt tempore acceptabili & diebus ſalutis. Alibi huius præconia veſtis ad longum vide. *2.Cor.6* Suadeo tibi,ait Chriſtus emere à me(pro nulla alia commutatione niſi pro peccatis tuis & mala voluntate)aurum charitatis ignitum, quia illum vehementer in corde tuo volo accendi, qui facio angelos meos ſpiritus, & miniſtros meos ignem vrentem, Vel vt Paulus ait,Vt flammam ignis. Et aurum probatum, *Apoc.3*

in variis tribulationibus, vt locuples fias, in gratia & bonis operibus ac meritis,& veſtimentis albis induaris virtutum, vt non appareat confuſio nuditatis tuę,
Pſal. 19 Deo,angelis & omnibus electis.Vides ergo, quomodo
Prou 5 dominus laborem noſtrum & dolorem conſiderat.Reſpicit dominus vias hominum,& omnes greſſus eorum conſiderat. Imò,cauſas ſingulorum intuetur. Dura duris & induratis eſt iſta Dei viſio, ſed durior eſt quę ſe-
Pſal 2 quitur prauorum obiurgatio. Tunc loquetur ad eos in ira ſua,& in furore ſuo cõturbabit eos. *& ait illi:amice,*
Sap.11 per naturam,non per gratiam.Diligit enim omnia quę ſunt,& nihil odit eorum quę fecit.Amice,per fidem, & non per dilectionem.Amice, per participationem beneficiorum meorum, & non per impletionem mandatorum meorum: Cùm ille ſolus amicus meus ſit, qui habet mandata mea & ſeruat ea. Amice nomine ſolo, et non opere et veritate. Amice obligatione, ſed non ſolutione.Amice in ſinu vt Iudas proditor, ſed in factis inimicus vt Ioab, *quomodo huc intraſti?* hoc eſt, qua temeritate Eccleſiam Dei intraſti, in congregarione iuſtorum habitaſti,ſacramenta Eccleſię ſuſcepiſti? Quomodo ore polluto fidem profiteris, et me coram hominibus,et factis et fidẽ et me negas? Titi,id eſt, *non habens veſtem nuptialem?* Charitatis:quæ inter electos re-
Hiere.2 probóſque ſola diſcernit.Ecce inſidiator, qui ſe iuſtum ſimulauerat quomodo confunditur, ſicut fur quando
Eccleſ.1 deprehenditur in facto.Ergo ne ſis hypocrita inter homines, ne fortè cadas et adducas animę tuæ inhonorationem,et reuelet Deus abſcondita tua,et in medio ſynagogæ elidat te,quoniam acceſſiſti malignè ad dominum,et cor tuum plenum erat dolo et fallacia. Propterea Deus deſtruet te in finem,euellet te, emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuã de terra viuentium.Videbunt iuſti et timebunt,et ſuper eũ ridebunt, et dicent:Ecce homo,qui Deum non timuit,Deum ad-
1 iutorem ſuum non poſuit. Sed ſperauit in iniquitate, percuſſit fœdus cũ morte,et cum inferno fecit pactum poſuit mendacium ſpem ſuam, et mẽdacio ſe protexit. et præualuit in vanitate ſua. Et errore deceptus,putauit ſe tenebras non viſurum,et impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri.Iob xxij Pſal.l. Eſa.xxviij. Sed cũ dixerit pax et ſecuritas, tunc repentinus ei ſu-

perueniet

peruenit interitus &c. primæ Theſ.v. Luc.xij. Quoniã *Pſal. 35*
doleſé egit in conſpectu Dei, ergo inuenta eſt iniqui-
tas eius ad odium. Sic leonis exuuio exutus aſinus, ab
omnibus deridetur & vapulat. Sic lupus rapax pelle
ouina nudatus, quis ſit omnibus apparet. Sic mouet
cornicula riſum aliorum ornata pennis. Igitur nemo
ante tempus iudicet, quouſque veniat dies domini, qui
& illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit
conſilia cordium. Et tunc laus erit vnicuique pio & iu-
ſto à domino. Impij verò & iniqua agẽtes ſuperuacuè,
confundentur. Sic vnicuiq; peccatori dicet Deus: quare
tu enarraſti iuſtitiam meam? &c. Arguam te & ſtatuam
ſcelerum tuorum catalogum contra faciem tuam. In-
telligite hæc, qui obliuiſcimini Deum, charitatem ne
pili quidem facitis, ne quãdo rapiat, & nemo ſit qui eri-
piat. Nihil ergo prodeſt ſi omnem fidẽ habueris, ſi ex- *1. Corin.*
pers es charitatis. Beatus proinde, qui cuſtodit veſti- *13.*
mẽta ſua, ne nudus ambulet. *At ille obmutuit.* Quid di- *Apoc. 16*
cam ô domine me excuſando, aut quid reſpondebit *Eſaię 38*
mihi de peccatis conuincendo, cùm ipſe feceris. Et ſi
voluerit peccator cum Deo contendere, nõ poteſt re-
ſpondere ei vnum pro mille. Et ſi repentè interroget,
quis reſpõdebit ei? Tunc muta fient labia doloſa. Tunc
omnis iniquitas oppilabit os ſuũ. Tunc venient in co-
gitationem peccatorum ſuorum timidi, & traducent
illos ex aduerſo iniquitates ipſorum. Sic impij in tene-
bris conticeſcent, nihil habentes quod reſpondeant.
Non defuit eis interna inſpiratio agens, ſcriptura do-
cens, prædicator clamans, exemplum prouocans, miſe-
ricordia Dei expectans, opportunitas præſentialiter ſe
exhibens, gratia adiuuãs, ſpiritusſanctus roborãs, Deus
reuertentes benignè ſuſcipiens, peccata donans, gratis
iuſtificans, ſtolam primam offerens & induens. Igitur
excuſationem non habemus in peccatis noſtris. Et ſu- *Ioan. 15*
mus inexcuſabiles. *Tunc ait rex miniſtris*, angelis ſan- *Roma. 1*
ctis, qui in die iudicij de regno eius omnia ſcãdala tol-
lent. Poſſent & ſpiritus reprobi miniſtri iſti intelligi.
Iuxta illud: Iudex tradet te miniſtro, & in carcerẽ mit- *Matt. 5*
taris *ligatis manibus*, ad reſiſtendum. Nam iræ Dei ne-
mo reſiſtere poteſt. *&* *pedibus*, ad fugiendum, quia ef-
fugium peribit ab eis. In iſtis innuitur pœnę ineuitabi-
litas. In ligatione ſignificatur impoſſibilitas reſpectu

gratię recuperandæ. Vnde dicitur ligatis manibus, quia impoſſibiles erunt ad benefaciendum, quia ligati ſunt, nox venit, ianua miſericordię, gratię & gloriæ clauſa eſt. Et pedibus, quia impoſſibiles erunt ad bene volendum. Sed vbi ceciderit lignum, ibi manet. Et iuſtè manus & pedes ligantur in pœna etiam inuitè, quos hîc ligatos tenuit voluntaria culpa. *& mitte eum* ſic ligatũ, *in tenebras exteriores*, inferni, vbi in æternum non videbit lumẽ. Et meritò à lumine excluditur, qui hîc tenebris obſcuratum habuit intellectum, qui in tenebris ambulauit, arma tenebrarũ habuit, opera tenebrarum fecit, & tenebras magis quàm lucẽ dilexit. *Vbi erit* ſine fine, ſine cõſolatione, ſine intermiſſione, *fletus*, ex vehementia ardoris, & ſtridor dentium, ex vehementia
Iob 24 frigoris Ad calorem nimium tranſiet, ait Iob, ab aquis niuium. Vel in fletu triſtitia mentis, & in ſtridore dentium, dolor corporis deſignatur. Cauſatur etiam ſtridor ille dentium, à nimia indignatione & furia mentis
Eſaia 65 contra Deum, contra ſeipſos, contra illata tormenta, Ecce, dicit dominus, ſerui mei laudabunt præ exultatione, & vos in inferno lamentabitis præ dolore cor-
Eſaia 66 dis, & contritione ſpiritus, &c. Ibi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Iam finem dicendi pariter omnes audiamus. *Multi autem ſunt vocati*, per fidem ad nuptias, *pauci verò*, reſpectiuè, *ſunt electi* ad beatitudinem. Multi fuerũt homines tempore
Geneſ. 6 Noe, octo tantũ ſaluati ſunt in diluuio. Multi exierunt
Exod 13 de Ægypto, duo tantum ex eis intrauerunt terrã pro-
Gene. 18 miſſionis. In Pentapoli, vel in quinque ciuitatibus, non
Marc. 4 fuerunt decem iuſti. Quartum ſemen ſolummodo fru-
Hiere. 2 ctum attulit in patientia. Hieremias ne vnum quidem virum repperit in Hieruſalem facientem iudicium & quærentem fidem. Omnes declinant ad malum, ſimul
Philip. 2 inutiles fiunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque
Matt. 7 ad vnum, Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Multi viam latam ambulant, quæ ducit ad infernum. Ideo pauci ſunt electi, pauci ſaluantur.

DOMINICA XXII POST PENTECOSTEN, IN EPISTOLAM.

Philip. j. Sermo.

FRATRES *confido hoc ipſum, &c.* Vt vera charitas operit multitudinem peccatorũ, excuſat, attenuát-

que exceſſus & defectus eorum quos amat in veritate, *1. Pet. 4*
ſic inuidia publicat exceſſus aliorum, aggrauat & cumulat,eorum quibus inuidet.Imò, eò prolabitur malitiæ,quòd & in electiſſimis eorum operibus ponit maculam Et ſi non poteſt opus negare quia optimum eſt & in deo factum,tunc maculat modum, dicendo quòd in Beelzebub principe dæmoniorum ſit factum. Vel damnant(quã ſolus Deus nouit & videt) cordis intentionem.Sic diligens proximũ,de ſpina flores legit,malum in bonum cõuertit, amarum dulce,& tenebras dicit lucem eſſe. Non quia velit peccatorem laudare in deſideriis ſuis malis,& iniquos benedicere & lactando ducere per vias non bonas, quæ ducunt ad mortẽ, ſed ſic vult cordis ſui erga eum ſyncerum & verum amorem conteſtari.& in ſpiritu lenitatis eum inſtruere, & in miſericordia increpare, vt animã eius ſaluet à morte & Domino lucretur.At,malitia excæcatus, cum inuidia tabeſcente iter habẽs, & zelum amarum in corde ſuo,dum eũ quem odio iniquo gratis odit, proſperari videt & honorari,iraſcitur, dentibus fremit & tabeſcit.Mordet eum, detrahendo illi, & comedit,bona eius in malum conuertendo Nam ponit lucem eius in tenebras,& dulcia in amarũ, & in hoc inuidus patrem ſuum diabolum imitatur, qui eſt accuſator fratrum, & virum Dei ore laudatũ de ſanctitate & iuſtitia (ipſum beatum Iob)ante faciem Dei, angelis ſanctis circumſtantibus,impudentiſſima malitia traducere & accuſare non erubuit nec formidauit. Ideo non eſt mirum ſi illi qui ſunt ex parte eius ea faciunt quæ viderunt apud patrem ſuum.Ecce,Deus qui charitas eſt, beatum Iob iuſtificat, diabolus, ipſa malitia,eundem condemnat. Deus eum laudibus cumulat, diabolus eum vituperat. Sic Deus Dauidem virum ſecundum cor ſuum & omnibus numeris abſolutum diligit, ſed zelans Saul eum cane & angue peius odit & perſequitur ad mortem, licet de eo & regno ipſius optimè meritus fuerit. Deus Paulum vocat vas electionis, inuidi Iudæi inſidiantur vitæ illius & clamant non eſſe fas eum viuere.Pater de cœlis domino virtutum, & regi gloriæ,teſtimoniũ perhibet, quod eſt filius ſuus dilectus, in quo ſibi bene complacuit,perfidi Iudæi, dicunt eum non eſſe à Deo, imò eſſe Beelzebub, peccatorem, ſeductorem,habere

Eccle. 11 *Matt. 12* *Luca 11* *Hebr. 4* *Eſaie 5* *Pſal. 9* *Eſaie 5* *Apoc. 12* *Iob 2* *1. Ioan. 4* *Roma. 8* *1. Re. 13* *Act. 9* *Act. 22* *Matt. 3 & 13*

Matt 10 dæmonium, Samaritanum, & id genus opprobriis mul-
Ioan.8 tis, calumniabantur ſanctum ſanctorum, & blaſphemabant vnigenitum Dei Pater benedicebat, Iudæi ſine vlla cauſa maledicebant eum. Sic & omnes iuſtos benedicit, ſed eccleſia malignantium & Satanæ ſynagoga eorum in timore Dei ſanctam conuerſationem maledicit & calumniantur mendaciis excogitatis. Apoſtolus autem Philippenſes filios gratiæ, multis laudibus cumulat, ex charitate, qua eos diligebat in veritate, cùm & ipſe lucerna ardens eſſet igne diuini amoris, & lucens ſicut magnum luminare in mundo, per ſanctitatem vitæ. Gratias proinde ſine intermiſſione Deo agebat, qui eos de tenebris infidelitatis, in admirabile lumen fidei & euangelicæ veritatis, quod iam lucet, vocauit. Qui & ſtabiles ac firmos eos fecerat in fide Ieſu Chriſti à prima die conuerſionis eorum vſque ad illum diem. Nequicquam enim moti erant à Satanæ miniſtris & ſeductoribus, nec ad horam ceſſetant, eorum faſcinationibus acquieſcendo. Sed & mul-
1 pet.4 ta paſſi erant propter Euangelium, quæ Chriſti communicantes paſſionibus & veſtigia eius ſequentes in patientia pertulerunt. Scientes, quòd ſi ſocij eſſent paſſionum eſſent & ſocij conſolationum. Si tolerarēt, & conregnarent. Confidens ergo de eis meliora & viciniora ſaluti, dicit: *Fratres, mei dilectiſsimi*, in fide dilectione, *confido* in Domino, *hoc ipſum*, quod ſequitur, *quos qui cœpit in vobis bonum opus*, ipſe Deus qui vos in benedictionibus dulcedinis præuenit me. Quia non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis.
1.Cor.11 Gratis ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis.
Luc.1 Dei enim donum eſt, nō ex operibus: ne quis glorietur. Alioquin gratia non eſſet gratia. Ipſe per viſcera miſericordiæ ſuæ viſitauit nos, & venit ad vulneratum, non vocatus. Ipſe miſericordia motus ſua abyſſali, non illius meritis, ſanauit omnes infirmitates eius, & alligauit omnes contritiones eius Sed & nemo venit ad Chriſtum, niſi pater traxerit eum. Nemo eum in cordis ſui domum recipit, niſi ad cordis ſui ianuam ipſe prius pulſauerit. Nemo iuſtificatur, niſi oblatam gratis per ſpiritumſanctum gratiam acceperit. Ipſe eſt A & O, principiū & finis. Ipſe in bonis & rectis corde, operatur velle & perficere, pro ſua bona volun-

voluntate, quia amat animas, et vult omnes homines
ſaluos fieri, puſillos & magnos. Ipſe igitur qui cœpit
in vobis bonum opus, ipſe etiam propter nomen ſuum
(quod eſt Ieſus) & bonitatem ſuam, quatenus abun- 1.Tim. 1
dantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate oſten[illegible] ſuper Deut. 32
vos, ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in
vitam æternam *perficiet*, quia Dei perfecta ſunt ope- Ioan. 14
ra. *vſque in diem Chriſti Ieſu*. hoc eſt, iudicij particula Ioan. 19.
ris, quando veniens ſuos aſſumit ad ſe, vt vbi ipſe eſt,
ſint ſecum, & videant claritatem eius, & eis dantur
ſtolæ ſingulæ. Vel iudicij vniuerſalis, quando veſtien-
tur duplicibus, coronantur in miſericordia & miſera-
tionibus, & in bonis repletur & ſciatur omne deſideriũ
eorum. Si confirmat deus quod operatur in præordina
tis in vitam æternam, vſque in finem. Nam exuberans 1.Tim. 5
Dei miſericordia ſubſequitur eos, omnibus diebus, &
nunquam derelinquit aut deſerit eos, niſi ipſi gratiam
eius abiiciant, cum priores deſerant, & retro poſt Sata-
nam ierint, & ad vomitum redierint ingrati vt canes
& ſues ad volutabrum luti. Sola igitur gratia Dei ſu-
mus id quod ſumus, vt ſine ea nemo ſe putet aliquid eſ
ſe, cũ ſine ea omnes homines inanes, vani, infructuoſi,
vmbræ & nihil ſint, & ad nihilum apti. Hoc dixit, vt Pſal. 9
nullus homo apponat ſe magnificare ſuper terram, ſed 1. Pet. 5
omnes ſe humilient ſub potẽti manu Dei. Et quicquid
in ſe boni deprehẽdunt, hoc ſolæ acceptũ referant gra-
tiæ dei. Nihilominus & ipſos effert, dum dicit: In vobis
videlicet, qui ſalutem veſtram cum gratia operamini.
Qui fructificatis Deo in omnibus operibus bonis.
Qui gratiam Dei in vacuum non accipitis, nec negli-
gitis, nec abiiciatis, ſed cum ea theſaurum bonum in
cœlo vobis theſaurizatis, & eam aliis ſicut boni diſpen
ſatores multiformis gratiæ, adminiſtratis. *Sicut eſt
mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis.* De tam bo-
no enim principio, iuſtum fuit ſentire finem bonum,
maximè circa dilectos. Quia dilectio bonum ſenti-
re facit, de dilecto, ideo ſequitur. *eo quod habeam vos*
per ſyncerum amorem, non in labiis ſolummodo,
ſed *in corde*, & æmulor vos Dei emulatione. & diligam
vos ſine ſimulatione & fictione. *et in vinculis meis.* pro
vobis orans, *& in defenſione & confirmatione euangelij*,
pacis & regni. Nam euangelium defendit contra infi-

Luc.22 deles & ſeductores, & in eo conuerſos confirmauit.
Apoc.5 Vnde Chriſtus ad Petrum dixit: Tu aliquando conuer
Actu.15 ſus,confirma fratres tuos Et alibi confirma cętera quę
moritu[illegible]nt. Sic Paulus & Silas verbo plurimo con
ſolati ſunt credentes, & eos confirmauerunt in omni
opere & ſermone bono *ſocios* inſuper deſidero deſiderio
magno.*gaudii mei*,cœleſtis, in quod intrant omnes qui
Matt.5 hic pro iuſtitia patiuntur iniuſtè, quod nemo ab eis
Ioan.16 tollere poteſt.*omnes vos eſſe*, Nempe quoſque terrige-
nas & filios hominum,ſimul in vnum, diuites & paupe
res. Affectus ſui magnitudinem erga eos plenius ex-
plicans,ait:*Teſtis enim mihi eſt deus*, qui corda ſcrutatur
& renes *quomodo*,quàm ordinata,ſancta, iuſta, vera pia
Hier.17 & vtili vos dilectione complector & amo, adeò quòd
cupiam vos omnes,puſillos & magnos, *eſſe in viſceribus Ieſu
Chriſti*, hoc eſt,in intimo amore Chriſti.Vt ſicut ab ip
ſo perfectè diligimini, ſic & vos ipſum ſuper omnia
diligatis, opere & veritate. Hoc cupio,vt tali affectu
1.Ioan.4 Chriſtum diligatis & proximos, quali ipſe vos prior
Rom.5 amauit, quando animam ſuam pro vobis poſuit, cùm
adhuc inimici eius eſſetis. Vel diligamini à Chriſto,
1.Co.12 quaſi eius membra & viſcera. Quia fideles ſunt cor-
Ephe.5 pus Chriſti,& membra de membro, vel membra cor-
poris eius de carne eius & de oſſibus eius. Inſuper
& hoc oro, vt eatis de virtute in virtutem, creſcatis in
ſcientia,proficiatis in ſapientia & gratia & ætate,apud
deum & homines ſemper.*vt charitas veſtra*, cordialis &
vera, pura & iuſta,*magis ac magis abundet*, quantum ad
Deum & proximum: Imò, etiam ad ſeipſum, in ſyn
ceritate, in opere & veritate, in feruore & ſalutis o-
peratione. Hæc ſola inſigne eſt filiorum dei, cha-
racter electorum, veſtis nuptialis, pignus æternæ ſa-
lutis. Abundet inquam, *in omni ſcientia* Dei, ſicut
terra maris operientis. Scientia ſalutis quam Ioan-
nes dedit plebi dei, ſcientia item ſanctorum, quæ
ipſa eſt imitatio Chriſti & ſanctorum perfecta, qua
viuitur ſicut illi vixerunt, & eorum opera operan-
tur ſine defectione.*& in omni ſenſu*, ſapientia & intel-
lectu ſpiritali.Vt non ſolùm ſciatis ſacræ ſcripturæ in-
tellectum literalem, ſed etiam omnem ſenſum ſpiri-
tualem.Nempe,moralē,myſticū & anagogicum *vt pro-
betis* & diſcernere poſſitis,*potiora*,& quod beneplacitum
ſit

ſit deo,& quæ eſt volũtas dei bona,beneplacẽs & per- 1.Cor.10
fecta.Ergo omnia ꝓbate,& quod bonũ eſt,tenete. *vt ſi-*
tis ſynceras, mũdi & puri in volũtate.Nã qui mũdus eſt,
rectũ eſt opus eius. Quia beati mũdo corde. Et ſi ocu-
lus ſimplex eſt,totũ corpus lucidũ eſt.Et hoc quãtũ ad
voſmetipſos.*et ſine offenſa*,& omni ſcãdalo.quãtũ ad ꝓ-
ximos,iuxta illud:Sine offenſione eſtote Iudæis & gen
tibus & eccleſiæ dei Et iterũ:Nolite ponere offendicu-
lũ ali ui aut ſcandalũ.Sed quæ ædificationis ſunt,ſecta- Rom.14
mini.Et hoc perſeuerãter *in diem Chriſti*,id eſt,in finem
vitæ. Nec ſolum ſine malis & peccatis eſtote,declinan
do à malo, odiendo iniquitatem, & ab omni via mala
prohibendo pedes veſtros, ſed etiam facite bonum,
diligite iuſtitiam. & cuſtodite verba Dei & legem al-
tiſſimi. *repleti fructu iuſtitiæ*, id eſt operibus bonis, quæ Ephe.5
ſunt fructus iuſtitiæ & lucis. Et hoc in omni bonitate
cordis,veritate oris,& iuſtitia,ſanctæ iuſtæ & inculpatę
vitæ & cõuerſationis.Vel fructu iuſtitiæ. i.mercede æ-
terna,& corona iuſtitiæ q̃ Deus reddet oĩbus qui dili-
gunt eum. Et hoc non ex vobis,vel merito veſtro, ſed
per Ieſum Chriſtum, vitem veram & radicem pinguem
& bonam,ex quo eſt omnis iuſtorũ ſalus, omne incre-
mentum & conſummatio.Quia ſine vite illa, boni,iuſti
& deo accepti eſſe non poſſunt electi, Nec extra radicẽ
hanc vllum fructum bonum facere,nec in bonitate poſ
ſunt permanere & ſaluari *in laudem ęgloriam* Dei, non
veſtram necmeam,ſed dei,iuxta illud:Siue cõmendatis 1.Co.10
ſiue bibatis,ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriã dei
facite Soli Deo honor & gloria,in ſecula ſeculorũ Amẽ
Nobis vero confuſio faciei. Tria ſunt quæ ſibi ſoli re-
ſeruauit Deus iudiciũ de occultis,vindictam de malefa-
ctis, gloriam de benefactis. Nam pater omne iudicium
dedit filio. Ideo nos nõ debemus iudicare alios,ſed noſ-
metipſos ſolummodo,ne iudicemur. Nec condemnare,
ne condemnemur.Hoc autẽ iudicemus magis,ne offen
diculum aut ſcandalũ vllum ponamus fratribus.Si autẽ
iudicamus temere alios, & eadem vel peiora facimus
quæ iudicamus, non effugiemus iuſtum & verum iudi-
cium Dei.Et in quo alios iudicamus,noſmetipſos con-
demnamus.Et iuſte iudicium temerarium nobis prohi-
buit Pater noſter qui eſt in cœlis,& diligit nos dilectio-
ne perpetua.Tum ne noſmetipſos condemnemus alios

Hier. 13 iudicando. Tũ ne tranſgreſsionis & pręuaricationis le-
gis rei conſtituamur. Nã qui dixit. Nõ occides, nõ mœ-
Iacob. 2 chaberis, nõ furtũ facies, ille etiam dixit: Nolite iudica
Ioan. 7 re & condẽnare. Noſtra iudicia, ſecũdũ faciẽ ſunt, & ra-
rò ſine affectione. Neſcimus enim quid agatur in ho-
Hier. 17 mine. At Dei iudiciũ eſt ſecundũ veritatem, quia ille
Heb. 4 ſcrutatur renes & corda cognoſcit omnia nouiſsima &
antiqua pertingit vſque ad diuiſionem animæ & ſpiri-
tus, compagum quoque & medullarum, & diſcernit co
3. *Reg.* 8 gitationes & intentiones cordis. Homo autem ſolum-
modo videt ea, quæ foris patent. Vindictam item ſibi
Deut. 32 reſeruauit de iniuriis & malefactis. Vnde ait: Mihi vin-
Rom 12 dictam de malefactis relinquite & committite. Quia
Pſal. 93 ego reddã eis qui vos perſequũtur iniuſtè, in caput eo-
rum iniquitatem ipſorum, & in malitia eorũ diſpergã
Pſal. 30 eos. Ergo cùm accepero tempus, iuſtitias iudicabo, & re-
tribuam abundanter, facientibus ſuperbiam, & reddam
vltionem inimicis meis, qui odiunt & perſequũtur vos
gratis, & his qui oderunt me in vobis, reddam ſeptu-
plum in ſinum eorum, improperium ipſorum quod ex-
probauerunt vobis. Vos autem eſtote patientes vſque
ad tempus, & in patientia veſtra poſſidete animas ve-
Matt. 5 ſtras Orate pro perſequẽtibus, diligite inimicos, bene-
facite iis qui oderunt vos. Si eſurierint inimici veſtri,
cibate eos, ſi ſitiunt, potũ date illis, Hæc enim facientes
carbones ignis congeritis ſuper capita eorũ. Benedici-
te maledicentibus vobis, & nolite maledicere. Nolite
reddere malum pro malo, nec maledictum pro maledi-
cto, ſed vincite in bono malũ. Talibus nãque operibus
promeretur Deus, theſaurizatur meritorũ theſaurus
Hebr. 13 in cœlo copioſus, augetur charitas exuberat gratia, co-
rona vitæ & iuſtitiæ, ſufferẽtibus & ſuſtinentibus omne
quod eis applicitum fuerit, acquiritur. Et ipſi æmu-
li veſtri hanc coronam ſupra dorſum veſtrum fabri-
cant, dum iniquitatem ſuam prolongant. Ergo nemo
vobis nocere poteſt, nec diabolus nec homo vllus ſi
charitatis, ſi bonitatis, ſi virtutis æmulatores fue-
ritis & operatores, imò quod illi cogitant in malum,
hoc Deus, diligentibus ſe, vertit in bonum. Glo-
riam item ſuam & laudem, alteri non vult dare deus.
In bonis operibus duo ſunt, videlicet, laus ſiue gloria,
& meritum. Hoc totum nobis tribuit, illud ſibi dari
præcipit.

præcipit. Et ſi illud ei fideliter tribuimus, tunc ipſe nos
honorat gloria & honore vero coronat, magnificat, no
mina grandia iuxta nomina magnorum, qui ſunt in ter
ra, nobis facit. Sic enim ait: Quicunque honorificaue- Sap.4
rit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, & Sap.3
quærunt gloriam hominum & videri & laudari, erunt
ignobiles. Decident ſine honore, & in contumelia in-
ter mortuos in æternum. Et iterum: Si longæ vitæ fue-
rint, in nihilum computabuntur, & ſine honore eſt no-
uiſſima ſenectus eorum. Quia Deus diſſipat oſſa eorũ Pſ.52
qui hominibus placere in vanis ſtudent, confuſi ſunt
omnes hac nota iniuſti, quoniam deus ſpreuit eos,

DOMINICA XXII. POST PENTECOST. IN EVANG. Ioan iiij. Sermo.

INter innumera quæ ſponſa gloriatur à
ſponſo accepiſſe gratiarum munera, ſingu
lariter gloriatur in domino, quòd ordina Cant.2
uit in ea charitatem. Nam ea quæ à deo Rom.13
ſunt, ordinata ſunt. Ideo qui ordinem cha
ritatis neſcit, rectè aut rarò, ert nũquã in dilectione ſe
habet. Nec in amando Dei voluntatem ſtudet implere,
ſed vel naturæ, vel affectus, vel commodi ſequitur incli
nationem. Eſt autem ordo amoris verus, vt ſuper om-
nia diligatur Deus, deinde ſalus propria, poſt hoc ani-
ma & ſalus proximi. Quarto loco corpus proprium, de-
inde corpus fratris ſiue proximi. Iam ordo charitatis
exigit vlterius & ratio id indicat, quòd plus ſollicitus
debet homo eſſe pro ſalute animæ ſuæ & proximi, quã
pro proprij corporis aut proximi ſanitate. Et ordo præ-
poſterus omnino eſt, ſi quis pro ſanitate corporis & vi-
ta ſollicitus eſt, multa facit, & patitur multa, & de ſalu-
te animæ nihil ſollicitus eſt, nec cogitat quidem. Nec ſi Ephe.2
offertur gratis, eam vult accipere, & danti gratus eſſe.
Talis profectò regulus iſte fuit, qui pro filio carnis do-
minum adiit, corporis vitam & ſanitatem petiit, in pre
ce perſeuerans manſit & pulſans, donec exauditum ſe
audiuit. De vita ſpiritus & animæ ſuæ & filij ſui, nec in
vno verbo mentionem fecit. Verùm Deus, qui diues eſt
in miſer

in miſericordia, & omnibus dat affluenter, ſanitatem animæ & corporis dedit filio reguli. Sed & regulo & domui eius fidem dedit, ex qua iuſtus viuit. Et ſicut deus, teſte Apoſtolo, potens eſt abundantius dare quàm petimus, ſic etiam ex nimia charitate qua diligit nos iuxta magnificentiam ſuam, maxima & precioſa nobis largitur etiam non rogatus, per quæ diuinæ conſortes efficimur naturæ Sic latro pendens in cruce, vt ſui memor eſſe vellet, dum in regnum ſuum veniret, rogauit: Et audire meruit, quòd eodem die ſecum eſſe deberet in paradiſo. Salomon ſapientiam petiit, & cum ſapientia potentiam & diuitias multas accepit Anna Helcanæ fructum vnum petiit. & multos cum tempore generauit. In euangelio ergo iſto regulus pro filio ſupplicat: deinde Chriſtus eum redarguit, tertiò eum benignè exaudit. etat quidam regulus, vt homo natus de muliere, breui viuens tẽpore, multis repletur miſeriis, ex libro beati Iob didicimus. Ad cuius autem adiutorium malis circumdatus quorum non eſt numerus, doloribus & laqueis mortis præoccupatus debeat homò recurrere, cùm fiducia multa præſens euangelium nos docet. Medicos honòrare debemus propter neceſſitatẽ, quia altiſſimus creauit eos Multo tamen melius eſt, cũ quis infirmatur ex nobis, ad dei opem recurrere, qui ſanat contritos corde, & alligat omnes contritiones eorum. Non herbis & malagmate, ſed verbo ſuo benedicto, Cuius virtute mirabili, non ſolùm animarum languoribus medetur Deus, ſed & corporales quaſcunque infirmitates curat, vt ſacra affatim atteſtantur euangelia. Sed & mortuos reuocat ad vitam. Miſit ergo pater verbum ſuum, Chriſtum Ieſum, quo cœli firmati ſunt, & ille verbo ſuo & contactu: omnes ſanauit infirmos, & oppreſſos à diabolo liberauit, & de interitionibus eorum liberauit eos. Chriſtus ergo Ieſus verus eſt thronus gratiæ Dei, ad quem cum fiducia accedere debemus, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ipſe miſerator eſt & miſericors. Ergo cùm ignoramus quid agere debemus, quò nos vertamus, ad cuius confugiamus auxilium, cuius opem implorèmus & adiutorium, hoc ſolum habemus reſidui, vt ad eũ oculos noſtros leuem⁹, qui nunc habitat in cœlis, & in dextra maieſtatis gloriæ paternę ſedet, & quod cun-

Marginal references: Rom. 1; 2. Pet. 1; Luc 23; 3. Reg. 3; Iob. 14; Eccle. 38; Pſ. 146; Pſ. 144

cunque petimus patrem in nomine eius, hoc ſe facturũ promiſit Hoc patrem daturum dixit, Et cùm adhuc in terris eſſet, & cum hominibus cõuerſaretur, habitaretque in nobis, eamdem virtutem habuit, eadem erga nos Mat. 11
charitate flagrauit, eadem viſcera miſericordiæ & pietatis ad nos habuit & oſtendit. Vnde ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & quibuſcunque malis affecti eſtis, & ego reficiam vos, conſolabor vos, ſanabo vos. Magna laus eſt ergo reguli huius, qui in in dilecti filij ſui aduerſa valetudine, non ad Beelzebub, vt Ochoſias cucurrit, non ad pithones, vt Saul inter anguſtias confugit, non in medicorum arte confiſus eſt magis quàm in virtute dei, vt Aſa plenus dierum & in ſenectute à deo deficiens: Sed in Chriſto fiduciam habens, 4. Reg. 1
humiliter, deuote & reuerenter ad eum accendens, totum cordis ſui deſiderium coram eo effudit. Erat ergo quidam regulus. Vel à Romanis, vel ab Herode Antipa, magni Herodis filio, poteſtate in populo aliqua donatus ad vindictam malorum & laudem bonorum, cuius filius infirmabatur, quem vnicè diligebat: quem viuere & incolumem eſſe ſuper omnia paterno deſiderauit affectu. Non talis eſt affectus multorum filiorum erga ſuos patres qualis eſt huius ad filium ſuum. Nam vt in trito eſt hominum prouerbio: Cùm pater ablactatũ filium intuetur & deducit ſecum, manu caput eius demulcens, dicit: Vtinam eſſes magnus: Filius verò adoleſcens factus, nõ rectis oculis patrem intuens, pertæſus monitiones, & correctiones neceſſarias execrans, vtinam eſſes mortuus, patri dicit. Plus namque parentes pignora ſua diligunt, quàm proles ſuos parentes, vt pater ille ſpiritualis etiam filiis ſuis ſcribit, quos per euangelium Chriſto genuit, Plus vos diligens minus diligor à vobis Et huius ratio dari poteſt aliqua, ſi tamen ratio dici poteſt. & non multo magis execrabilis malitia & ingratitudo deteſtabilis prolium, cœleſtiúmque inobedientia mandatorum, quo deus parentes diſtrictè mandat cum ſua benedictione & promiſſione à prolibus honorari, fit tamẽ, vt vſu cernimus quòd parẽtes plus diligunt filios ſuos, quã econuerſo Tũ quod plura illis beneficia contulerũt, plus autẽ diligimus, cui plura cõferimus. Tũ quod dilectio parẽtũ eſt diuturnior Prius enim dilexerũt filios, quã diligerētur ab eis. De- 2. Cor. 12

in-c

inde quia dilectionis mutuæ parentes principium ſunt & origo. Naturalis autẽ effluxus eſt principij in principiatum, & non econuerſo. Sic humor à radicibus procedit in ramos, non à ramis in radices. Quartò, quia vnum quodque maximè diligit illud in quo perficitur: Vnumquodque perfectum eſt, dum ſibi ſimile generat. Cùm igitur parentes perfecti ſint in filiis, ipſi verò filij non ideo perfecti ſunt quia parentes habent. licet ſine illis non eſſent, ſed hanc ob cauſam, quia filios generãt Ideò maior eſt amor parentum ad filios, quàm proliũ ad parẽtes. *Caparnaum*, & ita in domini abſentia. Erat autem ciuitas nobilis, totius Galilææ caput & maxima *Hic cum audiuiſſet quia Ieſus aduenerat à Iudea in Galilæam* vt ibi ſeminaret ſemen ſuum, & annũ domini acceptabilem ibi prædicaret. oues perditas quæreret, vocaret electos, patris mandatum impleret, vt ſuo exemplo omnes illuminaret, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant, vt ſanitates donaret, vt peccatores ad pœnitentiam vbique vocaret Et Marco teſte proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ, & per totam Syriam. *abiit ad eum*, in Cana Galilææ, vbi reperit Chriſtum, & rogabat eum, humiliter *vt deſcenderet*, per præſentiam corporalem in Caparnaum, vbi filius eius cũ morte luctabatur, *et ſanaret, filium eius*, per virtutem ſuam mirabilem, quæ exibat ab eo, & ſanabat omnes: Et id ſine mora fieri rogabat, vlla & dilatione, *incipiebat enim iam mori*, virtute naturali deſtitutus. Hoc dicitur, vt inſinuetur, cur regulus tantum feſtinauit ad Chriſtum, & tam obnixe rogabat. Tum ad oſtendendam miraculi magnitudinem: Quia eiuſdem potentiæ eſt mortuum ſuſcitare, & cum morte luctantem ſanare; Filius autem reguli & mors. vno tantum gradu diuidebantur Ad illum ergo tantummodo ſanatio pertinebat, qui habet claues vitæ & mortis. Qui mortificat & viuificat, percutit & ſanat, vulnerat & medetur. Et nota quòd vita noſtra, mors quædam eſt, Omnes morimur, & ſicut aqua dilabimur in terram. Morimur dicit in præſenti & non moriemur. Quia quotidie, imò omni temporis momento morimur, quia in omni momento & ictu oculi demitur aliqua pars vitæ noſtræ: Et ſtatim cũ naſcimur, incipimus mori, Hinc dies & nox duo ſunt viri robuſti, ad arborẽ vitæ noſtræ alternis ictibus valẽter ſe-

cures mortis impellentes,donec abſcindunt eā. Et re-
quiē nō habēt,die ac nocte ſecāt.Hinc ſapiēter in Sa-
piētia Salomonis vita noſtra ſub rebus cōtinuè deſinē
tibus,deſcribitur,& eis aſſimilatur. Trāſit enim, vita
noſtra inſtar vmbræ,& nūcij præcurrētis,& tāquam na
uis quæ pertrāſit fluctuantē aquā,cuius cū præterierit, Sap.5
nō eſt veſtigiū inuenire,neq; ſemitā illius in fluctibus.
Aut auis quæ trāſuolat in aere, cuius nullū inuenitur
argumētū itineris illius,ſed tantū ſonitus alarū, verbe
rās leuē ventū,& ſcindens per vim itineris aerē,cōmotis
alis tranſuolauit,& poſt hoc nullū ſignū inuenitur iti-
neris illius. Aut tanquā ſagitta emiſſa in locū deſtina
tū,diuiſus aer cōtinuò in ſe recluditur,vt ignoretur trā
ſitus illius.Sic & nos nati,cōtinuò deſinimus, quid ver
bis iſtis verius,breuius dici poteſt? At nos tam alto ſo-
pore depreſſi,tam graui ſomno dormimus quòd ad nul
lum diuinæ comminationis tonitrum poſſumus excita Eph.5
ri. Quid dicam nos mori,quando iam in delictis & pec- 2. Tim. 2
catis noſtris damnabiliter mortui ſumus? Aliquī vel ſe
mel vocem domini audiremus,& à diaboli laqueis, à
quo captiui tenemur,ad ipſius volūtatē,reſipiſceremus
Vel ſemel ſurgeremus qui dormim⁹,& à mortuis exur
geremus,vt illuminaret nos Chriſtus.Hoc obſecro ver
bū nūquam obliuiſcamur Hoc quaſi appēſum quid ob Apo 2
recordationem ante oculos mentis,& quaſi ſignū ſit in
manu noſtra.En morimur omnes Nec nūc mori incipi
mus,ſed tūc mori incepimus,quādo ex vtero matris no
ſtræ nati ſum⁹.& ſic initiū vitæ & mortis eodē tēporis
momēto accepimus.Veni ergo domine & noli tardare,
ſana animas noſtras,quia iam morimur.Dimitte nobis Matt.9
debita noſtra,antequā obdormiamus in morte, ne quā
do dicat inimicus noſter,præualui aduerſus eos,& læ-
dat nos mors ſecunda, O quàm amarum verbum eſt
hoc in auribus hominum pacem habentium in ſubſtan
tia ſua,viris quietis,& quorū viæ directæ ſunt in omni
bus,& proſperantur in omnibus quæ faciunt. Erit vita
tua,o homo quaſi pendens ante te,& non credes vitæ
tuæ.Incipiebat mori.Quod moraliter exponendo dici
mus,quòd per tentationem homo in ſpiritu infirma- Iſa 11
tur,per delectationem incipit mori,& peccatum in fo-
ribus eſt per conſenſum moritur.Ergo caue,ne vnquam
conſentias peccato,Sic puella mortua eſt in domo Per

ope

operationem extra defertur, vt iuuenis in porta. Per conſuetudinem ſepelitur, vt Lazarus. Per defenſionem
Ioan. 11 & infamiam fœtet in monumento Sed Chriſtus volens oſtendere, quoniam ipſe eſt Deus qui facit mirabilia magna ſolus, ſanauit infirmos, liberauit obſeſſos, mori incipientem eripuit de interitu, mortuam puellam ſuſcitauit in domo, iuuenem in porta, Lazarum in monumento quatriduanum & fœtentem. Sic ergo ſigna fecit, quæ nemo alius fecerat vnquam. Quamuis autem regulus iſte dominum deprecabatur, puſillus tamen adhuc in fide fuit. Ideo dominus non ex duritia, ſed illius charitate differt beneficium ſanationis filij. Vt ex hoc non ſolùm filius ſanus fieret in corpore, ſed cum patre & domo tota ſani fierent per fidem & dilectionem in mente, *dixit ergo Ieſus ad eum. Niſi ſigna*, id eſt miracula, diuinæ virtutis oſtenſiua, *et prodigia*, id eſt, miracula aliquid in longum & poſterum indicatiua: Vt quòd rubus ardebat, & non comburebatur. Vel potius miracula virtutem diuinam procul à ſenſu poſitam ſignificantia. *videritis*, oculis veſtris, *non creditis*, me eſſe filium Dei, poteſtatem cuiuſque operis accepiſſe à patre, & vnum eſſe cum patre. Qui corporaliter abſens o-
1. Cor. 1 mnia impleo, & nuſquam non ſum præſens, & omnia vbique facere poſſum. Iudæi ſigna quærunt. Ex quo doctores quidam regulum hunc Iudæum ſecundum carnem fuiſſe opinantur quod alij inficias eunt. Ex iſto loco malitiæ conuincuntur & obſtinationis Iudæi, quia
Ioan. 12 ſigna quærebant. Chriſtus autem ſigna tanta fecit, quæ nullus alius fecit. Et cùm tãta ſigna feciſſet coram eis, tamen non credebant in eum. Samaritani verò ſolo verbo eius audito, crediderunt in eum: conſtat autem regulum hunc credidiſſe, ſed non plena fide. Ideo dominus pro pietate ſua adiuuat eius incredulitatem, & implet ea quæ ei deerant fidei. Credidit quidẽ Chriſtum, ſi præſens eſſet apud filiũ ſuum corporaliter, poſſe eum ſanare, ſed nõ ſi eſſet abſens. Vnde ait: Deſcende. Credidit item quòd viuum poſſet incolumem face-
Pſal. 85 re, nõ autem credidit, quòd mortuum poſſet ſuſcitare, & animam eius eruere ex inferno inferiori. Ideo dixit: Antequam moriatur. Quaſi dicat, poſtquã emiſit ſpiritum, actum eſt de eo, Nulla ſpes reliqua eſt, etiã ſi mecum deſcẽderes ad eũ. Credidit itẽ vt Naaman Syrus,

quòd

quòd tactu ſuo, vel longa prece, & nomen Dei inuocando, ęgrum poſſet ſanare: Non autem credidit, quòd hoc ſolo voluntatis ſuæ imperio efficere poſſet. Ideo perſeuerat pulſans, & dicit, *Dixit ad eum regulus*, moræ impatiēs, & filio timēs ne moreretur. Omnis in Aſcanio chari ſtetit cura parentis: debitis verbis paternum affectum pulchrè explicans: *Domine deſcende, priuſquam filius meus* dilectus *moriatur.* Hoc eſt inſtare orationi. Verùm cùm ſcriptum ſit: Petite & accipietis, quærite, & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: Quia omnis qui petit accipit, & qui quęrit inuenit, & pulſanti aperietur. Et vt apud Lucam legimus: Et ſi non dabit illi ſurgens quia amicus eſt, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit ei quotquot habet neceſſarios panes. Talem inſtantiam etiā habuit mulier Chananæa pro filia ſua, quæ male à dæmonio vexabatur. Per hāc ergo remorationem & tardationem beneficij Chriſtus ſibi locū parauit in corde reguli, vt eo eſſet ad gratiam fidei & ſalutis idoneior, quanto maiorē in Chriſto experiretur diuinitatis eſſe virtutē. Sequitur: *Dicit ei Ieſus*, conſolationis verbū, quo dulcius audiuit nunquam: *Vade* in pace, exaudiui preces tuas, *filius tuus* quem in extremis & mortis periculo reliquiſti, pro quo tam inſtanter me rogaſti, quem vnicē diligis, *viuit.* meo munere, ſoſpes eſt, mea ſola virtute. Vade iam gaudēs, qui veniſti mærore plenus. Videbis faciem eius in iubilo. Arbitror ſanè, Regulum hunc non minus exultaſſe in ſpiritu ſuo, iſto ſermone audito, & ſpiritu reuixiſſe, quàm olim Deo dilectus Iacob audiēs quòd filius eius Ioſeph adhuc viueret, & gloria & honore coronatus, dominaretur in vniuerſa terra Ægypti. Arbitror regulum poſtquam magnificè Chriſto gratias egit, credens verbis eius, dixiſſe: Sufficit mihi, ſi adhuc viuit filius meus, & tua bonitate conualuit de infirmitate. Vadam & videbo filium meum antequā moriar. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione mea. Benedico te, & glorificabo nomē tuū in æternum, qui non derelinquis quærentes te, & ſperantes in te. Magnificate dominum mecum (Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus,) & exaltemus nomen eius in idipſum. Audiuit dominus preces meas, & miſertus eſt mei, dominus factus eſt adiutor meus. Cōuertiſti plan-

Luca 11

Gene. 45

ctum meum in gaudiũ mihi, tu pater miſericordiarum, & omnis conſolationis Deus, cõcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea, & nõ compungar: domine Deus meus in æternũ confitebor tibi. Talia præſtabat dicẽs. *Credidit homo ille ſermoni quem dixit ei Ieſus.* Iam meritò vocatur homo, qui regulus fuit, id eſt vtens ratione ac rationabiliter agẽs, dum credit Chriſto, & verbo gratiæ eius obtemperat.

Act. 8 *& ibat,* gaudens per viam, vt eunuchus iſte, renatus, & regeneratus in ſpiritu, Ibat gaudẽs in domino, & exultabat in Deo Ieſu ſuo. Ibat, non ſolùm pedibus corporis, ſed & mentis profectò creſcens in gratia & in fide vſque ad perfectum diem, veritatis & bonitatis. Ibat de virtute in virtutem, ex tũc & ſemper, adeo vt profectus eius omnibus eſſet manifeſtus, donec Deus Deorum in Sion ab eo videbatur. *Iam autem eo deſcendente*, de Cana Galilææ, vbi dominum interpellauerat pro filio, ad Caparnaum, *occurrerunt ei ſerui* ſui: bonum & lætũ nuncium portantes. Non enim expectabant donec rediret domum, ſed occurrunt ei præ gaudio. *& nunciauerunt ei, dicentes, quia filius viueret*, & ſoſpes eſſet. Tribus autẽ de cauſis ſerui domino occurrerunt. Tũ, vt lætum nuncium citò domino denunciarent, ac lætũ facerent, quẽ triſtem nimis ſciebant à filio diſceſſiſſe. Sicq; gratiam domino facerent, & gratiam apud eum inuenirent. Sic Chuſi, & Achimas feſtinauerunt, vt Dauid victoriam partam citius referrent. Sic mulieres citò euntes, diſcipulis flentibus & lugentibus de morte Chriſti, Chriſtũ viuere nunciauerunt. Tum, vt dominum ab itineris labore, audita veritate liberarent Domũ, quòd filio iam ſanato, præſentiam Chriſti ſuperfluam cẽſerent, quem cum regulò venturum putabant. *Interrogabat autem horam ab eis,* ſicut homo prudens, *in qua* filius ſuus *melius habuerat.* Hoc quæſiuit vt certior fieret de veritate miraculi. Ne fortè filius ſuus à caſu, vel medicorum arte eſſet ſanatus. Per hoc etiã in Chriſto cognoſcebat diuinam potentiam, & ora loquentium iniqua obſtruxit. *Et dixerunt: heri ho. a ſeptima, reliquit eum febris*, præter ſpem & expectationem ſubitò & perfectè Adeo, quòd nullum in eo infirmitatis veſtigium remanſit. Sed ſanus ſurrexit ac incolumis, perinde ac nihil mali aut imbecillitatis antea pertuliſſet. Ex ſola ceſſatione tremo-

Abac. 3

Matt. 28

ris

ris & caloris, ſanitatem perfectam colligere nō potuiſſet, quia hoc omnibus accidit iſta infirmitate laborantibus Verùm ex integra virium recuperatione, motu & inceſſu, hoc deprehēderunt. Exiliuit enim, ſtetit & ambulauit, ambulans & exiliens & laudans Deum, ſicut de claudo ex vtero matris ſuæ legimus in Actis. Sicut & ſocrus Simonis, poſtquam imperio Chriſti, à febribus curata fuit, continuò ſurgens, miniſtrabat eis. Hoc via naturę à febribus curati, facere nequeunt, vt nouimus experientia teſte. *Cognouit ergo pater filij* ſanati, *quia illa hora*, ſeptima videlicet, *erat, in qua dixit ei Ieſus, vade, filius tuus viuit*. Ei ita patuit quòd Chriſti verbo, & virtute (qua poteſt omnia & in ſe idē manens, omnia innouat) ſanatus fuit. Huius miraculi quale fuerit emolumentum, ſubditur: *Et credidit ipſe*, Ieſum eſſe Chriſtū, & omnem plenitudinē diuinitatis corporaliter in ipſo habitare. Credidit ipſe, quòd ipſe eſt filius Dei viui, qui in hunc mundum peccatores ſaluos facere venerat. Credidit ipſe, quòd non eſt in alio ſalus. Nec ipſe gratiæ Chriſti particeps & ſalutis ſolus factus eſt, ſed *& domus eius tota*, credidit in Chriſtum. O bonitas exuberans, ô diffuſa gratia, ô diſperſa chariſmata ſpiritusſancti. Ad vnius hominis precem, vni Chriſtus ſanitatē dedit corporis, & radios fidei, & veritatis ſuper multos diffudit: Deus enim corda eorū tetigit. At illi mox cordis ianuam, quæ voluntas eſt (peſſulo induratiọnis amoto, quia multi ſpirituiſancto reſiſtunt, corda ſua ſuper adamantem, & lapides indurātes) Chriſto aperuerunt. Et ingreſſus ad eos, cœnauit cum eis, per fidem in cordibus eorum habitans, & illi cœnauerunt cum eo: Nam dum ſecū, regulo euangeliſante, reputabant, quòd Ieſus corporaliter abſens, præter naturæ curſum ſanitates donauit, vtpote ſolo verbo, nutu, vel imperio, colligebant quòd Deus in Chriſto erat mundum reconcilians ſibi Ex tunc eius inſtitutis obtemperauerunt, eius in veſtigiis ambulauerunt, ei ſe concrediderunt, ex eo pendebant ſemper. Nobis in exemplum, vt & nos ſimiliter faciamus. Moralis euangelij huius expoſitio, pulchra eſt, & dulcior melle & fauo. Sed eam non proſequor cauſa breuitatis. Et quod paſſim habetur in libris, vno hoc excepto quòd febris à feruere dicitur. Vnde omnis inordinata paſſio & affectio feruens igne

Act. 3
Matt. 8
Sapien. 7
Coloſ. 2

Eſaie 57 maligno, febris eſt animę. Ideò de peccatoribus dicitur: Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Hunc feruorem incendit in eis malorum incentor
Iob 41 omniũ diabolus, de quo Iob ait: Feruеſcere faciet quaſi ollam profundũ maris hoc eſt, cor hominis malæ voluntatis. Ex tali autẽ feruore, ſeptem naſcuntur febres, ſeptem capitalium peccatorum. Rurſus attende, quòd ſicut dies naturalis, & motu ſolis fit ſuper terram: ita dies gratiæ & mentis & præſentia veritatis fidei & illuminatione fit ſpiritusſancti. Iſte lucet ſolis inſtar, ad veritatem: quia eſt ſpiritus veritatis. Et inflammat ad
Roma. 5 charitatem, quam in corda electorum diffundit. Huius
Eſaia 12 diei & lucis, de qua ait Apoſtolus: Vos omnes filij lucis eſtis, & filij diei, ſeptem ſunt dona ſpiritusſancti. Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſciẽtiæ & pietatis, & ſpiritus timoris domini, qui
Eccleſ. 1 eſt initium ſapientiæ. Per quem omnis homo recedit à malo, & nihil negligit, & quæ beneplacita ſunt Deo, facit ſemper. Ideo ſeptima hora timoris, febris peccatorem relinquit. A timore enim domini, vt alia litera habet, electi concipiunt & pariunt ſpiritum ſalutis. De fide poteſt hic totus ſermo fieri, ſed alibi de fide dicetur prolixè ſatis De regibus, de principibus, de nobilibus hic ſermo texi poterit. Alibi vide de iſtis.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN. IN EPISTO. Philip. iij. Sermo.

FRATRES *imitatores mei eſtote,* vt ſicut ego credo corde ad iuſtitiam, & ore confiteor fidem & fidei authorẽ ad ſalutem, ita & vos facite. Confiteri eſt dicere quid ſit in corde, aliter loqui eſt, non confiteri. Quod eſt in corde: debet eſſe in ore, qui in fronte, id eſt, in ſede pudoris, non ſine cauſa ſit ſignum crucis, ne Chriſti opprobria, Chriſtianus erubeſcat. Peccatum fuit Petro ore negare, cùm crederet corde. Cùm autem lachrymis diluit quod ore negauerat, tunc ad ſa-
Matt. 26 lutem faciebat quod corde tenebat. Veritas enim, &
Matt. 14 credenda eſt & loquenda & facienda. Deinde, imitatores mei eſtote, rectè tractando & ſyncerè docendo verbum

bum dei,integrè et purè,ſicut ex deo accepimus,coram
deo iudice in Chriſto.Hoc eſt ſecundū Chriſti volun- 2. Cor. 2
tatem illud loquendo. Non adulterando verbum dei, & 4.
nec deprauando ſcripturas, nec prædicando voſipſos.
Hoc eſt,non quærentes gloriam ab hominibus, nec ea 2.Petr 3
quæ auditorum ſunt,ſed ipſos auditores, vt ſalui fiant: 2. Cor.4
ſed prædicate Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, 2.Corin. 12.
Imitatores etiam mei eſtote operādo quæ ego ope-
ror,ſanctè,iuſtè& ſine querela conuerſando. Piè, iuſtè
& ſanctè viuendo in hoc mundo. Nemini vllam offen-
ſionem dando: omnibus placendo bonum ad ædifi-
cationem.Ideo alibi dicit:Imitatores mei eſtote, ſicut 1. Cor. 4
& ego Chriſti. Sic imitatores mei eſtote, fidem electo-
rum habendo in corde,verbum dei ſycere docendo cū
ore iuſtitiam faciendo & bonitatem in vita & conuer-
ſatione.Sic fructificatis deo,& fructus lucis profertis,
qui ſunt in omni bonitate cordis,in omni veritate ō-
ris & in omni iuſtitia inculpata & digna Deo & euan-
gelio,vitæ & conuerſationis.Qui facit hæc,hic beatus
in facto ſuo eſt.Placet deo,& acceptus eſt hominibus.
Hic accipiet benedictionem à Domino,& miſericordiā
à Deo ſalutari ſuo. Nec me ſolummodo imitari de-
betis,ſed in mea abſentia etiam imitamini meos diſci-
pulos.*& obſeruate*.& diligenter inſpicite.& bonos imi- Galat. 4
tamini in bono ſemper,qui forma gregis ſunt ex ani- 1.Petr.5
mo. Qui ſeipſos exemplum aliis præbent omniū bo- Tit 2
norum operum in omnibus,in doctrina, in integritate
& in grauitate Obſeruate eos,non eo modo quo pec- Pſal. 36
catores iuſtos obſeruant & quærūt eos mortificare, ſed 1.Theſ.4
vt ab eis diſcatis, quomodo vos oporteat ambulare
placere Deo, vt abundetis magis. Obſeruate ergo *eos*
qui ita ambulant, de virtute eundo in virtutem & in le-
ge Domini. *ſicut habetis formam noſtram*, viuendi vobis
traditam exemplo, verbo & ſcripto. Deinde retrahit
eos ab imitatione faſcinatorum hominum mente cor-
ruptorum,reproborum circa fidem, diligentium hunc
mundum & ea quæ in mundo ſunt,ambulātium ſecun-
dum principem huius mundi, qui in filiis diffidentiæ
operatur. Et ad hoc adducit rationes multas. Vna eſt,
quia ſunt inimici crucis Chriſti.Dixi, quòd imitatores Epheſ. 5
Dei eſſe debetis, & ambulare in dilectione. Tum Ieſu Ioan.9
Chriſti,qui eſt lux mūdi,via, veritas & vita:Tum mei, Ioan. 24

ambulando in innocentia & in lege Domini. Tum eorum, qui ambulant iuxta formam noſtram. Et hoc neceſſe ſuper omnia eſt. *multi enim.* ambulant latam viam quæ ducit ad mortem, quia ſtultorum infinitus eſt numerus. Omnes declinant à via atliori ſynceræ dilectionis & veritatis, ſimul inutiles fiunt omnes. non eſt qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum. Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Omnes poſt carnis concupiſcentias in immunditiis ambulant. Omnes conuerſi ſunt ad curſum malum, quaſi æquus impetu vadens in pręliũ *ambulant*, ſemper proficiendo in peius donec veniunt in profundum, & contemnunt omnes ſalutis conſilium & adiutorium. quia non dormiunt, niſi prius malefecerint, præuaricationes addiderint, nec capitur ſomnus ab eis. niſi ſupplantauerint. *quos ſæpe dicebam vobis*, dum ore ad os loquerer vobis, & omne cõſilium dei annunciaui vobis, *nunc autem* corpore non mente abſens à vobis, quia habeo vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defenſione. & confirmatione euangelij, & flens, pro illorum perditione, qui circa fidẽ naufragium paſſi, multorum fidem ſubuertunt, & cæci duces cùm ſint omnes ſe ſequentes ad præcipitium & foueam damnationis ducunt. Sic Chriſtus ſuper Hieruſalem fleuit. Sic Eſdras Sic Hieremias peccata populi defleuerunt. Sic & Apoſtolus multos luxit qui peccauerunt & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione & impudicitia quam geſſerunt, Beati qui ſic lugent peccata ſua & aliorum, quoniam ipſi conſolabuntur, At illos iniquos cenſeo & pronuncio eſſe, *inimicos crucis Chriſti*, in qua eſt ſalus, vita & reſurrectio fidelium In qua ſola ego glorior & ſpei meę anchoram fixi. Crucis inimici ſunt qui ſolam fidem ad remiſſionem peccatorum. iuſtificationem & ſalutem ſufficere mentiuntur. Qui virtutem crucis contemnunt Qui in cruce ſcandaliſantur, & crucem ſuam poſt Chriſtum quotidie portare, & mortificationem Ieſu Chriſti (cuſtodiendo vias duras, vim ſibi faciendo, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigendo) in corpore ſuo circunferentes perſequuntur, ſtultos vocant, in Chriſtum blaſphemos eſſe garriunt. Qui alios à crucis baiulatione, operibus & verbis retrahũt, ac curã carnis in deſideriis faciendã & omni voluptate fruendum docent. Qui cruci contraria faciunt, cruces deiiciunt,

cōburunt,pedibus impiè conculcant eiuſque laudes & memoriā tollere moliūtur. Iſti ſunt patre ſuo diabolo peiores & maligniores. Nā diabolus crucē reueretur nihil mali aut inhonorationis cruci nunquā aut factis aut dictis fecit Ad crucis præſentiā fugit de obſeſſis.Nā crux virga eſt qua percuſſus eſt,victus & triūphatus:atque traductus ideo adhuc pauet ab ea.Crux eſt lignū vitæ in quo fructus vitæ pependit. Verū, meopte more in in faſcē hic aliquot crucis encomia per ordinē alphabeti conſcribā,alia aliis meditāda relinquēs. Idque breuiſſimè. Eſt autem crux Chriſti,arcus fœderis,ager euangelicus,in quo theſaurus precioſus eſt abſconditus,odore ſuauiſsimo plenus. cui benedixit. Dominus.Aſylum damnorū.Sacerdotis magni aſperſoriū,aquęductus cœleſtis,annullus ſummi regis,aromatum cella,apotheca regalis,in qua eſt omniū medicina.altare aureū.in quo crematnr incenſum,et altare holocauſtorū,in quo ignis diuini amoris iugiter ardet. Ars æternæ ſapiētiæ.Abyſſus magna diuinæ misericordię Arbor in quam,eſt eſca vniuerſorū Crux eſt lignū benedictū,per quod facta eſt iuſtitia Eſt baculus conſolationis Buccina ſummi regis Bethel:id eſt,domus Dei Eſt Bethlēē,id eſt domus panis cœleſtis. Brachiū Domini inquo fecit virtutē,& ſuperbos diſperſit mēte cordis ſui Eſt colūna nubis & ignis Cithara veri Dauidi Calix Domini præclarus ſalutaris & inebrians.Ciuitas refugij Clauis regni cœlorū & ſcientiæ ſanctorum.Cathedra ſapientiæ.Caminus ignis cœleſtis & paupertatis.Cornu ſalutis quo ventilantur hoſtes. Cornu olei, quo iunguntur reges & ſacerdotes.Currus Dei igneus. Candelabrū aureū ſeptē lucernis adornatū. Eſt decacordū Pſalteriū Dauidis.Durus debellator mundi huius principis.Domus Sapientiæ ſeptem ſuffulta columnis.Eſt dator hilaris omniū bonorū Datio Dei eſt quæ permanet iuſtis.Decus ornamentum piorū. Eſt eburneum ſolium veri Solomonis Expiatio peccatorum,expulſio dæmonum ex vitio veteris hominis cum ſuis actibus & induitio noui qui ſecundum Deum creatur in iuſtitia & ſanctitate veritatis Exemplum & forma pie in Chriſto viuentium ,exultatio iuſtorum. Eſt fundamentum apoſtolorum & prophetarum , funiculus Adæ, fons hortorum & paradiſi , ac puteus aquarum

viuentium,ferculum Salomonis,faſciculus myrrhæ,firmamentum virtutis dei,flamma comburens & purgãs peccatores,flumen dei aquis gratiæ exuberans, forma placendi deo. Germen iuſtum,gaudium vniuerſæ terræ,gloriatio electorum, gladius ſpiritusſancti ſanctus quo deiectus eſt aduerſarius. Gratia ſuper gratiam.
Hamus quo captus eſt leuiatham, habitaculum dei, hortus concluſus, horologium ſolis ſapientiæ & deuotæ animæ. Ianua cœli,iugũ Chriſti ſuaue & onus eius leue,lucerna ardens & lucens, liber vitæ ſcriptus intus & foris, lectulus floridus, malis ſtipatus, lapis angularis lilium conuallium,lignum vitæ,lux mundi, laqueus in quo comprehenſus eſt pes diaboli, & lampas in dei templo. Eſt medela animarum,mõs dei pinguis,murus inexpugnabilis,mare gratiarum exuberans, magiſterium vitæ,mors mortis, mare nauigantium per hoc mare magnum. Eſt nubes obumbrans, nauis inſtitoris cœleſtis,in qua qui non manet, ſaluus eſſe non poteſt, nebula in qua habitat deus,nidus aquilæ in arduis Eſt ornamentum electorum,oſtium cœli,cœnaculum Chriſti,occaſus ſolis iuſtitiæ in meridie,oliua bona fructifera & pinguis,odor Chriſti bonus,onus Chriſti leue,operimẽtum omnium peccatorum, organum deuotorum. Propitiatorium aureum,pacis inſigne & ſignum,pignus ſalutis,palatium ſummi regis & deambulatoriũ,puteus aquarum viuentiũ,paradiſus dei,petra refugij erinatiis, fundens riuos olei,piſcina ſanans omnes languores.portus ſalutis,palus in quo ſerpens eſt ſuſpenſus,palma victoriæ & pacis inſtauratæ,promptuarium plenum, eructans ex hoc in illud,præſidium militãtium,porta cœli, protectio dei,principatus ſuper humerum Chriſti,quadriga ſaluans & euehens in cœlum. Reclinatorium aureum. Regula piorum, Chriſtum imitantium, Requies iuſtorum Rubus ardens ſine læſionæ,regnum dei & decoris, riuus æternæ dulcedinis & fontis æterni, radix ſancta iuſtorum, ramus virentis oliuæ, requies domini ab omni operę ſuo. Sceptrum aureum clementiæ.Speculum animarũ.Scutũ veritatis inexpugnabile.Schola omnium virtutum, ſcandalum pereũtium & perfidorum Scientia ſanctorũ.Sapientia perfectorum. Lac paruulorum,ſolidus cibus ablactatorum magnæ pietatis ſacramentum,ſignaculũ ſimilitudinis dei,Sagitta potenti,
acuta

acuta. Sal terræ. Salus mundi, ſanitas orbis terrarum. Thronus eſt gratiæ & miſericordiæ Talentum eſt in quo negotiari debemus, & ſalutẽ noſtram operari. Torcular eſt quod Chriſtus ſolus calcauit. Turris Dauidis in quo mille clypei pendẽt, & omnis armatura fortium. Ad eam iuſtus cõfugit in omni tribulatione & anguſtia, & ſaluatur. Theſauri omnes ſapientiæ & ſcientiæ dei in ea ſunt abſcõditi. Crux eſt templum dei ſanctum. Pacis teſtamentum. Theſaurus infinitus electorum, quo qui vtuntur, participes efficiuntur amici iæ dei, atque in deo diuites fiunt, adeo quod nihil in vlla gratia deeſt eis, eſt dei tabernaculum. Eſt torrens voluptatis, & turribulum aureum. Eſt ſignum dei viui, & Tau in fronte iuſti & electi. Eſt via, veritas & vita, eſt via excellẽtior & arcta quę ducit ad cœlum, quã pauci inueniunt. Eſt virga virtutis æquitatis, conſolationis, florens & fructus parturiens, eſt & virga ferrea diabolo & filiis illius, eſt virtus & fortitudo iuſtorum, vrbs fortitudinis virtus abundans, vectis in qua portatur vitis & vua, vmbraculũ ab ęſtu, vas admirabile excelſi, vinculum perfectionis, vinea domini Sabaoth, voluptatis hortus, vrbs perfecti decoris, & gaudiũ vniuerſæ terræ, vrbs refugij, victoria ſæuiſſimi hoſtis & traductio eius confuſibilis. Virtus eſt et Sapientia dei, ſed ſtultitia et infirmitas mundo. Sequitur in epiſtola. Aliud propter quod iniqua agentes vſquequaque et Deo odibilia opera facientes, non ſunt imitandi, eſt eorum damnatio æterna. Vnde ſequitur, *quorum finis interitus*, et perditio animæ et corporis in gehenna, et mors peccatorum peſſima. Vbi mors eos depaſcit: Imò mori cupiunt et mors fugit ab eis. vnde ait Apoſtolus: finis eorum mors ſecunda eſt, ſecundum opera eorum: quia qui operantur iniquitatem, faciunt opera carnis, Deo ambulant ex aduerſo et agunt impiè, regnum Dei non poſſidebunt: Sed ligatis manibus et pedibus tradentur exactori et vltori, et proiicientur in tenebras Hic finis illorum qui non credunt Euangelio, et impiè agunt. Quia cùm dixerint pax et ſecuritas, et in luxuriis enutriunt corpora ſua, et dixerint, adhuc diu non veniet Dominus, et in bonis duxerint dies ſuos, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, et non effugient, ſicut dolor in vtero habentis. Et in puncto ad inferna deſcendunt. Quia hora qua non ſperatur, et

Can. 1
Prou. 28
Apoc 3

die qua ignorat peccator, dominus venit, vt in diuite frumentario cernere eſt, in Euangelio Lucæ & in diuite epulone. Tertium eſt, quia ventrem paſcunt, ventres ipſi. Et ventri ſuo, non Chriſto ſeruiunt, *quorum Deus venter eſt*. ipſi namque ſicut Deo ſeruiunt, omnem curã carnis in deſideriis faciendo, omnia quę deſiderãt oculi eorum eis non negando, nec corda ſua prohibẽt quominus omni voluptate fruantur. Comedamus inquiũt & bibamus, cras moriemur. Vino precioſo & vnguentis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria veſtra: Vbique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ: quia hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Iſti ſunt idolo Beel ſimiles, quod multa quotidie liguriuit & deuorauit: Sic multi carnales fiunt & caro, & corrumpunt vias ſuas, poſt carnem abeunt, carnem maculant, carnis curam in deſideriis faciunt in deſideriis carnis conuerſantur, & voluntatem carnis faciunt & cogitationum ſecundum ſeculum hoc & principem tenebrarum viuentes, qui in filiis diffidentiæ operatur. Sunt in carne & ſecundum carnem, quæ carnis ſunt ſapiunt. Ideo Deo placere non poſſunt, nec mandata illius cuſtodire. Et hæc prudentia carnis, mors eſt, inimica Deo. terrena, animalis & diabolica, & ipſa damnationis catena. Iſti ſeminant in carne ſua, carnis deſideria explendo. Ideo de carne metent corruptionem. Ex tali ſemine terræ, meſſis talis. Nempe tribuli & ſpinæ: ſic qui ſeminat iniquitates, metit mala.

Quartum eſt quòd gloriantur in malitia & in iis in quibus iuſti erubeſcunt, Vnde ait: *& gloria*, & gloriatio eorum eſt *in confuſione ipſorum*, & de his de quibus dolere, flere & confundi id faciem deberent & erubeſcere. Sed heu frontes mulierum meretricum factæ ſunt illis, nolunt erubeſcere. Vnde peccata ſua quaſi Sodoma prædicant. Sed vſquequo peccatores Domine. vſquequo gloriabũtur peccatores. & eos lætari permittes in malefactis & in rebus peſſimis exultare? Horrendum eſt, quod eſtantur iniquitatem & taces impiis iuſtos conculcantibus. Verùm omnis gloriatio talis maligna eſt, & extrema gaudij talis æternus luctus occupat. Vide quomodo Goliath glariabatur, fruſtra ſenſu

carnis

carnis ſuæ inflatus. Nam inopinata mors eius, in luctū citharam conuertit, & organum & fiduciam Philiſthinorum, in vocem flentium. Taceo blaſphemum Sennacherib. Taceo ſuperbum Antiochum. Taceo præſumptuoſum Nicānorē. Taceo elatum Benadab regem Syriæ, qui ante victoriam trophea ſtatuit, & accinctus quaſi diſtinctus gloriabatur. Nam confuſi ſunt, & nomen eorum computruit, & gloria eorum ſtercus & vermis eſt. Talis eſt gloria eorum, qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Vel gloriantur in facie, vt ſuperbi, vel in veſtitu Vnde Anna dixit: Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. Nam deus leuat manus ſuas in ſuperbias eorum in finem. Sic confunduntur omnes ſuperbi, & omnes iniqua agentes ſupernacuè. Quintum eſt terrena ſapiētia, quam Deus ſtultam facit, & ſtultos reddit ſe imbutos. Hæc inflat, decipit, ſemper diſcit & nunquam ad ſcientiam ſalutis & ſanctorum peruenit. Non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei, Hæc ſapit vltra ſobrietatem, Sapiens eſt in oculis ſuis, & apud ſemetipſam. Hæc ſapit quæ ſunt ſuper terram Hac imbuti, ſapientes ſunt vt faciant mala, vt excuſationes in peccatis concinnant, bene autem facere neſciunt. Imò nolunt intelligere vt bene agant Deo dicunt, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Scientiam Dei repellunt, Reſiſtunt veritati. Viam veritatis blaſphemant, Dicunt bonum malum & malum bonum. Ideò ſtultitia eſt apud Deum, & deſtruetur. Et reprobatur ac perditur. Hoc eſt ſapientia carnalis, & vt Iacobus ait, terrena, animalis & diabolica. In iſta ſapientia, mundus Deum non cognoſcit, ideo Deo placuit per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Dicit ergo, Qui terrena ſapiunt, loquuntur cogitant & quærunt. Nam qui de terra eſt, de terra loquitur. Contra quos ait Apoſtolus: Si conſurrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram, Sic filij Agar carnales, ſecundum carnem nati, reprobi circa fidem, prudentiam quę de terra eſt, exquirunt, quæ mors eſt inimica Deo, & eius legi non poteſt eſſe ſubiecta Et in hac prudentia, filij huius ſeculi, prudentiores ſunt filiis lucis. Vnde animales ſunt, nihil iumentis meliores (vtinam non peiores)

1.Re. 13
1.Mac. 2
Iac. 3
1.Cor. 2
Luc. 17
Eccle. 3

iores)quibus non eſt intellectus. Sunt de terra, terreni, & portant imaginem Adæ terreni, Horum ego vitam
1. Co. 15 & mortem(ait Salluſtius) iuxtà æſtimo. Non abnuo tamen, quòd verba hæc de Iudæis, zelum Dei non ſecundum ſcientiam habentibus, prima facie accipi poſſint. At cùm ſtultitia eorum & inſipientia omnibus iam ſit manifeſtata. conſilium putaui & pulchrius, ea ad omnes ſine timore Dei peccantes, referre. Tales ergo ſunt, in
Rom. 10 reprobum ſenſum dati, & qui de induſtria à Deo recedunt, & omnes vias eius ſcire nolunt. Sancti verò, electi & dilecti Deo, qui ſapientiam quæ de ſurſum à patre luminum deſcendit, habent, dicunt. Noſtra autem con-
Rom. 1 uerſatio, qua in mundo, ſed non ſecundum ſeculum hoc & mundi amatores & principem mundi huius viuimus, in carne quidem eſt, ſed non ſecundum carnem, ſed in cœlis eſt, id eſt, ſimilis conuerſationi cœleſtium. Quia imitatores dei ſunt, ſicut filij chariſſimi, & ambulant in dilectione, ſicut Deus charitas eſt, & nos diligit.
1. Cor. 10 Glorificant & portant Deum in corpore ſuo. Ambulant ſicut Chriſtus ambulauit. Benedicunt Dominum in omni tempore, laus Dei ſemper eſt in ore ipſorum, ſicut & vranici ciues eum in ſecula ſeculorum laudant in domo eius cœleſti. Quæ placita ſunt ei, ſemper faciunt. Viuunt etiam angelos & eorum opera faciunt. Semper vident faciem patris per munditiam cordis. Semper gaudent in domino, iubilant & laudant Deum ſine intermiſſione. Sicut angeli, illuminant, purgant & perficiunt. Miniſtrant & ſeruiunt innuicem per charitatem ſpiritus cum angelis. Profunda fluuiorum ſcrutantur, & abſcondita eius producunt in lucem, docendo in omni ſapientia, cum archangelis. Cum principatibus diabolo fortes in fide reſiſtunt, conſilia munitionũ eius deſtruunt, triumphant eum in ſemetipſis. Cum virtutibus gratiam dei ad vſuram ponunt, in omnibus virtutibus ſe exercent, in omnibus operibus bonis fructificant Deo, Cum dominationibus irreprehenſibiles ſunt
Col. 1 formam quam imitentur ſeipſos aliis præbent, decernunt iuſta, æmulantur chariſmata meliora, cum tranquillitate iudicant, & cum magna reuerentia ſubiectos diſponunt. Cum thronis Deum glorificant & portant, non ſolùm in memoria, ſed etiam in corpore ſuo, Cum cherubin pleni ſunt vera ſapiẽtia, & ſuper ſenes intelligunt.

ligunt. Cum Seraphim ſunt lucernæ lucentes & ardẽtes igne diuini amoris.valenter intus in corde,& flammas foras emittentes dilectionem oſtendendo in operibus.Quot enim bona opera in charitate & ex vera dilectione facit,tot flammis ea quæ in corde vera charitas eſt,foras emittit.Et totiens de fornace cordis (in quo charitas diffuſa eſt per ſpiritumſanctũ & illud vehemẽter accẽdit) flãma effundit & oẽs qui ea opera bona vidẽt,accẽdũt in amore Dei,& glorificare incipiũt patrem qui in cœlis eſt,& bonos in bono incipiunt æmulari. Sic conuerſatio noſtra in cœlis eſt,Imò, iam reſurreximus cum Chriſto,& conſedemus iam per ſpẽ cum Chriſto Ieſu in cœleſtibus. *Vnde etiam expectamus:* per ſpem certam,*ſalua orem*, cum poteſtate magna & maieſtate venturum ad iudicium,*dominum noſtrum*,quãtum ad naturam diuinam *Ieſum Chriſtum*, quantum ad humanam naturam *qui reformabit corpus*,in generali reſurrectione.*humilitatis noſtræ*.Nam modo eſt nobis humiliationis occaſio,eo quod eſt corruptibile & putrefactibile,& corrodetur vermibus,& in cineres reuertetur. Sic reformabit,quod erit *configuratum tunc corpori claritatis ſuæ*,quia tunc apparebimus cum ipſo in gloria & ſimiles ei erimus.Et hanc reformationem faciet.*ſecundum operationem*.i.virtutem operandi.*qua poſsit ſubiicere ſibi omnia*,per creationem enim omnia ſunt ei ſubiecta quia ex nihilo facta,& niſi manu eius conſeruarentur, omnia in momento,in ictu oculi,in nihilum redigerentur.Sic non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum

Sphe.2
Matt.25
Gen.3
Col.3
Luc.2

DOMINI. XXIII. POST PENTECOSTEN, IN EVANG. Matth.xviij. Sermo.

DEus ab initio & ſexta die mundi plaſmauit hominem,ad imaginem & ſimilitudinẽm ſuam,& reliquit eum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua:Si volueris mandata conſeruare,conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare.Appoſuit tibi ignem & aquam,ad quod volueris porrige manum tuã: Ante hominem vita & mors,bonum & malum. Quod pla

Gen 1
Eccl.15

placuerit ei,dabitur ei,quoniam multa ſapientia dei,& ideo decipi non poteſt. Et fortis in potentia,ideo nemi nem timet,ac nullus eius iræ poteſt reſiſtere. Videt om nia ſine intermiſſione, Vnde ait per Hier. Ego ſum iudex & teſtis. Et Malachias: Ego teſtis velox omnibus maleficis: Oculi domini,ait vlterius Ieſus Sirach,ad timentes eum,& ſuper iuſtos,& aures eius ad preces eorum,& omnem operam hominum agnoſcit, Nemini mandauit impiè agere. Imò docuit omnem abnegare impietatem,& ſecularia deſideria,& iuſtè,piè,& ſobriè
Tit.2 in hoc ſeculo viuere. Et nemini dedit ſpatium peccandi Sed tempus iuſſit redimere,in ſpiritu ſeminare,diuitias & theſaurum in cœlo congregare,ſalutem ſuam cum metu & tremore operari,nemini vllam offenſionem da
Mat.9 re. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium: Nam virum ſanguinũ & doloſum abominatur dominus,quoniam non Deus volens iniquitatem ipſe eſt Odit omnes operantes iniquitatem
Eccle.10 perdit omnes qui loquuntur mendacium. Ac melior eſt vnus timens Deum quàm mille filij impij Et vtile eſt mori ſine filiis,quàm relinquere filios impios. Ideo
Mar.12 finem dicendi cuncti ab Eccleſiaſte audiamus: Deum ti-
Mt.12 me,& mandata eius cuſtodi quæ in charitatis præce-
Rom.13 pto integrantur,inſtaurantur & includuntur. Vnde nemini quicquam debemus,niſi dilectionem,& per conſe quens,qui proximum diligit,legem impleuit, Hoc eſt omnis homo. Cuncta quæ fiunt,adducet Deus in iudicium,& pro omni errato abundanter retribuet facienti
Heb.13 bus ſuperbiam Nec bonis priuabit eos qui ambulant in innocentia,Imò dabit vnicuique ſecundum opera ſua,prout geſſit in corpore,ſiue bonum ſiue malum. Et hoc præſens euãgelium nos docet. In quo oſtenditur di uina benignitas & miſericordia omnia debita plenariè remittentis. Deinde humana crudelitas & duritia,nihil donare volentis. Tertiò iuſta & debita ſeueritas ingratum punientis. Chriſtus Ieſus heri & hodie, viam Dei ſemper in veritate docuit. Iuxta illud Eſa. Ego Deus docens te vtilia, Et in parabolis multa loquebatur ad populum,dum ſemen euangelij in Eccl ſiæ agro ſemina uit,prout poterant audire intelligere, & in memoria melius retinere. Adeò enim obtuſum eſt ingenij noſtri acumen, & ad audiendum fidei myſteria, tam

ſumus

ſumus imbecilles,vt niſi ſub parabolis ea quæ nobis ad ſalutem neceſſaria ſunt,capere non poſſimus.Multo minus ea in memoria retinere valemus,niſi ſub ſymbolis ſanctis ea capiamus Cogitationes mortalium timidæ. & incertæ prouidentiæ eorum.Corpus enim quod corrumpitur,aggrauat animam,& terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem: Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt,& quæ in proſpectu ſunt inueni mus cum labore.Quæ autem in cœlis ſunt quis inueſtigabit?Sunt qui ſeipſos prædicant non Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,ideo ſermonibus imperitis ſententiás inuoluunt. Tam alto ſermone loquuntur,vt nemo intelligere poſſit diſertitudinem linguæ eorum. Et ſapientes in oculis ſuis,& coram ſeipſis prudentes,putant non ſolùm ſe aliquid eſſe,cum nihil ſint, ſed miraculum ſe iactant eſſe,& ſe omnes homines præcedere ſapientia, gloriantur.Apoſtolus Paulus, humiliter ſua alta,verbum ſolatij vocat,loquens Hebræis iſti fruſtra ſenſu carnis ſuæ inflati,minima ſua vel inſanias falſas potius,miraculum vocant,vt Heliu iſte Buzites,& eloquentiam.Sed ſtultus fit omnis homo,ab iſta ſcientia ſua.Hãc deus ſtultã fecit,pdit & reprobat,quia nõ ſyncerè verbũ dei prædicãt,ſicut ex deo reuelatũ eſt. Seipſos quærũt,non quæ Ieſu Chriſti.& hi deo non placẽt. At Chriſtus humilis corde, humilem modũ tenuit in prædicãdo,vnde ſub parabolis turbis loquebatur,vt dixi prius.Iã euangelij verba breuiter diſcutiamus. *Simile eſt regnum celorum homini regi.* Ante euãgeliũ iſtud dixit ſeruaror dimiſſionis offenſæ fraternę vtilitatẽ,hic eius oſtendit neceſſitatem,ſub ſimilitudine tam manifeſta, vt nullus eam capere non poſſit. Et ne videatur hominibus oneroſum,adiecit parabolam per cõparationẽ ſui. Quia ſi ipſe,qui eſt dominus vniuerſæ creaturæ & dominus dominorum,rex regum,& deus deorum,dimittit ſeruos.& nos ſerui eius , populus eius & plaſmatio eius,debemus aliis conſeruis noſtris , vnde Apoſtolus ait:Eſtote in inuicem benigni & miſericordes.donantes inuicem,ſicut & deus in Chriſto donauit nobis omnia peccata noſtra,& deleuit quod aduerſus nos erat chirographum decreti.Et quid ad offenſionũ donationem tã poſſet eſſe efficax,ſicut exemplum Dei & vnigeniti filij eius domini noſtri Ieſu Chriſti? Qui

Sap.9

1.Cor.4

Iob 33

Heb.13

Matt.13

Eph.4

Col.2

morte licet turpiſſima eſſet condẽnatus, cruci affixus, pro ſuis nihilominus crucifixoribus, patrem exorauit.
1. Pet. 2 Qui cùm malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur. Ideo ſanguis Chriſti melius
Gen. ſ. 4 clamat, quàm ſanguis Abel: Quia hic vindictã, ille miſericordiã precatur & clamat. Sic & Apoſtolus ſeipſum aliis in formam quam imitentur ponens, dicit: Hæc fratres transfiguraui in me, & Apollo (vt Eraſmus legit)
1. Cor. 4 Hæc fratres mei, per figuram tranſtuli in meipſum, & Apollo, propter vos, vt diſcatis ex nobis, vel in nobis, quid & qualiter facere debeatis. Maledictus proinde, qui hac in re Deũ recuſat imitari. Eius profectò damnatio iuſta eſt. In parabolæ igitur huius contextu tangitur maieſtas Dei, & tremenda poteſtas, eo quòd regnũ cœlorum homini regi eſt ſimile. Tum diuina ſapiẽtia, eo quòd voluit rationẽ ponere. Deinde eius iuſtitia & æquitas. ibi: & cum cœpiſſet rationem ponere. Quarto diuina clementia & pietas, ibi, Procidens ſeruus. In his quatuor regis dignitas conſiſtit & gloria. Debet quippe poteſtate accepta à deo ad vindictam malorum vti, & laudem bonorũ, vt in promptu habeat omnẽ vlciſci inobediẽntiã. Sapientia ad gubernandũ
Rom. 13 Iuſtitia ad damnandum. Clementia ad ignoſcendum, vt per potentiam aduerſarios coerceat, per ſapiẽtiam ſecundum voluntatem Dei ſubiectos gubernet. per iuſtitiam vnicuique quod ſuum eſt tribuat, per clementiam in ſe peccantibus ignoſcat, & pauperibus patrem ſe opere & veritate oſtendat. Exorditur ergo ab operum humanorum tremenda examinatione, dicens: Simile eſt regnum cœlorum. Hoc regnum præſens Eccleſia eſt, fides videlicet Chriſtiana, & fidelium congregatio. Hæc
Regnum cœlorum. enim politia regnum eſt, & regnum cœlorum. Regnum eſt, non tyrannis: quia ſponſa eſt & liberè ſeruit ex amore. Qui verò ſub tyrannide ſunt coacti, ſeruiunt ex
1. Pet. 1 timore. Ideo Eccleſiæ filios Petrus compellans, ait: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Cœlorum verò regnum ideò dicitur, quia legibus cœli regitur, ordinatur & adminiſtratur. Quæ ſunt, amor verus, veritatis cognitio, iuſtitia, pax, concordia, laus Dei, gratiarum actio, cuſtodia innocentiæ, munditia mentis & corporis. Regnum etiam cœlorum eſt, quia in terris peregrinatur, ſed cœlum ſibi patriam

patriam reputat,& per patiétiam expectat. Sed ſpe iam habitat in cœlo. Et ad Deum peer deſiderium ſemper tendit. quamdiu enim in hoc mundo ſumus & corpore, peregrinamur à domino. Hinc Apoſtolus gratiæ filios alloquens ait: Iam nõ eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorũ,& domeſtici Dei. Ideo noſtra conuerſatio in cœlis eſſe debet. Quæ ſurſum ſunt quærere debemus, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: Quæ ſurſum ſunt ſapere debemus, non quæ ſuper terrã. Viuamus proinde angelos. Vt Apoſtolus fecit,& Ioannes Baptiſta: Qui à Malachia propter vitam cœleſtem & à Chriſto angelus nominatur. Sic fecit Apoſtolus, qui Epheſiis ſcribens ex Roma de carcere, ſe dicit à Deo conreſuſcitatum,& cõſedere in cœleſtibus cũ Chriſto. Et id in ſpiritu fecit. Vbicunque ergo locorũ Chriſtianus eſt, ciuitatis ſuæ cœleſtis & libertatis, qua nos Chriſtus liberauit, nullum patitur detrimentum, nihil ei decerpitur. Enimuero, ſi Apoſtolus ciuis Romanus natus, licet Romæ tunc nunquam fuiſſet quando ingenuitatem hanc, neceſſitate coactus, allegauit, libertate & ingenuitate Romana vbique gaudebat & donatus fuit: cur non Chriſtiani, in militiam Chriſti vocati, per aquam & ſpiritum ſanctum renati, adoptionẽ filiorum Dei conſecuti, cùm etiam nomina eorum ſcripta ſunt in cœlis in libro vitæ? Cur inquam nõ gaudere deberent vbique libertate gloriæ filiorum Dei, & ciuitatis Hieruſalem cœleſtis, quæ mater noſtra eſt, ingenuitate? Gaudent ea,& vtinam ea ſemper gauderent, & nõ paterentur iterum iugo ſeruituris peccati ſe ſubdi,& implicari & contineri, vt non fierent eis poſteriora prioribus deteriora. Vt illis vſu venit, qui abiiciunt gratiam dei, retro abeunt poſt Satanam ad vomitum ingrati reuertuntur vt canes: Poſtquam manũ ſuam ad aratrum miſerunt, retro aſpiciunt, inſtar vxoris Lot,& inhabiles ſe faciũt regno Dei. Nos verò aliter edocti ſumus. Vbicunque ergo ſumus, quanta Deus fecit animæ noſtræ cogitemus. Nempe: Vt filij Dei nominemur & ſimus, caueamus, ne maculam ponamus in gloriam noſtram. Sollicitè attendamus, vt teneamus, quod habemus, ne alius accipiat coronam noſtram. Sic ſanctè, ſic iuſtè & ſine querela viuamus, in hoc ſeculo nequam, vt omnes videant opera noſtra bona,& glorificent patrem qui in

Hebr. 11
2. Cor. 5
Epheſ. 2
Galat. 4
Galat. 4
Act. 22
Roma. 8
Galat. 5
2. Petr. 2
Geneſ. 19
1. Ioan. 3
Apoc. 3

cœlis eſt. Nihil ergo incolatus noſter quantũlibet, pro-
Pſ. 119 longetur in mũdi huius exilio, ingenuitati noſtræ præ-
iudicat vel libertati, ſi nos ſecundum eum qui vocauit
nos, in omni conuerſatione noſtra ſanctè, in affectibus
1. Petr. 4 puri, in verbis fuerimus ædificatorij, & gratiæ Dei diſ-
Matt. 2 fuſores. Homo rex Chriſtus eſt, de quo magi interro-
Philip. 2 gabant. Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Hic in ſi-
militudinem hominum factus ex muliere, & ſub lege,
habitu inuentus eſt vt homo. Cuius regnum totus eſt
mundus, & regni eius nõ eſt finis. Cuius titulus trium-
phalis eſt: Ieſus Nazarenus, rex Iudæorũ. Hic ſpiritua-
liter & ſpecialiter rex eſt credentium, qui ſunt domus
Iacob: dum vitia ſupplantant, carnem cum vitiis & con
cupiſcentiis crucifigunt, vim ſibi faciunt, deſideriis car-
1. Petr. 5 nis reluctantur, diabolo fortes in fide reſiſtũt. In domo
iſta Iacob, regnat in æternum, per gratiã ſuam. Et tunc
Luca 19 nihil deeſt in vlla gratia ipſis electis. Hic eſt homo ille
nobilis, qui abiit in regionem longinquam, accipere ſi-
bi regnum, & reuerti. Nobilis omni ex parte. Secũdum
Roma. 1 carnem factus eſt ex ſemine Dauid, in ſpiritu nobiliſ-
Ioan. 1 ſimus fuit, quia plenus gratia & veritate fuit. Spiritum
non ad mẽſuram accepit. Nobilitas ſola eſt, atque vni-
ca virtus. In eo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ
Dei erant abſconditi. Anima eius plena erat omni ve-
ritate in intellectu, omni gratia, bonitate & charitate
in affectu, omni ſanctitate, luce, & virtute in conuerſa-
tione, in vita & in opere & effectu. Rurſus, in Deitate
nobilis erat, & ſuper omnia benedictus in ſecula. Sic
eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ paternæ, ſpecu-
lum ſine macula, & imago bonitatis illius. Homo iſte
nobilis, cùm in cœlis rex eſſet angelorũ, venit & abiit
in regionem longinquam tenebrarum & vmbræ mor-
tis, vt regnum credentium acciperet, ne vltra peccatum
regnaret in eis, ſed iuſtitia, & pax, et gratia, in vitam
æternam. Hoc regnum Dei intra nos eſt. Et regnũ hoc
accepit, rege filiorum ſuperbiæ principéq; huius mun-
di ſuperato, et triumphato in ſemetipſo, armis inſuper
ipſius, in quibus Goliath ille confidebat, et ſpoliis va-
Roma. 6 lenter ablatis. cúmque eiecit foras. Regio longinqua,
mundus eſt: lõgius namque à creatore nihil eſt, quàm
creatura: à ſpiritu, quàm caro: à morte quàm vita: à lu-
ce, quàm tenebræ: à gratia et iuſtitia, quàm peccatum.
Ideo

Ideo venit in regionem longinquam, quia creator in creaturam, ſpiritus (quia deus ſpiritus eſt) in carnem, vita in mortem. Rex cœli in mundum, lux in tenebras, iuſtitia & gratia, peccatum facta eſt: vt nos emundaret ab omni peccato, & efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. *Qui voluit rationem poni re cum ſeruis ſuis*, vt ſciret quantum quiſque negotiatus fuiſſet. Quod ad ſapientiam regis pertinet, dum ſeruos examinat, dicens: Redde rationem villicationis tuæ. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & vnuſquiſque pro ſe rationem reddet: niſi quis curam habuerit animarum, quia eiuſmodi pro ſeipſis & pro ouibus ſuæ curæ commiſſis, rationē reddere cogentur. Illis dicetur: Vbi eſt rex tuus, pecus inclytum tuū, qui datus eſt tibi? Tunc erit anima veſtra pro animabus eorum, ſi vos perditionis eorum cauſa eſtis. Rationem itaque à rationali creatura, homo Chriſtus exiget, cui pater omne iudicium dedit, Vtrum videlicet, vixerit ſicut homo ſecundum rationem, an ſecundum carnem & inclinationem vel paſſionem, ſicut equus & mulus, & cæteræ beſtiæ, quibus non eſt intellectus. Et ſi ſecundum rationem vixit, & fidei doctrinam & lucem, accipiet coronā vitæ: Si verò paſſionibus ſuperati velut irrationabilia pecora, natura genita in capturam & perniciem, appetitum ſenſuum ſequūtur & inclinationem, congregabuntur quaſi grex ad victimam, & ſicut grex porcorum quos reprobi ſpiritus obſederant, & præcipiti curſu in mari ſunt ſubmerſi, ſic iſti detrudentur in infernum. Vnus interitus eſt hominum talium, qui in honore quo conditi ſunt ratione non vtuntur, non intelligunt quæ ſit voluntas Dei bona, bene placens & perfecta, ideo comparantur iumentis inſipientibus, & ſimiles illis fiunt, imò multo peiores, quia in beſtiis natura eſt, quod vel culpatur & abhorretur. In hominibus prauis, malitia eſt & imitatio ſiue obedientia principis huius mundi & tenebrarum, qui in filiis huius ſeculi & tenebrarum impietates tā horribiles operatur, quas turpe eſt dicere, atque inter ſanctos nunquam debent nominari. Inſuper beſtiæ & vniuerſa pecora, ad vnum tantummodo vitium ſunt inclinatæ, homo malus ad omnia vel ſaltem multa, dei timore abiecto propenſiſſimo animo ruit, nihil quidem habēt homines vitioſi iumentis amplius. Sed horribile eſt, quòd

Margin notes: Hebr. 1 ſ (beside "inclytum"); Hiere. 1 3 (beside "animabus eorum"); 1. Re. 20 (beside "vixerit"); Iacob. 1 (beside "ſecundum rationem vixit"); Hiere. 1 2 (beside "nem, congregabuntur"); Rom. 12 (beside "ſtiis natura"); Epheſ. 5 (beside "ratur"); Eccleſ. 3 (beside "mines vitioſi").

ſunt iumentis peiores, & ſimiles dæmonibus, quorum deſideria faciunt, & quos in malitia in nequitia, in ob-
Sapien. 2 ſtinatione, in præſumptione, cæteriſque vitiis imitan-
tantur. Imitantur diabolum, qui ſunt ex parte eius. Sic Iudas dictus eſt diabolus, propter obſtinationẽ Elimas
Act. 13 filius diaboli arguitur, quia eũ imitabatur. Petrus Satanas vocatus eſt, quia voluntati diuinæ reſtitit, zelans, ſed non ſecundum ſcientiam pro Domini vita. Si iuſtus
1.Petr 3 vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? De quibus autem in ſpeciali ab vnoquoque ratio exigetur, fermè in his verſibus continentur:

Mente, bonis, carne natura, tempore redde
Fortuna, factis & omiſſis, dote vel arte.

Sed eos verſus non declaro in præſentiarum. De his omnibus ratio exigetur à Deo, & hoc totaliter, quia nihil indiſcuſſum manebit, ſed omnia quæ fiunt addu-
Eccle. 12 cet Deus ad iudicium Subtiliter, quia vſque ad minima, cùm diſcernet cogitationes & intentiones cordis. Celeriter, eo quòd cordis libri ibi aperientur, & mira Dei virtute illuminabuntur abſcondita tenebrarum, & manifeſtabuntur conſilia cordium, & tunc iudicabuntur ex his quæ ſcripta erunt in libris conſcientia-
Apoc. 20 rum, ſecundum opera ipſorum, ſine omni excuſatione vel interrogatione. Infallibiliter item, quia iudex ſapientiæ eſt & ipſa veritas. Cætera altera homilia ſeruabuntur.

HOMILIA SECVNDA.

DEVS pater omnia ſubiecit ſub pedibus
Ioan. 5 Chriſti, eique omne iudicium dedit. Atq;
Act. 10 eum conſtituit iudicem viuorum & mortuorum. Vnde ipſe dixit: Data eſt mihi
Matt. 28 omnis poteſtas in cœlo & in terra. Nam ſerui Chriſti ſumus, &c. Serui Chriſti ſumus ratione creationis. ipſe enim fecit nos. Secundò ratione dominationis. Prætulit enim hominem creaturis omnibus, dicens: Dominamini piſcibus maris & volatilibus cœli, & vniuerſis animãtibus. Tertiò ratione redemptionis, venditum enim hominẽ pro vili præmio, maximo ſanguinis ſui præcioſo commercio redemit. Tranſeo iſta.
1.Petr. 1 *Et cùm cepiſſet rationem ponere*, Ecce æquitas & iuſtitia

Domini in ſerui multa debentis condemnatione. Rationem Dominus ponit, cùm vitam & conſcientiam vniuſcuiuſq; examinare incipit. Modò in examinatione ſumus, poſtea dabitur ſentẽtia. Si autem hîc voſmetipſos diiudicamus, ſi vias noſtras in conſpectu eius arguimus. Si ante iudicium interrogamus noſmetipſos, & reprehendimus noſmetipſos, & confitemur aduerſum nos iniuſtitias noſtras Domino, ſi cognoſcimus iniquitates noſtras, & peccatum noſtrum contra nos eſt ſemper. Si Domino dicimus: Tibi ſoli peccaui, & malũ coram te feci, & dimittimus peccata debitoribus noſtris, vtique fidelis eſt, & remittit nobis peccata noſtra, miſericordiam conſequimur, impietatem peccatorum noſtrorum remittit, ipſe eſt ſaluator noſter, peccatorum noſtrorum amplius nõ recordatur. *oblatus eſt ei vnus qui debebat decem millia talenta.* Populus Iudaicus qui legem & decalogum in diſpoſitione acceperat angelorum per Moyſen, & legem nõ ſeruauit, ſed peſſimè tranſgreſſus, idque crebris repetitis vicibus, decẽ millium talentorum debitor fuit. Deum immortalem, quã grãdis ſumma eſt decem millia talẽta. Et quis hanc ſoluendo eſſet, etiam ſi ipſe & vxor eius, proles ſua & familia, & omnia quæ illius ſunt venderentur? Imò, quis regũ terrę, quis imperatorum, etiamſi Crœſus foret, tantam auri ſummam tibi Domine adnumerare poſſet? Reuera, ſi talẽtum apud nos ferè maximi ponderis (*eine centners*) pondus habet & grauitatem, decem milia talẽta, in quantam ſummã excreſcunt? Et vt vigilantiſſimi ponderum explorantes dicunt, talentum vnum, coronas ſexcentas facit. Corona autem vna, florenum & dimidiũ vſualem facit. O debitum grande, & vltra omnem noſtram poſſibilitatem. Faciunt & centum talenta, ſexaginta milia coronarũ. Et ego fratres in multis offendi, ſicut & omnes, nec decem millia talenta debeo tantùm, ſed magis centum millia & vltra. Non enim vt Iudæi decem præceptorũ præuaricator ſum ſolũmodo, ſed conſilia conſiliarij cœleſtis, quæ nullo cogente, mea ſponte, deliberata voluntate, propenſo animo, noui domino Deo, & non ſeruaui, ſed calce abieci. Et ſicut omnes ſermones Dei poſt tergum meũ proieci, crebrò & cum puſillorũ horrendo ſcandalo peſſimè præuaricatus ſum, tantum abeſt vt iniquitatem meam cognoſcam, & à diaboli laqueis

1. Corinth. 11. *Eccleſ. 18* *Pſal. 31* *Ezec. 18* *Galat. 3* *Iacob. 3* *Pſal 49* *2. Tim. 2*

queis coner reſipiſcere, quod heu dico in corde meo, nō
Pſal. 51 mouebor à generatione in generationem ſine malo, ꝙ
lætor cùm malefacio, in rebus peſſimis exulto, glorior
Eſa. 1 in malitia, & quod potens ſum in iniquitate. Peccatum
meum quaſi Sodoma prædico & non abſcondo Sed tu
Domine vſquequo diſſimulas peccata propter pœniten
tiam cùm ego ſemper proficiam in peius, addam præua
ricationes, & ſim ſupra modum peccans peccata? Verū,
Rom. 13 ſciens quod iam eſt hora de ſomno ſurgere, ꝙ iam pro-
pior eſt ſalus noſtra quàm cognoſcimus, quòd iam eſt
Heb. 10 tempus acceptabile & dies ſalutis: Ideo in plenitudine
fidei, in multitudine miſericordiæ tuæ ad thronum gra
tiæ tuæ venio, vt miſericordiam conſequar & gratiam
inueniam in hoc auxilio, tempore & loco miſericordiæ
Ezec. 18 opportuno Et cùm non velis mortem peccatoris, ſed vt
conuertatur & viuat, imò veniſti peccatores ſaluos fa-
cere, quorum primus ego ſum: Ideo miſerere mei Deus,
& ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele
iniquitatem meam. Tege peccatum meum, multum eſt
enim Iam non ſum dignus vocari filius tuus, quia pec-
caui in cœlum & coram te. Peccaui ſuper numerū are-
næ maris, & multiplicatæ ſunt iniquitates meæ. Sed tu
Luc. 15 Domine ſuauis & mitis miſerere mei, quia ſuauis eſt mi
ſericordia tua. Miſerere mei, quoniam in te confidit ani-
ma mea Miſerere mei, & non intres in iudicium cum
Pſa. 146 ſeruo tuo: nā ſi iniquitates obſeruaueris Domine, Do-
mine quis ſuſtinebit? Miſerere mei precor, quoniam be-
nigna eſt miſericordia tua Quia apud te propitiatio eſt,
Ioan. 1 & copioſa redemptio Et tu agnus Dei, tuliſti peccata
mundi, & redemiſti Iſrael ex omnib. iniquitatibus eius.
Suſcipe me Domine redeuntem, ſicut ſuſcepiſti filium
prodigum, Magdalenam, Zachæum, & latronem tecum
crucifixum. Non enim in iuſtificationib. noſtris quæ nul
læ ſunt, ſed in miſerationibus tuis multis, preces noſtras
ante gratiæ tuæ vultum & thronum effundimus. Hoc
eſt vnicum effugium noſtrum fratres, hæc vnica ſpes no
ſtra, hæc ciuitas refugij, hoc azylum eorum eſt qui ſi-
bi male conſcij, à iudiciis Dei timent, nempe ſinus mi-
ſericordiæ Dei, viſcera pietatis illius. Omnis qui ad
hanc ianuam petit, accipit. Qui hic quærit, inuenit.
Qui ad eam pulſat, huic oſtiarius aperit. Accipit remiſ-
ſionem, cum Maria gratiam inuenit, aperitur ei the-

ſaurus

ſaurus bonitatis diuinæ ſapientiæ & diuitiæ gloriæ eius,ac ſit in Deo diues. Iſtis copiis cœleſtibúſque diuitiis Deus reuertentes ad ſe,& diligentes ſe ditat,& theſauros eorum replet Iſtas diuitias mali contemnunt, ideo pereunt in peccatis ſuis. Hoc conſilio & hic debitor vſus eſt, vnde ſequitur: *Cum autem non haberet vnde redderet.* poteſt enim homo per ſe peccare.ſatisfacere nõ ita. Perdtio tua Iſrael,ex me ſolũmodo auxilium tuũ. Poteſt ſe homo ſeruum diaboli facere, ſed de ſeruitute iſta ſeipſum ſine adiutorio altiſsimi liberare non valet. Poteſt ſe in iniquitatibus vendere, ſed non redimere. Poteſt ſe per malitiam occidere, ſed per gratiam ſeipſum viuificare non poteſt: poteſt ſe in profundum malorum & altam perditionis foueam præcipitare,ſed ſua virtute ex ea non poteſt exire Ecce non eſt auxilium mihi in me,& in hac re, neceſſarij & amici mei receſſerunt à me.Vnde & Ieſus Sirach ait:Circundederunt me vndique inimici mei, quibus me in ſeruitutem peccando vendidi: Circundederunt me ſimul ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis,& nemo erat qui me adiuuaret,neq; in cœlo,neque in terra neque ſubtus terram. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum,& non erat. Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos à miſeria. Velle mihi adiacet, perficere autem in me non inuenio. Quod & Chriſtus atteſtatur dicẽs:Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eum,& ſine me nihil poteſtis facere:atq; nec palmes fructũ,nec ramus poma,niſi manſerit in vite & in radice. Chriſtus autẽ vitis vera eſt,& radix Ieſſe ſancta & benedicta.& quia multa debebat,nec ſoluendo erat, ſequitur iuſta eius cõdemnatio, *iuſsit eum dominus eius venundari*, Venditio iſta duplex eſt. vna in culpã quã facit homo permittente Deo ipſi diabolo: ſicut ſcriptum eſt: Vos in iniquitatib: veſtris venditi eſtis. Ecce ait Apoſtolus Rom.7.in perſona peccatorum:Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato.Et nõ fuit alius talis ſicut Achab.qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu Domini, Et de Iudæis deſertoribus ſcriptum eſt: Venundati ſunt, vt facerent malum, Quis cæcus niſi qui venundatus eſt? Vendunt autem ſe diabolo pro vili & momentanea delectatione, & perduut gratiam & æterna

Prou.8
Oſea 13
Pſa.114
Eſa.11
Rom.6

æterna bona,imò & ſeipſos.Scut ſcriptum eſt: Poſſederunt nos Domini abſque te. ſic auarus animam ſuam venalem habet. Alia venditio à Deo fit in pœnam, quia ſtipendia peccati mors, Deus ſuus vendidit eos. Precium ergo huius venditi ſupplicium, intellige damnati. Et alibi: Venderis inimicis tuis in ſeruos & ancillas. Vendidiſti populum tuum ſine precio &c. Et ſic per peccatum & in peccati vindictam fit homo ſeruus hominum, Deuteronom. 28. Iudicum 2. Seruus peccati & diaboli. Et hac ſeruitute premuntur maximé illi, qui ſe liberos natos eſſe putant, vt onager, & de generis ſui nobilitate gloriantur, natales ſuos & ſtemmata iactant. At ſi ſeruus peccati liber eſt, tuum iudicium eſto. Si filius diaboli nobilis eſt, Chriſtum interroga & ſcripturam. Sic reges alligantur pœnarum compedibus, & vinculis hic peccatorum ſuorum conſtringuntur,atque damnationis,de quibus exire non poſſunt, & nobilis huius mundi, in manicis & cathenis ferreis, & ſic manus pedéſque ligati in tenebras exteriores proiicientur. *& vxorem eius et filios.* Spiritus vir eſt, vxor caro, ex quorum coniunctione filij, id eſt opera generantur & fructus. Per vxorem, etiam ſenſualitas intelligi rectè poteſt, horum operum & filiorum aliqui ſpiritui ſimilia ſunt gratiæ Dei, tanquam patri, Alia verò ſenſualitati & carni tanquam matri. Vxor ergo, hoc eſt, ſenſualitas & caro venditur cũ filiis eius, hoc eſt operibus malis,quia pro concupiſcentia interiori,& malis operib. exterioribus, vltricib. flammis adiudicabitur peccator,ſed &crebrò fit, quòd vxor cum filiis propter viri peccata, æternaliter dãnatur. Domus Ioab lepra percuſſa eſt.&c. *et omnis qua habebat*, ſcilicet temporalia. *et reddi:* omnia enim iſta,obligata ſunt ad pœnam propter peccata. Sic redditur diuinæ iuſtitiæ & ſatisfit pro peccatis illius. O quàm terribilis eſt talis venditio,qua pro peccatis,peccator pœnis immergitur & traditur tortoribus,vbi pro nũmo culpæ,& pro peccatore eis tradito,ſoluunt Deo nummum vindictæ,ſeruiendo diuinæ iuſtitiæ in punitione. Ideo diabolus inimicus dicitur & vltor,dicente Dauid: Vt deſtruas inimicum & vltorem. Inimicus noſter eſt & aduerſarius, dum à ſalute nos impedire conatur. Vltor dicitur,quia ſi ei in malo cenſentimus, in æternum diuinam offenſam in

tam in nobis vlſcicitur & punit. Poteſt ad literam vxor,filij,& omnia quæ habet,vt dixi accipi. Sic pro peccato Achā,omnia quæ habuit dānata ſunt ad mortem Similem ſententiam impietatis radix Hieroboam cum domo ſua accepit,In eandem damnationem ceciderunt Baaſa & Acham vaſa iniquitatis bellantia. Sic tota domus Ioab lepra,paupertate & gladio percuſſa eſt propter ſuum peccatum.Et de Iuda proditore ſcriptum eſt,Fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomen eius.Propter Adæ inobedientiam vnam,omnes damnati ſumus. Sequitur iam abyſſalis Dei miſericordia & pietas viſceroſa,ad quam ſeruus iſte per veram ſe diſpoſuit humilitatem & orationem. *Procidens ergo ſeruus ille*,Ecce humilitas. Nonne vidiſti humiliatum Achab.coram me, dixit Dominus ad Heliam?Sic Niniuitæ ſe humiliarunt in ſaccis,ſederunt in cinere.Magdalena ad pedes Domini procubuit. Sic & humilitatem Dauid Dominus reſpexit.quia corda cōtrita & humiliata Deus non deſpicit,*rogabat eum.* Venite ergo & humiliemus ei animas noſtras,quia oratio humiliantis ſe nubes penetrat,& donec appropinquet non conſolabitur,& non diſcedit,donec altiſsimus aſpiciat.*dicens,Patientiam habe in me.*Conuertere Domine & eripe animam meam,ſaluum me fac propter miſericordiam tuam Ne ſimul tradas me cum peccatoribus,& cum operantibus iniquitatem ne perdas me.Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum,antequam vadam & non reuertar &c Patientiam habe in me,concede mihi tempus pœnitentiæ,dona mihi delicta mea relaxa ſupplicium. Fac mecum ſignum in bonum,ſaluum fac filium ancillæ tuæ, vt ſpiritus reprobi videant qui oderunt me.& confundantur,quoniam tu domine adiuuiſti me & cōſolatus es me. Domine non ſecundum peccata mea facias mihi neque ſecundum iniquitates meas retribue mihi. Adiuua me domine deus ſalutaris meus,& propter gloriā nominis tui Domine libera me,& propitius eſto peccatis meis. Fac cū ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam,propter nomen tuum,quia ſuauis eſt miſericordia tua.Quomodo miſeretur pater filiorum,ſic miſerere mei,quia tu cognouiſti figmentum & fragilitatem meam.*et omnia tibi reddam*,ſed vnde reddet,cū non habeat vnde reddat

 Reſponſio.

Reſponſio In ſtatu culpæ non habet vnde reddat, ſed in ſtatu pœnitentiæ gratiæ habet. Habet verus pœnitens, omnia merita Chriſti, paſſionis eius theſaurum, habet auguſtiſſimum altaris ſacrificiū. Ipſe factus eſt, nobis ſapientia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio, ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Omnia ergo reddam tibi, quia calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo, Offerre volo patri filij ſui vnigeniti mortem & meritum vt ſicut mihi omnia cum filio ſuo donauit, ſic ego filij eius iuſtitam pro mea culpa, eius obedientiam pro mea inobedientia, eius ſanctificationem pro mea immunditia, eius merita pro mea damnatione. Et dicam: Reſpice in faciem Chriſti tui, o pater miſericordiarum, & aſpice quàm propriis humeris reduxit ouem perditā. pro qua redimenda eum miſiſti in terram. Omnia tibi rdddo, o pater quia filij tui meritum pro me offero, ipſe omnibus omnia factus eſt, quia tu poſuiſti in eo iniquitatem omnium noſtrorum. Et o fili Dei viui, retribue pro me patri tuo quod ego debeo, quia miſericordia tua in ſeculum, & opera manuū tuarum ne deſpicias. Scio quòd non confundes faciem meam quia caro mea & frater meus es, os ex oſſibus, & caro de carne mea. Sed & pater te ſemper exaudit. Quàm grandis ſylua ſcripturarum ſe offerret hic tractanda, ſed tempus nō patitur Sed & dum ad Dominū in toto corde reuertimur, tūc in illo diuites in omni gratia efficimur Participes efficimur omnium timētiū eū. & cuſtodientium mandata eius. Tunc nemo egens eſt inter nos, ſed ſunt nobis omnia cōmunia. Tūc iuſtorū perfectio & diuitiæ in gratia, in meritis & bonis operibus, pœnitētiū & reuertētiū ad Deum patrem, inopiam ſubleuat. Et perfectorū diuitiç communicantur pœnitentibus, & eorum fiunt participes, ſicut membra infirma cùm ſana fiunt, de vita, motuque aliorū mēbrorū Ideo Apoſtolus dicit: Omnia veſtra ſunt, vos autē Chriſti. Et ibidē: Omnia veſtra ſunt ſiue Paulus, ſiue Apollo ſiue Cephas, ſiue mūdus ſiue vita, ſiue mors, ſiue prçſentia, ſiue futura: ſic & noſtra ſunt gratia & merita Mariæ virginis, omniū patriarcharū, prophetarum, apoſtolorū, martyrum, &c, Omnia ergo reddam tibi, quia tibi, offeram pro peccatis meis ſeruitia

angelo

angelorum,gratia & merita Mariæ virginis, ſpem patriarcharum, fidem prophetarum,charitatem apoſtolorum,euangeliſtarum veritatem, martyrum agones & vulnera,confeſſorum labores & rigores,virginum puritatem, viduarum luctum Breuiter,omnium timentium te & cuſtodientium mandata tua;merita,quæ non poſſunt non tibi eſſe acceptiſſima O quàm diues ſit verus pœnitens in Deo.Omnia reddam tibi,& mēbra mea tuo perpetuo mancipabo obſequio,quibus antea vſus ſum ad tuam irritationem.Offeram tibi corpus meum in hoſtiam viuentem,ſanctam,tibi placentem: & ſicut exhibui membra mea ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita tunc exhibebo membra mea, ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.Portabo & glorificabo Deum in corpore meo,Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore meo circumferam,vt & vita Ieſu in corpore meo manifeſtet ur.Deponam item veterem hominem cum actibus ſuis, renouabor ſpiritu mentis meæ,& nouum hominem induam,qui ſecundum Deū creatur in iuſtitia & ſanctitate veritatis.Omnem adhibebo operam,vt integer ſpiritus meus,& anima & corpus ſeruetur ſine querela vſque in diem Ieſu Chriſti. Omnia reddit qui de omnibus pœnitet. *Miſertus autem dominus*, quia miſerator & miſericors eſt *ſerui illius*, ſic procidentis in humili & vera contritione, ſic dicentis in pura confeſſione,ſic pœnitentis in debita & iuſta ſatisfactione Vbi iam ſunt ſolius fidei prædicatores ,ad pœnitentiam & iuſtitiam neceſſariam & ſufficientem, & requirere nihil amplius? Et pro tribus ſeruus iſte tria accipit à Deo ſalutari ſuo:Miſeratio,humiliationi, dimiſſio petitioni,relaxatio,promiſſioni:Sic humiliatio miſericordiam, oratio veniam,promiſſio gratiam impetrat, *& dimiſit eum*, liberum à captiuitate culpæ, Vnde & Magdalenæ dixit Dimiſſa ſunt ei peccata multa. & omne debitum dimiſit,omnem ei pœnam relaxando. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata.Dimiſit eum liberè abire quò vellet. Sed hic vide,ne errore ſeductus dicas: Ergo nulla requiritur à nobis ſatisfactio.Quid ergo papiſtæ multas inflictiones hominibus impoſuerunt, in orationibus multis,in ieiuniis multis,in eleemoſynis multis? Reſpōdeo breuiter,quia longum hæc aliàs expoſcunt tractatum.

Rom. 12
Rom. 6
1. Cor. 6
2. Cor. 4
Col. 3
1. Theſ. 4
Luc. 7
Pſ. 31
Satiſfactio duplex.

tum. Satisfactio duplex eſt, vna redemptionis & ſatisfa-
1.Pet.2 ctionis: Hæc ſolius Chriſti eſt, ipſe redemit Iſrael ex
omnibus iniquitatibus eius, ipſe quæ non rapuit, hoc
eſt, culpam quam non contraxit. quia conceptus eſt de
ſpiritu ſancto, & peccatum ſiue malum quod non fecit,
tunc exoluit, quia vnus eſt mediator dei & hominum,
homo Chriſtus Ieſus. Alia eſt ſatisfactio vindicationis
qua homo pœnitentiam agit in cinere & cilicio: Cruci
Rom.6 figit veterem hominem, vt deſtruatur corpus peccati, vt
vltra non ſeruiat peccato: Sed quomodo membris ſuis
corporeis & animæ ſuæ viribus abuſus eſt ad pecca-
tum & Dei offenſam, ſic eis iam vtitur ad ſuam ſaluté
operandam, & proximorum ædificationem. Et quomo-
do portauit imaginem terreni, ſic portat iam imaginem
Titi.2 Adæ cæleſtis. Hic iam ſobriè iuſtè & piè viuit in hoc ſe-
culo, ab omni via mala prohibet pedes ſuos, caſtigat
corpus ſuum & in ſeruitutem redigit, ne reprobus effi-
ciatur, ne aſpiciat retro, & ad vitia dimiſſa canis inſtar
ad vomitum reuertatur, & ſuis in morem volutabro lu-
ti poſt lotionem ſe rurſus immergat, ſed emundet ſe
ab omni carnis & ſpiritus inquinamento & ſanctifica-
tionem ſuam perficiat in timore Dei. & hoc modo tota
Prou. 29 vita noſtra, pœnitentia eſſe debet & ſatisfactio vindica-
tionis & emendationis. Sic per ieiunia, concupiſcentia
carnis: per eleemoſynas concupiſcentia oculorum, per
orationes ſuperbia vitę damnatur, vindicatur, extermi-
natur, excluditur & vitatur. ad quod aſtricti ſumus ex
voto baptiſmi & euangelij profeſſione. De his ſatis ad
præſens, multa hic de Dei patientia, de Dei miſericor-
dia & pietate dici poſſent, ſed vela ſunt contrahenda.
Soli Deo laus & gloria.

HOMILIA SECVNDA

Eph.5 IMitatores dei eſtote ſicut filij chariſsimi,
& ambulate in dilectione ait Apoſtolus.
Verùm abundantes diuitias charitatis dei
audiuimus in homilia priore. Sed quomo-
do malè gratus ſeruus, charitatem dei nõ
eſt imitatus, iam tempus expoſcit vt tractemus. Qua-
tuor autem circa ingratum ſeruum tanguntur, nempè,
mali

malitiæ & crudelitatis perpetratio, perpetratæ accuſatæ obiurgatio. obiurgati damnatio. Ingratus ſeruus petiit dilationem, ſed exuberans dei pietas miſericordia adeo abundauit circa cum, quòd accepit omnium peccatorum ſuorum remiſſionem. Ille autem talem ſe non exhibuit ſuo conſeruo vnde ſequitur: Egreſſus autem ſeruus ille de vinculis conſcientiæ de carcere culpæ, de pœna admnationis æternæ quod horror eſt dicere. egreſſus à ſeipſo, per beneficij accepti obliuionem. Egreſſus item à deo. apud quem ſi manſiſſet in fide ſtabilis, in ſpe immobilis, in charitate feruens & operans, ſemper mãſiſſet perfectus. Vę nobis cùm recedimus à Deo patre, ſicut filius iunior Egreſſus fuit, vt Cain à facie domini. hoc eſt, Dei imitatione & ſimilitudine. vel à facie domini dicitur egreſſus, & in malum ſuum & damnationis ſuæ cumulum. Facies iſta domini, lex naturæ mentibus noſtris impreſſa eſt iuxta illud: Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum domine. Et iterum: Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Et alibi: Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos. Et iterum: Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum. Rationis lumen quod per culpam obſcuratum & obtenebratum eſt, per fidem illumina in me, & per filij tui exemplum. Per malitiam verò lumen in hoc ſeruo iſto erat extinctum, & ipſe prorſus excecatæ, alioqui legiſſet & vidiſſet ibi, quòd omnia quę volumus vt faciant nobis homines hæc omnia eis facere debemus, & quod nolumus nobis ab aliis fieri, hoc nulli facere debemus Sed egreſſus eſt ab illa facie domini intuenda, & ſi in ſpeculo bonitatis diuinæ, quod ſacra ſcriptura, faciem ſuam intuitus fuiſſet, vtique, ambulaſſet in charitate, id eſt, omnia donaſſet fratri. Verùm dum egrediebatur, ſtatim oblitus fuit. qualis ipſe prius fuit in debitis & quantam ei Deus feciſſet miſericordiam. Sic Sathan egreſſus fuit à facie Domini, quia in veritate non ſtetit. & ſequuntur eum. qui ſunt ex parte eius Filij autem dei & pueri eius, malitia paruuli & non ſenſu, cũ patre ſunt in cubili; ne puncto quidem temporis ab eo recedunt, Quò enim irent ſecuri, patre deſerto? Quanti autem periculi ſit, à Domino egredi, tunc aperit euãgeliſta *Inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios.* Centum denarios debebat, qui cum in

Luc. 15
Gen. 4
Pſ. 118
Iacob. 1

in aliquibus paruis exceſſibus offenderat, ſicut & iu-
Prou. 24 ſtus ſepties in die cadit. Et quid ſunt centum de-
narij,ad decem millia talentorum?Inuenit eum in a-
nimo per recordationem iniuriæ,in via, per obuiatio-
nem perſonæ,cùm tamen ſcriptum ſit, Ne memor ſis
Leuit. 19 iniuriæ ciuium tuorum, quia viæ eorum qui iniuriæ
meminerunt ad mortem ſunt.Ideò non intelligitur de
debito pecuniæ, quæ licitè repeti poteſt, charitatis
& iuris ordine ſeruato.& tenens offenſam in memo-
ria,iram & odium in corde. Hæc autem non ſene-
ſcunt nec moriuntur,ſed ſemper proficiunt in peius,
ſemper augentur,ſicut ab vna ſcintilla,ſi non extingui
Eccl. 11 tur,augetur ignis,adeò vt tota ciuitas vaſtetur & ne-
queat extingui. Vel tenens ad literam, per animoſi-
tatem & crudelitatem:ſic Iudæi Chriſtum & Stepha-
num,cæteróſque apoſtolos tenuerunt,quando manus
iniecerunt in eos, *ſuffocabat eum* Ille proximum ſuf-
focat,guttur eius conſtrictum tenet, qui excuſationes
non audit,verba eorum clamorum clamoribus magnis
Act. 7 vt Iudæi verba Stephani & Pauli,interrumpit:vel ſup-
Act. 22 plicationes ſpernit.Sed ne crudelitatis tyrãnicæ argui
poſſunt,leones iſti rugientes,apri de ſylua,& lupi rapa
ces,malitiæ ſuæ & crudelitatis auſus nefandos, iuſtitiæ
pallio palliunt,dicentes,redde quod debes, tormentum
Tit. 2 pro iniuria,pro verbis,verbera, pro paruo damno vix
vnius obuli,tõnam butyri, aut florenos centum:Miſe-
ricorditer tecum ago,dicunt:vitam enim tuam & om-
nem ſubſtantiam tuam iuſtè auferrem tibi.Poteſtas ad
Rom. 13 vindictam malorum mihi à Deo data eſt,nec ſine cau-
ſa gladium porto. Recordare Apoſtolum dixiſſe, Ar-
gue cum omni imperio.Sed iudicium dei neque vos ef
fugietis,& quidquid iudicatis in caput veſtrum redun-
dabit.Qua menſura menſi eritis ſubditis veſtris, reme-
Mat. 7 tietur vobis in iuſto iudicio Chriſti,Hæc de potẽtibus
Co. 3 dicta ſunto.Ecce quanto cum clamore proximum ſuũ
quem vt ſeipſum diligere debuit,increpat, vituperioſè
exigens.cùm dicit:Redde.Ignominioſè improperat,cũ
ait,quod debes,Habes ergo tria: Iniuriæ retentionem,
excuſationis ſuffocationem, debiti improperationem.
Iam poſt ſimulationem iuſtitiæ in ſeruo nequam, ſub-
ditur miſericordiæ omiſſio.Ad miſericordiam verò eũ
mouere debuit,conſerui humiliatio, ſupplicatio, pro-
miſſio.

miſſio. *Et procidens conſeruus eius*, vnde meritò eius miſereri debuit, quia procidit, & quia conſeruus fuit. Ecce humilitas facta homini, quam tamen angelus à Ioanne noluit habere in Apocalypſi. Dixit enim ei: Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum. Sed & veniam præcabatur *rogabat eum dicens*, *Patientiam habe in me*, Dona mihi offenſam propter Deum, ego peccaui, ego malum coram te vel contra te feci. Ad hæc ponitur & ſatisfactionis promiſſio. *& omnia reddam tibi*, quæ debeo. Emendabo iudicio vel conſilio timentium Deum & Eccleſiæ quod deliqui, Et vide quòd eadem verba protulit conſeruus iſte ſupplicans, quibus malus veniam obtinuit à Domino. At crudelitas & malitia mali ſerui ſatiata ſic non fuit. ſed *ille autem noluit*, conſeruo miſereri, dimittere rancorem ſine vindicta, vel patientiam habere vel dilationem dare *ſed abiit*, in via Cain, vt Iudas apoſtolus dicit, & crudeliter egit in tribus, quia abiit, quia incarcerauit, quia tenuit, Abiit ergo, ſe ab eo auertendo, familiaritatem eius colloquium & aſpectum fugiendo, ab eius amicitia ſe ſubtrahendo. nihil commercij cum eo habendo ſicut Iudas abiit proditor, quem male habuit Magdalenæ opus bonum & pium nec à Chriſto reddita ratione & excuſatione mulieris, contentus eſſe voluit, Abiit in prauitate cordis ſui mali. abiit à naturali pietate, à lege Dei, quæ in charitate proximi abſoluitur, eo quòd qui proximum diligit: legem impleuit. *& miſit eum in carcerem*, Talis fuit Saul, qui Dauid iniuſtè perſequebatur, optimè meritum de toto regno. Et Achab ait: Tollite Micheam & mittite eum in carcerem. Taceo Herodem qui Ioannem incarcerauit, Miſit eum in carcerem, inhumanè & crudeliter affligendo. Totiens etiam proximũ qui nos offendit in carcerem mittimus, quantum in nobis eſt, quotiens exceſſus illius ei non indulgemus. Et quaſi eum apud nos tamdiu in carcere reclusum habemus & in infernum deiicimus, quamdiu ex corde ei nõ indulgemus propter Deum, quia dum non parcimus, damnamus. *donec redderet omne debitum*, plenariè, ad libitum ſuũ. Poteſtate ſeculari præditi, tandiu cũ in carcere habent, donec omnem eius ſubſtantiam accipiãt & extorqueãt ab eo. Verè, viri ſanguinũ. *videntes autem conſerui eius* tyrannicã crudelitatẽ eius. Iſti angeli ſunt,

Apo. 18
Mat. 16
Hier. 11
Rom. 11
3. Re. 22
Eccl. 34

in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem ca-
Tob. 12 piunt ſalutis. Iſti geſta hominum referunt ad Deum, vt patet in Tobia, *quæ fiebant*, inter hos duos, *contriſtati ſunt valde*. Angeli enim contriſtantur ad culpam, ſicut hic patet, ſic vt lætantur ad pœnitentiam: Contriſtati ſunt, quia ſicut charitas facit gaudere cum gaudentibus, ſic facit etiam flere cum flentibus. Quia ſi vnum membrum patitur, cōpatiuntur omnia membra, quemadmodum ſi gloriatur vnum membrum, congaudent
Rom. 12 omnia membra. Contriſtati ſunt valde, & de ingratitudine vnius, & de afflictione alterius. De vnius culpa, & de alterius pœna, quia ſicut gaudent de pœnitentia peccatoris, ſic & amarè flēt angeli pacis, de offenſa Dei & proximi. *& venerunt et narrauerunt domino ſuo, omnia quæ facta fuerant*, pro ſalute fidelium, contra dolum & crudelitatem perſecutorum, dominum implorando. Iſti etiam poſſunt ſancti & iuſti eſſe, & accipi, vt eſt illud, Ecce cognoui quia cogitauerunt contra me cōſilia, dicentes &c. Tum autem domine qui iudicas iuſtè videam vltionem tuam ex eis. Et iterum: Ipſi dicunt ad me, vbi eſt verbum domini? Veniat &c. Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego &c. Narrant omnia quæ fiunt, non ignoranti, cùm deus omnia noſcat antequam fiunt. Et oculi eius in omni loco contemplantur bonos & malos. Sed quæ cògnoſcunt narrare dicuntur, quia expoſcunt Dei iuſtitiam ad retributionem malorum, & diuinam miſericordiam, ad conſolationem & ſubuentionem piorum, qui perſecutionem patiuntur omnes. Sic Abacuc ad deum dicit: Quare
2. Tim 3 Dominè non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces de-
Abacuc 1 uorante impio iuſtiorem ſe? Eadem Iob profert & Hie-
Iob 19 remias. *Tunc* mox & citò poſt auſus nefarios iſtos au-
Hier. 12 ditos. Omnis enim potentatus vita breuis. Hinc malis rectoribus, qui poteſtate data à deo ad oppreſſionē vſi ſunt ſubditorum, legē iuſtitiæ ſunt tranſgreſſi, nec ambulauerunt ſecundum voluntatem Dei, dicitur: Citò & horrendè apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his qui præſunt fiet. Dum adhuc ordiuntur, ſuccidit eos: Ideo noli æmulari in malignātibus, neque zelaueris facientes iniquitatem, quoniam tanquā fœnum velociter areſcent, & quemadmodū olera herbarum citò decident. Et adhuc puſillū & non erit peccator,
&

& quæres locũ eius, & non inuenies. Tunc ait: O quàm breuis eſt malitia tyrannorũ. Vmbræ trãſitus eſt tempus eorum. Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ eorum, venit Dominus die quo non ſperat, & hora qua neſcit ſeruus, qui cæpit edere & bibere & percutere cõſeruos. An non quaſi digito demonſtrat ibi poteſtate præditos, ſeruator noſter? & diuidit eum, animam ſeparando à corpore, & partem eius ponit cum infidelibus? Cùm ipſe fidem & euangelium quod ore profitebatur, factis et operibus negauerit impudentiſſimè. Tunc cùm *Titi 1* dixit: pax et ſecuritas, repentinus ei ſuperuenit interitus. Citò facit Deus vindictam electorum ſuorum de iudicibus iniquis. Sic citò venit et merces eius cũ ipſo eſt, dare vnicuiq; ſecundũ opera ſua Sic citò Aman ſuſpenſus eſt. Citò Antiochus vltricẽ pertulit mortẽ. Tunc Pharao in aquis vehemẽtib. inſtar lapidis et plũbi ſubmerſus eſt, quando ſpolia auferre et gladio interficere voluit populum Dei. Subitò deficiũt iniqui et pereunt propter iniquitates ſuas. Homo apoſtata, vt omnis malus, quem finem habeat Salomon ait: Huic extemplo venit perditio ſua, & ſubitò ſubuertitur nec habebit vltra medicinam Sic Iudas proditor, qui calcaneum ſuum contra agnum Dei leuauit, & ſanguinem tradidit innocentem & iuſtum, eodem die ſcelerum ſuorum vicem recepit in pœnis. In operibus manuum peccator iſte comprehenſus fuit. Subitò ait Sapiens, venit ira *Eſaia 30* eius. Et in Eſaia Dominus dicit: Subitò, dum non ſperatur venit contritio impij & comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione præualida, & non inuenietur de fragmẽtis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parũ aquæ de fouea. O vtinam illud breue & momentaneũ tunc alta mente nobiſcum reputaremus, dubio procul, tunc nõ differremus conuerſionem noſtram de die in diem, ſed ſtatim audita voce domini, omnia ſalutis impedimenta relinqueremus, & proijceremus à nobis, & Dominũ ſequeremur. Vbi ſunt principes gentium? &c. Mortui ſunt, ad infernum deſcenderunt, & alij in locum eorum exurrexerunt *tunc vocauit illum Dominus ſuus.* Vel intus ad cor eius loquendo, & per conſcientiam malitiæ & nequitiæ ſuæ arguẽdo, vel per lectionem, aut auditũ verbi Dei, eum deterrendo, & id clemẽter fit, cum tempo-

ris quo pœnitentiam poſſit agere & gratiæ oblatione.
1. Pet.1 Quod ſi tūc obturat quis cor ſuum, ſicut Iudæi in deſerto,& non vult pœnitere, verbum Dei & conſilium ſpernit,ſermones Dei proiicit retrorſum, verbum Dei ſit ei in opprobrium,& non ſuſcipit illud, & ſi ſuſcipit, non retinet illud per obedientiam et impletionem,ſed diabolus mox venit et tollit verbum de corde eorum, ne credentes et verbum Dei ſeruantes ſalui fiant. Cor lapideum habent, verbum quidem cū gaudio audiunt, ſed radices non habent, gratiæ Dei et ſapientiæ æternę,ideo ad tempus credunt, et in tempore tentationis
1. Petr.1 recedunt,ab eo quod traditū eſt ſancto mandato. Tunc vocat eos in morte vel in iudicio extremo, vt villicationis ſuæ reddant rationem. Et durè increpat,dicens: *Serue nequam.* non ſuit æquus ſed iniquus. Recepit miſericordiam,et immiſericordiam reddidit. Verè, verè, horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Vide, quomodo in furore ſuo Dominus eum arguit,et in ira ſua corripit eum,exprobrat enim ei ſeruilem conditionem, Et reuera ſeruum in hoc facto,nō filium Dei, non amicum,ſe oſtendit. Seruum inquā,diaboli et vitiorum ſe oſtendit. Diabolus enim affligit, vt in Iob palam eſt. Malè torquet, vt in filia Sirophęniſſæ luce clarius eſt. In carcerē mittit,mittendus et ipſe in ignem æternum, et mille modis homines ſi permiſſum ei fuerit, excruciat,moleſtat,grauat. Ideo dicit eum nequam, id eſt, ſine æquitate, ſine miſericordia, ſine benignitate, ſinè charitate quā acceperat à Domino. Verè nequam eſt, qui diabolum in malitia, quàm Deum maluit in miſericordia et charitate imitari. *omne debitum* tam numeroſum, tam ponderoſum, quia totum nō partem, *dimiſi tibi;* nulla accepta nec poſtulata ſatisfactione à te. *quo-*
Epheſ.2 *niam rogaſti me*, pro dilatione. Ego autē diues in miſericordia,propter nimiam charitatem qua dilexi te,omne debitū dimiſi tibi, cùm ſoluendo nō eſſes. *nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui?* et intelligere quæ ſunt proximi tui ex teipſo,et in miſericordia Deū imitari? Cùm magna gloria ſit homini, dominum et deum ſuum imitari. *ſicut et ego tui miſertus ſum.* Quā nos hic habere poterimus excuſationem,qui hæc ſcimus et legimus? Eſtote miſericordes ſicut pater veſter cœleſtis
Ephes.4 miſericors eſt. Eſtote inuicem benigni ex Apoſtolo: et

eritis

eritis filij altiſſimi,quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.Sed ſeruum nequam compellamus, eius cauſam proſequamur. Oportuerat quidem vt tali bonitatis diuinę prouocatus exemplo & beneficio,totum etiam conſerui debitum relaxaſſes, humiliter tibi ſupplicantis. Sed tu etiam quod minus multo eſt, facere recuſaſti,quia collum eius, ne tibi ſupplicare & ſe excuſare vel penuriam ſuam retexere poſſet conſtrinxiſti,nec dilationem ei vllam dare voluiſti, & quod peius eſt,in carcerem coniectum pœnis grauiſſimis afflixiſti. Et ſi graue videbatur damnum, aſpicere debueras lucrum quod factum eſt. Si graue videbatur præceptum, cogitare debueras præmium, ſi graue fuit remittere ei qui contriſtauit, multo grauius eſt incidere in gehennam. Attende hîc iudicis æquitatem & pietatem, qui magis doluit de iniuria facta conſeruo,quàm de ſua. Et iuſtitiam noſtrorum actuum, ex ſua dixit miſeratione ſumendam. Et cur tantum de ſerui doluit afflictione & calamitate?quia filius eius eſt,quia membrum corporis illius eſt, quia templum ſpiritusſancti eſt, quia lucrum totius peregrinationis & amariſſimæ paſſionis eius eſt, ideo audi tyranne crudelis,audi & tu qui vel tantillum proximum tuum contriſtas,grauas,affligis, ſcandaliſas, offendis:Sic faciendo,non ambulas ſecundum charitatem. Si quis verò non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ,anathema eſt,maranatha. Et quomodo Chriſtum diligit,qui proximum perdit, & Chriſtum in homine fideli & pio perſequitur?iuxta illud:Quid me perſequeris Saule?Et illud:Qui vos recipit, me recipit.Et illud:Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et illud: Si conſcientiam infirmorũ percutis.in Chriſtum peccas: qui igitur tangit & affligit puſillum aliquem in Chriſtum credentem, tangit pupillam oculi Chriſti Nolite ergo tangere Chriſtos eius, quos oleo ſpiritusſancti & gratiæ vnxit:ſi autẽ læſeritis eos, deus vltor erit iniuriæ eorum. Sic rurſus in membris ſuis Chriſtus crucifigitur & oſtentui habetur. Sic ei dolorẽ ſuper vulnera quæ à Iudæis accepit addunt. Dant adhuc in eſcam eius fel, & in ſiti ſua potant eum aceto. Sic verum cõprobatur, quod qui calumniatur pauperem,exprobrat factori eius. An putas Mezente, quod deus pater,filij ſui iniurias nolit vindicare? an æſtimas

Rom. 14
Act. 9
1. Cor. 8
Pſ. 104

quia Chriſtus fratris ſui iniuſtas afflictiones vlciſci nō
velit?an reris quòd ſpiritusſanctus te non diſperdet,cu-
ius tu templum violas, altare deſtruis, igne ſuccendis?
Propter hæc Deus te deſtruet in finē,euellet te & emi-
grabit te de tabernaculo tuo,& radicem tuam de terra
viuentium. Regnū de gente in gētem transfertur pro-
pter iniuſtitias & iniurias & contumelias & diuerſos
Eccleſ. 33 dolos. *Et iratus dominus*, non in affectus mutatione, ſed
per vindictæ illationē *tradidit eum tortoribus*, id eſt, mi-
niſtris tartareis,iuxta illud:Seruo maleuolo, tortura &
cōpedes. *donec redderet vniuerſum debitum*, id eſt,in per-
petuum,ita quòd donec,vel quoadvſque, non deſignat
temporis durationem,vel per finem & ceſſationem,ſed
proportionem pœnæ ad culpam. Nunquā enim finem
habebit pœna illa, ſed iuxta legem,correſpondentiam
pœnæ ad culpam.Vt iuxta menſuram delicti,ſit & pla-
Apoc. 18 garum modus.Et quantum ſe glorificauit & in delitiis
fuit,tantum detur ei & tormentū: Pro tot ergo & tan-
tis delictis cruciatur reprobus,pro quot & quantis reus
eſt.Vt numerus & acerbitas pœnæ,ad numerū & quan-
titatem culpæ accedat, quouſque proportionaliter cō-
menſurando,reddat pœnaliter vniuerſum debitū,quod
commiſit & fecit culpabiliter.Sic fiet quædā, ſed hor-
renda æqualitas.Sed illud obſeruandū imprimis, quod
Rom 13 prius procidit,veniam petiit, omniū debitorum dona-
tionem accepit,quia in vita iſta,locus eſt miſericordiæ,
tēpus gratiæ,dies ſalutis, exauditionis ſpes. In his qui
petit ſapientiam ad intelligendum,accipit. Qui quærit
gratiam ad merendum,inuenit.Et pulſanti ad ianuam
cœli ei aperitur. Qui petit in fide,quærit in ſpe, pulſat
in charitate:iſte accipit,inuenit, ei aperitur. Qui petit
veniam peccatorum,accipit : Qui quærit gratiā virtu-
tum,inuenit:Qui pulſat ad gloriā,ei aperitur,vt latro-
Luca 23 ni in cruce,& Stephano. Iam verò nihil horum atten-
Act. 7 tauit,quia hora & dies ſalutis præterierant:veniā non
petit,quia poſt mortem & in iudicio, nullus eſt excuſa-
tionis locus.Sed nec veniā petiit de peccatis, quia hic
ſanus & incolumis dei oblitus fuit, in morte etiā obli-
uiſcitur ſui,nec veniam petere quidē poteſt, quia ſicut
hic oblatam Dei gratiam ſemper neglexit & deſpexit,
ſic iuſtè gratia Dei pulſans ad cor, trahens, ad bonum
Ioan. 15 præueniens & mouens, ei negatur & ſubtrahitur. Sine
ea

ea autem nihil poſſumus,quod Deo acceptum ſit facere,ideo nec cogitant quidem ſalubriter de ſua ſalute. Sic & aliquis qui veſte nuptiali non erat indutus, cùm mortis ſoluto debito, à domino audiret: Amice, quo modò huc intraſti,non habens veſtem nuptialem? Obmutuit,quia tunc omnis iniquitas opilabit os ſuum, & excuſationem nemo tunc habebit in peccatis ſuis. Sed peccata ſua peccatores traducent ex aduerſo,& arguet eos malitia eorum,& auerſio eorum increpabit eos. Et inter alios, Deus ipſe & Chriſtus Ieſus, erit Iudex & teſtis.Tũc muta fient labia doloſa. Nec valet,ſi obſtrepere velles & cõtradicere ſermonibus veritatis,ſeruum malum & pigrum ſe excuſaſſe, dicendo:Scio Domine, quia homo durus & auſterus es,metis vbi nõ ſeminaſti,&c.Et alios de immiſericordia ſe excuſaſſe, quòd eũ non viderunt eſurientem,ſitientem, & nudum, &c.Et ſtultas virgines pulſaſſe ad oſtium, poſtquam in morte obdormiuerunt.Non enim poſtulaſſe credi debent, atque nec rogauerunt in veritate,ſicut hic in ſeruo malo patet,in eo qui veſte nuptiali non erat indutus, ſed ſi quis non credere vellet aut poſſet, quod tunc prorſus taceret, & apud ſe cogitaret, quòd ſic & ſic Domino ſupplicare vel deberent vel poſſent. Tunc omnis petitionis fruſtratio & excluſio hic oſtenditur eſſe inanis. Et ſi rogare quis eos crederet, tũc ponitur hic reſponſio,qua eorum preces oſtẽduntur inanes,& modus quo iuſtè repellerentur & non exaudirẽtur. Sicut & in Luca legimus, Dominum edonibus & bibonibus dixiſſe, qui verbum eius audierunt, & ſigna multa in nomine eius fecerunt,Neſcio vos vnde ſitis,diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Hoc multis diſertiſſimíſque verbis æterna Sapientia Prouerbiorum,filiis deſertoribus minatur,vide ibidem.Sed & ille indignus gratia & miſericordia, quia gratiam & miſericordiam proximo non fecit,& ſicut miſericordes beati ſunt,& miſericordiam conſequentur, ſic iudicium ſine miſericordia fiet ei qui non fecit miſericordiam. *ſic & pater meus cæleſtis faciet vobis.* O formidoloſa, ô horrẽda,ſed vera nihilominus ſententia,iuſta & æqua. Si fratri parua non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur. Sed poſſent nonnulli dicere ore ſuo:nihil habeo contra eũ: habet Deum iudicem, qui omnem ſimulationem fictæ

Matt. 22
Pſ. 106
Ioan. 15
Sapien. 4
Hiere. 2
Hiere. 20
Pſal. 30
Matt. 5

pacis aufert,dicens:*ſi non dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.*Non enim verba ſolùm, ſed & cogitationes intentiones & affectiones cordis Deus inſpicit. Multi pacem loquuntur cum proximis ſuis, mala autem ſunt in cordibus eorum.Dicũt pax,& non eſt pax, in ore ſuo pacem cum amico loquuntur,& occultè ponunt ei inſidias. Submittunt vocem ſuam,& ſeptem nequitiæ ſunt in corde ſuo.Operiunt odium ſuum fraudulenter,veniunt lupi rapaces in veſtimentis ouium.Proditoriè vt Iudas & Ioab ſalutant,inſtar Abſalonis, etiã infimæ ſortis hominibus manum apprehendit, verbis demulcet,ſalutat,& oſculatur, inuitat ad menſam cum Abſalone quem odit,comede & bibe dicit tibi,& mens eius non eſt tecum. Conuiuium inſtruit inſtar conuiuij regis:ſed cùm temulentus factus fueris aut hilarior,ſuũ in te furorem exagitat,dolum aperit,vel ſpoliat vel capit,vel occidit incautum. Huic malo Dominus verbis iſtis medicatus eſt dicens:quòd ex corde debemus malè de nobis meritis dimittere.hoc eſt,ex memoria,ne cogitemus vel memores ſimus iniuriarum proximi ad vindictam ex voluntate, ne velimus in poſterum nos vlciſci,ſicut profanus Eſau,qui poſt mortem patris ſui Iſaac & dies luctus eius,ſtatuit in corde ſuo occidere Iacob fratrem ſuum quem odio habuit.Ex ore illud dimittere debemus,ne de eo loquamur: & effectu & opere, ne occultè ei ponamus inſidias, neque per nos, neque per aliorum ſubornationem, ſed oremus pro eo, in bono malum vincentes. nam ſi non dimittimus debitoribus noſtris ex corde,nec pater noſter cœleſtis dimittet nobis debita noſtra,imò,quod eſt grauius,iam dimiſſa reuocabit & exiget à nobis adhuc ſolutionem de prius dimiſſis,Sanè tamen hoc accipiendum,quia peccata ſemel miſericorditer donata,& vera pœnitentia expiata, non redeunt in æternum, nec quò ad culpam, nec quò ad pœnam: ſed ſi poſt multorum, eorumdémque grauiſſimorum peccatorum remiſſionem acceptam à Deo redimus ad vomitum ingrati, rurſus peccatis implicamur,tunc indirecte & aliquo modo redire dicuntur,inquantum ſequentia vitia grauiora & damnabiliora ſunt propter ingratitudinem indultæ pietatis, & propter recidiuum in eadem mala. Sicut & periculoſius eſt, eandem corporis partem vulnerari, quæ læſa eſt

ſemel

ſemel. Hinc ſcriptum eſt: Quia peccat in vno, factus eſt omnium reus non quantum ad culpam, nec quantum ad pœnam ſenſus, ſed damni. Oremus deum, ne vnquã offendamus verbo aut facto ad lapidem offenſionis & petram ſcandali pedem noſtrum, vt nulla nobis iniquitas dominetur, alioqui poſteriora noſtra prioribus peiora fient, quod deus per miſericordiam ſuam auertat. Iacob.2

DOMINICA XXIIII. POST PENTECOSTEN. IN EPISTO. Coloſ.j.Sermo.

FRATRES *non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes.* Charitas Chriſti vrgebat Apoſtolum, vt omnes homines quò ad eius erat, ſaluaret & lucrifaceret deo. Vnde 2.Cor.5
cùm ipſe omnibus prædicare non poſſet populis, verbum ſalutis ore proprio, miſit ad eos diſcipulos ſuos, qui eos docerent euangelium regni. Sic Coloſſenſium eccleſiam Archippus plantauit in fide Chriſti, Epaphras rigauit, Paulus verò per epiſtolam miſſam confirmauit, Deus autem incrementum dedit.

Hinc Apoſtolus ex qua die audiuit fidem eorum in Chriſto Ieſu & dilectionem quam habuerunt in ſanctos omnes propter ſpem quæ repoſita illis erat in cœlis, quam audierunt in verbo veritatis euangelij quod peruenit ad eos gratias Deo egit. & quæ deerant fidei eorum, per epiſtolam compleuit. cupiens ergo vas electionis eorum profectum & conſummationem in gratia, & in omni opere & ſermone bono, ait: *non ceſſamus pro vobis orantes*, ſine intermiſſione, orantes mente. *Et poſtulantes* ore, *vt impleamini agnitione voluntatis eius*, vt plené cognoſcatis, quid Deus velit, & quid non. Vt ſciatis, quæ ſit Dei voluntas bona, beneplacens & perfecta. Et hoc per partes & ſeriatim exprimit dicens: *in omni ſapientia*, quantum ad cognitionem rerum quæ ad vitam æternam pertinent. *Et intellectu ſpirituali*, quantum ad cognitionem rerum ſpiritualium, ad contemplationem pertinẽtium. Orat autem tria, vel pro tribus. Vnum eſt profectus eorũ in bono, ideo ait: *vt ambuletis digne deo*, faciẽdo bonitatẽ, hoc eſt put dignitas 1.Cor.3 Col 1

Dei & diuini honoris exigit, cuius filij eſtis per fidem. Vel *digne* deo hoc eſt, vt ſitis digni deo in præmio, qui voluntatem ſuam facientibus eſt merces magna nimis.
Gen. 15 *per omnia* negotia actiuæ vitæ & contemplatiuæ. *placentes*, deo Non per quædam ſolùm, vt illi qui bonis mala intermiſcent, induentes ſe veſte (contra legem dei) ex lana & lino contexta, agrum ſuum diuerſo ſemine ſeminantes, hoc eſt conuerſatione partim bona & partim mala. Sic hæreditas domini fit ei auis diſcolor,
Hier. 22 claudicant in duas partes Seruiunt Deo & Mammonæ, duobus dominis ſimul. ſed vos placete Domino per omnia, habendo oculum ſimplicem, & *in omni opere bono fructificantes*, deo, ſobriè ad voſmetipſos, iuſtè ad proximos & piè viuendo erga Deum in hoc ſeculo. Hos bonos fructus, omnis arbor bona facit. *creſcentes*, per hanc
Tit. 2 vitæ puritatem & iuſtitiæ operationem, *in ſcientia Dei* id eſt, in cognitione diuinorum, ad quam peruenitur per
Matt. 7 vitæ puritatem, & cordis munditiam. & dicit, ſcientia dei, ſiue ſalutis, non huius mundi quæ inflat, vt in epi-
1. Cor. 1 ſtola præcedenti dictum eſt. Deinde orat pro eis, vt in his confirmentur vſque in finem, dicens: Poſt hanc bonitatis operationẽ oramus ne relabamini, ſed ab eo qui operatur in electis velle & perficere *in omni virtute*, theologica, morali & intellectuali *confortati*, à deo, qui iuſtos confirmat in bonis quæ operatur in eis & per eos, ſpiritu ſuo principali. Sic Ioannes inter natos mulierum maximus & vita angelus & functione, ſpiritu ſancto cõfortabatur in ætate tenera. Sic & puer Ieſus, creſcebat & confortabatur, plenus ſapientia, & gratia Dei erat in illo. Sic apoſtolorum principatus, hac virtute qua induti erant ex alto, nimis eſt confortatus. Hinc Salomon ait
Sap. 4 de ſeipſo: Locutus eſt vir cum quo eſt Deus, & qui Deo ſecum morante eſt confortatus. Ipſe dat virturẽ & fortitudinem plebi ſuæ. Ipſe dat laſſis virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat. Confortati inquam à deo *ſecundum potentiam claritatis eius*, id eſt, ſecundum potentiã quam habet, eo quod eſt emanatio quædam claritatis Dei omnipotentis ſyncera, ſplẽdor gloriæ paternæ, & figura ſubſtantiæ eius. Et hæc vobis neceſſaria eſt virtus & potentia eius, ne fortis ille armatus nobis præualeat, ne nos demargat perſecutionis

tempeſtas,

tempeſtas,néve abſorbeat nos profundum, vt reſurgamus à morte.Néve puteus inferni vrgeat ſuper nos os ſuum, derelinquendo animas noſtras in inferno. Niſi enim Deus adiuuiſſet nos, pauluminus in inferno habitaſſet anima noſtra. Tu eripuiſti me de luto, vt non infigerer, tu liberaſti me in brachio virtutis tuæ ab his qui oderunt me,& de profundis aquarum.Non mihi igitur domine,non mihi,ſed nomini tuo da gloriam. Tertiò orat,vt deus eis patientiam det in aduerſis, vt in ea poſſideant animas ſuas.Vos oro Deũ,& poſtulo vt confortet & confirmet,*in omni patientia*, per aduerſariorum & aduerſitatum ſufferentiam. Vt libenter ſuffuratis inſipientes ac malos illos qui inſurgunt aduerſum vos & tribulant vos,cùm ſitis ipſi ſapientes. Hîc patientia neceſſaria eſt piè in Chriſto viuentibus,in qua non ſolùm poſſideant animas ſuas,& fructum ſalutis adferãt, ſed & vt in ea voluntatem dei facientes (quæ eſt,vt faciamus bonum & ſuſtineamus malum)reportemus repromiſſam iuſtitiæ & vitæ coronam,*&* in omni *longanimitate*, per certam præmiorum expectationem in ſpe. Sic Abraham pater fidei noſtræ, longanimites ferens aduerſa,adeptus eſt repromiſſionem.Hinc frater domini nos adhortatur dicens: Exemplum accipite fratres, exitus mali.longanimitatis & laboris & patientiæ prophetas,qui locuti ſunt in nomine domini.Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt *cum gaudio*.Non cum triſtitia & neceſſitate,calicem Domini bibẽtes,crucem portantes, Chriſtum imitantes, paſſionibus eius communicantes,ſed omne gaudium exiſtimate, cum in varias tẽtationes incideritis. Et apoſtolico mores, gloriamini in tribulationibus,cõplacere vobis in perſecutionibus, in anguſtiis, in contumeliis pro Chriſto. Eorum inſtar te gaudentes à conſpectu conciliorum,& reputate magnum & glorioſum, quod digni eſtis pro nomine Ieſu, contumelias,vincula, carceres, & mortem pati. Poſtremò ad gratiarum actionem nos adhortatur, pro inenarrabilibus donis & beneficiis Chriſti Ieſu *Gratias agentes*, non ſolummodo dicentes. *deo*, Deorum qui ſuper omnia benedictus eſt in ſecula, & fecit nobiſcum miſericordiam. *& patri*, qui amat nos.Qui pater noſter eſt per gratiam adoptionis. Et Deus per creatiouem. Deus omnia poteſt, parer vult nos omnes ſaluos

Luca 21
Iac. 5
2. Cor. 12
Act. 5
Rom. 9
Ioan. 16

ſaluos fieri Et ſubſtituit quinque beneficia, quæ Deus
miſerator & miſericors patiēs & multum miſericors &
Pſal.85 & verax, ſuauis & mitis & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus eum in veritate, per Chriſtum nobis exhibuit. Nempe. adoptionis, libertatis, tranſlationis, redemptionis, remiſſionis. Adoptio, reſpicit hæreditatem filiorum, cuius nos participes fecit Libertas, hoſtem à quo nos eripuit. Tranſlatio, fidem eccleſiæ, in quam nos tranſtulit. Redemptio, pœnam quam pro nobis ſoluit. Remiſſio, culpam quam no-
Ephe.2 bis remiſit. Adoptiouem exprimens dicit: Gratias ago Deo & patri, qui diues eſt in miſericordia, &
Rom.5 propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cùm eſſemus inimici eius ſecundum tempus, vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. *qui*, pater miſericordiarum & Deus omnis conſolationis, non ex operibus iuſtitiæ quæ feciſſemus nos, ſed ex ſola gratia & bonitate ſua, *dignos nos fecit*, quos indignos inuenit; & hoc per gratiam baptiſmalem, *in partem*, id eſt, participationem, *ſortis ſanctorum*, id eſt, hæreditatis ſanctorum. Quia gratia baptiſmalis dignum facit hæreditatem æterna. *in lumine*, id eſt, clara Dei viſione. Quia vident eum facie ad faciem ſicuti eſt, & ſic ſalua fit omnis ani-
1.Pet.1 ma iuſtorum Hæc eſt hæreditas præclara, incorruptibilis, incontaminata immarceſſibilis, in cœlis conſeruata, omnibus ſanctis. Hæc namque eſt vita æterna,
Ioan 17 cognoſcere Deum verum, & quem miſit Ieſum Chriſtum. Hinc ad patrem filius ait: Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſunt mecum, vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi. Aliud eſt be-
Luca 1 neficium libertatis, de quo ait: Ita nos dignos fecit, &c. *qui eripuit nos*, virtute ſua de inimicis noſtris, & *de poteſtate tenebrarum*, hoc eſt, hoc eſt, dæmonum, qui in pace damnabili atrium ſuum cuſtodiebant. Vnde Dauid ait: Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, qui oderunt me, qui & confortati erant ſuper me. Vel de limbo ſanctorum, in quo ante aduentum Chriſti, iuſtorum animæ detinebantur incluſæ, tam pro delicto
Ioan.8 Adæ, quàm pro propriis peccatis. Iſte locus, ſinus Abrahæ vocatur. Cùm igitur filius nos liberauit, verè
liberi

liberi ſumus.ſi ſpiritum domini habemus,& hoc caue-
mus,ne hanc libertatem ſpiritus demus in occaſionem *Gal.5*
carnis.Tertium beneficium eſt tranſlationis.& tranſtu
lit nos de carcere peccati,de lacu miſeriæ & de luto fę
cis & terra obliuionis de loco horroris & vaſtæ ſolitu- *Mat. 17*
dinis,& de tempore iniquo.in regnum filij dilectionis *Luc.19*
ſuæ,hoc eſt,in regnum filij ſui dilectiſſimi in quo ſibi *Luc.11*
bene complacuit.Hoc eſt regnum Dei,quod in nos re
gnum Chriſti non eſt de hoc mundo,Sic tranſtulit nos
de Ægypto,per mare baptiſmi, in terram optimam,
melle & lacte manantem. Et ibi habitat nobiſcum vſ- *1.Ioan.5*
que ad conſummationem ſeculi.Vel ſi malueris de re-
gno cœlorum hæc verba intelligere.non refragor.Nam
ſic tranſtulit nos de hoc ſeculo nequam, & mundo in *Mat.6*
maligno poſito,in regnum filij dilectionis ſuæ,hoc eſt,
in cœlum. Ideo petimus:Adueniat regnum tuum.Quar
tum beneficium eſt redemptionis noſtræ,de manu ini- *Luc.11*
micorum noſtrorum & omnium qui oderunt nos odio
iniquo.Quo & redemit Iſrael ex omnibus iniquitati-
bus eius in ſanguine ſuo,dicens in quo,mediatore Dei *Luc.1*
& hominum homine Chriſto Ieſu.habemus,nobis ;fa-
ctam per mortem illius redemptionem.Quia ipſe ag-
nus eſt,qui tulit peccata mundi. Ipſe liberauit paupe- *Pſ.129*
rem hominem à potente diabolo. Et verè pauperem,
quia nullus ei adiutor alius fuit,neque in cœlo , neque
in terra,neque ſubtus terram. Ipſe, quæ non rapuit, *Ioan.1*
exoluit.Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras,
& attritus propter ſcelera noſtra.Ipſe factus eſt nobis
ſapientia à Deo,& iuſtitia & ſanctificatio & redemptio
Quintum eſt remiſſionis peccatorum. Ideò ait, & re- *Pſ.71*
miſſionem peccatorum,Quia apud eum eſt miſericor-
dia,& copioſa redemptio.Et Apoſtolus ait,Chriſtus de
dit ſeipſum pro nobis in mortem,vt nos redimeret ab
omni iniquitate,& mundaret ſibi populum acceptabi-
lem,ſectatorem bonorū operum. Huic omnes prophe- *Tit.2*
tæ teſtimonium perhibent ,remiſſionem peccatorum
accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. *Actu. 10*
Et iterum diuus Petrus ait: Deus pater principem & *Act.5*
ſaluatorem Ieſum exaltauit ſuper omnes cœlos & deos
dextera ſua,ad dandam pœnitentiam Iſrael, & remiſ-
ſionem peccatorum.Et alibi,In Chriſto habemus re-
demptionem per ſanguinem eius,remiſſionem pecca- *Ephe.12*
torum

torum ſecundum diuitias gratiæ eius. Et ſi laus, honor gloria & gratiarum actio, ſuper inenarrabilibus donis & bonis eius, & pro omnibus quæ retribuit nobis. Amē
Sic ſanguis Chriſti, qui per ſpiritumſanctum ſemetip-
Heb.9 ſum obtulit immaculatum Deo, emundat conſcientias noſtras ab operibus mortis, ad ſeruiendum Deo viuenti.

DOMINI. XXIIII. POST

PENTECOSTEN, IN EVANG.

Matth. xxj. Sermo.

2.Tim.3 MAli homines ſemper proficiunt in peius; non dormiunt niſi cùm maleſecerint; nec rapitur ſomnus ab oculis eorum, niſi cùm ſupplantauerint. Si autem nequi-
Prou.4 tia earum excreſcit in odium, malitia ad momentum ſe occultat nonnunquam, nunquam tamē quieſcit. Et ſi foris non oſtenditur, intus tamen vrget. & impellit ad ſupplantandum, ad nocendum ad mortificā-
Rom.1 dum, & quod peius eſt, ex beneficiis non lenitur inui-
Sap.6 dia, ſed quò accipit dona maiora & obſequia, eò in maiores flammas exurgit, eò magis exacerbatur. Et ſicut ignis ex appoſitione lignorum augetur, ſic malus animus, voluntas obſtinata, homo in reprobum ſenſum datus qui cum inuidia tabeſcente iter habet, conuerſus in arcum prauum, ex bonitate fit deterior, ex lumine ex cæcatur, amaricatur ex dulcedine, moritur ex vita ex amicitiæ & dilectionis ſignis & operibus inuidiæ ſomēta accipit & zelum amarum, ideo eò vſque proficit in
Sap.2 malo, vt optimè meritum, gratis odio habeat, & pro eo quòd eum diligere deberet, detrahit illi. Non poteſt ei quicquā pacificè loqui, grauis eſt ei ad videdū, Horū cauſa eſt, q̄a ſequitur bonitatē, facit bonitatē per manet in bonitate. Bonitatē & diſciplinā & ſciētiā, tū operibus & moribus tum verbis docet omnes. Hoc in euangelio dominicæ huius oſtenditur manifeſtè, in quo ponitur machinatio maligna & quæſtio ſubdola, ac Chriſti reſpōſio vera. Abeūtes phariſæi. Ante huius verba euangelij Dominus Iudæos damnationi obnoxios docuit,

&

& maximè phariſæos,ſcribas,& hypocritas,eo quòd ad
nuptias & fidem incarnationis filij dei inuitati,creden
do,diligendo & viuendo venire noluerunt, Et in alia
parabola de vinea.concluſit eos morte dignos,pro eo, *Mat.2*
quòd filium vnicum domini vineæ,ſcienter & ex mali
tia occidere vellent.Item publicanos & meretrices eos
præcedere velle in regno cœlorum,quia ad prædicatio
nem Ioannis derelictis viis ſuis malis & ſtudiis in veri-
tate conuerſi fuerunt,& dignos pœnitentiæ fructus fe *Ibidem.*
cerunt.His & aliis multis auditis,de multis inſidiaban- *Eſai. 55*
tur ei Manus verò in eum iniicere non audebant: non
quia ſcelus exhorrebant effuſionis iuſti ſanguinis , nec
timor dei eos deterruit,aut iuſti iudicij tremor & for-
mido,ſed tantummodo plebis ſedirio & populi tumul-
tus eorum manus conſtrictas tenebat. Sicut ſcriptum
eſt,Cùm audiſſent parabolas iſtas,cognouerunt quod *Mat.26*
ad eos loquebatur.& quærebant eum tenere , ſed tur-
bas timuerunt,quoniam ſicut prophetam eum habe-
bant.Verùm,cum malitia & odium,cor hominis imple-
uerunt,nunquam quieſcit,niſi effuderit venenum ſuū,
niſi nocumenta inferat ei quem odit Sic phariſæi cùm
manus Ieſu iniicere timore turbarū non auderent,in-
uidiam ei apud turbas conflare ſatagebant.Certi quod
ſemper mutabile vulgus inſtar auræ atque abſque om *Ioan. 14*
ni periculo,de medio tolleretur:Omnem ergo lapidem
mouerunt , omnes ſinus excuſſerunt vt eum perdere
poſſent. Abierunt ergo à Chriſto ad Satanam:à gra
tia ad culpam,à luce ad tenebras,à veritate,à via & vi
ta,ad falſitatem,& mortem. Abierunt retroſum poſt
cogitationes & malitias cordis ſui mali.Scitote o mi- *Pſ 44*
ſeri,quia malum eſt & amarum relinquere Dominum
Deū veſtrum,& timorem eius non eſſe apud vos.Quò
ibitis o inſenſati & faſcinati Iudæi à Chriſto,qui verba
vitæ æternæ habet.& gratiam diffundit ſicut flumina,
in labiis ſuis?Scrutamini ſcripturas quæſo , & ſcitote,
quòd omnes qui Deum derelinquunt confunduntur,re
cedentes ab eo in terra ſcribuntur, quoniam derelin-
quunt venam aquarum viuentium Dominum. Inter *Hier. 17*
multos iſtos numerandi ſunt,qui retro abierunt poſt
Satanam: & iam cum Ieſu non ambulant. Dereli-
querunt Dominum ,blaſphemauerunt ſanctum , imò
ſanctum ſanctorum Iſrael , abalienati ſunt retror-
ſum

ſum. Eſt autem malitia ſpontanea, & deliberato animo, malo cognito conſentire, vel facere ea quæ contra legem naturæ ſunt & iuſtitiæ & ordinem ſyncerae Dei
Iuda. proximique dilectionis. Væ illis qui in via Cain maligni abeunt, & in errore Balaam (qui noluit intelligere
Num. 24 vt bene ageret, quia malitiam dilexit ſuper benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem) mercede effuſi ſunt & inſtar Chore, Datan, & Abiron contradicunt Deo, & eius regni moderatoribus. Talis filius fuit Abſalon, in patrem inſurgens, Aman populo Dei inſidias & mortem parans. Iſtos, rationem reddendo, vel ſcripturas allegando, vel timorem Dei perſuadendo ſi velis quietare, retrahere à malitia & illatione nocumentorum, agis nihil, proficis nihil. Tantum eſt, ac ſi lignorum appoſitione, olei, reſinæ, & aruinæ additione, populantis flammæ incendia extinguere velles, quanto magis laboras eos ab incepto retrahere, eo maligniores, pertinaciores, impudentiores, magis effrenati & obſtinatiores redduntur, ſicut qui decurrentis aquæ impetum impedire nititur, dum vna parte viam e-
Pſ. 118 ius claudit, aliunde vi magna ſibi viam facit. Confun-
Iob. 5 duntur ſuperbi, impediuntur maligni, ne poſſunt implere manus eorum, quæ cogitauerant & cæperant. Fit irrita, reuelatur in concilio, & in malitia ſua impius repel-
Prou. 14 litur, ſed corrigitur nunquam, quia venenum aſpidum inſanabile eſt. Ignis iſte nunquam dicit ſufficit. Quaſi mare feruens cor impij eſt, quod quieſcere non poteſt,
Eſai. 57 & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.
Baru. 1 Sed qui iſti, qui ſic ſunt incteduli, qui in tam altum malitiæ profundum venerunt, & diſſipati, tam longè receſſerunt, ne audirent vocem Dei & Chriſti Ieſu? Phariſæi erant, homines mente corrupti, ſpeciem pietatis foris prætendentes, in veſte & in ficta conuerſatione, ſed intus, vacui erant cordis bonitate, veritate zelo iuſtitiç. Foris aurei vt Beel. intus lutei: foris inſtar ſepulchrorum mortuorum, multa varietate colorum depicta boni, iuſti ac ſancti apparebant: intus autem pleni erant hypocriſi, malitia, nequitia, dolo, fraude, & omni impietate. Erant ſicut ſcabioſi equi, phaleris regalibus circumamicti, & aſini Cumani, exuuiis leonum operti. Erant moneta adulterina, imaginem & inſcriptionem Regis foris habentes. At Chriſtus phaleras & leonum
exuuia

exuuia hic eis detraxit.Et dum dolum & mentitam ſan
ctitatis ſpeciem quo fraudulenter operti erant,hic re-
uelauit in concilio cùm eorum malitia,qui eſſent,om- *Pſ.26*
nibus manifeſtabatur Sic doloſè egerunt in conſpectu
Dei,corda videntis,& ideo inuenta eſt iniquitas eorũ
ad odium.Quia veritas odium parit. Iſti diuiſi ab aliis
erant,perinde ac aliis eſſent ſanctiores,cùm in veritate *Pſ.35*
omnibus eſſent peiores. Segregabant ſemetipſos, ne
cum peruerſis peruerterentur,& ne ex malorum con-
tubernio veluti ex morbidarum ouium aut leproſo-
rum hominum conuictu macularentur ſimileſque eis *Rom.12*
efficerentur,vt vſu venire ſolet.Et ſic radix ſancta fuit,
ſed rami ſuapte malitia non ſolùm inutiles,ſed & peſti
lentes mortiferique erant. Fundamentum eorum in
montibus ſanctis erat,ſcripturis conſonum,imò ex ſcri
pturis deſumptum.At illi heu in veritate, in bonitate,
in iuſtitia & ſanctitate profeſſa ſtabiles non manſue-
runt A via regia deflexerunt,declinauerunt in obliga- *Pſ.106*
tiones cum operantibus iniquitatẽ,& appropinquaue-
rũt vſque ad portas mortis.Et ſicut ex profeſſione om
nibus hominibus erant perfectiores,ſanctiores,& me-
liores,ſi in veritate ſtetiſſent,& in veritate ambulaſſent
ante Deum,& in corde perfecto,quod bonum eſt in o-
culis Dei feciſſent:Sic è regione, cum ſuapte malitia
excæcati ſunt,& ſuper adamantem indurati,atque odi- *Eſaie 38*
re Chriſtum cœperunt,qui eos tranſgreſſionis argue-
bat & ſimulationis,mox omnium facti ſunt peſſimi, ſal
infatuatum,laqueus captionis,rete diaboli,fouea inte-
ritus,ſcandalum puſillorum,mare malorum,ſentina vi
tiorum,puteus abyſſi,via damnationis æternæ.Ex tũc, *Mat.18*
nec Deum timuerunt amplius,nec homines reuereban
tur.ex tunc percuſſerunt fœdus cum morte,& cum in-
ferno fecerunt pactum. Poſuerunt mendacium ſpem
ſuam,mendacio ſe protexerunt.Manibus & verbis ac-
cerſierũt iniuſtitiã,& exiſtimabãt illam amicam,& ſpõ *3.Pet.2*
ſiones poſuerunt ad illam O quàm eſt terribile,eos de
ficere ab eo quod traditum eſt eis ſancto mandato. O
quàm eſt damnabile,eos ire retro, à veritate cadere,
qui aut voto aut profeſſione,viam perfectionis ſũnt ag *Prou.6*
greſſi,Eiuſmodi apoſtatæ fiunt viri inutiles, gradiuntur
ore peruerſo,annũnt oculis,terũt pede,digito loquun
tur,prauo corde machinantur malum,& omni tẽpore
iurgia

Iob 13 iurgia ſeminant, mare cœlo miſcent & ſacra prophanis Os ſuum ponunt in cœlum,& lingua eorum tranſit in terra. Contra omnipotentem roborantur, tendunt aduerſus Deum manum ſuam, currunt aduerſus eum recto collo,pingui ceruice armati ſunt. Sequitur: *conſilium inierunt*, iuxta illud Simeon,quò ad phariſæos:& Leui,quò ad ſacerdotes, fratres per cõcordiam in malo,vaſa bellantia contra Chriſtum,in eorum conſilium

Eſaia 30 non veniat anima mea. Iſti ergo filij Belial, filij deſertores,genimina viperarum, conſilium inierunt cũ Herodianis,videlicet,quale conſilium, tales & conſiliarij. Væ vobis filij deſertores,qui facitis conſilium,& nõ ex Deo,& ordimini telam,& non per ſpiritum eius,vt addatis peccatum ſuper peccatum:Sic ſimilis ſimilem ſibi quærit,ſic volatilia ad ſibi ſimilia, conueniunt: Quis enim poterat dare conſilium contra Chriſtum niſi diabolus,qui eſt contra Chriſtum,& aduerſarius piorum, & qui ſunt ex parte eius?Conſilium bonum à quatuor quæritur:A Deo:Pete à Deo vias tuas dirigi,& omnia conſilia tua in ipſo permaneant,ait pater bonus ad bonæ indolis filium.Ipſe habet conſilium & intelligentiam:ſed hoc conſilium deſpicitur, cùm tamen conſiliũ domini maneat inæternum.Quærendum etiam eſt à Chriſto,in quo Deus erat mundum ſibi reconcilians, & in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit,ipſe enim magni conſilij angelus eſt, repletus ſpiritũ conſilij quia conſilium eius ſtabit,& omnis vo-

Eſai.11 luntas eius impletur & fit.Phariſæi autem abierunt in cõſilio impiorum ſteterunt in via peccatorum,& in cathedra peſtilentiæ ſederunt,&conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſis. Secundò accipiendum eſt conſilium ab homine bono,quia bonus homo de bono cordis ſui theſauro profert bona Deus enim glorificatur in conſilio ſanctorum,ipſi ea,quæ Dei ſunt,pacis,iuſtitiæ,ſalutis & charitatis cogitant,deſiderant, conſulunt, promouent, & decernunt. Vbi talia conſilia,ibi ſalus, conſilium ſapientis,ſicut fons vitæ permanet.tale conſilium Ioſeph dedit Pharaoni, Daniel Nabuchodonoſor regi Babylonis,tale virginibus dat Apoſt.Ioſaphat populo in tribulatione conſtituto. Sed illi quæſierunt conſilia à malis.quæ ſunt fraudulenta,de quibus ſcriptum eſt: A conſiliario malo cuſtodi animam tuam,quia conſiliarij

mali

mali deũ exacerbant in conſiliis ſuis. Quale enim fuit conſilium impij Balaam quod dedit Balach? Quod Ionadab dedit Amon? Quod Achitofel dedit Abſaloni filio Dauid ſcelerato? Quale Caiphas pontifex dedit, vt Chriſtum perderent, ne locum perderent & gentem? Eius farinæ multa conſilia multa in ſacris literis memoriç ſunt prodita, quæ tråſeo gratia breuitatis. verùm vt tritum vulgi habet adagium: Cõſilium malum, conſultori peſſimum. Quod ſapiens Ieſus Sirach non tacuit dicens: Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet & plaga doloſa, aut aliud malũ quodcunque. dolo ſi diuidet vulnera, hoc eſt, in eum recidet cum cumulatione multa, & qui fodit foueam, incidet in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendet in eo, & qui laqueũ alteri ponit, peribit in eo. Sequitur: Facienti conſilium nequiſſimum, ſuper ipſum deuoluetur, & non cognoſcet vnde veniet illi. Illuſio & improperium ſuperborum, et vindicta, ſicut leo fortis, qui ad nullius pauet occurſum, inſidiatur illi, vt iuxta diui Petri dictũ, deuoret eum, et dolor conſumit illos, antequã moriantur, Vt in Achitofel, in Antiocho, Alchimo, Menelao, Herode Aſcalonita, Antipa, & Herode Agrippa, vt alios taceam manifeſtum eſt. Adde his & Iudam proditorem, Cain malitioſum, & Cham ſceleratum, atque Elimam magum: Veruntamen, cõſilium impiorum longè ſit à me. Et Sapiens ait: A conſiliario malo cuſtodi animam tuam. nemo verbis aſſequi poteſt, mala quæ mali conſiliarij ſuſcitãt in curiis regum & principum, maximè, ſi magni ſunt apud eos autoritatis, ſicut Amã apud Aſſuerum, & Achitofel apud Dauid & Abſalonem. Vnde bella & lites inter poteſtate præditos? Vnde male malorum quo turbatur totus mũdus? Ex conſiliariis malis, qui ea quæ ſua ſunt quærunt, & nõ quæ Ieſu Chriſti. Nullus Satan peior, nullus diabolus pernicioſior, nullus proditor regnis & terris nocentior, nulla peſtis contagioſior, conſiliariis prauis. Ibi conſilium inopis & piè in Chriſto viuentis, confunditur, id eſt, deridetur, iuſti ſimplicitas arguitur & increpatur, quantũlibet ſenſatè loquatur, non datur ei locus, quia dominus ſpes eius eſt. Iſti ſunt peſtilentes, qui diſſipant ciuitates & regna. Tertiò bonum conſilium à ſapientibus quæri debet Conſilium ſemper à ſapiente perquire, fili

Ioan. 11
Eccle. 27
Act. 13
Eccle. 37
Philip. 2
Psal. 11
Iob 4

Gene.41 mi Sic fecit Aſſuerus. Ipſi enim ſciunt leges & iura maiorum. Sic Pharao ſecutus eſt conſilium Ioſeph Allophyli, Moyſes amicus dei, Ietro conſilium ſecutus eſt, Eccleſ.8 Bethſabeç audiuit conſilium Nathan videntis, & ſaluauit animam ſuam, & animam filij ſui Salomonis. Contra quod ſcriptum eſt: Non habeas conſilium cum fatuis, non enim poſſunt diligere, niſi quæ eis placent. Quartò à ſenibus & expertis. Quia in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia Corona ſenum Num.11 multa peritia. Ideo dñs Moyſi præcepit, vt ſenes eligeret, qui cum eo pondus populi ferrent, & bonis conſiliis conſulerēt quid facto opus eſſet. At Roboam ſeniorum conſiliū contempſit, ac iuuenum ſtultitiā ſequens, locum Ioan.11 perdidit & gentem. Proinde ſine conſilio Dei, hominis boni, ſapientū & ſeniorum, nihil fac, & poſt factū non pœnitebit. Deinde malitia eorum culpatur ex mala & praua intentione, ideo enim conſulebant, *vt caperent eum in ſermone.* Cùm tamē ipſe noſceret corda eorum, & cogitationes intentionésque diſcerneret. O ſtultitia ineffabilis, dementia deſperabilis, præſumptio incomparabilis: Fruſtra nitimini, ventos paſcitis ô miſeri. Non poteſt ſapiētia errare in ſermone, nec verbum in verbo, nec veritas in teſtimonio, nec lux à tenebris comprehendi, nec ſapientia à malitia vinci. O malitia diabolica Sermo Dei eos capere voluit ne perirent, & illi Pſal.16 ſermonem eius obſeruant, vt ipſum perdât. Sic gladius eorum intrat in corda ipſorum, & arcus eorū confringitur. Ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiati ſunt, fraudes moliti ſunt contra animas ſuas Hinc ipſe dixit: Et ſermo meus non capit in vobis. Sermone ſuo eos piſciū inſtar capere voluit, et ex mari magno huius mundi extractos, colligere in vaſa et tabernacula manſionū cœleſtium. Sed ipſi noluerunt hamum gratiæ et voca- Ioan.5 tionis diuinæ, cibo verbi Dei occultatū, deglutire. Imò cibum iſtū aſpernati ſunt, abominati ſunt, guſtare noluerunt, ideo in peccatis ſuis mortui ſunt. Sic omnes iniqua agentes, ſuperuacuè, conſilium faciunt et accipiunt, contra ſalutem propriam, iuxta illud: Qui in me peccat, lædit animam ſuam. Pulchrum foret ex ſcripturis oſtendere quomodo ſuperbia, inuidia, ira, accedia, auaritia gula et luxuria conſilia ſuadent contra Chriſtum et verbum eius: ſed tēporis penuria hæc proſequi non

non patitur. *& mittunt ei diſcipulos ſuos.* Nō acceſſerunt phariſæi in propriis perſonis ad Chriſtum. Tū ne fortè ſuſpecti, eum circumuenire non poſſent. Tū vt córam ignotis liberius reſponderet. Itē ſi ipſi veniſſent, & verbum aliquod audiſſent quod calumniari valerēt, nemo tamen eis fidem daret, cum ignoraret nemo, quòd eius inimici capitales eſſent. Mittunt ergo diſcipulos, per quos ſicut Satan per ſerpentem, loquebantur: Satan Adam primum per ſerpentem ſeduxit. Adam verò ſecundus, cœleſtis, Satanam hîc in filiis ſuis vicit. Et nos quomodo technas fraudiū eius eludere debemus, docuit opere & ſermone. Mittunt diſcipulos, quaſi ignotos, vt facilius eum deciperent. Verum fruſtra nitimini. Apud ipſum eſt ſapientia. Ipſe nouit decipientem, & eum qui decipitur. Adducit conſiliarios in ſtultum finē. Aut putatis quod decipietur vt homo, veſtris fraudulentiis? Mittunt diſcipulos, vt ſi vincerētur, ipſi Phariſæi non confunderentur. Mittūt diſcipulos ſuos, ætate minores, malitia pares. Sicut pulli ſerpentum, ſtatura breuiores ſunt, ſed veneno æquales. Catuli luporum, & ſi venatione nocere non poſſunt, tamen ſanguine gaudent, & morſibus ludunt. Iſti diſcipuli, iuſtos ſe ſimulabant, vt caperent eum in ſermone, & traderent principatui & poteſtati præſidis, vt Lucas ait. *cum Herodianis.* Vt quicquid diceret, in eum detorqueretur. Si diceret cenſum dandum eſſe Cæſari, in odium populi caderet. Si diceret non eſſe dandum, mox comprehenderetur ab Herodianis. Hic obiter nota, quòd in Herodianis vitia, in diſcipulis Phariſæorum, virtutum apparentia deſignantur. Tunc ergo ad nos veniunt Herodiani cum diſcipulis Phariſæorum, quando vitium ſpecie virtutis velatum nos impulſat, vt pulchrè valde diuus declarat Gregorius., xxxij. Moralium xxij. dicens: Tunc diabolus duriores excitat tentationes, quando ante tentati oculos iniquitatis laqueos ſub ſpecie virtutis occultat. De qua dicitur: Cartilago eius quaſi laminæ ferreæ. Quid per cartilaginem, niſi ſimulatio eius accipitur? Cartilago enim oſſis oſtendit ſpeciem, ſed oſſis non habet firmitatem. Et ſunt nonnulla vitia, quę oſtendūt in ſe rectitudinis ſpeciem, ſed prauitatis prodeunt infirmitatem. Hoſtis enim noſtri malitia, tanta ſe arte palliat, vt plerunque ante deceptæ mentis oculos,

Ioan. 12

Iob 70

los,culpas virtutes fingat, vt inde quiſq; expectet præmia, vnde dignus eſt æterna inuenire tormenta. Plerunque enim in vlciſcendis vitiis crudelitas agitur, & iuſtitia putatur. Atque immoderata ira,iuſti zeli meritum creditur. Et cum à diſtortis moribus peccatores dirigi cautè debeant, violēta inflexione frangātur arundines conquaſſatæ, & linum fumigans penitus extinguitur &c. Alia multa exempla vide ibidem. Diſcretione hic magna vtēdum eſt, vt falſa moneta à vera, fictus amicus ab amico vero, apoſtoli ſatanæ, qui ſe transfigurant in apoſtolos Chriſti, ac miniſtros iuſtitiæ, à veris apoſtolis per fructus doctrinę diſcernantur. Latet enim vitium, ſpecie virtutis & vmbra. Hinc eſt, quòd in

Leuit 2 ſacrificiis Deo offerendis, pellis hoſtiæ aufertur. Nec pellis ſiue exuuium offertur Deo, ſed caro, tamen prius

Deut. 14 in fruſta diuiſa. Et iuxta typum eundem, animalia ruminantia & vngulam diuidentia, munda erant. Hoc ſignante Spiritusancto, quòd in operibus noſtris, omnis

Sapien. 1 pellis ſimulationis & fraudis eſt auferenda. Quia ſpirituſſanctus diſciplinæ fictum fugit. Et alij longas ſimulabant orationes, ſanctitatis fucum prætenderunt, zelum Dei & omnem iuſtitiam in ſpecie oſtenderunt foris, & ouium veſtimentis operti, impoſuerunt multis, faſcinauerunt multos, ne obedirent veritati, vt eis ex-

Ioan. 14 probrat Chriſtus. Sed ipſe veritas eſt, veritatē diligit, veritatē requirit. Iudicabit etiam orbē terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. In veritate iudicium edocet. Deponamus ergo, qua hactenus operti fuimus,

1. Petr. 2 omnem malitiam, & omnes dolos & ſimulationes, & inuidias, & omnem impietatem atque ſecularia deſideria, arma item tenebrarum abiiciamus, veterē item

Rom. 13 hominem exuamus, cum actibus ſuis, & induamus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatur in iuſtitia

Rom. 13 & ſanctitate veritatis. Induamur arma lucis, imo, ipſum induamus dominum Ieſum Chriſtum: Sic vt in die honeſtè ambulemus, ſicut ipſe ambulauit, & eius imaginē portemus, ipſi ſeruiamus in ſanctitate & iuſtitia, omni-

1. Corin. 14. bus diebus noſtris: ſicut modò genitu infantes (Malitia paruuli, ſenſibus vero perfecti) rationabiles ſine dolo. Nam ſi non cōuertimur & efficimur ſicut paruuli tales, non intrabimus in regnum cœlorū. Diſtinguenda item ſunt vitia à virtutibus, bonum à malo, & ab eo quod

vmbram

vmbram bonitatis habet,non ipſam imaginem rerum, vt ſciamus eligere bonum,& reprobare malum:Ne errore ſeducti,dicamus malum bonũ, & bonum malum, & ponamus tenebras lucem,& lucem tenebras, & ponamus amarum in dulce. & dulce in amarum. Et hæc omnia perinde ac ruminando ſunt diſcernenda. Sequitur fraudulentia adulationis,Verum dixerunt, ſed deprauato ex corde, & mala intentione. Sicut & pater eorum diabolus, dixit eum filium Dei & ſanctum. *dicentes,* videlicet diſcipuli phariſæorum: *Magiſter.* Hæc eſt prima hypocritarum potentia, ſimulata videlicet laudatio:quia laudant quod perdere volunt. Sicut qui non poteſt taurum viribus ſubiugare, mollibus manibus fricat ceruicem eius, vt per blandimẽta eum comprehendat. Molliti ſunt ſermones ſuos ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. At ſic blandis fictiſque ſermonibus Chriſto loquendo,rete expanderũt greſſibus eius.Hoc eſt oleum peccatoris, quo verus Dauid noluit impinguari caput ſuum:Quia gloriam ſuam non quæſiuit,& gloriam ab huiuſmodi hominibus fictam, non accepit. Quia gloriam veram à patre ſuo Deo habuit: Quia gloria & honore coronauit eum, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum. Erat nihilominus magiſter & doctor verus, nos docens vtilia Magiſter ille vnus eſt qui foris prædicat,& intus corda illuminat. In cuius comparatione omnes ſumus diſcipuli,& ignari,& cæci,& ſine intellectu. Verè magiſter eſt, quia eſt ipſa ſapientia patris.Et omnis ſapientia ab eo eſt, & cũ eo fuit ſemper. In illo fuerunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi.Ille adinuenit omnem viam diſciplinæ.Idipſum ipſe aſtruit,dicens: Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis: Sum etenim. Sed quid docuit? Non cœlos creare aut ſtellas, non ſuper aquas ſiccis ambulare pedibus: Sed docuit nos ſe imitari in bonis operibus & virtutibus. Nẽpè:charitatem, fidem,ſpem,vt ſimus mites & humiles corde, in tribulatione patientes,in oratione vigiles, in beneficiis grati. Vt ſimus lux mundi, ciuitas ſupra montem poſita, ſal terræ: Vt crucem noſtram accipiamus quotidie, & eum ſequamur,vt inuicem diligamus. Sed cum omnis magiſter profeſſor eſt veritatis,ideo conſequenter eum de triplici veritate commendant. Vna manu panem oſten-

[Margin: Pſal. 34 · Pſ. 104 · Pſal. 3 · 1. Cor. 2 · Matt. 12 · Rom. 11]

oſtẽdentes, altera lapidẽ geſtantes. Laudant ergo eũ de veritate vitæ, doctrinæ, & iuſtitiæ. Et huic triplici veritati charitas congaudet dicũt ergo: *Scimus*. Ecce quomodo ſermonibus ſuis ſe prius condemnant & illaqueant, antequam manus in eum iniiciant. Scimus dicũt, quod credere nolunt. Si ſcitis, ergo peccatum veſtrum manet, & vapulabitis multum. Ergo mentita eſt iniquitas ſibi. Scimus ergo & ſuper omnem certitudinem ſcimus, & certi ſumus, *quia verax es* in vita tua, vt nemo te poſſit arguere de peccato vllo. Peccatum nullum facis, princeps mundi huius in te non habet quicquam. Scimus quod ingreſſus es ſine macula, & operaris iuſtitiam. Si hæc ſcitis, Beati eſſetis, ſi faceretis ea. Si hæc ſcitis, ergo excuſationem non habetis de peccatis veſtris, ſed odio habetis eum gratis, & redditis ei malum pro bono, & odium pro ſua dilectione. Et hoc conqueritur ipſe de vobis, dicens: Qui retribuunt mala pro bonis: detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Si hæc ſcitis, quare eum diabolum habere prius dixiſtis, & Beelzebub vocaſtis? Illa enim veritas vitæ, irreprehenſibilitas eius eſt, quia voluntatem patris ſui cœleſtis ſemper fecit. Commendant eum item de veritate doctrinæ, dicentes, *& viam* Dei, qua ſcilicet venitur ad Deum, vt ſunt mãdata Dei. Hæc via arcta, paupertas voluntaria. Hæc via excellentior, charitas eſt. Hæc via laborioſa, pœnitentia eſt *in veritate doces*. In veritate viam Dei docuit

1. Ioan. 3. quia facere cœpit & docere. Nec lingua & ſermone ſolummodo docuit, ſed opere & veritate. Et omnis qui eius exemplo facit & docet hæc magnus vocatur in regno cœlorum. In veritate docuit, quia verbum Dei nõ adulterauit & omnia quæ audiuit à patre nota eis fecit. Dolus item non eſt inuentus in ore eius, ſicut & peccatum nullum fecit. Nec veritatem Dei & miſericordiam abſcondit à conſilio multo, ſicut illi qui veritatem Dei in iuſtitia detinent. Si hæc ſcitis, o filij hominum, vt quid ergo diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Cur à veritate quàm docet, auditum auertitis, & conuertimini ad fabulas, & reſpicitis in inſanias falſas? Cur dixiſtis, quòd durus eſt ſermo eius, & quis poteſt eum audire? Cur item cum dixiſtis ſeductorem eſſe & ſubuerſorem gentis veſtræ? Os veſtrum condemnat vos. Ille in hoc natus eſt, & venit in mundum

vt teſtimonium perhiberet veritati. Ipſe autem ſi veritatem dicit vobis, vt ipſi teſtificamini, tamen non creditis ei. Quia ex Deo non eſtis, ſed ex diabolo qui in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas vitæ, doctrinæ & iuſtitiæ in eo. Qui autem ex Deo eſt, audit verba Chriſti, manet in ſermone eius, cognoſcit veritatem, & veritas liberat eum. Commendant tertio eum de veritate iuſtitiæ, dicentes: *& non eſt tibi cura de aliquo.* Eſt, ei æqualis cura de omnibus, eo quod puſillum & magnū ipſe fecit, Et teſte beato Petro: Ipſi cura eſt de nobis. Sed eatenus dicitur hic, quod non eſt ei cura de aliquo, quatenus neminem timet, quo minus recte doceat pie viuat, iuſte iudicet, quia perſonam non accipit, pretio non corrumpitur, nec precibus flectitur, nullius potentiam veretur, nec fauore mitigatur, nec ira exacerbatur. Vnde ſequitur *Non enim reſpicis perſonam hominum.* Ecce veritas iuſtitiæ Sed ſi hoc ſcitis, cur veritatem iuſtitiæ eius non timetis? Sicut ſcriptum eſt, A iudiciis tuis timui Sed in confeſſo eſt, quod iudicia eius terribilia ablata ſunt ab oculis veſtris. De hac triplici veritate, ſcripſi libro ſecundo de vera charitate. Non reſpicis perſonam hominum, ſed merita, Ideo ſcimus & certi ſumus, quòd maieſtatem Cæſaris non formidabis, quo minus palàm dicas nobis, quod verum eſt. Non eſt in te defectus vitæ, nec defectus ſcientiæ, nec zelus tibi deeſt iuſtitiæ. Et nos fratres dilectiſſimi, hanc à magiſtro ſummo triplicem veritatem diſcamus. Ambulemus in veritate vitæ, doceamus veritatem doctrinæ, faciamus veritatem iuſtitiæ. Primo, iudicando noſmetipſos & probãdo: Quia ſi noſmetipſos diiudicauerimus vtique non iudicabimur à domino Et quomodo nos iudicamus, taliter & proximos iudicemus, ſi iudicium & correctio nobis incumbit ex officio. Alias, ſi quis poteſtate non eſt præditus, ille iudicet ſeipſum, arguat vias ſuas. Iudicium proximorum domino committat & vindictam. Hoc autem iudicemus magis, ne ponamus offendiculum proximis vel ſcandalum. aut aliud quid faciamus in quo proximus, perdi, conſtriſtari, infirmari in fide, percuti in conſcientia, aut deſtrui poſſit. Sed potius quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.

Sap. 6.

1. Pet. 5.

Pſal. 9.

HOMILIA SECVNDA.

VIdentur mihi Iudæi ante victoriã cantaſſe triumphum, in cordibus ſuis ouaſſe ac egiſſe epinicia. Lætatos fuiſſe,ſicut qui lætantur in meſſe, de fructuum vbertate,& ſicut exultant victores,quando diuidunt ſpolia,Io pean,Io triumphe. Sed ſcitote obſecro,quod ſtultum eſt & extremæ dementiæ,accinctum vt diſcinctum gloriari. Multi ſunt caſus & varij euentus belli.Nolite gloriari in immenſum, ſit exultationis modus, adhuc ſub iudice lis eſt Sed eorum audiamus dilemma, quo ſic Chriſtum conſtringere ſe putant,vt explicare ſe non poſſit, quin cadat in caſſes eorum:& Dicunt: *Dic nobis*, diſcipulis tuis,qui te magiſtrum vocamus: Amicis tuis quibus ea quæ à patre tuo audiſti.nota facis, qui ſic te commendamus. Dubiis. qui hoc ignoramus. Dic nobis,tu qui promittis te ſcientiam Dei habere,& filium Dei te nominas. Qui palàm locutus es vaticinio Eſaię te deſignatum eſſe, quo dixit: Spiritus domini ſuper me, qui vnxit te præ participibus tuis, non ad menſuram, à quo te pauperibus euangelizare dixiſti miſſum. Iſte ergo te repleuit ſpiritu ſapientiæ & intellectus. *Quid tibi videtur*,ſcimus quia ſermo tuus veritas eſt.Qui non aliud corde clauſum & aliud lingua promptum habes. Nec lingua doloſa in corde loqueris, *licet* nobis genti electæ,populo peculiari, ſicut ſcriptum eſt:Elegit te dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris, de cunctis populis quæ ſunt ſuper terram, vt ſis populus
Pſal. 47 ſanctus domini Dei tui.Nec alia natio tam grandis eſt, quæ habeat deos appropinquantes ſibi,ſicut Deus noſter adeſt nobis, & cunctis obſecrationibus noſtris. Quæ enim eſt alia gens tam inclyta, vt habeat ceremonias, iuſtáque iudicia & vniuerſam legem Dei?Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Ei ſoli ſeruire debemus. Licet ergo nobis, qui ſacrificia facimus, & decimas damus, cum primitiis, & regni ſeculorum immortali. inuiſibili ſeruimus. Licet ergo à nobis *cenſum dare Cæſari*, *an non?* ſicut il-
2.*Mac.* 3 lis videtur, qui Deum loci huius & gentis dicunt propugnatorem, cui ſacrificia pendemus & cultum. Sed iam eorum malitiam confutat Chriſtus veritas & lux: Nam veniente & percepta veritate mendacium confunditur

funditur. Orta luce, euaneſcunt tenebræ, & quod occultum erat & latuit, ab omnibus videtur. Abſtracta phalera, quàm ſit equus macer & ſcabioſus, videtur. Deprehendit ergo eorum nequitiam, reprehendit fraudulentiam, confundit aſtutiam. *cognita ergo Ieſu nequitia eorum*. Prima virtus reſpondentis eſt interrogantium mentem cognoſcere. Nihil autem Deum latere poteſt, **Hier.11** qui renes & corda ſcrutatur. Conſumitur velut nix, nequitia peccatorum & nebula perit, orto ſole veritatis cum calore. Non eſt fortitudo, non eſt ſapientia con- **Prou.2** tra dominum *dixit* eorum reprehendens fraudulentias & technas circumuentionum. *Quid me tentatis hypocritæ?* Hypocrita eſt, qui aliud eſt, & aliud prætendit. Aliud ore loquitur, aliud in corde molitur. Omnis autem hypocrita nequam eſt Eſaiæ nono. Illi blandiuntur, vt noceant: Chriſtus arguit, vt ſaluet. Quia meliora ſunt vulnera diligentis amici, quàm fraudulenta oſcula odientis. Prou.xxxij. Si ego non reſpicio perſonam, & viam Dei doceo in veritate, prius ergo vobis veritatem dicam. Vos eſtis hypocritæ & ſimulatores, & tales eſtis intus & foris, Talia ſunt omnia verba veſtra & opera eorum Matth.vj.xxiij. Luc.xj. Non reſpondit ſecundum ſermones pacificos, placentia, ſed ſecundum conſcientias eorum, dura eos increpatione ferit: Quia Deus plerunque ad animam loquitur, non ad corpus, voluntatibus reſpondet, non verbis. In hoc docemur, adulantium nobis blandiloquentias reſpuere: ægro animo ferre debere, & adulatores ipſos increpare verbis duris. Ipſi enim dum nos benedicunt, ſeducunt nos, & viam greſſuum noſtrorum diſſipant. Iſti vendunt oleum, caput demulcent, cauda blandiuntur, auribus pruriunt, loquuntur placentia, lamiæ lactantes ſunt, & Syrenes, Eſa.iij. Ipſi nos faſcinant, ne obediamus veritati, vt nos putemus aliquid eſſe cum nihil ſimus, vt a- **Hier.5** lios faſtu mentis noſtræ deſpiciamus. Ipſi ducunt nos (ſi **Ezec.13** aurem eis præbemus) per viam non bonam, blandis fictiſque ſermonibus ſuis & benedictionibus. Quamuis videatur hominibus fauoris laudiſquè cupidis, iuſta: Faſcinatio enim nugacitatis (ne periculum ſuum videre poſſint) excęcauit eos. Nouiſſima autem eius deducunt ad mortem. Ambo in foueam cadunt, cæcus & dux eius: Pereunt ambo in vna hora, caput & cauda. Deinde

confundit eorum aſtutiam per quæſtionis propoſitæ determinationem Ad eum ſiquidem pertinebat huius quæſtionis determinatio, qui ſpiritualem habet & temporalem dominationem: cuius eſt terra & plenitudo eius. Iſte eſt legiſlator vnus. Iac. iiii. cui nullus eſt ſimilis in legiſlatoribus. Per quem & alij legum conditores iuſta decernunt, Dicit ergo *Oſtendite mihi numiſma cenſus* id eſt denarium datum pro cenſu, vt ex hoc haberet anſam eos concludendi. Iſte denarius Imaginem Cæſaris habebat, & nomen eius ſuperſcriptum. *At illi obtulerunt ei denarium.* qui dabatur pro cenſu. *Et ait illis* Ieſus, qui omnes ad ſe venientes reficit verbo vitæ, & verbo gratiæ ſuæ, quod eſt cibus animæ. De iſto pane ſcriptum eſt: Quanti mercenarij in domo patris mei abundāt pa-
Prou. 10 nibus, ego autem hîc fame pereo? Et iterum: Non affli-
Pſal. 32 get dominus fame animam iuſti. Imò, in diebus famis ſaturantur. Tunc eruit à morte animū eorum, & tunc alit eos. De iſta fame ſcriptum eſt: Mittam famem in terram: Nom famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum domini *cuius eſt hæc imago*, quantum ad figuram Cæſaris. *Et ſuperſcriptio?* quantum ad nominis inſcriptionem? Non ex ignorantia interrogat, cum noſcet omnia, ſed vt ex eorum reſponſo, conuenientibus reſpondeat. eóſque concludat in ſuis verbis. *Dicunt ei: Cæſaris* Tyberij ſub quo paſſus eſt Chriſtus. Omnes autem Imperatores Romani, à Iulio Cæſare, Cæſares ſunt appellati. *Tunc dixit illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari,* tributum videlicet & pecuniam per quæ confitemini vos Cæſari ſubiectos *et quæ ſunt Dei, Deo,* videlicet decimas, primitias, hoſtias, laudem, gloriam & honorem. Multa hîc deſunt, quæ adſcribere breuitatis amor prohibuit.

DOMINICA. XXV. POST PENTECOSTEN, IN EVANG.

Matth. ix. Serme.

MVLTIFARIAM multíſque modis olim Deus patribus locutus eſt in prophetis, ſed nouiſſimè, quando venit plenitudo temporis, poſtquam miſit filium ſuum in terris, locutus eſt nobis in filio Filius verò,

cum

cum eſſet mitis & humilis corde, quamuis loqueretur vt poteſtatem habens, Poteſtatem tamen terrorem incutientem non oſtendit in verbis, quia mel & lac ſub lingua habuit, fauus diſtillans labia eius erant, dulciora ſuper mel & fauum. & deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum. Hoc guſtauerat, & viderat qui dixit, Quam dulcia faucibus animæ meæ eloquia tua, ſuper mel ori meo. Diffundit gratiam in labiis ſuis Sermo eius in gratia ſale conditus erat, ædificationem fidei & gratiam auditoribus bonæ voluntatis & tractabilibus dabat, Ideo Petrus dixit ei: verba vitæ æternæ habet. Et alibi legimus, quòd omnes mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius. Plenus ſiquidem gratia & veritate erat Ex plenitudine iſta cordis ſui eructauit protulit verba bona, quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, Et dicuntur verba Chriſti verba gratiæ, multiplici ex cauſa. Tum quòd à gratia procedebant quia ſpiritus domini ſuper eum, & miſit eum euangelizare pauperibus. Tum quòd erant à gratia tanquam de materia. Prædicare annum acceptum domini & diem retributionis Formaliter itẽ quia erant gratia, quia nunquam ſic locutus eſt homo. Ad gratiam item ordinabantur ſicut ad finem, habendam, agendam conſeruandam. Vnde Apoſtolus ait, Cõmendo vos eo, & verbo gratiæ eius. Eſt ſiquidem ſemen benedictum, verbum Dei, quod acceptum in corde bono & optimo gratiam pullulat, in gratiam ſe dilatat. Creſcit, floret & fructificat in gratia. Ergo gratiã confert auditoribus mitis corde & pie agẽtibus, Et hæc eſt potior ratio, quare dixit in verbis gratiæ, & nõ gratia verborum. Multi enim habent gratiam verborum, eloquentes ſunt, verbis affluunt, perſuadere poſſunt, in ſuam ſententiam auditores trahere poſſunt, ſed non habent verba gratiæ, quia ex gratia verba eorum nõn procedunt, in gratia ſale non ſunt condita, nec gratiam dant, auditoribus Ideo, ſunt ſicut æs ſonans aut cymbalum tinniens. Ex vanitate plerunque verba eorum, aut inuidia, aut ex contentione prodeunt, & non ex ſynceritate. At vanus eſt ſermo prædicatoris, ſi non accendit in cordibus auditorum ignem diuini amoris. Hinc eſt quòd turba eum libenter audiebat, quia eloquiũ ei⁹ dulce erat, & facies eius decora, & plena gratia

Mat 7
Can. 4
Mat. 22
Act. 20
Phil. 3

rum.

rum: Sed quomodo verum eſt quòd loquebatur ſicut poteſtatem habens? Dico, quòd poteſtas hęc non debet ad terrorem incutiendum referri, quomodo data fuit lex vetus. Sed ſicut poteſtatem habens docuit, quia dominus legis, nō ſeruus, vt cæteri doctores, fuit. Ideo legem expoſuit, conſilia addidit, ſacramenta gratiam cōferentia inſtituit, docendo corda commouit, illuminauit, in amore Dei accendit. Sic erat vox Domini in virtute, & magnificentia. Sic dedit voci ſuæ vocem virtutis, dum ea quæ alios docuit ipſe prius fecit: In poteſtate docuit, & ſermo eius poteſtate plenus fuit, Quia Deus pater eum Spirituſancto vnxit & virtute, & pertranſiuit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, leproſos mundando, omnes infirmitates curādo, & ſermonem ſuum confirmando ſequentibus ſignis. Loquente ergo Ieſu ad turbas: & flumina ſapientiæ ſuæ effundente, ac hortum plantationum rigante, & partus ſui fructum inebriante. Et inſtar matris vbera ſuæ doctrinæ ſalutaris, & lac paruulis dante, vt in eo creſcerent in ſalutem. Reſpondit enim diſcipulis Ioannis & Phariſæis, qui interrogauerant eum, Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? Hanc ergo Chriſto diluente quæſtionem *Ecce princeps vnus.* Marcus & Lucas dignitatis nomen exprimunt, dicentes: Archiſynagogus, nomine Iairus. Ecce nomen, officium, dignitas nomen Iairus i. illuminatus per gratiam. Officiū, quia Archiſynagogus per ſciētiam & doctrinā, Princeps per potentiam & diſciplinā. Tria hæc fungenti ſacerdotio & miniſtris regni Dei neceſſaria ſunt, vt ſecundū voluntatem Dei ipſi ambulēt, vt recte iudicent, vt eis quibus præſunt, proſint, & ſaluos eos faciant ſecum. Neceſſaria eſt eis potentia, vt viduas defendere, tueri ſubditos, liberare pauperes vociferantes, & pupillos quibus non eſt adiutor: Vt contęrere molas poſſit iniquorum, & de dentibus illorū auferre prædam, vt omnem vlciſci poſſit inobedientiam, arguere cum omni imperio, & virtute irrumpere iniquitates, & eas punire ſecundum ordinē iuſtitiæ. Ne forte extimeſcat faciē potentis, & ex timore ordinē iuſtitiæ dimittat. Vt illi: Qui dant veniā coruis, & vexant cēſura colūbas. Nō enim ſine cauſa gladiū portat Sed vt vindex in ira ſit ei q̃ malè agit, atque hac in re Dei

mi-

miniſter eſt. Sic ergo per potentiã iudicium & iuſtitiã facere debet in terra. Atque hac in re nullius perſonã accipere debet Sic zelet iuſtitiam omnis poteſtate prę ditus, vt omnes eum hoc efferant encomio, ac dicant. Princeps Dei es apud nos. Sit & Iairus oportet, id eſt illuminatus. Petat cum Salomone ſapientiam à Deo, qui eam dat omnibus affluenter. Et nunc reges intelli gite, erudimini qui iudicatis terram Quid enim eſt rex vel epiſcopus ſine ſapientia, niſi aſinus coronatus? Hinc dominus præcepit, vt rex legem Dei haberet, legeret in eo omnibus diebus vitæ ſuæ: Epiſcopi verò & ſacerdo tes legem ſcire tenentur & alios docere. Sed heu præ ebrietate, eam modò ignorant. Ideò cæci duces, canes muti ſunt, non valentes latrare. Sit & illuminatus & vnctus per gratiam, per quam viſcera miſericordiæ induat, omnibus ſubueniat, & omnibus quod ad eius eſt, cum Apoſtolo omnia fiat, vt omnes lucrificet & ſecum ſaluet. Sic dignus erit functione ſua, ſi patris potentiã participat, in filij ſapientia ambulat & ſubditos ad iuſtitiam erudiat, ſi acceptam gratiam ſpiritusſancti, ſicut bonus diſpenſator, in alterutrum adminiſtrat. Iſte particeps, vnus & bene vnus, quia iam vnam fidem Chriſti habuit, in vno corpore Chriſti myſtico membrũ fuit, vnus ſpiritus cum deo fuit, in vna ſpe gloriæ filiorũ dei erant, veritatem iam ſpiritus in vinculo pacis ſollicitus ſeruare fuit: vnum cum deo erat. Iam non erat diuiſus in intellectu in errorum deuia, nec in affectu, per illicita deſideria. Et ſi ſpiritus & carnis in ſe ſentiret affectus diuerſos & contrarios, in carne tamen viuens non erat ſed in ſpiritu, & ſpiritus dei habitauit in eo: Et ſpiritusſancto adiuuante infirmitatem ſuam, & ducente eum per vias iuſtitiæ, facta carnis mortificauit Vnus item cũ proximo ſuo fuit per voluntatis concordiam. Et per cõ ſentionem animorum in charitate, quod eſt vinculum perfectionis, erat cum bonis & rectis corde, cor vnum & anima vna. Iſte ergo talis ac tantus princeps, ea quæ digna ſunt principi, in dilectæ filiæ morte, cogitauit: Nẽ pe eius opem implorare, qui mortificat & viuificat, percutit & ſanat, vulnerat & medetur, deducit ad inferos & reducit, qui viuorum & mortuorum dominatur. Ideò acceſſit in propria perſona ad Chriſtum. Accedit autem cum fiducia ad Chriſtum, thronum gratiæ Dei, vt *Heb. 4*
miſeri

miſericordiam conſequeretur, & gratiam inueniret in
iſto auxilio ſuo opportuno. Acceſſit etiam ad eum, non
duplici corde, vt diſcipuli phariſæorum, quorum cor ple
num erat dolo & fallacia, ſed cum vero corde, in pleni-
Rom.9 tudine fidei, firmiſſime credens, quòd omnia poſſibilia
Iacob.1 ſunt credenti ad impetrandum, ſi in fide poſtulat nihil
Ioan.16 hæſitans iuxta illud: Quodcunque in nomine meo cre-
dentes petieritis, fiet vobis. Filius Abrahæ fuit illumi-
natus iſte in fide Iairus, nam Chriſto credidit qui viui-
ficat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt tanquam ea
quæ ſunt, quòd potens eſſet filiam ſuam à mortuis ſu-
Heb 11 ſcitare. Sed Chriſtus pater miſericordiarum & omnis
conſolationis Deus, fidem eius reſpexit, iuxta quod cre
Pſal. 20 didit, ei fecit. Voluntate labiorum ſuorum, non frauda-
uit eum, vt rei probauit euētus, nec acceſſit in ſola fide
ad Chriſtum, ſed teſtantibus Marc. & Luc. humiliter ei
Eccle. 33 ſupplicauit, quia *procidit ad pedes eius*, certus, quòd oratio
humiliantis ſe nubes penetrat, & pro exauditionis ſuf-
fragio Deum adit, qui reſpicit in orationem humilium,
3.Reg.12 & precem eorum exaudit, vt patet in Achab, in publi-
Ion.2 cano euangelio, & in Niniuitis Ecce tria neceſſaria ei,
qui vult accedere ad Chriſtum: ſuppreſſio viciorum, per
iraſcibilem, quia princeps, ne vlla ei dominetur iniqui-
Rom.6 tas, ne peccatum regnet in corpore eius, vt obediat con
Pſal.118 cupiſcentiis eius, quia longe à peccatoribus ſalus, nec
peccatores exaudit, ſed dicit: Diſcedite à me omnes qui
operamini iniquitatem, quoniam non noui vos. Sit Iai-
rus & illuminatus in intellectu per fidem, & tunc facies
eius non confunditur, ſed ad votum exaudiri promere-
tur. Sit & humilis in affatu, humiliter ſentiat de ſeipſo,
non ambulet in magnis neque in mirabilibus ſuper ſe,
ſed humiliet ſe ſub potenti manu dei, ſempérque vilior
fiat in oculis ſuis. Qui facit hæc, non accepit in vanum
1.Pet.1 animam ſuam, ſed in veritate ambulat coram Deo, ani
mam ſuam caſtigat in obediētiam charitatis, in frater-
nitatis amore ſimplici ex corde proximos diligit, & deo
famulatur attentius. In vanum vero animam ſuam ac-
cipit, qui eam virtutibus nō ornat, vitiis eam deturpat,
Ephe.4 diabolo locum dat, & non reſiſtit ei fortiter in fide, qui
1.Pet.5 tenebris obſcuratum habet intellectum, qui grauis eſt
corde, diligit vanitatem, quærit mēdacium, ambulat in
vanitate ſenſus ſui, ſeruit peccatis, concupiſcētiis carnis
obedit

obedit, ſicut gentes quæ ignorant deum. Iſte in vanum animam ſuam accepit, quia ad finem beatitudinis ad quam creata eſt & corpori vnita, eam non perducit, ſed magis deprimit & protrudit in infernum. Poſt debitam Iairi diſpoſitionem & præparationem ante orationem, ſubſtituitur eius oratio: Præparationem enim cordis orantium, auris Dei audit. Hinc Sapiens ait: Ante orationem præpara animam tuam, ne ſis quaſi homo tentans Deum. In oratione autem quatuor continentur: nempe, cultus diuinitatis. *& adorabat eum*, cultu latriæ. Venite & vos quando in varias tentationes incideritis, adoremus & vna procidamus ante Deum, corã illo effundamus corda noſtra, dicentes *Domine*. Ecce confeſsio poteſtatis: Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis & reducis. *filia mea* vnica, vt dicit Lucas, *modo defuncta eſt* Ecce conditio neceſſitatis, atteſtans charitati. Nec ab eis diuerſum eſt, quòd Marcus dicit, quòd erat in extremis: & Lucas q moriebatur, quia quod modicum eſt, pro nihilo habebatur. Ideo princeps iſte, quam in extremis & cum morte luctantem reliquerat filiam, animam egiſſe & putabat & aſtruebat. Morem item magna petentium ſeruauit, qui calamitates ſuas exaggerant, vt magis citiúſque rogati animum moueant ac prouocant ad miſerandum, opémque impendendam. Petitur & ſubuentio pietatis, cum dicit: *ſed veni*, in domum meam præſentialiter, qui cœlo in hunc mũdum veniſti miſericorditer. Sic etiam rogauit Regulus, ſic & mulier illa, & mater Heliſæo ſupplicauit. Anima horum trium in amaritudine erat. Amaritudinibus eos valde repleuit omnipotens, ſicut & ſorores Lazari. Verùm, ſecũdum multitudinem dolorũ ſuorum in cordibus eorum, conſolationes Chriſti lætificauerunt animas eorum. Qui triſtitias eorum in gaudium cõmutauit. Veni ergo, *& impone manum tuam ſuper eam*, perſonaliter, *& viuet* veraciter. ſcio quia tu es reſurrectio & vita, ſcio, q ſicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & tu filius eius, quos vis viuificas. Ecce ſpei cõfidentia: Miſerere Mei domine, dixit, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea. Exaudi me miſerum de tua miſericordia præſumentem. Spes mea tu in die afflictionis meæ. Puſillam fuiſſe fidem eius & inferiorem fide Centurionis ex eo conſtat, quòd corporalem domini

Eccl. 18

Pſal 94

Sap. 6

Ioan. 11

Ioan 15

domini præſentiam expetiuit, qui ſecundum deitatem nuſquam non præſens eſt, & cœlum & terram implet. Item, vt manus ei imponat, qui ſolo ſermone reſtaurat

Act. 17 vniuerſa. Cui ſubeſt cum voluerit, quando & quomodo voluerit, poſſe. Credidit: Et Chriſtus verus pontifex, compatiens infirmitati eius, factus miſericors excommunicatione naturæ noſtræ, adiuuit infirmitatem fidei eius, & quæ deerant fidei eius compleuit: Sicut & pius pater pro filio Chriſto ſupplicãs, dixit: Credo Domine, ſed tu miſerator & miſericors, adiuua incredulitatem meam. Et bene rogat vt manus ei imponat, nã manus eius omnia creauit per potẽtiam. Sic munus eius omnia conſeruat, gubernat & regit per ſapientiam. Manus

Pſ. 118 tua deducet me, & per bonitatem conſeruat omnia, adeò vt cùm iuſtus ceciderit colliditur. quia Dominus

Iob. 12 ſupponit manum ſuam, in manu eius, omnis anima viuens, Deinde, manus Dei eſt omnium protectiua: in vmbra manus ſua protexit me, Ideò Dauid in manus Dei commendauit ſpiritum ſuum. Eſt item omnium ſaluatiua, non eſt abbreuiata manus eius vt ſaluare non poſſit, imò, cum aperit manum ſuam, omne animal implet ſua benedictione: fiat ergo manus tua vt ſaluet me. Sic Luca teſte, omnes malè habentes adducebantur ad

Pſ. 144 eum. At ille ſingulis manus imponens, curauit eos. Im

Luc. 4 ponit manum leproſo, & ſanatur: tangit feretrum & mortuos reuiuiſcit: tangit obſeſſum & liberatur. Atque hanc gratiam etiam apoſtolis ſuis dedit. Nam Petrus: apprehenſa manu claudi, ſanauit eum. Et alibi: Per manus apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. Et iterum: Virtutes non modicas, vel non vulgares faciebat deus per manus Pauli, & quod plus eſt, per manuum ſuarum impoſitionem dabant apoſtoli ſpiritum ſanctum & gratiam Dei, & hanc gratiam filius iniquitatis & ſceleratus. Simon data pecunia, emere voluit. Eſt etiam adiuuatiua, bonis & rectis corde, vt bonum facere poſſint. Hæc manus domini cum Iohanne

Pſal. 88 Baptiſta fuit. ſic & Dauid ſeruum ſuum deus inuenit, oleo ſancto vnxit eum, manus eius auxiliabatur ei, & brachium ſuum confirmauit eum, adeo quòd nihil profecit inimicus in eo, & filius iniquitatis non appoſuit nocere ei. In virtute manus illius Apoſtolus omnia potuit. Omnib. omnia factus fuit. Omnia ſuſtinuit propter

electos,

electos,vt ſalutem conſequerentur. Omnia habuit & abundauit. Omnia ei cooperabantur in bonum. Et hæc eſt manus miſericordiæ. Et poſtremo omnium remuneratiua: nam ſi pœnitentiam non egerimus, incidemur in manus domini,& non in manus hominum. Hæc eſt iuſtitiæ. at horendum eſt incidere in manus dei viuentis. De manu dei,glorioſi illius ſenis Eleazari apophthema placet in fine adſuere,quod dixit,mortem intentantibus. Si in præſenti tempore ſuppliciis eripiar hominū, impiis veſtris obtemperando ſuaſionibus,manum omnipotentis,nec viuus,nec defunctus effugiam. His precibus auditis,miſericors & pius Ieſus eius petitioni benigne conſenſit & cum eo iuit magna hominum comitante caterua,adeò vt comprimeretur Chriſtus à turba. Sed quæris cur Chriſtus hunc non increpauit ſicut regulum In promptu reſponſio eſt,quia huius maior fuit,quàm erat fides reguli. Si quidem ille Chriſti deſcenſum petebat antequam filius ſuus moreretur,nō credens quòd mortuum poſſet ſuſcitare. Iſte autem etiam ad mortuam puellam inuitabat Chriſtum. Ioā. 4

HOMILIA SECVNDA.

IEſus pertranſiens Iudæam,ad quam miſſus eſt,bene fecit & ſanauit omnes qui opem eius implorabant, Et qui laborabant & onerati erant,quia omnium miſeretur,eo quòd omnia poteſt. Vnde hic incidens ponitur ſanationis benefici & mulieris cuuſdam,duodecim annis fluxu ſanguinis grauatæ. Nam & ſi homo natus de muliere breui viuens tempore, multis repleatur miſeriis, plus tamen ſexus muliebris, infirmitatibus grauatur & miſeriis quam virilis. Tum propter primam tranſgreſſionem & culpam,tum propter debiliorem naturā. Vnde & vertex apoſtolorū viris ſcribit q̄ mulieribus,quaſi vaſis in firmioribus ſecundum ſcientiam cohabitare debent,& honorem impartiri. Dicit ergo Lucas: *Et factum eſt dum irent*. Quia cum Iairus inuocauit Chriſtum,exaudiuit eum. *à turbis comprimebatur*, quæ ipſum comitabantur ex deuotione audiendi verbū eius, flagrantium deſiderio videndi miraculum,& tangendi eum. In tactu veram in ſe oſtendit humanam naturam,& ſuo exemplo oſtendit,quàm humiliter,quam patienter,

Mat. 11. 1. Cor. 11 1. petr. 3

patienter,quàm benigne inter homines conuerſari debemus,Ecce rex gloriæ,dominus virtutum, Deus deorum fert,quod à turba comprimitur,tangitur & comitatur. Sic noſtram ſuperbiam,confundit deus humilis,& viam vitæ,humilitatem veram,non tam verbis docuit, quàm operibus ſuis. Nos vix à longe patimur turbas manere. Vix pauperes dignamur aſpicere. Fœtores eo-
Eccle. 33 rum non poſſumus ſuſtinere. Per alios vix poſſumus eorum preces & negotia audire.quia abominatio ſuperbo eſt humilis , & execratio diuitibus, pauperes. Sed olim confundentur ſuperbi.Sed & modo excelſus Dominus humilia reſpicit.& alta à longe cognoſcit.Sequitur de muliere,ſanguinis fluxum patiente. De qua
Leuit. 15 legimus in Leuitico:Mulier quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis,non in tempore menſtruali, vel quæ poſt menſtruum ſanguinem fluere non ceſſat,quandiu huic ſubiacet paſſioni,immunda erit,& qui eam tangit, erit immundus , & quicquid illam tangit eſt immundum &c. Circa infirmitatem autem mulieris.ſeptem tanguntur: Primum eſt ſexus fragilitatis.*Et ecce mulier*.alterum paſſionis ſiue infirmitatis eius qualitas *quæ ſanguinis fluxum patiebatur,annis duodecim* Ecce temporis diurnitas.In euangelio autem ſancti Marci, alia quatuor adduntur , quæ hanc aggrauant infirmitatem. *Nam multa perpeſſa fuerat à multis* medicis , qui multa promittunt,bene conſolantur , vt accipiant dona plurima Quintum eſt.*& omnia bona ſua erogauerat,* ſiue omnem ſubſtantiam ſuam,vt Lucas refert *in medicos* plures. Multitudo autem medicorum , crebrò infirmi auget
Eccle 34 infirmitatem Et quod vnus ædificat , alter deſtruit,imo , vnus inexpertus in breui tempore & modico , adeo nocere poteſt infirmo,quod omnes etiam expertiſſimi,nihil eam iuuare poſſunt Quia vita breuis, ars
Hiere. 8. longa,experimentum fallax, iudicium difficile, dicit Hippocrates. Sextũ *nec quicquam profecerat*, Septimum, *ſed magis deterius habebat* de die in diem. Sic ſanabant contritionem filiæ populi mei , ad ignominiam, ait Dominus quod licet de moribus & fide accipiendum ſit , per extenſionem tamen ad morbos corporis referri poteſt. Hæc ergo infirmitas pro gloria Dei fuit , vt Deus glorificaretur in ea, & ipſa etiam neſciens, portaret crucem , ad gloriam Chriſti. Vt & in infir-

mitate ſua, cumularet & ſibi merita, & in ſanatione forma fieret & exemplar fidelium, quod modo non ſolùm corporis ſed & animæ ſanitatem obtinere debent & poſſunt à Deo Quis enim eſt mortalium. qui non offendit in multis? qui non dicere poſſit in veritate ipſi Deo: Miſerere mei, quoniam infirmus ſum, ſana animam meam, quia peccaui tibi, & conturbata ſunt, omnia oſſa mea, hoc eſt, potentiæ animæ, & vires concuſſæ ſunt, & à rectitudine ſua motæ, Vnde miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem, tota die contriſtatus incedo: Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum, A planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in me ſanitas. Quis ergo liberabit me de corpore mortis huius? Libera me de ſanguinibus deus Deus ſalutis meæ, hoc eſt, de peccatis quæ ortum habent ex carne & ſanguine. Iuxta quem ſenſum, peccata ſanguinis dicuntur, tum quòd ex concupiſcentia carnis & ſanguinis oriuntur, tum quòd omnia peccata duplicem mortem merentur corporalem videlicet & æternam, Tum quòd ita & homicidium ſpecialiter ſanguines dicuntur. Ira enim eſt accenſio ſanguinis circa cor, & homicida ſanguinem effundit? ſed tu Domine libera me de ſanguinibus, & omnes iniquitates meas dele. qui hanc mulierem à fluxu ſanguinis ſanaſti, ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitã meam. Sola enim gratia tua Deus, per Ieſum Chriſtum Dominum, noſtrum liberare me poterit de corpore mortis huius. Te per bonitatem tuam obteſtor, ſana contritiones animæ meę ſana omnes infirmitates meas, ſana omnes contritos corde, & alliga omnes contritiones eius. Secundo ponitur huius deuotio, quo ad quatuor Vnum eſt fiduciæ ſecuritas, quia cum fiducia *acceſſit*. non obſtante, quòd eſſet ex lege immunda, cui non erat licitum communicare cuiquam Et hoc fecit, *cum audiuiſſet de Ieſu*, vt dicit Marcus, videlicet quòd curaſſet omnem languorem & omnes ſenaret infirmos, tunc acceſſit cum fiducia ad Chriſtum, vt miſericordiam conſequeretur. Hęc habuit ex auditu. Fides vero ex auditu eſt. Alterum eſt verecunda honeſtas, quia *retro*, erubuit enim ante faciem apparere, quia licet infirmitas talis naturalis ſit, occul-

Rom. 7.

Ibidem.

Leuit. 15.

tatur tamen quantum poſſibile eſt. Sic & Magdalena retro ſtetit, ſecus pedes eius. Tertium eſt amoris perfecta humilias, *& tetigit fimbriam*. id eſt, extremitatem, *veſtimenti eius*, indignam enim ſe reputabat, tangere pedes Ieſu, vel plenitudinem veſtimenti Et ſic etiam timorem domini habuit, per quem omnis homo recedit à malo. Hic de reliquiarum virtute, multa dici poſſunt, de quibus alibi fuſius ſcripſi *Dicebat enim intra ſe*, & cogitabat de

Sapi. 1. Chriſto magnifice, & ſenſit de eo in bonitate. Cogitare ſiquidem de eo in vera fide, ſenſus eſt conſummatus. Sic & Anna loquebatur in corde ſuo, tantùmque labia ipſius mouebantur *ſi tetigero tantum veſtimenta eius, ſalua ero*, o fidei ſynceritas. In deſperatis cauſis, magiſtra, eſt extrema neceſſitas. Vnde deſperans hæc mulier ab omni humano auxilio didicit per vinctionem quam habuit à ſpiritu ſancto, & Deo loquente ad cor eius. (Ipſe illuxit in corde eius, ad illuminationem ſcientiæ claritatis

2. Cor. 4 Dei in facie Ieſu Chriſti, poſſe ſe adipiſci ſalutem. Et docuit nos hæc mulier, miſera quamuis ratione infirmitatis, beata tamen ratione fidei & ſpei, quia beatus vir, qui ſperat in eo quantum ſit corpus Chriſti, quæ in fimbria veſtimenti eius, tantum reperit ſalutis, gaudij & conſolationis. In his ergo perfectio fidei mulieris huius oſtenditur, videlicet, in credulitate, timore, ſpe, & amore. Sed quid nos ſperare debemus, qui nõ veſtimenta Chriſti, ſed corpus eius ſanctiſſimum & ſanguinem, ſumimus, conficimus, & aliis damus? Illa medecinam accepit ex vulnere, ve illis, quibus ipſa medicina in vulnus muta-

1. Cor. 4 tur: quod illis contingit, qui indignè corpus & ſanguinẽ Chriſti accipiunt. Illis vita, mortem, medicina, languorem, ſalus, damnationem: lux, excęcationem: bonitas, malitiam: pietas, indurationem, & omne malum operatur Sicut è regione ſacramentum hoc auguſtiſſimum bonis & rectis corde, ad quod quiſque, vult conuertitur eis,

Euſebius lib. 7. capite 14 De hac muliere vide Eccleſiaſticã & Tripartitam hiſtoriam eccleſiaſticam, pulchrę ſcribentem, digna ſcitu & ſcitu iucunda Deinde ponitur fidei mulieris beatę (quia credidit) commendatio, & ſuper candelabrum poſitio *&* manifeſtatio, vt luceat omnibus, qui in domo

Matt. 5 Dei, quæ eſt Eccleſia, ſunt, *& Ieſus conuerſus*. ecce pietas viſcероſa. Multiplicauit magnificentiam ſuam Chriſtus. & conuerſus, conſolatus eſt eam, illa dilecto, & ad

eam

eam conuerſio eius. Illa benignitas fuit in corporis mo tu Alia fuit in aſpectu.de qua dicitur:*videns eam*. oculo miſericordiæ ſuæ. Aſpice in me & miſerere mei, ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Salus noſtra in manu tua eſt,reſpiciat nos tantum Dominus. Tertia quantum ad affatum. vnde ſequitur.*dixit*, conſolando eam.*confide filia fides tua ſaluam te fecit*. Marcus & Lucas hunc locum ſupplent, vt moris eſt euangeliſtarum, vt quod vnus tacet,alter explicet.Dicunt enim quòd ſtatim ſanata eſt mulier ad tactum fimbriæ,& ſenſit quia ſanata eſſet,quia ſtatim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius Chriſtus autem cognoſcens virtutem quæ de illo exierat,conuerſus ad turbam dicebat: Quis tetigit veſtimenta mea? Cunctis autem negan tibus,dixit Petrus, & qui cum illo erant diſcipuli: præceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & tu dicis quis me tetigit? Et dixit Ieſus,Aliquis me tetigit,nam & ego noui virtutem de me exiſſe Et circunſpiciebat videre eam quæ hoc feciſſet.Videns autem mulier,quia non latuit, tremens venit & procedit ad pedes eius, & ob quam cauſam tetigerat eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.Et tunc Chriſtus dixit illi. Hic quatuor ſunt notanda in præmio, quæ quatuor gratiis reſpondent, in merito. In quibus commendata eſt perfectio fidei mulieris.videlicet: amor, fides,timor & ſpes.Ratione amoris dicit ei eſus:filia,hæc eſt mutatio dexteræ excelſi.Ecce,quæ erat miſera,dum Chriſtum dilexit, filiæ eius nomen accepit,& erat,iuxta illud:Ero vobis in patrem.& vos eritis mihi in filios &filias.Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis, poſtquam deus mundauit te à peccato tuo.& lauit in ſanguine ſuo,à ſanguine tuo,o filia principis,Audi hæc filia Babylonis miſera,& vide & inclina aurem tuam,& obliuiſcere populum tuum,& concupiſcet rex decorem tuum. Ratione fidei & credulitatis dicitur ei *fides tua te ſaluam fecit*. Sicut dictum eſt etiam Magdalenæ & leproſo Non dicit: ego te ſanaui,ſed fides tua. Vt vitandam oſtentationem doceat, et meritum fidei extollat. Ratione timoris additur: *vade in pace*,illa quam me nato angeli hominibus bonæ voluntatis annuuciauerunt, quam ego prædico, quam ego do, & vobis relinquam. In pace pectoris vade, quæ eſt puritas cordis

pſa. 18

Marc 5. *Luc.* 8

Ephe. 2. *Rom.* 2

dis,& mens ſibi conſcia recti,vbi non eſt cogitationum ſe accuſantium tortura & vermis nunquam moriens Hac pace expertes ſunt impij,quia pauor operantibus iniquitatem.Vade item in pace temporis, pacem ſeruando quantum in te eſt,cum omnibus hominibus etiam cum his pacificè viuendo,qui odiūt pacem.Et tūc habebis pacem ſempiternam in cœlis. Donum gratiæ & pax iſta triplex,eſt electis Dei.Ratione vero ſpei præ dicitur ei perſeuerātia ſanitatis,ibi,*& eſto ſana à plaga tua* ſanitas in vmbilico tuo erit,& irrigatio oſium tuorum. vel vt Matthęus dicit:Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora,qua videlicet ad Chriſtum in fide acceſſit,& in ſpe firma tetigit. Manifeſtauit autem Chriſtus mulierem hanc quæ occulte eum tetigit:Tum ne haberet conſcientiæ remorſum,quòd immunda,mundum: imo ipſum ſanctum ſanctorum tetigiſſet. Tum vt ipſam corrigeret quia.æſtimabat erroneè,hoc Chriſtum latere.Et profecit in fide. Tertio vt fidem eius & virtutes cunctis proponeret in imitationis placendi Deo exemplū. Non enim propter ipſam hæc ſcripta ſunt,ſed propter nos &c.Deinde vt oſtenderet ſe noſſe omnia. Quinto, vt oſtendat,quòd vt Deus ſiſtit ſanguinem à ſanguinibus,id eſt,peccatis purgat hominem,& lauat in ſanguine ſuo,vt ſit albior niue, candidior lacte, rubicundior ebore antiquo, ſaphyro pulchior,adeo vt rex decorem
Pſal.44 eius concupiſcat. & quærat eam ſibi in ſponſam aſſumere. Sexto,vt Archiſynagogum in fide derigat.Moralitas horum,pulchra quidem,ſed longa eſt, atque paſſim in doctorum monumentis digeſta, ideo eam tranſeo in præſentiarum,gratia breuitatis.

HOMILIA TERTIA.

TErtia huius euangelij pars eſt puellæ ſuſcitatio,per quam ſignatur peccator occultus.Hoc autem loco Marcus & Lucas dicunt,quòd Chriſto in mulieris huius ſanatione & colloquio differente acceſſum ad domum Iairi, venerunt ſerui & nuncij ad principem, dicentes: Filia tua mortua eſt,quid vltra vexas magiſtrum?vel noli vexare magiſtrum.quaſi dicerent, Mortua eſt,non adiiciet vt reſurgat,ſi fuiſſet hic antequam mortem guſtaſſet,forſitan ægrotam ſanitati reſtituiſſet, mortuam autem reuocare ad vitā nō poteſt.hoc dicebāt ex defectu fidei

Idei: ſicut dixit & regulus: Domine Deſcende priuſquã moriatur filius meus, Et Martha: Domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus. Sed fortior in fide Cẽturio erat. Tales ſeruos multi iam principes habent, & in ſublimitate conſtituti. Quanti ſunt qui dominos ſuos ne Ieſum in domũ ſuam inducant, diſſuadent. Adulatores hac nota inuſti ſunt, qui in malitia ſua lætificant reges, & in mendaciis ſuis principes. Omnes qui ea quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, ideo ne adducatur Ieſus in domum, omnem lapidem mouent, nam ſi Ieſus domum intrat, ſalutem operatur omnia bona pauperibus diſtribuũtur iuſte iudicantur ſubditi, & ſicut eorũ q ex obſeſſa puella diuitias ſibi cumulauerant & die ocioſos habebant, exacerbata ſunt corda dũ viderunt quod ſpes ꝗſtus eorũ exiuit & finẽ habuit: Sic & principũ ſerui Chriſti abhorrent aduentũ, eo quod tunc ex iniquo Mãmona amplius non poſſunt ditari At hic ſurda aure Sirenũ voces oportet Iairũ pertranſire. Sic neceſſe eſt, vt ſit ſicut hõ non audiens. Stultus fiat, vt ſit ſapiens: Quod dũ facit, Chriſtus eum ad ſidei conſtantiã & perfectionẽ exhortatur, dicens iuxta Marcũ & Lucã, Nam dicunt: Ieſus autem audito verbo quod diceba- tur à ſeruis, ait Archiſynagogo. Obſerua quòd verba nunciorũ, infidelitatis verba erãt ſub ſpecie pietatis. Prętendebãt enim ꝙ timerẽt Chriſti illuſionẽ ſiue vexationẽ: cũ aliud lateret in corde, incredulitatis ſcelus ſcilicet vel inuidiæ venenum, Aut enim non credebant eũ poſſe mortuam ſuſcitare. Aut gloriæ Chriſti inuidebant: ideo apud ſe dicebant: Ecce homo iſte multa ſigna facit ſed hæc calũniari poſſumus. Si autẽ mortuam tãti principis filiã vnicã, quæ tot arbitris mortua eſt cõprobata reſuſcitauerit, tunc oẽs credent in eum. Si ergo principi filiæ denunciamus mortẽ, puſillo animo fiet, mœrore & triſtitia abſorbebitur, non inſtabit vt ſecũ veniat, animi dolore ſuperatus & deiectus. Ideo technas fraudiũ iſtas Chriſtus eludẽs ſequitur in Luca, Ieſus audito hoc verbo reſpondit patri puellę Non ſeruis incredulis, & cũ inuidia tabeſcente iter habentibus, indigni quippe eius erant reſponſione. Simul mititatem & cordis ſui humilitatem nobis exemplo ſuo commendans, ſed nec malitia quorundam, ſapientiam vicit, nec bonitatis ſuę pietatiſq; emanatio, quominus ſe effunderet, p maleuolorũ obſtina-

Ioã 11

Oſea, 7

Luc. 16.

Sap. 6

obſtinationem potuit impediri: Veluti ſi ſons viuus quidam & puteus aquarum viuentium, in a lto montis cacumine erumpens, & ſi in deſenſu montis impetui fluminis lapides duri obſtinent & curſum impediant, non eo minus fons & puteus aquã emanat. Fons iſte ſapientiæ, fons ortorũ, fons aquarũ, cuius non deficiunt aquæ, fons vitæ, fons aquæ ſalientis in vitam æternam, fons qui de domo & corde paterno per generationem æternam egreditur, & venit in mundum, & irrigat, fœcũdat, & florere facit per affectus pios & fructus facere honoris & honeſtatis, & hoc facit torrentem ſpinarum, hoc eſt, eos, qui ſpinarum inſtar aſperi erant atque pungentes conſcientiæ remorſu, maliſque affectibus cruciabantur. Fons iſte ſemper effluit, gratiam offert, manum extendit ad donandum, ſi eſſent qui accipere vellent ſalutem oblatam, & venire ad cœnam paratam, ſed nihilominus Chriſtus non ceſſat operari noſtram ſalutem. Vnde ait Iairo patri: *noli timere*, quod malitia aut fidelitas me exul ceret maleuolorum. *ſed crede tantum & ſalua erit* filia tua Sic & ad Martham dixit: Si credideris, vi-
Ioan. 11 debis gloriam Dei. Sequitur iam in Matthæo: *& cum Ieſus veniſſet in domum principis*. hic ſequitur puellæ ſuſcitatio vbi quatuor tanguntur. Primum eſt plangentium vana lamentatio. Non ſanat puellam in itinere, ſicut ſeruum Centurionis ſed voluit, vt maius & euidentius eſſet miraculum. *& cum vidiſſet tibicines*, carmina luctus & mæroris canentes *& turbam tumultuantem*. Vbi turba, ibi & tumultus & turbatio. Et erat ſignum mortis puellæ: Dum enim infirmus viuit, quies eſt in domo. Marcus dicit: Vidit tumultum, & flentes & eiulantes multum. Iſte planctus vanus eſt, quia mortui plangunt mortuos, vel ſaltẽ morientes, quia ſemper morimur, vt alibi dixi mortuos lamentantur, quos tamen neceſſe eſt ſtatim ſequi. Cur non plangunt ſeipſos, quòd incolatus eorum prolongantur, quòd non liberantur de corpore mortis huius. Quòd non ſtatim educuntur de lacu miſeriæ & luto fæcis, & non introducuntur in domum æternitatis & in gaudium domini ſui, ac ſuper omnia bona illius
Apoc. 14 conſtituuntur. Lamentandi ſunt, non qui in domino moriuntur, quia beati ſunt, ſed qui ſic viuunt, ſi c agũt, quòd poſtquam moriuntur, ſepeliuntur, vt diues ille, in infer-
Luc. 16 no. Lugeamus omnes iniqua agẽtes ſuperuacuè. Lugeamu

mus eos qui iniquè agunt vſquequaque, qui in peccatis ſuis inſumunt, qui Deum non timent, qui in viis eius non ambulant, qui poſtquam mortui ſunt, deiiciuntur in infernum, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Lugeamus eos cum Apoſtolo, qui peccauerunt, & non agunt pœnitentiam, Quia extrema gaudij eorum, luctus æternus occupat, & riſus eorum in fletum & luctum conuertetur. Nihil proinde luctu dignum, niſi culpa & peccatum non mors naturalis. Atque ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. & ſi Chriſtum legimus in morte Lazari planxiſſe. Sed noſtram planxit miſeriam, qui propter primi parentis culpam, mortis pœnam incurrimus. Deinde mœſtorum pia conſolatio ſubſtituitur *Dicebant enim*, mœrentiũ conſolator, qui electos ſuos conſolatur in omni tribulatione eorum, vt & ipſi viceuerſa conſolari poſſunt eos. qui pro nomine eius in omni præſſura ſunt. Ad hoc quippe miſſus eſt, & vnctus à ſpirituſancto, qui bonitatis eſt abyſſus & fluuius, qui ſuo impetu lætificat ciuitatem Dei, vt conſoletur omnes lugentes, peccata ſua & aliorum, & poneret conſolationem lugentibus Sion, id eſt, animam fidelem vel eccleſiæ huius ſtatum, in qua impius præualet iuſto, omnes piè viuentes in Chriſto perſecutionem patiuntur, in qua veritas datur in obliuionem, & qui recidit à malo, prædæ patet. Vt daret perſecutionem patientibus propter iuſtitiam, coronam pro cinere, oleum gaudij, pro luctu: pallium laudis pro ſpiritu mœroris *Recedite, non eſt enim mortua puella*, in morte manſura, *ſed dormit*. Hominibus mortua erat, Chriſto dormiebat, & Deo. Ita enim faciliter Chriſtus eã ſuſcitare potuit à morte, ſicut nos hominem leuiter domientẽ à ſomno. *& deridebant eum*, quoniam certum illis erat quòd mortua fuit. Oculras hominum, ô quantum in rebus inane. Vanitas, vanitatum, omnia vanitas. Vere, vere, vniuerſa vanitas, omnis homo viuens. Et iterum: Homo vanitati ſimilis factus eſt. Ecce, qui ante temporis momentum lugebant & flebant, iam rident. Sic plangentes & lugentes, facti ſunt irriſores, & hoc Chriſti. Sic ſapientiã atque doctrinam ſtulti deſpiciunt Et vere deriſio erat fletus iſte mortalium, quia ad mortem currentes curſu rapidiſſimo & continuo, plangebaut mortuum, Si plangendi ſunt mortui, eorum praua vita lugẽda erat. Sic Chriſtus in curiis principum

Iac. 14

2. *Cor.* 1

2. *Tim.* 3

Pſal. 38

Pſal.22 principum deridetur,quia vermis erat & non homo, apud cogitationes iſtorum,opprobriũ hominum & abiectio plebis. Multum repleta eſt anima eius deſpectione. Cum eſſet opprobrium abundantium & deſpectio ſuperborum,Ille autem ſuauis & mitis,patiens & multæ miſericordiæ & verax,ſicut agnus coram tondente.non aperuit os ſuum commotus non fuit nec turbatus:Quia charitas patiens eſt,non irritatur,ſed omnia ſuffert, & omnia ſuſtinet.Non comminabatur,non eos arguit nec reprehendit vnico verbo,ſed factus fuit ſicut homo, qui non habet in ore ſuo redargutiones.O mititas, ô humilitas,ô patientia Chriſti ſine exemplo,quomodo noſtrã ſuperbiam,impatientiam & furorem confundis & damnas. Erubeſce putredo & vermis,cinis & puluis,& humi-
1.Pet.5 liare ſub potenti manu dei,exemplo Chriſti,ſi non vis humiliter ſentire de teipſo,& in patientia poſſidere animam tuam,exemplo electorum Dei,& ſcripturis diuinis inſtructus,diſce iam miſerande & miſer ſtulte & inſipiẽs quia quanto maior fuit Chriſti deriſio,tanto fuit poſtea maior virtutis oſtenſio *& cum eiecta eſſet turba* impediens Hæc eſt turba lamentantium,tumultantium & deriſorum & iuſte excluſi ſunt,quia deridere magis quàm credere malebant,indigni prorſus,qui ſuſcitationis miraculum viderent O impietas,ſtulti ſapientiam,infirmi virtutem Dei,tenebræ lucem,mali, bonum,iniqui,iuſtum, impii,pium:filii diaboli, filium Dei?mendaces veritatem derident Sic modo mali derident ſimplices,eóſque alto
Hierem.2 mentis faſtu deſpiciunt.Sic Hierem.dixit:Factus ſum in deriſum omni populo, & eſt obſeruatu , dignum , quòd quamuis derideretur ab eis rex regum & princeps regũ terræ,non tamẽ deſtitit,ab incepto,vt prius dixi.In quo erudiuit nos,quod propter ingratitudinem,deriſionem, deſpectiones & calumnias peruerſorum,à bono inchoato deſiſtere non debemus.Neceſſe quippe eſt,vt omnes qui pie volunt viuere in Chriſto, opprobria ab impiis & diſſimilibus patiantur,atque deſpiciantur perinde ac onus terræ purgamenta mundi huius,& omnium reiectamenta,tanquam ſtulti & inſani,quos nefas quidem
Actu.22 viuere eſt.Verum hæc deſpectio & deriſio,in ipſos impios retorquebitur.Cum abundantia eorum in egeſtatem,deliti ę in ęternum cruciatum,honor in ignominiã ſuperbia in confuſionem extremam vertetur. Parata quippe

quippe ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus, vt ipſi fatentur in ſapientia Salomonis. Iuſti autem pro confuſione ſua duplici & rubore, in terra viuentium, quæ eorũ eſt, duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis Deinde, cunctis eiectis qui eum deridebant, ipſe intrauit. & vt dicunt Marcus & Lucas, Aſſumpſit patrem & matrẽ puellæ, & tres ex diſcipulis ſuis, Petrum videlicet, Iacobum & Ioannem fratrem eius: Vt in ore duorum parentum, vel trium apoſtolorum, ſtet omne verbum. Operatio ſequitur *& tenuit manum eius*, in ſignum humilitatis & poteſtatis. Dextera Domini fecit virtutem. Et dicere potuit puella: Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me Ecce Chriſti potentia, dixit cum imperio, vel vt Lucas refert, clamauit, ſicut etiam in ſuſcitatione Lazari, voce magna clamauit: Lazare veni foras. Sic ad vocem eius etiam fiet reſurrectio generalis, iuxta illud: Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & qui audierint, Et Apoſtolus ait: Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce archangeli & in tuba Dei deſcendet de cœlo Sic & hic voce magna clamauit, vt ab omnibus audiretur, & ne in operibus eius aliquid magicum putaretur. Sic in occulto locutus eſt nihil. *Puella ſurge*, de lecto mortis. Clamauit autem voce magna, ad oſtendendam animæ à corpore elongationem, quia corpus iacebat in lecto, anima autem erat in limbo: Tum ad eorum qui foris erant ædificationem. Tum, ad monſtrandam eorum qui deriſerant eum, falſam opinionem. Demum ad excludendum occultè artis magicæ ſuſpicionem. ſed quia ipſe dixit & facta ſunt, ſequitur de creaturæ obedientia & vitæ beneficio, quia *reuerſus eſt ſpiritus eius* ad corpus. *& continuò ſurrexit puella* à mortuis, & ambulauit. vt Marcus dicit Et ne putetur non vere reſuſcitata, ex ſua ſapientia *iuſſit illi dare manducare*, ad probationem vitæ & veræ reſuſcitationis. Bonitatis eius ſequitur argumentum efficax, dum iactantiam vitauit. *& ſtupuerunt parentes eius*, præ admiratione facti miraculi, *quibus ipſe præcepit*, ad inſinuandam humilitatem. & vitandam iactantiam in bonis operibus, *ne alicui dicerent quod factum erat*. Verùm, cum opera Dei reuelare & confiteri honorificum ſit, ſequitur: *exiit fama hæc*, tantæ clementiæ, quæ afflictorum precibus

Io. 11

1. Theſ. 4

Ioan. 18.

Pſal.68 precibus & votis tam prompte ſubuenit, & cum inuocant eos exaudit, ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ, cum ſit benigna miſericordia eius. Tantæ ſapientiæ, in qua omnia facit, quæ ſic omnia ſuauiter diſponit. Tantę virtutis & potentiæ, qua tãta & talia fecit, quia ſermo eius poteſtate plenus eſt *in vniuerſam terram.*
Matt.5 non enim poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Oremus Deum vt noſtri miſereatur, vt peccatores omnes à morte peccatorum excitet per gratiam ſuam & miſericordiam, cui laus ſit & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

DOMINICA XXVI. POST PENTEC. IN EVANGEL.

Matthæi xxiiij. Sermo.

OMNIA tempus habent, & ſuis ſpaciis tranſeunt in vniuerſa ſub ſole. Sed & omni negocio tempus eſt & opportunitas. Ideo ſicut Dominica iſta vltima eſt in officio diuino, & Domini aduentum præcedit: ſic in ea euangelium legitur, quod nobis proponit vltimam, periculoſiſſimam & grauiſſimam Eccleſiæ perſecutionem in fine mundi excitandam ab Antichriſto, quæ Domini aduentum ad iudicium generale præcedet Iactata quidem eſt Petri nauicula crebrò magnis perſecutionum, tum tyrannorum, tum hæreticorum procellis
Pſal.106 & fluctibus, vt penè ſubmergeretur. Sed dum electi clamauerunt, exaudiuit eos, & eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit, & de interioribus eorum eripuit eos. Vnde ipſa Eccleſia ait: Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & magnas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, concidiſti ſaccum meum & circundediſti me lætitia, Sed paruæ ſunt omnes omnium tyrannorum perſecutiones, ſi conferuntur cum ea, quam excitabit An-
Ioan.15 tichriſtus, vt euangelium præſens dicit manifeſtè. Creſcunt tempora, creſcunt & mundi mala ſeneſcentes. Et
Ephe.2 contra mundum, mundi princeps & poteſtates, & tenebrarum harũ rectores totis viribus inſurgent, cũ omni telorum genere, eminus cominúſque laceſſent & impugnabunt: Certi quòd mox eiicientur foras, & catenis

noctis

noctis conſtrictæ in tartarum præcipitabuntur crucian-
di Sed contra draconis iſtius inſidias, contra leonis il-
lius, rugitus, minas & tormenta, in euangelio præſenti
nobis dat Chriſtus

Refugium,	aduerſus	vim perſecutionum:	
Conſilium,		fallacias errorum:	
Subſidium,		malitiam iniquorum.	

Circa refugium perſecutionum, ſex tanguntur. Eius
videlicet ſignum & tempus. Signum eſt abominatio de-
ſolationis. Tempus eſt à Daniele diffinitum. Euange-
lium longum eſt, & ideo ſummis, vt aiunt, labiis illud
tangam. Qui legit ergo ipſum prophetam, de abomina-
tione tractãtem, intelligat ſi poteſt, tria videlicet: Quid
ſit abominatio deſolationis. Quo tempore ventura ſit
In quo loco ſancto collocanda ſit. De quibus multa vi-
de in doctoribus ſanctis: Maximè Nicolaum Lyranum
ſuper nonum caput Danielis ſcribentem, & locum il-
lum diſcutientem tam lucide, vt nihil remaneat, quod
ab amatore veritatis addi poſſit vel calumniari. Cauil-
los Burgñe, vt Momi cenſuras, ne pili quidem facio.
Abominatio iſta, propriè Anthichriſtus eſt, qui abomi-
natio dicitur in abſtracto, quia abominabilis eſt ſuper
omnes. Tum quod de adulterio & diabolo eſt naſcitu- 2. Theſ. 2
rus, de quo vide Bernardum de Buſti Tum quòd dia-
bolus eſt in eum ingreſſurus, dicente beato Iob: Ingre- Iob 41
dietur beſtia latibulũ ſuum, & in antro ſuo morabitur.
Tertio ratione abominabilis operationis, quia ſub ſan
ctitatis ſpecie, abominabilia operabitur. Quartò quia
cum ſit homo peccati & filius perditionis, diuinum ta-
men ſibi aſſumet honorem. Et dicitur deſolationis abo
minatio, quia Eccleſiam Dei deſolabit, cultus & laus
Dei abrogabitur, & ſancta erunt in conculcationem. Et
nota quòd Antichriſtus hic dicitur abominatio deſola-
tionis, ratione iniquitatis & abuſionis Dicitur & colu-
ber in via, & ceraſtes in ſemita Nominatur & beſtia à
Ioãne: cauda diaboli à beato Iob. Stringet caudã ſuam
quaſi cedrum. Vocatur diaboli ſternutatio, ratione dia-
bolicæ cõmotionis. Sternutatio eius ſplendor ignis. Ap
pellatur & alitus diaboli, ratione peſtiferæ perſuaſionis,
qui prunas ardere facit. Item collum diaboli, ratione
inflexibilis obſtinationis. Item gladius diaboli, ratione
iræ & crudelitatis. Deinde remedium huiuſcemodi per-
ſecutionis

ſecutionis ponitur, quod ſola fuga erit. Tunc qui in Iudæa ſunt, &c. Tertio ponitur perſecutionis ſuppliciũ, quia væ prægnantibus & nutrientibus. Quarto ponitur aduerſus has perſecutiones, orationis ſuffragium. Orate autem, vt non fiat fuga, Quintum eſt eius magnitudo. Erit enim tribulatio magna, & vere magna, quia tunc non erunt ſancti doctores pios conſolantes, nec gratia miraculorum, vacillantes confirmantia. Ante faciem eius dicit Iob, præcedet egeſtas. Secunda tribulatio erit tormentorum, quę tanta erunt, vt fortiſſimus quiſque, cuius cor eſt quaſi leonis, pauore ſoluetur. Tertia erit quod in omni virtute & ſignis & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, ſeducet eos qui pereunt, & non ſeruant veritatem charitatis, vt ſalui fiant. Adeo enim ſignis mendacibus plenus erit, vt ſi

Matt. 24 poſſibile eſſet, etiam electi in errorem inducerentur. Quarta grauitas eius erit ementita ſanctitas, ficta iuſtitia, ſimulata bonitas & hypocriſis tota. Speciem pietatis oſtendet, expers virtutis eius. Quinta erit ſcripturarum deprauatio, & callidiſſima ad ſuum inſtitutum roborandum detorſio. Os enim habebit loquens ingentia. Non fugabit eum vir ſagittarius. Sextum tribula-

Iob 41 tionis eius argumentum, eſt potentia eius nimia & cunctis terribilis & horrēda. Tota virtus diaboli in eo congeſta denſabitur. Non eſt poteſtas ſuper terrã quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeat. Aderit ei e-

Matt. 10 tiam poteſtas ſecularis, iuxta illud: In collo eius fortitudo demorabitur. Septimum eſt quòd totus mundus tunc contra paucos electos armabitur, atq; electi odio erunt omnibus hominibus propter nomen Chriſti. Et ferueſcere facit cõtra pios, quaſi ollam profundũ maris.

Ioan. 16 Octaua tribulationis eius grauitas erit, quòd perſuadebit aſſentatoribus ſuis, quòd perſecutio fidelium, ſit pietatis maximum opus, Deíque obſequium. Perſuadebit eis, quòd quanto ſunt in electos crudeliores, tanto magis præmia merentur æterna. Nona eſt temporalium rerum & copiarum auri & argenti diſtributio.

Decima eſt delectationum carnalium, non ſolùm permiſſio, ſed etiam talia docebit, cõſulet & faciet ipſe. Tunc crux Chriſti eiúſque baiulatio poſt Chriſtum, probro dabitur. Tunc omnis rigor, omnis diſciplina, bonitas, pietas, ſynceritas, pudor & honeſtas, iuſtitia &

omnis

omnis virtus in extremo contemptu erit. Iſtis armis ſubiciet ſibi ſeculi potentes. mundi ſapientes, auaros et delitias amantes, imo ſub ipſo erunt radij ſolis, hoc eſt, Eccleſię doctores. Item iuſtos, quia ſternet ſibi aurum quaſi lutum. Sexto additur huius perſecutionis periculum quia niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro Nomine carnis homo intelligitur. Tempus autem perſecutionis erit, trium annorum & ſex menſium. Tam crudelem autem perſecutionem tunc Deus permittet: Tum quòd charitas multorum refrigeſcet & malitia abundabit Tum, vt ficti à veris, mali à bonis conſtantes ab inconſtantibus, patientes ab impacientibus diſcernantur Chriſtianis. Sic aurum probatur in igne, palea & puluis diſpergitur à ventis, vinum exprimitur ab acinis in torculari, oleum ab amurca ſeparatur in prælo, Tertio ob cæcitatem infidelium, qui veritatem fidei & charitatis non receperunt: Ideo ſignis mendacibus decipientur, Quantum autem tempus futurum ſit poſt mortem Antichriſti & inter iudicium generale, certum omnino non eſt. Vide Lyram. In ſecunda parte datur conſilium contra errorum fallatiam. Præmittitur enim errorum prædicatio. Tunc videlicet, Antichriſti tempore, ſi quis vobis dixerit, Antichriſtus videlicet, aut aliquis diſcipulorum eius: Ecce hic, id eſt, in hoc loco. Iudæi enim uane & falſe Chriſtum expectantes, rumoribus mouebuntur, vt falſitas ſemper mutabunda eſt, & omni vento mouetur Sic Iudæi, illis malis diebus, omni mouebuntur vento doctrinæ & rumorum. Et ex leuitate cordis, paruulorum inſtar, cito credent referentibus, Meſſiam eorum veniſſe, & hic vel ibi eſſe. Quam falſe textum hunc contra vota monaſtica Lutherani detorqueant, vt cæcus viderit: vita monaſtica, ſancta eſt, vera eſt, & ad Chriſti exemplum, et verbum ordinata & inſtituta, ſi iuxta inſtituentis exemplum, mentem & voluntatẽ ſeruetur. Nec iſtis fraudium technis, mendaces iſti magiſtri erunt cõtenti, & Sathanæ apoſtoli, ſed ſermones ſuos inſtar apoſtolorum Chriſti, ſequentibus ſignis confirmare volunt, ſed falſis &c. Nihilominus adeo in ſpeciem magnis, vt electi ſi poſſibile eſſet, in errorem inducerentur. vide Gregorium. Dubitationis fumus nonnihil mẽtes eorum obſcurabit, ſed in errorem pleno

Iob 41. Gen. 6. Matt. 24. 2. Theſſ. 2. 2. Pet. 2.

pleno conſenſu labi nō poſſunt. Probanda ſunt eorum miracula inſtar monetę. De metalli bonitate, ac imaginis ueritate, de ponderis grauate. Vide Grego. moral. xxxiij c. xxxvij ab eo. Sequitur deinde manifeſta Chriſti apparitio in hominis ueritate in iudicio & ſubita inſtar fulguris, & quorum ſaluatio & aliorum perditio Vt in virginib' ſtultis & prudētibus. ſeruis fidelibus & pigris, in facientibus miſericordiæ opera, & ea negligentibus, in piſcibus bonis & malis, in tritico & paleis in ouibus & hœdis, prædictum eſt. In tertia parte tangitur diuina aduentus adiutorium ſiue præſidium. In qua præmittitur luminariū cœli tenebroſitas, eo quod ſol obſcurabitur. Virtutum cœleſtium cōmotio. Deinde apparebit ſignum filij hominis in cœlo. Poſt hoc luctus ſequitur & planctus peccatorum. Sub ſtituitur maieſtas iudicis, quia videbunt filium hominis &c. Poſt hoc mortui reſurgent, cum miſerit angelos ſuos cum tuba. Quæ addenda hic forent, tranſeo gratia breuitatis.

Rom 1

Matt. 23

FINIS.